

**Paulus de Serromanis (1359-1387) [ver. 1.1]**

**ASC, Notai, Sezione I, voll. 649/4-14 e 650\***



\* Per l'analisi di questi protocolli e la loro corretta attribuzione al notaio *Paulus de Serromanis*, cfr. I. LORI SANFILIPPO, *I protocolli notarili romani del Trecento*, in *Archivio della Società romana di storia patria*, 110 (1987), pp. 99-150, in part. pp. 114-116.

1.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1359, traccia il proprio segno monogrammatico e aggiunge la sottoscrizione notarile.

f. 1r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Innocentii pape VI, indictione XII<sup>a</sup> mensibus et diebus infrascriptis.  
Hic est liber sive cartabulus mei Pauli de Seromanis notarii sub brevitare continens in se contractus diversarum matheriarum factos editos et compositos tempore supradicto.  
(S)  
Scriptus per me Paulum de Seromanis sacre prefecture auctoritate notarium publicum.

2.

1359, marzo 2

Lello di Corraduzio speciale del rione Pigna nomina suoi procuratori Tomarozio di Buzio Çacchi, Nicola detto *Biancapectorina* e Lello *Masconis*.

f. 1v Indictione XII<sup>a</sup> mense martii die II<sup>o</sup>.  
Testes: Matheolus Sassi de regione Parionis, Sabbas Cecchi Vecchi de dicta regione et Thomas Frederici de regione Pontis.  
In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Corradutii spetiarius de regione Pinee sponte fecit suos procuratores et numptios speciales Thomarotium Butii Çacchi, Nicolaum dictum alias *Biancapectorina* et Lellum *Masconis*, absentem etc.

3.

1359, marzo 3

Andreotio di Lello di Angelo di Biagio del rione Ponte rilascia una quietanza a Paolo di Nicola Marronis del rione Pigna in relazione ad un atto di deposito, rogato dal notaio \*\*\*\*\*, dopo aver ricevuto la somma di 8 fiorini.

f. 2r Indictione XII<sup>a</sup> mense martii die<sup>(a)</sup> III<sup>o</sup>.  
Testes: Iacobellus Ursini et Butius Lelli de Scincis.  
In presentia mei notarii et testium etc. Andreotius filius Angeli Blaxii de regione Pontis, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum<sup>(b)</sup> petere presente, sua bona propria et spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit omne ius et actionem quod et quam habet contra Paulum filium Nicolai Marronis de regione Pinee, respectu et occasione cuiusdam instrumenti depositi scripti per \*\*\*\*\* notarium continentis quantitatem octo florenorum auri. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod confessus est a dicto Paulo recepisse et habuisse dictos VIII florenos auri, de quibus se bene quietum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod iura dicti depositi sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum, pro quibus etc. promisit etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato X<sup>o</sup> <sup>(b)</sup> P integrum e così nei casi che seguono per una convenzione grafica.

4.

1359, marzo 6

Il nobile Antonio *de Sabello*, con il consenso della madre la nobildonna Giovanna vedova di Francesco *de Sabello* vende a Tuzio *Ricciutoli* speciale del rione Pigna la quarta parte di una casa, a pianoterra con un solaro, un porticato davanti, un ballatoio dietro, con camere, soggiorno e sale, e un'altra quarta parte di un palazzo con camere, sale, stalle, con un gruppo (?) di case a pianoterra all'interno e davanti, situati nel rione di S. Angelo al prezzo di 62 fiorini e mezzo d'oro,  
Il venditore nomina suo procuratore Cecco di Gregorio del rione Campitelli per l'insediamento nella sua proprietà.

f. 2v Indictione XII<sup>a</sup> mense martii die VI.

Testes: Petrus Presbiteri Iohannis de regione Sancte Marie in Aquiro, Cecchus Gregorii de regione Campitelli, Cecchus Capudgalli de \*\*

In presentia mei notarii et testium etc. magnificus et potens vir Anthonius de Sabello, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum petere, cum consensu et voluntate mangnifice domine domine Iohanne relicte quondam Francisci de Sabello matris dicti Anthonii, que domina primo renumpsiavit omni suo iuri<sup>(a)</sup> tam ratione dotis donationis propter nuptias alimentorum parafernorum et omni alio sui iuri et specialiter adiutorium Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introducto, de ipso per me eundem notarium primo certiorata ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Tutio Ricciutoli spetiario de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui dare et concedere voluerit idest quartam partem integram cuiusdam domus terrinee et solarate cum porticali ante se, mingiano post se, cammeris, stabulis, salis et cum introitibus et exitibus suis, posite in regione Sancti

f. 3r

Angeli inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam magistri Pauli Vallati, ab alio Andreotius Iohannis Gratiani, ante est via, ab alio \*\*\*\*\* vel si qui etc. iuntam pro indiviso cum aliis tribus quartis partibus Petri Iohannis. Item et quartam partem integram cuiusdam alterius domus seu palatii cum cameris, salis, stabulis, banchis, domibus terrineis infra se et ante se positis, posite in dicta regione inter hos fines, ab uno latere tenet Nutius Andree Gosmati, ab omnibus aliis sunt vie publice vel si qui etc. iunta pro indiviso cum aliis tribus quartis partibus dicti Petri Iohannis<sup>(b)</sup> ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberas et exemptas ab omni iure redditus canonis seu census et per Cecchum Gregorii de regione Campitelli, presentem et recipientem, quam dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem, de predictis investire voluit et mandavit et donec fuerit investitus constituit se, eius nomine, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor prefato emptori liberam facultatem concessit etc. nullumque<sup>(c)</sup> sibi ius in predictis aliquo modo reservavit etc. Hanc autem venditionem et que dicta sunt prefatus venditor, cum consensu dicte matris sue, eidem emptori, recipienti pro se et quo supra nomine, fecit pro pretio et nomine pretii LXII florenorum auri et dimidii alii floreni auri, quos dictus venditor a dicto emptore confessus est se recepisse de quibus se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicte domus vendite sunt ipsius et ad eum spectant pleno iure et quod nulli alii sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit in predictis facere consentire omnem personam adiacentem etc. et si plus valerent amoris causa inter vivos donavit etc.

<sup>(a)</sup> P iure <sup>(b)</sup> Depennato li <sup>(c)</sup> Depennato il segno abbreviativo finale per quam.

5.

1359, marzo 9

Cecco di Gregorio del rione Campitelli, procuratore del nobile Antonio *de Sabello*, come risulta dall'atto di vendita rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis* insedia Tuzio *Riciutoli* speciale nella proprietà del quarto di due case, che gli sono state vendute, ed assolve il rito dell'insediamento.

f. 3v

Indictione XII mense martii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Nutius Gibelli, Lucas Scorsini, Anthonius Pauli Poli, Andreotius Ficocia [omnes]\* de regione Sancti Angeli.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Gregorii de regione Campitelli, procurator et persona legitima mangnifici viri Anthonii de Sabello, habens ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum, ut patet manu mei eiusdem notarii et die presente, sponte investivit in corporalem possessionem induxit supradictum Tucium, emptorem, de dictis duabus quartis partibus dictarum duarum domorum, intrando, exeundo, aperiendo, claudendo etc.

6.

1359, marzo 20

Tuzio Riciutoli speciale del rione Pigna, con il consenso della moglie Paola, vende a Nicola di Pietro di Giovanni, canonico della chiesa di S. Angelo *in Foro Piscium*, la quarta parte di una casa a pianoterra con un solaro, un porticato davanti, un ballatoio sopra, con camere soggiorno e sale, e un'altra quarta parte di un palazzo a pianoterra con un solaro, con sale, camere, soggiorno, *banchis* e case a pianoterra all'interno e davanti, situati

entrambi nel rione di S. Angelo, al prezzo di 50 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Luca *Scorsini* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà; inoltre, dietro sua richiesta, ottiene la garanzia di Luca *de Advocatis* del rione Campomarzio.

f. 4r

Indictione XII<sup>a</sup> mense martii die XX.

Testes: Nellus Pistelli ferrarius, Iacobus calsolarius et Andreotius Pacçi spetiarius [omnes]\* de regione Pinee. In presentia mei notarii et testium etc. Tutius Riciutoli spetiarius de regione Pinee, cum consensu et voluntate domine Paule uxoris sue, que domina Paula primo renumpiavit omni suo iuri tam ratione dotis donationis propter numptias alimentorum parafernorum et omni alio suo iuri et specialiter adiutorium Velleiani senatus quod est pro mulieribus introductus, de ipso per me eundem notarium certiorata et die presente, sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit et assignavit<sup>(a)</sup> domino Nicolao filio Petri Iohannis canonico Sancti Angeli in Foro Piscium presenti et recipienti, pro se et suo proprio nomine suisque heredibus et successoribus vel cui dare et concedere voluerit in perpetuum et non nomine alicuius sue ecclesie, idest integram quartam partem cuiusdam domus terrinee et solarate, cum porticali ante se, mingiano supra se, cameris, stabulis, salis et cum introitibus et exitibus suis, posita in regione Sancti Angeli, inter hos fines, ab uno latere tenet heredes quondam magistri Pauli Vallati, ab alio Andreotius Iohannis Gratiani, ante est publica via vel si qui etc. iunta pro indiviso cum aliis tribus quartis partibus Petri Iohannis de regione Sancti Angeli.

f. 4v

Item et quartam partem integram cuiusdam alterius domus seu palatii terrinei et solarati, cum salis, cameris, stabulis, banchis et domibus terrineis infra se et ante se positis, posita in dicta regione Sancti Angeli, inter hos fines, ab uno latere tenet Nutius Andree Gosmati, ab omnibus aliis lateribus sunt vie publice vel si qui etc. iuntam pro indiviso cum aliis tribus quartis partibus dicti Petri Iohannis ad veram et mundam proprietatem et perpetuam hereditatem liberas et exemptas ab omni iure canonis seu census et per Lucam Scorsini quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de predictis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum constituit se, eius nomine, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictam domum possit intrare etc. nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit etc.<sup>(b)</sup> Hanc autem venditionem et que dicta sunt, dictus venditor eidem emptori fecit pro pretio et nomine pretii L florenorum auri, quod presentialiter et manualiter recepit, de quibus etc. et renumpiavit etc. et si plus dicto pretio valeret amoris causa inter vivos donavit etc. et promisit de evictione etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiavit etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Tutii, venditoris, penes dictum emptorem, presentem et recipientem, Lucas de Advocatis de regione Campimartis fideiussit in omnem causam et eventum, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "pet" <sup>(b)</sup> Depennato "et si plus dicte partes valerent amoris causa inter vivos donavit etc."

7.

1359, giugno 3

Giuzio figlio del defunto Larguzio di Oddone di Alberto di Toffia ed ora abitante a Roma nel rione Pigna, fa testamento, davanti al notaio Paolo de *Seromanis* ed a 7 testimoni, a designa erede il fratello Petruzio al quale lascia la metà di un vigneto situato nel tenimento di Toffia nella località *Colle de Milo*, una botte vuota capace di 7 caballate e un'altra botte di 4 caballate.

Il testatore lascia 100 libbre di provisini del senato che dovranno essere distribuiti, a suffragio della sua anima, dagli esecutori testamentari in questo modo: alla chiesa di S. Lorenzo di Toffia, nella quale dispone che il suo corpo sia sepolto, 12 libbre di provisini per la sepoltura e la cera e 6 libbre di provisini per le spese di riparazione e di miglìoria delle tribune della chiesa stessa; alla chiesa di S. Nicola di Toffia 1 fiorino d'oro per le spese di miglìoria e di riparazione del tetto; alla chiesa di S. Alessandro 1 fiorino d'oro per le opere di miglìoria; alla chiesa, di S. Paolo del *castrum Podii Donadei* 1 fiorino d'oro per le spese di miglìoria; alla chiesa di S. Maria di Farfa 3 fiorini d'oro per un calice; alla chiesa di S. Giovanni in Laterano 20 solidi di provisini per il campanile; alla chiesa di S. Pietro di Roma 20 solidi di provisini per il campanile; alla chiesa di S. Maria de *Aracelis* 20 solidi di provisini per la riparazione del tetto; alla chiesa di S. Spirito in *Sassia* di Roma 20 solidi di provisini per la riparazione dell'ospedale; alla chiesa di S. Matteo de *Merulana* 20 solidi di provisini per la riparazione; alla chiesa di S. Antonio di Roma 20 solidi di provisini; alla chiesa di Santa Maria *supra Minerbam* 20 solidi di provisini. Destina ancora per la sua tomba a Toffia 12 libbre di provisini, ad Agostino di *Diotiaiuti* un fiorino d'oro ed a Sofia moglie di Cinzio del *castrum Podii Donadii* un fiorino d'oro. Dispone infine che, qualora dovesse rimanere un residuo dallo stanziamento delle cento libbre di provisini, l'importo dovrà essere speso a suffragio della sua anima, a discrezione degli esecutori testamentari. Il testatore lascia alla madre Liente la metà del casale di *S. Malbine*, situato nel tenimento del *castrum Carpingiani*, una casa dove essa abita, situata a Toffia, a compensazione delle 160 libbre di provisini del senato per i diritti dotali, un letto, una sedia, una cassa grande, due recipienti uno grande e uno piccolo per la cottura dei cibi, un altro recipiente ed una padella grande, una botte capace di 6 caballate; ad Oddone di Petruzio di Nicola de *Staçano* una botticella per il vino cotto, l'altra metà della vigna, situata nella località *Colle de Milo*, l'altra metà del casale ed una casa situata a Toffia, nella quale si trova il vino e due botti

medie; alla sorella la vigna situata nella contrada *delli Cuolli*; a Caterina e a Mattaleona, figlie di Oddone, ed a Liante, sua madre, la metà dell'orto situato a Toffia; ad Amicuzio *Palicti*, suo cugino, l'altra metà dell'orto verso il lato dei pescatori e, qualora il destinatario non fosse contento, stabilisce che sia venduta ad Oddone al prezzo corrente, meno 10 libbre di provisini, e la somma ricavata sia distribuita a discrezione degli esecutori testamentari.

Dispone che la sua casa di Toffia, situata in mezzo alle altre sue case, sia venduta dagli esecutori testamentari e sia data a Marcuzio al prezzo corrente, meno 16 libbre di provisini del senato; che il campo detto *Vitelli*, situato nel tenimento di Toffia, sia venduto dagli esecutori testamentari e, se Oddone lo volesse acquistare, che gli sia ceduto con una decurtazione di 30 libbre di provisini rispetto al prezzo offerto da altre persone.

Lascia a Marcuzio una botticella capace di una cavallata ed un cassone per la conservazione della carne; ad Amicuzio una pezza di terra, situata nel *campo Cicolano* del tenimento di Toffia; ad Oddone la parte della vigna già posseduta da Fiore, situata nel tenimento di Toffia; alla madre Liante un mantello verde; a Marcuzio due tavole, una piccola e l'altra grande, ed a Oddone il residuo di tutte le altre tavole; alla madre Liante un altro arcile, alla sorella un altro letto completo; a Marcuzio tre acquareccie; alla madre Liante il legname conservato nella casa di Toffia ed una catena grossa; alla sorella tutti gli altri beni mobili ed immobili.

Nomina suoi esecutori testamentari la madre Liante, Oddone di Petruzio Nicola *de Staçano* e Nuzio di Giorgio di Toffia; inoltre nomina suo difensore Andrea *Palonbarie*.

f. 5r<sup>(1)</sup>

Indictione XII<sup>a</sup> mense iunii die III<sup>o</sup>.

<sup>1</sup> Il testamento che segue è stato riprodotto in copia su un foglio volante senza numero di cm. 22,5x30 cm ed è stato inserito, nel protocollo. La copia, che è stata ricavata probabilmente dall'atto ufficiale redatto su pergamena riproduce il testo definitivo: infatti presenta, una diversa disposizione nel formulario introduttivo e successivamente alcune integrazioni formali, che non incidono nella sostanza dell'atto testamentario allo scopo di dare maggiore solennità al documento. Deve essere inoltre rilevato che la copia omette la parte conclusiva dell'atto, i testimoni e la sottoscrizione notarile.

Copia [*f. volante recto*] In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo, quinquagesimo nono pontificatus domini Innocentii pape VI, indictione XII<sup>a</sup> mense iunii die tertio. Iutius filius olim Largatii Oddonis Alberti de castro Toffie nunc morans in Urbe in regione Pinee licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens casum future mortis cum nil sit certius morte et nil incertius hora mortis intestatus decedere nollens ideircho constitutus coram me Paulo de Serromanis notario infrascripto et VII testibus infrascriptis hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto facere voluit, curavit et fecit in quo quidem suo testamento sibi heredem instituit Petrutium fratrem suum et filium domine Liante matris sue, cui reliquid iure institutionis trebellianice debito iuris nature et pro omni suo iure, quod in bonis suis petere posset, quo ius modo iure titulo sive causa, medietatem cuiusdam vinee sue, posite in tenimento dicti castri in loco qui dicitur Colle de Milo, infra suos confines, et omnia iura et actiones sibi competentia in dicta vinea contra quoscumque personas et loca ad veram et mundam proprietatem. Item reliquid dicto Petrutio, fratri et heredi suo, unam vegetem vacuum capacem septem caballatarum. Item reliquid dicto Petrutio, fratri et heredi suo, unam aliam vegetem vacuum capacem quatuor caballatarum et in hiis eum contentum fecit, ita quod de bonis suis plus non petat nec petere possit aliquo modo iure titulo sive causa. Item reliquid centum libras provisinorum senatus dandarum et distribuendarum per executores suos infrascriptos pro anima sua et mortuorum suorum, in hunc modum, videlicet. In primis reliquid de dictis C libris ecclesie Sancti Laurentii de Toffia, in qua suum corpus iuxit sepelliri, pro sepultura et cera XII libras provisinorum. Item reliquid de dictis centum libris dicte ecclesie Sancti Laurentii pro reparatione et melioramento tribune fiende in dicta ecclesia VI libras provisinorum. Item reliquid de dictis C libris ecclesie Sancti Nicolai de Toffia pro melioramento dicte ecclesie et reparatione tecti ipsius ecclesie unum florenum auri. Item reliquid ecclesie Sancti Alexandri de Toffia de dictis C libris pro melioramento dicte ecclesie unum florenum auri. Item reliquid ecclesie Sancti Pauli de castro Podii Donadei unum florenum auri de dictis C libris pro melioramento dicte ecclesie. Item reliquid ecclesie Sancte Marie de Farfa de dictis C libris pro adiutorio unius calicis fiendi in dicta ecclesia tres florenos auri. Item reliquid ecclesie Sancti Iohannis de Laterano pro adiutorio campanilis viginti solidos provisinorum de dictis C libris. Item reliquid ecclesie Sancti Petri de Urbe, de dictis C libris, XX solidos provisinorum pro auxilio campanilis. Item reliquid ecclesie Sancte Marie de Aracelis de Urbe pro auxilio reparationis tectorum, de dictis C libris, XX solidos provisinorum. Item reliquid ecclesie Sancti Spiritus in Saxia de Urbe pro agumento reparationis ospitalis, de dictis C libris XX solidos provisinorum. Item reliquid ecclesie Sancti Mathei de Merulana de Urbe, de dictis C libris, XX solidos provisinorum. Item reliquid ecclesie Sancti Anthonii de Urbe, de dictis C libris XX solidos provisinorum. Item reliquid ecclesie Sancte Marie supra Minerbam, de dictis C libris, XX solidos provisinorum. Item reliquid de dictis C libris, pro sepulcro [*f. volante verso*] fiendo in dicto castro Toffie, pro anima mea, patris et fratris mei, de dictis C libris, XII libras provisinorum. Item reliquid Marcutio Veralli de dicto castro Toffie, pro anima sua, duos florenos auri. Item reliquid Agustino Deodatutii de dicto castro Toffie unum florenum auri pro anima sua. Item reliquid Sophie uxori Cintii de castro Podii Donadei, pro anima sua unum florenum auri et fecit eam contentam, ita quod de bonis suis plus non petat nec petere possit aliquo modo iure titulo sive causa. Item voluit et reliquid quod si aliquis superesset de dictis centum libris, detractis dictis legatis per [depennato "me"] eum factis, totum illud quod superesset detur pro anima sua, prout suis executoribus infrascriptis melius videbitur expedire pro salute anime sue. Item reliquid Lante, matri sue, medietatem casalis sui, quod vocatur casale Sancte Malbine, positum in tenimento castri Carpingiani, inter suos confines, cum iuribus et pertinentiis suis et unam domum, positam in castro Toffie, in qua ante suum accessum ad Urbem dicebat habitare, in compensationem et pro compensatione CL librarum provisinorum, in quibus asseruit se teneri pro iuribus dotalibus ipsius domine. Item reliquid eidem domine, pro anima sua, lectum suum in quo ipsa iacebat in castro Toffie. Item reliquid dicte matri sue unam sediam et unam cassam magiorem quam ipsa habeat. Item reliquid dicte matri sue duas copertorias unam magnam et aliam parvam, unum copertorium et unam sertaginem magnam. Item reliquid dicte matri sue unam vegetem capacem sex caballatarum. Item reliquid Oddoni Petrutii Nicolai de Stazano unum vegeticulum pro mictendo vinum coptum. Item reliquo dicto Oddoni aliam medietatem dicte vinee, posite in Colle de Milo, et aliam medietatem dicti casalis, suprapositi et confinati, et unam domum, positam in tenimento castri Toffie, in qua stat vinum et duas vegetes minores. Item reliquid dicte sorori sue vineam suam, positam in contrada delli Cuolli, inter suos confines. Item reliquid Caterine et Mathaleoni, filiabus domini Oddonis, et domine Lante, matri

Testes: Cecchus Seromani, Lellus Corradutii, Nicolaus Truccholi, Paulus Neonardonis, Iohannes Passalaqua, Butius de Sancto Honesto, Nicolaus Lelli Francisci, omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Ego Giutius filius quondam Largutii Oddonis Alberti de castro Toffie, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum intestatus discedere nollens, idcirco constitutus coram me Paulo notario et VII testibus supradictis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo Petrutium fratrem<sup>(a)</sup> meum et filium domine Liantie matris mee, cui relinquo iure dicte hereditatis et pro omni suo iure medietatem cuiusdam vinee mee, posite in tenimento dicti castri in loco qui dicitur Colle de Milo, inter suos confines, ad veram et mundam proprietatem. Item relinquo dicto Petrutio unam aliam vegetem vacuum capacem VII caballatarum. Item relinquo dicto Petrutio unam aliam vegetem vacuum capacem III<sup>or</sup> caballatarum pro anima mea et mortuorum meorum et in hiis eum contentum facio et ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit. Item relinquo C libras provisinorum senatus, dandas et distribuendas per executores meos infrascriptos pro anima mea et mortuorum meorum, in hunc modum, videlicet

f. 5v

relinquo de dictis C libris ecclesie Sancti Laurentii de Toffia, in quo meum corpus iubeo sepelli, pro sepultura et cera, XII libras provisinorum. Item relinquo de dictis C libris dicte ecclesie Sancti Laurentii pro reparatione et melioramento tribune fiende sex libras provisinorum. Item relinquo ecclesie Sancti Nicolai de Toffia de dictis C libris pro melioramento dicte ecclesie et reparatione tecti ipsius ecclesie unum florenum auri. Item relinquo ecclesie Sancti<sup>(b)</sup> Alesandri de Toffia pro melioramento dicte ecclesie unum florenum auri. Item relinquo ecclesie Sancti Pauli de castro Podii Donadei pro melioramento dicte ecclesie unum florenum auri. Item relinquo ecclesie Sancte Maria de Farfa pro adiutorio unius calicis fiendi in dicta ecclesia tres florenos auri. Item relinquo ecclesie Sancti Iohannis de Laterano pro adiutorio campanilis XX solidos provisinorum. Item relinquo ecclesie Sancti Petri de Urbe pro adiutorio campanilis XX solidos provisinorum. Item relinquo ecclesie Sancte Marie de Aracelis pro reparatione tecti dicte ecclesie XX solidos provisinorum. Item relinquo<sup>(c)</sup> ecclesie Sancti Spiritus in Sassia de Urbe pro reparatione ospitalis XX solidos provisinorum. Item relinquo ecclesie Sancti Mathei de Merulana pro reparatione dicte ecclesie XX solidos provisinorum. Item relinquo ecclesie Sancti Anthonii de Urbe XX solidos provisinorum. Item relinquo ecclesie Sancte Marie supra Minerbam XX<sup>ti</sup> solidos provisinorum. Item relinquo pro sepulcro fiendo in castro Toffie, pro anima mea, patris et fratris mei, XII libras provisinorum. Item relinquo Martutio Veralli de dicto castro Toffie, pro anima mea, II florenos auri. Item relinquo Augustino I Deodatutii de dicto castro Toffie unum florenum auri. Item relinquo Sophie uxori Cincii de castro Podii Donadii unum florenum auri et in hoc eam contentam facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit. Item volo et mando quod si aliquid superesset de dictis centum libris, detractis dictis legatis per me factis, totum illud quod superesse detur pro anima mea, prout executoribus meis infrascriptis melius videbitur expedire. Item relinquo Liantie, matri mee, medietatem casalis mei, quod vocatur casale Sancte Malbine, positum in tenimento castri Carpingiani, inter suos confines, et unam domum, positam in castro Toffie in qua nunc habitabam domine Liantie, matris mee, pro compensatione CLX librarum provisinorum, in quibus eidem teneor pro iuribus dotalibus ipsius domine. Item relinquo dicte matri mee, pro anima mea, lectum meum in quo ipsa iacebat in castro Toffie. Item relinquo dicte matri mee unam sediam et unam cassam magiorem quam habebam. Item relinquo dicte matri mee<sup>(d)</sup> duas coptorias unam magnam et aliam parvam, unum coptorium et unam sertaginem magnam. Item relinquo dicte matri mee unam vegetem vacuum capacem sex caballatarum. Item relinquo Oddoni Petrutii Nicolai de

f. 6r

sue, pro anima sua et mortuorum suorum, medietatem cuiusdam orti [depennato p] sui, positi in tenimento dicti castri Toffie, inter suos confines. Item relinquit Amicutio Palicti, fratri suo, aliam medietatem dicti orti versus piscatorium et in hiis ipsum contentum fecit, ita quod de bonis suis plus non petat nec petere possit et si dictum relictum per [depennato "me"] eum sibi factum acceptare noluerit et stare contentum, voluit et relinquit quod dicta medietas dicti orti [P ordus] vendatur dicto Odducio, si eum hemere voluerit pro pretio condecete, minus X libras provisinorum, et dicta pecunia veniat ad manus executorum suorum et per eos distribuatur pro anima sua, prout eis videbitur expedire. Item voluit et relinquit quod domus sua, posita in dicto castro in medio domorum suarum, vendatur per suos executores infrascriptos et si dictus Marcutius eam hemere voluerit eidem vendatur pro minori pretio quo [depennato q] poterit comuniter invenire, sine fraude, XVI librarum provisinorum. Item voluit et relinquit quod campum suum quod dicitur Vitielli, situm in tenimento dicti castri Toffie, vendatur per executores infrascriptos et si Oddo predictus emere voluerit, quod vendatur eidem pro eo pretio quo, sine fraude, poterit invenire, minus xxx<sup>ta</sup> librarum provisinorum et pretium ipsius detur pro anima sua per suos executores infrascriptos, prout eis visum fuerit. Item relinquo eidem Marcutio unum vegeticulum vacuum unius [ripetuto "unius"] caballi vacuum et unum soppedaneum pro carne tenenda. Item relinquit dicto Amicutio unum suum petium terre, positum in campo Cicolano, tenimenti dicti castri Toffie, inter suos confines. Item relinquit dicto Oddoni partem sibi contingentem vinearum que olim fuerunt Floris, positarum in tenimento dicti castri Toffie, inter suos confines. Item relinquit dicte matri sue unum mantellum de virde novum. Item relinquo dicto Marcutio duas tabulas parvas et unam magnam, que sunt in domo mea. Item relinquit dicto Oddoni residuum omnium tabularum que sunt in dicta mea domo. Item relinquit dicte matri sue unum aliud arcile. Item relinquit dicte sorori sue unum aliud lectum furnitum. Item relinquit dicte matri sue totum illud lignamen quod est in domo sua in dicto castro Toffie et unam catenam grossam, cetera namque omnia alia bona sua mobilia et immobilia, iura et actiones ubicumque reperirentur relinquit dicte sorori sue et hoc est ultimum meum testamentum etc. Executores dictam suam matrem, dictum Oddonem et Nutium Geogii de Toffia etc.

f. 6v Staçano unum vegeticulum pro mictendo vinum coptum. Item relinquo eidem Oddoni aliam medietatem dicte vinee, posite in Colle de Melo, et aliam medietatem dicti casalis et unam domum, positam in dicto castro Toffie, in qua stat vinum et duas vegetes minores. Item relinquo dicte sorori mee<sup>(e)</sup> vineam meam, positam in contrata delli Cuolli, inter suos confines. Item relinquo Catherine et Mathaleoni, filiabus dicti Oddonis, et domine Liante matris mee, pro anima mea et mortuorum meorum, medietatem cuiusdam orti, positi in tenimento dicti castri, inter suos confines. Item relinquo Amicuzio Palicti, fratri meo consoprino, aliam medietatem dicti orti versus piscatorium et in hoc ipsum contentum facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit et si non esset contentus, volo quod vendatur et detur dicto Oddoni pro eo pretio quo communiter valebit minus X libras provisinorum et dicta pecunia veniat ad manus executorum meorum per eos distribuenda, prout eis videbitur expedire. Item volo quod domus mea de dicto castro, posita in medio domorum meorum, vendatur per executores meos infrascriptos et detur Marcutio supradicto pro eo pretio quo communiter valebit, minus<sup>(f)</sup> XVI libras provisinorum. Item volo et mando quod campum meum quod dicitur Vitelli, situm in tenimento dicti castri, vendatur per executores meos infrascriptos et si Oddo predictus eum emere voluerit detur eidem pro XXX<sup>ta</sup> minus quam inveniatur ab alio, sine

f. 7r fraude. Item relinquo dicto Marcutio unum vegeticulum capace unius caballi<sup>(g)</sup> vacuum et unum sopedaneum pro carne tenenda. Item relinquo dicto Amicutio unum petium terre meum, positum in campo<sup>(h)</sup> Cicolano, inter suos confines. Item relinquo dicto Oddoni partem michi contingentem, que olim fuerat Floris. Item relinquo dicte matri mee unum mantellum de virde novum. Item relinquo dicto Marcutio duas tabulas parvas et unam mangnam. Item relinquo dicto Oddoni residuum omnium dictarum tabularum. Item relinquo dicte matri mee unum alium arcile. Item relinquo dicte sorori mee unum alium lectum integrum seu fornum. Item relinquo dicte matri mee totum illud ligname quod positum est in domo mea in dicto castro et unam catenam grossam, cetera namque alia bona mea mobilia et immobilia, iura et actiones ubicumque reperirentur, relinquo dicte sorori mee et hoc est ultimum meum testamentum etc. cassans et iritans omne aliud testamentum etc. executores huius mei testamenti etc. facio dictam<sup>(i)</sup> matrem meam, Oddonem predictum et Nutium Georgii de Toffia, quibus do plenam et liberam potestatem etc. defensorem facio Andream Palonbarie, cui do plenam potestatem etc.

<sup>(a)</sup> Così P, anche nei casi che seguono <sup>(b)</sup> Depennato “Nicolai” <sup>(c)</sup> Ripetuto “Item relinquo” <sup>(d)</sup> Depennato “unam sediam” <sup>(e)</sup> In realtà il nome della sorella del testatore non è citata <sup>(f)</sup> Depennato X <sup>(g)</sup> Così P, intendasi “caballate” <sup>(h)</sup> Depennato s <sup>(i)</sup> P dictas.

## 8.

1359, giugno 4

Bartolomea moglie di Nicola *Balii* del rione Ponte, in presenza del marito, dichiara che l'atto di vendita a lei fatto dal prete Lorenzo, canonico di S. Pietro di Roma circa un vigneto di 4 pezze, situato nella contrada di S. Maria *dello Riposo*, rogato dal notaio Simeone di Giovanni di Simeone; che l'atto di vendita fatto da Giacoma moglie di Petruzio di Paolo di Enrico circa una casa, situata *in Portica* di S. Pietro, rogato dal notaio Lello *Gaptuçari*; che l'atto di vendita fatto da \*\*\*\*\*, arciprete della chiesa di S. Agnese *de Agone*, circa un'altra casa, situata presso gli stessi *Portica*, rogato dal notaio Simeone di Giovanni di Simeone; che l'atto di vendita fatto da Nuzio di Matteo sciamitaro del rione Ponte circa la metà di una mola ad acqua, situato presso il Tevere, rogato dal notaio Giovanni di Ugolino; che l'atto di vendita fatto da Donato *de Ilperinis* circa una casa, situata nella contrada *Vie Pape*, rogato dal notaio Pietro *Stalge*; che l'atto di vendita fatto dalla moglie di Pietro *Tosti* pellaio e dagli eredi di Pietro circa una casa, situata nella stessa contrada *Vie Pape*, rogato dal notaio Lorenzo *de Amadeis*; che, infine, l'atto di vendita fatto dal defunto nobile Bertoldo *de filiis Ursi*, conte palatino, circa la metà di un mulino e di un canale, situati nel tenimento del *castrum Status*, rogato dal notaio Mattia *de Vaschis* sembravano riferirsi ai suoi beni parafernali, ma si tratta del marito, che è un uomo litigioso, affinché la curia capitolina non possa nuocergli, ed il denaro pagato negli atti di vendita era quello di Cola, al quale competono tutti i diritti.

Bartolomea precisa, tuttavia, che la sua dichiarazione di rinuncia non deve in alcun modo pregiudicare il suo atto dotale, che conserverà piena validità.

f. 7v Indictione XII, mense iunii die IIII<sup>or</sup>.

Testes: Nectolus, Butius frater eius, Palutius Leonardonis et Laurentius Marcellutii de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Bartholomea uxor Nicolai Balii de regione Pontis sua bona voluntate confessa fuit et in veritate recongnovit, in presentia Nicolai Balii, viri sui, presentis et recipientis, quod licet istrumentum venditionis sibi factum per dominum presbiterum Laurentium, canonicum Sancti Petri de Urbe, de<sup>(a)</sup> IIII<sup>or</sup> petiis vinee, positis in contrada Sancte Marie dello Reposo, inter suos confines, scriptum per Symeonem Iohannis Symeonis notarium pro certo pretio in ipso istrumento contento. Item quod licet

istrumentum venditionis sibi factum per dominam Iacobam uxorem Petrutii Pauli Herici de quadam domo, posita in<sup>(b)</sup> Portica Sancti Petri, inter suos confines, scriptum per Lellum Daptuçari notarium pro certo pretio



in ipso instrumento contento. Item licet instrumentum venditionis sibi factum per \*\*\*\*\* archipresbiterum ecclesie Sancte Anetis<sup>(c)</sup> de Agone de quadam alia domo, posita iuxta dicta Portica, inter suos confines, scriptum per Symeonem notarium supradictum pro certo pretio in<sup>(d)</sup> ipso instrumento contento. Item licet instrumentum venditionis sibi factum per Nutium Ma-

f. 8r thei samatarium<sup>(e)</sup> de regione Pontis de medietate cuiusdam aquimoli, positi in flumine Tyburis, inter suos confines, scriptum per Iohannem Ugolini notarium pro certo pretio in ipso instrumento contento. Item licet instrumentum venditionis sibi factum per Donatum de Ylperinis de quadam domo, posita in contrada Vie Pape, inter suos confines, scriptum per Petrum Stalgie notarium pro certo pretio in ipso instrumento contento. Item licet instrumentum venditionis factum per Tutium Cecchi<sup>(f)</sup> de quadam alia domo, posita in contrada Vie Pape, inter suos confines, scriptum per Petrum dictum notarium supradictum pro certo pretio in ipso instrumento contento. Item licet instrumentum venditionis sibi factum per uxorem Petri Tosti pelliparii et heredes ipsius Petri de quadam domo, posita in dicta contrada Vie Pape, inter suos confines, scriptum per Laurentium de Amedeis notarium pro certo pretio in ipso instrumento contento. Item licet instrumentum venditionis sibi factum per olim magnificum virum Bertuldum de filiis Ursi, comitem palatinum, de medietate cuiusdam molentini et aquimoli ipsius, positorum in tenimento castri Statue, inter suos confines, scriptum per Mathiam de Vaschis notarium pro certo pretio in ipso instrumento contento, appareant sibi et fuisse emptos de bonis ipsius domine parafernalibus, tamen confitetur, pure et libere, quod dicti omnes contracti

f. 8v fuerunt et sunt disimulati et fititii et fuerunt facti ipsi domine in favorem<sup>(g)</sup> dicti Cole Bali, viri sui, et in eius defentionem pro eo quod dictus Cola fuit homo brigosus et adeo quod curia Campitolei non possit sibi in aliquo nocere et dixit et confessa fuit in veritate, quod dicta pecunia fuit de pecunia dicti Cole, viri sui, et de pecunia ipsius Cole fuerunt empte omnes res supradicte, quamvis apparent ipsi domine, tamen in eius defensionem factam, quia de bonis et pecunia ipsius Cole empte fuerunt, ut dictum est, et voluit et ex nunc mandavit expresse omnia iura et actiones ipsi domine competentia in omnibus supradictis bonis tamquam sua ad ipsum Colam, virum suum, libere revertantur et omnia dicta iura supra etiam inter vivos donavit in quantum sibi pertinet, proviso tamen quod instrumentum dotale ipsius domine remaneat in suo robore firmitatis et quod presens contractus in nullo preiudicet dicte domine que ad dotem suam tantum, presente volente et acceptante ipso Nicolao, viro suo, pro quibus etc. renumpsiavit etc.

(a) Depennato X (b) Ripetuto in (c) Così P (d) Depennato "inter eos" (e) Depennato s (f) P Cacchi (g) P faorem.

## 9.

1359, giugno 23

Lello di Giovanni di Cinzio detto *Sclaus*, orefice, del rione Pigna dà in soccida a Giovanni *della Loccia* ed a Santuzio *Porchiani* del rione Colonna per un periodo di 2 anni, a cominciare dal prossimo Natale, due giovenchi con l'impegno di consegnare annualmente 7 rubbia di grano a domicilio del soccidario, al quale sarà addebitato il costo della metà del trasporto. Alla scadenza della concessione le parti contraenti promettono di dividere a metà la soccida e se uno dei due buoi dovesse morire si impegnano in comune di comprarne un altro.

I contraenti, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione di 50 libbre di provisini del senato.

Dietro preghiera di Giovanni e Santuzio si offrono quali garanti Cinzio *Scorfani* e Matteo *Cortopasso* del rione Colonna.

f. 9r Indictione XII mense iunii die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Marronis, Paulus filius eius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Iohannis Cinthei dictus alias Sclaus aurifex de regione Pinee sua bona voluntate dedit et concessit in soccitam Iohanni della Loccia et Santucio filio Porchiani de regione Columpne, presenti et recipienti, pro duobus annis proxime futuris, incipiendo a festo Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proximo futuro et finiendo exinde ad duos annos proxime completos, idest duos iuencos ipsius Sclavi, quos iuencos dicti Iohannes et Santucius confessi sunt sese recepisse, de quibus sese bene quietos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. sub hiis pactis et tenoribus<sup>(a)</sup> quod dicti Iohannes et Santucius dictos iuencos custodire diligenter promiserunt ad usum et modum bone soccite dictis duobus annis et promiserunt eidem Lello, presenti et recipienti, dare et assignare quolibet anno dictorum II annorum septem rubra boni grani, sine malitia, in domo dicti Sclavi, dummodo ipse Sclavus teneatur solvere medietatem vecture dicti grani et, finitis dictis annis, dictam soccitam dividere promiserunt, ut moris est, et si accideret<sup>(b)</sup> quod absit,

f. 9v aliquod dictorum bobum mori, tunc alium emere promiserunt<sup>(c)</sup>, communiter inter ipsas partes, ut moris est, bone soccite, pro quibus omnibus observandis obligaverunt dicte partes bona eorum et teneri voluerunt ad penam L librarum, pro medietate etc., pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc. Et ad hec Cincius Scorfani et Matheus Cortopasso de regione Columpne, quibus ipsorum in solidum, fideiusserunt ad petitionem et instantiam dictorum Iohannis et Santucii penes dictum Lellum, presentem et recipientem, et promiserunt quod



dicti Iohannes et Santucius quolibet anno, dictorum duorum annorum, dabunt et assignabunt dicto Lello dicta septem rubra grani, ut dictum est, pro quibus obligaverunt penes dictum Lellum omnia bona eorum etc. et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Ricavato dalla correzione del precedente “terminibus” dal quale non è stato annullato il segno abbreviativo della r posto sulla prima sillaba <sup>(b)</sup> P “acideret” <sup>(c)</sup> P promiserunt.

10.

1359, luglio 24

Mascio *Cimaronis* e la moglie Francesca del rione Pigna ricevono in deposito da Cecco di Sabatino dello stesso rione la somma di 7 fiorini d'oro e promettono di restituirla, con le spese e gli interessi a richiesta del depositante.

I depositari impegnano tutti i loro beni.

f. 10r

Indictione XII mense iulii die XXIII.

Testes: Costa albanensis, Petrus casengus et Cola magistri Petri tessitoris de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Mascius Cimaronis et domina Francisca, uxor eius, de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum ac die presente, eorum bonis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse habere et tenere a Ceccho Sabbatini de regione Pinee, presente et recipiente pro se et suis heredibus et successoribus, septem florenos boni et puri auri et recti ponderis, quos confessi fuerunt sese recepisse et habuisse habere et tenere, de quibus sese bene quietos contemptos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt etc. quos quidem florenos et depositum predictum dicti depositarii et quilibet ipsorum tenere et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum resicum periculum et fortunam etc. et eidem redere et restituere promiserunt in florenis de auro et non in alia specie ad omnem suam petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus observandis obligaverunt omnia bona eorum etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc.

11.

1359, agosto 13

Cecco *Bucciaronis* del rione Trevi nomina suo procuratore il prete Giacomo, rettore della chiesa di S. Anastasio *de Trivio* con il mandato di stipulare la pace con Nettolo di Meolo di S. Onesto, con il fratello Buzio e con i figli Paolo e Giacomo o con il loro procuratore, di rimettere le ingiurie scambiate tra le due parti e di concordare un'obbligazione dei rispettivi beni con la rinuncia alle norme consuetudinarie di Roma. Il mandante delega ancora il procuratore di concordare una idonea garanzia, di procedere alle relative quietanze e di sottoporsi congiuntamente, in caso di inosservanza, ad una sanzione di 500 libbre di provisini del senato.

f. 10v

Indictione XII<sup>a</sup> mense agusti die XIII.

Testes: Laurentius Tutii Cocumbari, Meus Thomaxii et Martinus Stacchiati et \*\*\* <sup>(a)</sup>

In presentia Iohannis Petri scriniarii et mei Pauli notarii et testium etc. Cecchus Bucciaronis de regione Trivii sua bona propria et spontanea <sup>(b)</sup> voluntate fecit constituit et ordinavit suum verum legitimum procuratorem actorem factorem et numptium specialem, videlicet venerabilem virum dominum presbiterum Iacobum rectorem ecclesie Sancti Anestasio de Trivio, presentem et recipientem, habentem ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem ab ipso Ceccho ad dandum redendum et prestandum pacem et perpetuam securitatem Nectolo Meuli de Sancto Honesto, Butio fratri suo, Paulo et Iacobo fratuum filiorum dicti Nectoli seu eorum procuratori pro eis et similem pacem et securitatem recipiendam ab eis seu ab eorum procuratore pro eis et ad promictendum, nomine ipsius Cecchi, de perpetuo non offendere nec offendi faciendo ipsos Nectolum, Butium, Paulum et Iacobum in persona vel bonis nec ipsorum alterum sub quacumque pena

f. 11r

et similem promissionem recipiendo ab ipsis seu eorum procuratore pro eis et ad remictendum omnem iniuriam factam et illatam per ipsos Nectolum fratrem et filios seu ipsorum alterius ipsi Ceccho et similem <sup>(c)</sup> remissionem recipiendam ab ipsis seu dicto eorum procuratore pro eis et ad obligandum bona ipsius Cecchi pro predictis omnibus pleniter observandis et similem obligationem recipiendam a supradictis Nectolo, Butio, Paulo et Iacobo seu ab eorum procuratore pro eis et ad renumpiandum capitulo <sup>(d)</sup> consuetudinum Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et similem renumpiationem recipiendam ab eis seu eorum procuratore pro eis et ad dandum pro predictis omnibus et singulis observandis idoneam fideiussionem <sup>(e)</sup> et ad faciendum finem et quietationem predictis Nectolo fratri et filiis de omni eo quod dictus Cecchus eis petere posset usque in presentem diem et similem refutationem et quietationem recipiendas ab eis seu ab eorum procuratore pro eis et <sup>(f)</sup> generaliter ad omnia et singula facienda que veri et legitimi procuratore circa hec facere possunt et debent ac si ipse Cecchus personaliter interesset, promictens

actendere et observare quicquid predictum suum procuratorem gestum fuerit sub obligatione bonorum ipsius Cecchi et pena V<sup>c</sup> librarum provisinorum, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Il testo si interrompe ed è stato lasciato in bianco lo spazio di due righe <sup>(b)</sup> P spontanea <sup>(c)</sup> Depennato p <sup>(d)</sup> P “capituli” <sup>(e)</sup> La lunga espressione che segue fino a pro eis è stata annotata in continuazione nelle ultime 5 righe del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(f)</sup> La congiunzione è stata annotata prima del segno di richiamo della precedente nota che è stato posto per comodità alla fine della riga.

12.

1359, agosto 13

Nettolo figlio del defunto Meolo di S. Onesto, a nome del fratello e dei figli Paolo e Giacomo, assume una obbligazione sui suoi beni, si sottopone ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato, in caso di inadempienza, e nomina suo procuratore Guglielmo, rettore della chiesa di S. Stefano di Pigna, col mandato di stipulare, per sé e per i suoi familiari, un atto di pace perpetua con Cecco *Buciaronis* del rione Trevi o con il suo procuratore, di rimettere le offese e le ingiurie scambiate tra le due parti e di concordare un'obbligazione dei rispettivi beni.

Il mandante delega ancora il procuratore di sottoporsi, in caso di inosservanza, ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato, di assolvere la relativa quietanza, di rinunciare alle norme consuetudinarie di Roma e di concordare un'idonea garanzia.

f. 11v Indictione XII mense agusti die XIII.

Testes:

- Nicolaus et

- Petrus frates germani filii olim Cecchi Iohannis Leonis et

- dominus Angelus Marronis<sup>(a)</sup> omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nectolus filius olim Meuli de Sancto Honesto, qui pro Butio frate suo et Paulo et Iacobo fratibus filiis ipsius Nectoli promisit de rato abitione et se facturum et curaturum, quod dicti Butius Paulus et Iacobus infrascripta omnia rata habebunt et omnia ex eo descendencia sub obligatione bonorum ipsius Nectoli et pena V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus et qui Nectolus promisit etiam quod dictus Butius et filii, dictum procuratorem ratum habebunt sub obligatione dictorum<sup>(b)</sup> bonorum et pena predicta ac die presente sua bona voluntate, pro se et nominibus quibus supra, fecit constituit et ordinavit suum verum legitimum procuratorem actorem factorem et numptium speciale, videlicet venerabilem virum dominum Guilielmum rectorem ecclesie Sancti Stephani de Pinea, presentem et recipientem, habentem ad omnia et singula infrascripta plenariam

f. 12r potestatem et speciale mandatum ab ipso Nectolo, pro se et dicto Butio frate suo et Paulo et Iacobo filiis ipsius Nectoli, ad dandum redendum et prestandum pacem et securitatem perpetuam Ceccho Buciaronis de regione Trivii seu eius procuratori pro eo et similem pacem et securitatem recipere ab ipso Ceccho seu eius procuratori pro eo et ad remictendum, nomine ipsorum Nectoli, fratris et filiorum, omnem iniuriam et offensam factam et illatam per ipsum Cecchum prefatis Nectolo, Butio, Iacobo et Paulo seu alterius ipsorum et similem<sup>(c)</sup> remissionem recepit ab eo et ad promictendum de non offendere perpetuo dictum Cecchum in persona vel bonis et similem promissionem recepit ab ipso seu eius procuratori pro eo et ad obligandum bona dictorum Nectoli, fratris et filiorum pro pace et securitate servanda ac ipsos Nectolum, fratrem et filiorum ad penam legalem et V<sup>c</sup> librarum provisinorum et ad renumpsiandum et refutandum omnia iura et actiones que et quas dicti Nectolus, Butius, Paulus et Iacobus ipsi Ceccho usque in presentem diem petere possent quacumque de causa et similem obligationem renumpsiationem et refutationem receperunt ab ipso Ceccho seu eius procuratori pro eo et<sup>(d)</sup> renumpsiaverunt capitulo consuetudinum Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et similem renumpsiationem recipiendam ab eo seu eius procuratore pro eo et ad dandum pro predictis omnibus et singulis observandis

ydoneam fideiussionem et similem fideiussionem recipiendam ab eo seu eius procuratore pro eo et generaliter ad omnia alia et

f. 12v singula facienda, que veri et legitimi procuratores circa premissa facere possunt et debent ac<sup>(e)</sup> si ipse Nectolus personaliter interesset promictens dictus Nectolus pro se et dictis Butio, Paulo et Iacobo ratum et firmum habere omne id et quicquid circa predicta per dictum suum procuratorem actorem factorem gestum procuratum et fidum ac promissum fuerit sub obligatione bonorum ipsius Nectoli et pena V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “omnibus” <sup>(b)</sup> Depennato p <sup>(c)</sup> Segue una p non depennata <sup>(d)</sup> Segue erroneamente “ad” non depennato

<sup>(e)</sup> Depennato “sip”.

Il prete Giacomo, rettore della chiesa di S. Anastasio *de Trivio*, procuratore di Cecco *Bucciaronis* del rione Trevi, come risulta dalla procura dei notai Giovanni di Pietro *scriniarii* e dello stesso Paolo *de Seromanis*, e il prete Guglielmo, rettore della chiesa di S. Stefano di Pigna, procuratore di Nettolo di Meolo di S. Onesto del rione Pigna, che rappresenta anche il fratello Buzio ed i figli Paolo e Giacomo, come risulta dalla procura dello stesso notaio Paolo *de Seromanis*, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza col bacio della vera pace. Le due parti rappresentate dai procuratori, rimettono reciprocamente ogni offesa e per la conservazione della pace si sottopongono, in caso di inadempienza, ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro richiesta del prete Giacomo, procuratore di Cecco *Bucciaronis*, si offrono quali garanti Giovanni *Bosus*, Lorenzo di Tuzio *Cocumbari* e Martino *Stacchiati* del rione Trevi e Lello detto *Gavilgia* del rione Colonna; allo stesso modo dietro richiesta del prete Guglielmo, procuratore di Nettolo, del fratello Buzio e dei figli Paolo e si offrono quali garanti Andreozio figlio del defunto Cecco *Sassi*, Cecco figlio del defunto Giordanello *de Giacomo*, *Buccabellis*, Pietro figlio del defunto Andrea di Buonanno notaio, Lello figlio del defunto Paolo di Lorenzo marmista e Giovanni di Giacobino *Brende* del rione Pigna.

f. 13r

Indictione XII<sup>a</sup> mense agusti die XIII.

Testes: Laurentius de Amedeis scribasenatus, Andreas Nasi, Laurentius Cole Petri *scriniarii* notarius, Iohannes Parentii et Salvatus Rigati.

In presentia Iohannis Petri *scriniarii* et mei notarii et testium etc. dominus presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Anestasii de Trivio, procurator et persona legitima Cecchi *Bucciaronis* de regione Trivii, habens infrascripta omnia et singula speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patet manu dicti Iohannis et mei Pauli notarii predictorum, ex una parte, et dominus presbiter Guilielmus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, procurator et persona legitima Nectoli Meuli de Sancto Honesto de regione Pinee pro se ipso et vice et nomine Pauli et Iacobi filiorum ipsius Nectoli et Butii fratris ipsius Nectoli, pro quibus ipse Nectolus principaliter se et bona sua obligavit de rato et promisit se facturum et curaturum quod dictus Butius frater suus hunc procuratorium et<sup>(a)</sup> hanc pacem et omnia in hoc istrumento contenta ratum habebit et omnia ratificabit et acceptabit et qui procurator, procuratorio nomine, dicti Nectoli promisit quod dicti Paulus et Iacobus hanc pacem et<sup>(b)</sup>

f. 13v

perpetuam securitatem ratam habebunt et cum venerint ad etatem ad petitionem dicti Cecchi de novo facientem, habens ad infrascripta et predicta omnia et singula speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patet manu mei Pauli notarii presentis confitentis et fidem facientis, ex parte altera, eorum bona voluntate, quibus supra nominibus, fecerunt prestiterunt et rediderunt sese ad invicem, nominibus quibus supra, veram et mundam pacem et perpetuam securitatem osculo vere pacis interveniente inter eos et remiserunt dicti procuratores, procuratorio nomine quibus supra, ad invicem unus alteri et alter alteri omnem iniuriam et offensam factam et illatam per ipsas partes una contra aliam et alia contra aliam usque in presentem diem ac renumpiaverunt et refutaverunt dicti procuratores, nomine quibus supra, unus alteri et alter alteri omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas unus contra alium et alter contra alterum qualitercumque vel quomodocumque petere possent usque in presentem diem, quam pacem et securitatem predicti procuratores, procuratorio nomine quibus supra, atendere et observare promiserunt inlesam ad penam et sub pena V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus pro medietate camere Urbis et nobis notariis pro ipsa camera recipientis et pro alia medietate parti fidem servantis<sup>(c)</sup>, videlicet pro parte dictorum Nectoli, filiorum et fratris, Laurentio de Amedeis scribasenato et pro parte dicti Cecchi dicto presbitero Iacobo, procuratori, et promiserunt dicti procuratores, procuratorio nomine quibus supra, unus alium et alter alterum perpetuo non offendere nec offendi facere in persona vel bonis ad penam predictam.

f. 14r

Renumpiaverunt dicti procuratores, procuratorio nomine quibus supra, capitulo consuetudinum Urbis loquentibus<sup>(d)</sup> conventionalibus non solvendis, que pene totiens tollitur quotiens contra factum fuerit, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et quod pax non intelligatur fracta nisi per tactum<sup>(e)</sup> manuum, pro quibus obligaverunt dicti procuratores hinc inde, procuratorio nomine quibus supra, omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpiaverunt etc. Ad hec

- Iohannes Bosus
- Laurentius Tutii *Cocumbari*, qui iuravit etc.
- Martinus *Stacchiati*
- Meus Thomaxii [omnes]\* de regione Trivii et
- Lellus dictus *Cavolgia* de regione Columpne

quilibet ipsorum in solidum ad petitionem et instantiam dicti presbiteris Iacobi procuratoris, procuratorio nomine dicti Cecchi, penes dictum presbiterum Guilielmum procuratorem predictum, presentem et recipientem, procuratorio nomine dictorum Nectoli, fratris et filiorum, fideiusserunt et promiserunt quod dictus Cecchus dictam pacem et securitatem perpetuo observabit inlesam et quod non offendet nec offendi faciet dictos Nectolum, Butium, Paulum et Iacobum nec aliquem eorum in persona vel bonis sub pena et ad

penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus pro medietate camere Urbis et nobis notariis ut supra et pro alia medietate dicto Laurentio scribasenato pro ipsis Nectolo<sup>(f)</sup>, Nutio, Paulo et Iacobo.

f. 14v

Renumptiaverunt dicti fideiussores et quilibet ipsorum epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis et omnibus aliis exceptionibus et defentionibus quibus contra predicta vel aliorum predictorum venire possent renumptiaverunt expresse, obligantes pro predictis dicti fideiussores et quilibet eorum bona eorum mobilia et immobilia presentia et futura etc. et versavice

- Andreotius filius quondam Cecchi Sassi

- Cecchus filius quondam Iordanelli de Buccabellis

- Petrus filius quondam Andree Bonianni notarius

- Lellus filius quondam Pauli Laurentii marmorarius

- Iohannes filius Iacobini Brende, qui iuraverunt etc. et omnes de regione Pinee

quilibet ipsorum in solidum ad petitionem et instantiam dicti presbiteris<sup>(g)</sup> Guilielmi procuratoris predicti, procuratorio nomine quibus supra, penes dictum presbiterum Iacobum procuratorem predictum recepit procuratorio nomine dicti Cecchi, predicto Nectolo, fideiusserunt et pro dictis Butio, Paulo et Iacobo sese principaliter obligaverunt et bona eorum et promiserunt quod dicti Nectolus, Butius, Paulus et Iacobus dictam pacem et perpetuam securitatem perpetuo observabunt inlesam et quod non offendent nec offendi facient dictum Cecchum in persona vel bonis sub pena predicta, stipulata ut supra, et quod dicti Paulus et Iacobus cum pervenerint ad etatem dictam pacem de novo facetur ad requisitionem dicti Cecchi, pro quibus obligaverunt omnia eorum bona et renumptiaverunt epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “omnia” <sup>(b)</sup> Ripetuto “et” <sup>(c)</sup> L’espressione che segue fino a “procuratori” è stata annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(d)</sup> Così P e omesso “de penis” <sup>(e)</sup> Segue una p non depennata <sup>(f)</sup> P “Necto” <sup>(g)</sup> P “presbiteri”.

14.

1359, agosto 31

Meo *Cerronis* di Tivoli nomina suoi procuratori Meolo di Eramo e Giovanni di Giacomo notaio del rione Pigna per le sue cause.

f. 15r

Indictione XII mense agusti die<sup>(a)</sup> ultimo.

Testes: dominus Angelus Marronis, dominus Iacobus Palocchi et dominus Iohannes Petri Guictonis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Meus *Cerronis* de civitate Tyburis sponte fecit ordinavit suos procuratores Meulum Herami, presentem et recipientem, et Iohannem domini Iacobi notarium de regione Pinee, licet absentem tamquam presentem, et quemlibet eorum in solidum ita quod non<sup>(b)</sup> melior conditio occupantium et quod per unum inceptum fuerit per alios prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc. promictens etc. pro quibus etc. et renumptiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “XIII” <sup>(b)</sup> Omesso “sit”.

15.

1359, ottobre 6

Cecco di Sabbatino del rione Pigna rilascia una quietanza a Paolo di Nicola *Marronis* dello stesso rione ed al garante Renzolino, in relazione ad un atto di deposito, rogato dal notaio Pietro di Andrea di Buonanno di Graziano del rione Pigna, dopo aver ricevuto la somma di 8 libbre di provisini del senato.

f. 15v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense octubris die VI.

Testes: Iohannes Cafari et dominus Nicolaus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Cecchus Sabbatini de regione Pinee sua bona voluntate renumptiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit omne ius et actionem realem et personalem utilem et directam tacitam et expressam ypotecariam seu mistam que et quas habet nunc et in futurum habere sperat contra et adversus Paulum filium Nicolai Marronis de regione Pinee, presentem et recipientem, pro se et vice et nomine Rençolini, fideiussoris ipsius Pauli, et mihi notario presenti et recipienti pro ipso Rençolino, occasione cuiusdam<sup>(a)</sup> instrumenti depositi scripti manu Petri Andree Bonianni Gratiani de regione Pinee, continentis quantitatem<sup>(b)</sup> VIII florenorum auri plus vel minus in ipso deposito scripto per quemcumque notarium dicitur continere. Hanc autem refutationem et que dicta sunt prefatus Cecchus Sabbatini eidem Paulo Marronis presenti et recipienti, pro se et vice et nomine dicti Rençolini et mihi notario recipienti pro ipso Rençolino, fecit pro eo quod confessus est<sup>(c)</sup> a supradicto Paulo, presenti, recepisse et habuisse dictos<sup>(d)</sup> florenos auri, de quibus se bene

f. 16r

quietum contentum et pacatum vocavit et renumptiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum exceptis doli mali et in facto conditioni ob causam et sine spei future numerationis et receptionis

etc. et promisit dictus Cecchus eidem Paulo, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine que dicta iura dicti depositi sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc.

<sup>(a)</sup> P cuidam <sup>(b)</sup> Ripetuto di nuovo “continentis” poi è stata depennata una q ed ancora ripetuto “quantitatem” <sup>(c)</sup> Depennato “se” <sup>(d)</sup> Depennato L.

## 16.

1359, ottobre 7

Lello di Giovanni di Cinzio detto *Sclavus*, orefice, e Paolo Buccamucçe, sarto, del rione Pigna danno in soccida a Paolo di Nicola *Marronis* emancipato, come risulta da un atto dello stesso notaio Paolo *de Seromanis*, 22 alveari per un periodo di 5 anni: i concedenti si impegnano a pagare la metà delle spese per gli alveari, mentre il soccidario promette di provvedere alla custodia ed a dividere a metà il prodotto.

Alla scadenza della concessione le parti contraenti promettono di dividere a metà la soccita.

Il soccidario impegna i suoi beni e si sottopone, in caso di inadempienza, ad una sanzione pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

f. 16v Indictione XIII<sup>a</sup> mense octubris die VII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Angelus Marronis, Nicolaus Lelli Francisci de regione Pinee et Iohannes presbiter<sup>(a)</sup> de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Iohannis Cinthei dictus alias Sclavus<sup>(b)</sup> aurifex et Paulus Buccamucçe sutor ambo de regione Pinee, quilibet eorum pro rata scilicet pro medietate, dederunt et concesserunt in soccitam Paulo filio Nicolai Marronis emancipato<sup>(c)</sup>, ut patet manu mei eiusdem notarii, idest viginti duos cupellos apium ipsorum Lelli et Pauli, quos dictus Paulus Marronis a predictis Lello et Paulo Buccamucça confessus est a dicto Paulo recepisse de quibus se bene quietum vocavit et renumpiavit etc. Hanc autem soccitam et que in hoc istrumento continetur prefati Lellus et Paulus Buccamucça eidem Paulo Marronis, presenti et recipienti, fecerunt et dederunt pro quinque annis proxime futuris, sub hiis pactis et tenoribus quod dictus Paulus Marronis promisit et convenit prefatis Lello et Paulo Buccamucça, presenti et recipienti, dictos cupos

f. 17r tenere et salvos facere ac custodire et custodiri facere ad omne suum requisitum periculum et fortunam ac omnibus suis suntibus et expensis, ut moris est, bone soccite et predicti Paulus Buccamucça et Lellus promiserunt per solempnem et legitimam stipulationem convenerunt dicto Paulo Marronis solvere medietatem integram<sup>(d)</sup> omnium expensarum fiendarum in dictis cupellis, exceptuata custodia tantum, quam custodiam dictus Paulus Marronis de suo proprio solvere promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit et, finitis dictis annis, dictus Paulus Marronis dictos cupellos et soccitam dividere per medium promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit et unam dictarum partium dicti Lellus et Paulus pro se ipsis accipient et aliam penes dictum Paulus Marronis remanebit ac etiam totum fructum, quod de eis Dominus daturum est, ut moris est, bone soccite per medium dividere promiserunt, quam soccitam dicti Lellus et Paulus Buccamucça eidem Paulo Marronis, predicto tempore, actendere et observare promiserunt, et predictus Paulus Marronis predictis Lello et Paulo sub obligatione bonorum ipsorum et pena C librarum provisinorum, pro medietate etc., pro quibus etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt feriis<sup>(e)</sup> etc.

<sup>(a)</sup> P “presbiteri” <sup>(b)</sup> Depennato d <sup>(c)</sup> P “emancipato” <sup>(d)</sup> P “integlam” e così di seguito per un segno grafico di r di tipo convenzionale <sup>(e)</sup> Segno abbreviativo di una seconda r superflua.

## 17.

1359, ottobre 18

Lello di Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna dà in locazione a Dino di Simone già del contado di Firenze ed ora della contrada di Piazza dei Giudei due pezze e mezza di terra, situate fuori della porta Appia nella località detta Valle Appia, per un periodo di 4 anni a cominciare dal prossimo Natale: il locatario si impegna di lavorare il terreno e di ricavarne un orto e di corrispondere ogni anno, nella festa dell’Assunzione, la somma di 5 libbre di provisini del senato.

Nel caso che il pagamento non avvenisse entri i 15 giorni dalla data stabilita l’affittuario è tenuto a pagare il doppio.

Le parti contraenti impegnano i loro beni e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 50 libbre di provisini del senato.

f. 17v Indictione XIII<sup>a</sup> mense octobris die XVIII.

Testes: Cola Transmarini et Franciscus Thomei de regione Arenule.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Corradutii Mastronis spetiarius de regione Pinee, qui iuravit etc. sua bona voluntate locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit Dino Symonis olim de comitatu

Florentie et nunc de contrada platee Iudeorum, presenti et recipienti, idest duas petias et dimidiam terre ipsius Lelli, posite extra portam Apiam in loco qui dicitur Vallis Apie, inter hos fines, ab uno latere est rivus Apie, ab omnibus aliis lateribus tenet idem Lellus ad faciendum in eis ortum et alia ad ipsius Dini voluntatem. Hanc autem locationem et que dicta sunt et dicuntur infra prefatus Lellus eidem Dino, presenti et recipienti, fecit pro quatuor annis proxime<sup>(a)</sup> futuris, incipiendo in festo Nativitatis Domini proxime futuris usque ad completos dictos III<sup>or</sup> annos et pro eo quod dictus Dinus promisit et convenit eidem Lello ipsas terras laborare et in eis ortum facere et eidem Lello redere et respondere omni anno annuatim, dictorum III<sup>or</sup> annorum in festo Assumptionis beate Marie de mense agusti, quinque libras provisinorum senatus, quas si non solverit infra XV dies a die dicte festivitatis duplum solvere teneatur, pro quibus obligavit omnia bona sua et renumpiavit etc. promictentes unus alteri et alter alteri predicta observare sub obligatione bonorum suorum et pena L librarum provisinorum pro medietate etc., pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “elapsis”.

18.

1359, ottobre 20

Il nobile Nicola figlio del defunto Francesco di Giovanni di Leone del rione Pigna, anche a nome dei fratelli Giovanni e Pietro, dà in locazione a Ceccho di Nuzio di Cecco, pescivendolo, del rione di S. Angelo la quarta parte di una peschiera detta *La pescaria de maltiempo*, situata nel fiume Tevere, per il diritto di pesca da esercitare per un periodo di 12 anni, a cominciare dalla stipulazione del presente contratto, al prezzo di 4 fiorini d'oro e con la consegna annuale di un' *alosa ovata*.

Cecco si impegna a non rinunciare al contratto, altrimenti sarà costretto a rimborsare il doppio della somma stabilita.

A richiesta del nobile Nicola e dei suoi fratelli si offre quale garante Tuzio di Giovanni *Petracchie* della contrada

*Piscine*.

Indictione XIII<sup>a</sup> mense octobris die XX<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Lelli Francisci de regione Pinee et Iannoctus Petricçe de regione Sancti Angeli.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir<sup>(a)</sup> Nicolaus filius olim nobilis viri Francisci Iohannis Leonis de regione Pinee, qui iuravit etc. et qui pro Iohanne et Petro fratibus suis germanis et filiis olim dicti Francisci se et bona sua principaliter obligavit de rato et promisit se facturum et curaturum quod dicti Iohannes et Petrus infrascriptam locationem et omnia et singula in presente contractu apposito rato habebunt sub obligatione bonorum ipsius ac die presente pro se et dictis suis fratibus locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit Ceccho Nutii Cecchi pescivendolo de regione Sancti Angeli, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, pro tempore infrascripto, idest quartam partem piscarie, que dicitur La Pescara de maltiempo ipsorum fratuum, iunta pro indiviso cum aliis tribus quartis partibus aliorum consortuum, que tota piscaria posita est in flumine Tyberis, inter suos confines, ad piscandum et in ea faciendum quicquid sibi pro dicto tempore placuerit. Hanc autem locationem dictus nobilis Cola pro se et dictis suis fratibus, pro quibus promisit de rato, et se

facturum et curaturum prefato Ceccho, presenti et recipienti pro se et quo supra, fecit hinc ad duodicem annos proxime futuros, incipiendo a die confectionis presentis contractus et pro eo recepit et habuit a dicto Ceccho, presente et legitime stipulante pro dicta piscaria, pro dictis XII annis quatuor florenos boni et puri auri iusti et legalis ponderis, de quibus se et vice et nomine quibus supra bene quietum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solute pecunis etc. et pro eo etiam quod dictus Cecchus promisit prefato Nicolao, presenti et recipienti pro se et nominibus quibus supra, dare omni anno annuatim unam laciam ovatam quolibet anno dictorum XII annorum, quam locationem dictus Cola promisit pro se et dictis suis fratibus, dicto<sup>(b)</sup> tempore ratam habere et dictus Cecchus eam non rinunciare sub obligatione bonorum ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena dicti pretii dupli, renumpiavit capitulo consuetudinum Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc. Et ad hec ad petitionem et instantiam dicti nobilis Nicolai pro se et dictis suis fratibus penes dictum Cecchum, presentem et recipientem, Tucius Iohannis Petracchie de contrada Piscine fideiussit et promisit se facturum et curaturum quod omnia predictum Colam eidem Ceccho promissa pro dicto tempore observabunt inlesa sub obligatione bonorum omnium dicti Tucii et pena predicta, renumpiavit in predictis epistule divi Adriani etc. et generaliter etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “viri” <sup>(b)</sup> Depennata la desinenza conclusiva “rum”.

Cecco di Giovanni *Mancini* del rione Trevi rilascia una quietanza a Tuzio di Giovanni *Petracchie* della contrada *Piscine*, che rappresenta i nobili Nicola, Giovanni e Pietro figli del defunto Francesco di Giovanni di Leone del rione Pigna, in relazione ad una diffida, dopo aver ricevuto la somma di 10 fiorini d'oro.

f. 19r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense octobris die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Iacobellus Palonis, Mathutius Cecchi Cacchi et Andreas Dicagneti.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Iohannis Mancini de regione Trivii ac die

presente sua bona propria et spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit, et per pactum de ulterius non petendo<sup>(a)</sup>, remisit Tutio Iohannis Petracchie de contrada Piscine, presenti et recipienti, vice et nomine nobilium virorum Nicolai, Iohannis et Petri fratuum, filiorum olim nobilis viri Francisci Iohannis Leonis de regione Pinee, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dictorum Nicolai, Iohannis et Petri, idest omne ius omnemque actionem iustitiam et petitionem reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas nunc habet vel habere posset contra dictos fratres tam occasione cuiusdam diffidationis facte de dictis fratribus pro ipso Ceccho continentis quantitatem X florenorum auri plus vel minus prout in ipsa diffidatione continetur, quam etiam et quacumque alia occasione et generaliter dictus Cecchus renumpsiavit dicto Tuzio presenti et recipienti pro predictis fratribus et mihi notario, recipienti pro eis, omnia alia et singula iura que eis petere

f. 19v

possint usque in presentem diem<sup>(b)</sup> quacumque occasione seu causa. Hanc autem refutationem renumpsiavit et omnia et singula que dicta sunt et dicentur infra, prefatus Cecchus eidem Tutio, presenti et recipienti nominibus quibus supra et mihi notario ut publice persone, recipienti pro eis, fecit pro eo quod confessus est et in veritate recongnovit se dictos X florenos auri, a dictis fratribus seu ab alio pro eis recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus omnibus quietum contentum pacatum et solutum vocavit. Renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum exceptis doli mali et in facto conditioni ob causam et sine et spei future numerationis et receptionis et generaliter omnibus aliis exceptionibus etc. et promisit dictus Cecchus dicto Tutio, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine et mihi notario recipienti pro eo<sup>(c)</sup> quod dicta iura dicte<sup>(d)</sup> diffidationis sunt ipsius et ad eum spectant pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit feriis et feratis<sup>(e)</sup> diebus etc.

(a) Depennato "remisit omne ius et actionem" (b) P "die" (c) Depennato l (d) (e) Depennato "etc."

Giovanni figlio del defunto cernitore Paolo del rione Pigna vende a Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale dello stesso rione una pezza di terra, situata fuori della porta Appia nella località di Valle Appia, al prezzo di 10 fiorini d'oro,

Il venditore nomina suo procuratore Andrea sarto per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

f. 20r

Indictione XIII mense octobris die XXV.

Testes: dominus Angelus Marronis et Lucas Guilielmi de Orto et Iohannes nepos Cecchole Cacchi de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes filius olim Pauli cernitoris de regione Pinee

qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum<sup>(a)</sup> petere, ac die presente sua bona voluntate vendidit et et venditionis titulo dedit cessit et concessit Lello filio olim Corradutii Mastronis spetiario de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus vel cui dare et concedere voluerit in perpetuum, idest unam petiam terre ipsius venditoris, positam extra portam Apiam in loco qui dicitur Vallis Apie, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Iohannes venditor, ab alio idem Lellus emptor, ab alio viculus vecinalis, ab alio Blaxius Ionbardus vel si qui sunt plures vel veriores<sup>(b)</sup> confines liberam et esemptam ab omni iure canonis sive census et per Andream sutorem, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicto petio terre investiri voluit et mandavit et donec investitum

f. 20v

constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori liberam facultatem concessit ut amodo in antea proprio nomine agat etc. nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit. Hanc autem venditionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur, prefatus venditor dictus venditor eidem emptori fecit pro pretio et nomine pretii X florenorum auri, quos dictus venditor a dicto emptore confessus est se recepisse, de quibus<sup>(c)</sup> se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio valeretur totum illud plus dictus



venditor eidem emptori, amoris causa inter vivos donavit cessit et concessit etc. et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, quod dicta terra est ipsius et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini sunt vendite date donate cesse concesse nec aliquo alio modo alienate in totum vel in partem nec contractus vel quasi cum aliqua persona factus est nec factus apparet et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. promisit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

(a) (b) P “verios” (c)

21.

1359, ottobre 26

Romanello di Cecco falegname del rione Ponte vende a Vanni di Giacomo di \*\*\*\*\* una casa a pianoterra con solarario, situata nel rione Ponte, ed una vigna, situata fuori della porta Castello nella località detta *Gagiano*, al prezzo di 100 libbre di provisini del senato.

Il venditore nomina suo procuratore Bartolomeo di Alessio detto *Preite* per l'insediamento dell'acquirente nelle sue proprietà.

f. 21r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense octubris die XXVI.

Testes: Paulus Lelli Lelli Thome prothonotarius, Matheolus domini Petri Petri de regione Trastiberim et ser Philippo de Sassoferrato notarius maleficiorum.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Romanellus Cecchi falennaine de regione Pontis ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domino Vanni domini Iacobi de Nur\*\*\*, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipse dominus Vannes dare et concedere voluerit, idest unam domus ipsius venditoris terrineam et solaratam, positam in regione Pontis, inter hos fines, ab uno latere tenet Masciola, ab alio est via publica et alios suos confines. Item et unam vineam positam extra portam Castelli in loco qui dicitur Gagiano, inter hos fines, ab uno latere tenet Gorius fratris Pauli, ab alio viculus vecinalis et alios suos confines cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus earumdem liberam et esemptam ab omni iure redditus seu census et per Bartholomeum Alexii dictus alias *Preite*, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum

f. 21v

ipsum emptorem de dicta domo et vinea investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum et in vacuam possessionem adeptus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori liberam facultatem concessit ut amodo in antea proprio nomine agat etc. Item vendidit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, omnia iura et actiones sibi competentia in dicta domo et vinea nullumque sibi ius in predictis dictus venditor aliquo modo reservavit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et dicentur infra, prefatus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii centum librarum provisinorum senatus inter ambas, quas C libras dictus venditor a prefato emptore confessus est et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus omnibus quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum et non ponderatorum dictarum<sup>(a)</sup> C librarum et pretii predicti non recepti etc. et si plus dicto pretio dicte res valerent dictus venditor prefato emptori, presenti et recipienti, amoris causa inter vivos donavit,

f. 22r

cessit et concessit et promisit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, quod supradicte res vendite sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite date donate cesse concesse nec aliquo alio modo alienate in totum vel in partem nec contractum vel quasi cum aliqua persona factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contracti et si contrarium aliquo tempore appareret et tam de causa seu quolibet alia, dictus emptor vel eius heredes et successores in dampnum venerit vel expensis fecerint seu evicti fuerint omnes dampna et expensas ac ipsam evictionem duplam dictus venditor eidem emptori de aliis suis propriis bonis reficere et resarcire promisit etc. confitens talem esse in Urbe consuetudinem etc. promisit etiam dictus venditor eidem emptori in predictis omnibus et singulis facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem ad petitionem et voluntatem dicti emptoris pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etiam ferriatis diebus, quibus ferriis renumpsiavit expresse et in omni curia tam ecclesiastica<sup>(b)</sup> quam seculari etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "floreorum" <sup>(b)</sup> Omesso il segno abbreviativo.

Egidio calzolaio del rione Trastevere conferma i precedenti procuratori e nomina altri due procuratori nelle persone dei notai Nuzio *Paelli* e Onofrio di Pietropaolo per risolvere le cause e le liti presenti e future.

f. 22v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> octubris die XXVI.

Testes: Tronba mandatarius de regione Columpne et Lellus Corradutii spetiarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Egidius calsolarius de regione Trastiberim ac die presente sua bona voluntate, non revocando alios suos procuratores set potius confirmando, fecit constituit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores factores et numptios speciales, Nutium Paelli notarium, presentem et recipientem, et Eunufrium Petripauli notarium, licet absentem tamquam presentem, et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conductio occupantis et quod per unum inceptum fuerit per alios prosequi valeat et finiri ad omnes suas causas lites<sup>(b)</sup> et questiones que et quas nunc habet et habere posset contra omnes personas et loca et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari ad agendum petendum etc. promictens dictos suos procuratores relevare ab omni honore satisfactionis etc. et promisit etiam se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictos suos procuratores seu ipsorum alterum gestum si dum fuerit sub obligatione bonorum ipsius etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “decembris” <sup>(b)</sup> P “litis et questionis”.

Francesca vedova di Giacomo di Alessio già del rione Trevi e ora del rione Pigna e Pietro figlio del defunto Giovanni *Lacorte* del rione Monti stipulano un contratto di vendita: Pietro si impegna a vendere il latte ed i prodotti ricavati dal suo gregge di 250 pecore, dal giorno della stipula del contratto fino al trasferimento del gregge sulle montagne per la transumanza e successivamente fino al mese di marzo dell'anno seguente, al prezzo corrente a Roma e corrispondente a quello stabilito dai mercanti dell'arte; Francesca si impegna a sua volta, a ricevere il prodotto, e versa una caparra di 25 fiorini d'oro.

I due contraenti precisano che il venditore consegnerà fino alla Quaresima sia di mattina che di sera il cacio e dopo Pasqua la mattina il latte e la sera il cacio.

Dietro richiesta del venditore si offre quale garante Pietro *Pinciaronis* del rione S. Angelo.

f. 23r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense octubris die XXVIII<sup>o</sup> <sup>(a)</sup>.

Testes: dominus Angelus Marronis et Iohannes filius olim Cecchi Cafari de regione Pinee et dominus Nicolao<sup>(b)</sup> Normandi de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt conventiones et pacta habita et firmata inter dominam Franciscam uxorem olim Iacobi Alexii olim de regione Trivii et nunc de regione Pinee, ex una parte, et Petrus filius olim Iohannis Lacorte de regione Montium, ex alia parte, videlicet<sup>(c)</sup> quod dictus Petrus vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit promisit et convenit totum lac et fructus II<sup>c</sup>L pecudum ipsius Petri ab hodie usque quo pecudum<sup>(d)</sup> ipsius Petri ascendunt in montaniam, more consueto, et dictum lac et fructus mictere eidem domine Francisce promisit toto dicto tempore et omni die continuis diebus cum domenicilibus consuetis et ipsa domina Francisca taliter dictum lac et fructus recipiat et percipiat a dicto Petro seu ab alio pro eo, quod totum dictum lac et fructus lactis, quod de dictis II<sup>c</sup>L pecudibus exhibit, sub pena C librarum provisinarum, pro medietate etc. acto et convento inter ipsas partes quod dictus Petrus vendat et vendere debeat dicte domine Francisce dictum lac et fructus lactis pro eo pretio quo communiter valebit in Urbe et venditur per mercatores dicte artis. Hanc autem venditionem et promissionem et que dicta sunt prefatus Petrus eidem domine Francisce fecit hinc per totum mensem martii proxime nunc venturum, pro eo quod dictus Petrus presentialiter et manualiter recepit a dicta domina Francisca pro dicto lacte et fructibus, pro arris et parte pacamenti totius lactis et fructus predictorum XXV florenos auri, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. insuper promisit et convenit

f. 23v

dictus Petrus eidem domine Francisce mictere et assignare facere per totum presentem Carnisbribium<sup>(e)</sup> proxime futurum de mane lac et de sero caseum et per totam Quatragesimam proxime futuram continue de mane et de sera caseum et post festum Pasce de mane lac et de sero caseum. Et dicta domina Francisca promisit dicto Petro totum dictum lac et fructus lactis hemere pro pretio supradicto ad penam predictam, pro medietate etc. Et ad<sup>(f)</sup> petitionem et instantiam dicti Petri Iohannis Lacorte penes dictam dominam Franciscam, presentem et recipientem, Petrus Pinciaronis de regione Sancti Angeli fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et promisit predictus Petrus Iohannis Lacorte predicta omnia et singula per eum promissa atendet et observabit eidem domine Francisce sub obligatione bonorum ipsius, renumpsiavit in predictis tam dictus venditor quam eius fideiussor epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia. Renumpsiavit in

predictis feriis et feriatis diebus et omnibus aliis exceptionibus quibus contra predicta venire posset, renumpatiavit expresse etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro è annotato “missum” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Ripetuto “videlicet” <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> Così P, ma intendasi “Carnisprivium”  
<sup>(f)</sup> Ripetuto “Et ad”.

24.

1359, ottobre 30

Scarpone del *castrum* di Bracciano, a nome proprio e con la procura dello zio paterno e dei suoi fratelli, si presenta davanti la porta della casa dei Sette Riformatori di Roma e, non potendo entrare, dichiara di essere stato condannato, da un atto rogato dal notaio della camera di Roma Cecco *Scolicis*, a consegnare a Coluzia di Pucciarello ed ai suoi complici di Bracciano una certa quantità di denaro e di altre cose, ma il termine per la consegna era già scaduto. Gli stessi Sette Riformatori avevano disposto che Petrone castellano di Bracciano, a richiesta di Scarpone e dei familiari da lui rappresentati, gli permettesse di portare via il grano e le altre cose, sia per il sostentamento familiare, sia per soddisfare le richieste di Coluzia e dei suoi, ma il castellano non aveva voluto sottostare al mandato dei Riformatori e si era rifiutato di dare il permesso.

Dichiara infine Scarpone, per sé e per i suoi familiari, che il termine fissato per la consegna a Coluzia non è stato sufficiente, che non è tenuto al pagamento della penale prevista nella condanna e non sarà in grado di adempiere l'obbligo notificatogli finché il castellano di Bracciano non autorizzerà il trasporto da lui richiesto.

f. 24r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense octubris die penultimo.

Testes: magister Andreas de Gallesio notarius, Cecchus de Rivofrigido et Savellus de castro Bracciani.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Scarponus de castro Bracciani pro se et suo proprio nomine et, ut, procurator et persona legitima Theballini patru sui et fratrum ipsius Scarponis ante ostium standum domus habitationis dominorum Septem Reformatorum Urbis cum aditum ad ipsos dominos Septem habere infra non possit, dixit et protestatus est quod cum per ipsos dominos Septem fuerit sibi mandatum ad certam penam in mandato contentam, ut patere dicitur manu Cecchi Scolicis notarii camere Urbis infra certum terminum iam elapsum dare et assignare deberet Colutie Pucciarelli et aliis suis complicibus de dicto castro certam quantitatem pecunie et rerum, prout in ipso mandato dicitur continere, et per ipsos dominos Septem mandatum fuerit Petrono castellano dicti castri Bracciani quod, ad petitionem et instantiam ac requisitionem et voluntatem dicti Scarponis<sup>(a)</sup> seu aliorum pro eo, permicteret et permicti deberet extrahere de dicto castro Bracciani granum et alias res ipsius Scarponis tam pro substentatione vite ipsorum Scarponis et suorum quam etiam pro satisfatione facienda predictis Colutie et suis et dictus castellanus noluisse demictere ad petitionem ipsorum aliquid de dicto castro extrahere<sup>(b)</sup> se in totum expresse negavit, dixit et protestatus est dictus Scarponus, pro se et quilibet supra nominibus, quod sibi terminus non elabeatur nec teneatur ad penam dicti mandati cum ipse sit paratus dictum mandatum et omnia contenta in eo efficaciter adimplere dummodo per ipsum castellanum dicti castri Bracciani permictantur extrahere<sup>(c)</sup> supradicta etc.

f. 24v

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> P “exthaere” <sup>(c)</sup> P “exthaere”.

25.

1359, novembre 3

Paolo di Nicola *Marronis* del rione Pigna, emancipato come risulta da un atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, concede “ad pomedium” a Simone di Ciaccio del rione Colonna due rubbia di grano da semina da utilizzare nel tenimento del suo casale detto *de Marronibus*, situato fuori del ponte Salario, con l'impegno del concessionario di lavorarlo, di mondarlo e di mieterlo a sue spese e di corrispondergli, nella prossima estate, la metà del grano raccolto oltre alle due rubbia per la semina da inviare a Roma.

Simone promette di non rinunciare alla fornitura di grano da semina e Paolo di non riceverlo poi indietro: i due contraenti impegnano i loro beni e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una pena pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

f. 25r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense novembris die tertio.

Testes: Nicolaus Lelli Francisci, Nectolus Butii de Sancto Honesto de regione Pinee et Mutius Marie de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Paulus filius Nicolai Marronis de regione Pinee, emancipatus ut patet manu mei eiusdem notarii et qui iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tacto libro contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa, ac die presente sua bona voluntate dedit cessit et concessit ad pomedium Simeoni filio Ciacce de regione Columpne, presenti et recipienti, idest duo rubra grani sementatorii in tenimento casalis ipsius Pauli, quod dicitur casale de Marronibus positum

extra pontem Salarium, inter suos confines, sub hiis pactis et tenoribus, quod dictus Simeon promisit et per solempnem stipulationem convenit eidem Paulo Marronis dictum granum bene laborare, mundare et custodire suis sumptibus et expensis ac etiam apparare et ipsum metere et omnia facere prout consuetum est et tempore proxime futuro estatis, eidem Paulo dare et respondere medietatem dicti grani et  
f. 25v duo rubra grani pro seme, totum positum in Urbe, promictens etiam dictus Simeon dicto Paulo nullo modo dictum granum renumpiare et dictus Paulus promisit eidem Symeoni dictum granum non reaccipere sub obligatione bonorum ipsorum et pena C librarum provisinorum, pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

26.

1359, novembre 3

Nicola *Marronis* del rione Pigna rilascia una quietanza a Giovanni figlio del defunto Cecco *Cafari* ed al garante Cecco di Buzio di Ruggero mercante, in rappresentanza anche di Nicola *Cafari*, in relazione ad un atto di deposito rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, dopo aver ricevuto la somma di 25 fiorini d'oro.

Indictione XIII<sup>a</sup> mense novembris die III<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Rogerii notarius, Iohannes Rogerii mercator et Cecchus Boni de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus Marronis de regione Pinee, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate renumpiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit idest omnia et singula iura et actiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas que et quas dictus Nicolaus nunc habet et in futurum habere posset contra et adversus Iohannem filium olim Cecchi Cafari, ut principalem debitorem, Cecchum Butii Rogerii mercatorem, ut fideiussorem eius presentem et recipientem, pro sese ipsis et vice et nomine Nicolai Cafari eiusdem Iohannis fratris et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro eo, occasione cuiusdam instrumenti depositi scripti manu mei eiusdem notarii continentis quantitatem XXV florenorum auri, plus vel minus, prout in ipso deposito continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt prefatus Nicolaus Marronis eidem Iohanni et Ceccho, presentibus et recipientibus, pro sese ipsis et dicto Nicolao Cafari et mihi notario recipienti pro eo, fecit pro eo quod confessus est et in veritate recongnovit se a dictis depositariis dictos XXV florenos auri recepisse et habuisse, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et promisit dictus Nicolaus Marronis eidem Iohanni et Ceccho, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et vice et nomine dicti Nicolai<sup>(a)</sup> Cafari et mihi notario recipienti pro eo, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius Nicolai Marronis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii sunt vendita data donata cessa concessa nec alienata in totum vel in partem et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione ad duplum, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Marro".

27.

1359, novembre 3

Giovanni figlio del defunto Cecco *Cafari*, con la garanzia di Giuliano di Ruggero e di Cecco di Buzio di Ruggero mercanti, tutti del rione Pigna, riceve in deposito da Nicola *Marronis* dello stesso rione la somma di 38 fiorini d'oro e promette di restituirla, con le spese e gli interessi, entro un anno.

Indictione<sup>(a)</sup> XIII<sup>a</sup> mense novembris die III<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Rogerii notarius, Iohannes Rogerii mercator et Cecchus Boni de regione Pinee

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes filius olim Cecchi Cafari de regione Pinee qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum petere, ut principalis debitor, Iulianus Rogerii et Cecchus Butii Rogerii mercatores de regione Pinee, ut fideiussores dicti Iohannis, omnes ipsi et quilibet eorum in solidum eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, uno tamen solvente ceteri liberentur, confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse a Nicolao Marronis de regione Pinee, presente et recipiente et legitime stipulante<sup>(b)</sup> pro se et suis heredibus et successoribus, videlicet triginta octo florenos auri, quos dicti depositarii et quilibet ipsorum a dicto Nicolao confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese integraliter<sup>(c)</sup> recepisse de quibus se  
f. 27r se bene quietos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum etc. quos quidem fecerunt dicti depositarii et quilibet ipsorum promiserunt dicto Nicolao tenere et salvos facere ad omnem ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Nicolao redere et restituere promiserunt hinc ad unum annum proxime futurum cum dampnis et expensis etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etiam ferriatis diebus, quibus ferriis

renumptiaverunt expresse et coram quocumque iudice vel auditore et omni curia tam ecclesiastica quam seculari renumptiaverunt in predictos, ipsi et quilibet ipsorum legibus cedo bonis epistule divi Adriani etc. pro quibus etc. et renumptiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue è stato depennato con tratti di penna incrociati e se ne dà giustificazione nell'annotazione riportata, al termine del documento, sul margine inferiore del f. 27r "Cancellata quia apparet refutatio facta manu mei eiusdem notarii sub anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXII, indictione XV, mense iunii die XXVI, presente Paulo Ursino de regione Campitelli, Ceccholello Astalli et Nicolao Cinthei de regione Pinee". Evidentemente è stato prorogato il termine, previsto inizialmente per un anno, per la restituzione del deposito: tuttavia nella "refutatio" del 15 giugno 1362 non esiste testimonianza a causa della perdita del protocollo notarile di quell'anno <sup>(b)</sup> P "stipulanti" <sup>(c)</sup> P "integraliter" per una forma grafica convenzionale della r iniziale che si ripete anche nei casi successivi.

28.

1359, novembre 5

Caterina figlia del defunto Cecco *Cafari* del rione Pigna vende a Giovanni figlio del defunto Cecco *Cafari* dello stesso rione la metà di un casamento o di un palazzo a pianoterra con solari, sale, camere, stalle, portico, pozzo e ballatoio, situate nel rione Pigna al prezzo di 56 fiorini d'oro. La venditrice nomina suo procuratore Lorenzo *de Seromanis* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

f. 27v

Indictione XIII mense novembris die V<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Cinthei, Paulus Marronis et Laurentius de Seromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Catherina filia olim Cecchi Cafari de regione Pinee, que primo renumptiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum parafernorum et omni alio suo iure et que primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum petere, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, non vi coacta nec dolo inducta, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Iohanni filio olim Cecchi Cafari de dicta regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipse Iohannes dare et concedere perpetuo voluerit, idest integram medietatem

f. 28r

quarumdam domorum accasamentorum seu palatiorum terrinearum et solaratorum cum salis, cameris, stabulis, porticali, puteis, mingiano ante se, et cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis, iunta pro indiviso<sup>(a)</sup> cum alia medietate Lelli Angeli Blaxii, que omnes dicte domus posite sunt in regione Pinee, inter hos fines ad omnes dictas domos, ab uno latere tenent heredes Pauli Angeli Blaxii, ab alio latere tenent heredes olim Recuberi, retro sunt domus que olim fuerunt Iohannis Capuce, ante est via publica, vel si qui etc. et per Laurentium de Seromanis, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem, de predictis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum constituit se dicta venditris nomine dicti emptoris, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dicta venditris eidem emptori liberam facultatem concessit ut amodo in antea dicta medietas omnium dictarum domorum propria auctoritate possit intrare etc. nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefata venditris,

f. 28v

eidem Iohanni emptori, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus, fecit pro pretio et nomine pretii LVI florenorum auri, quos dicta venditris a prefato emptore confessa est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene queta et pacata vocavit et renumptiavit etc. et si plus dicto pretio dicta medietas dictarum domorum valeret, totum illud plus quod valeret, dicta venditris eidem emptori, presenti et recipienti, amoris causa inter vivos, donavit cessit et concessit et promisit dicta venditris eidem emptori quod dicta medietas dictarum domorum est ipsius venditricis et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone est vendita data donata cessa concessa nec aliquo alio modo alienata in totum vel in partem, nec contractus vel quasi cum aliqua alia persona factus est nec factus apparet et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione ad duplum, confitens etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris penes dictum emptorem obligavit omnia bona sua etc. et renumptiavit etc. et promisit etiam dicta venditris eidem emptori, presenti et recipienti, in predictis facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem etc.

<sup>(a)</sup> P "diviso".

29.

1359, novembre 5

Cecco di Nicola *Marronis* del rione Pigna, emancipato come risulta da un atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, informato della vendita della moglie Caterina, figlia del defunto Cecco *Cafari*, fatta a Giovanni figlio del defunto Cecco *Cafari* della metà del casamento, situato nel rione Pigna, dà il suo

consenso poiché non arreca alcun pregiudizio ai diritti dotali della moglie e non ha alcun diritto sulla metà dell'immobile messo in vendita.

f. 29r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense novembris die V<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Cinthei, Paulus Marronis et Laurentius de Seromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius Nicolai Marronis de regione Pinee, emancipatus<sup>(a)</sup> ut patet manu mei eidem notarii et qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo sive causa nec restitutionem in integrum petere, cetioratus per me eundem notarium quomodo Catherina filia olim Cecchi Cafari de regione Pinee, uxor ipsius Cecchi, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Iohanni filio olim dicti Cecchi Cafari, medietatem quarumdam domorum et accasamentorum ipsius Catherine, iunta pro indiviso<sup>(b)</sup> cum alia medietate Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee, posita in dicta regione Pinee, inter suos confines, pro certo pretio in ipso istrumento venditionis apposito et die presente sponte ipso Iohanni emptori, presenti et recipienti, dicte venditioni consentiit et suum consensum prestitit et renumpsiavit et refutavit dicto Iohanni omnia et singula iura

f. 29v

et actiones iustitias et petitiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset in domibus supradictis qualitercumque vel quomodocumque. Hunc autem consensum et que in presente istrumento continentur, prefatus Cecchus eidem Iohanni, presenti et recipienti, fecit pro eo quod confessus fuit dictum consensum in nullo prejudicare iuribus dotalibus ipsius Catherine, eius uxoris, et quod ipse Cecchus nullam habet actionem in dicta medietate dictarum domorum, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P "emancipatus" <sup>(b)</sup> P "diviso".

### 30.

1359, novembre 11

Lorenzo *de Seromanis* del rione Pigna, procuratore del fratello Ceccolo figlio del defunto Lello *de Seromanis*, come risulta dalla procura rogata dal notaio Giacomo di Sabba, rilascia una quietanza a Nicola di Lello di Francesco del rione Pigna, presente a nome di Tuzio detto *Picço* del rione Trevi, in relazione ad un atto di deposito rogato dal notaio \*\*\*\*\*, dopo aver ricevuto la somma di 6 fiorini d'oro. Lorenzo dispone che l'atto di deposito sia cancellato dai protocolli del notaio rogante.

Indictione XIII mense novembris die XI<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Francisci Iohannis Leonis, Nicolaus Cinthei et Nardus archipresbiter Sancti Vitalis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Laurentius de Seromanis de regione Pinee, qui iuravit etc. procurator et persona legitima Ceccholi filii olim Lelli de Seromanis, fratis ipsius Laurentii<sup>(a)</sup>, prout de ipso procuratorio patet manu Iacobi Sabbe publici notarii habens ad infrascripta omnia et singula speciale mandatum, ac die presente, procuratorio nomine quo supra, sponte renumpsiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo

f. 30r

remisit Nicolao Lelli Francisci de regione Pinee, presenti et recipienti vice et nomine Tutii dicti alias Picço de regione Trivii, idest<sup>(b)</sup> omne iure et actiones reales et personales quod et quam dictus Cecchus habet vel in futurum habere posset contra et adversus ipsum Tucium et bona sua, pretestu et occasione cuiusdam instrumenti depositi scripti per \*\*\*\* notarii, continentis quantitatem sex florenorum auri, plus vel minus, prout in ipso deposito continentur et generaliter de omni eo quod dictus Cecchus eidem Tucio petere possit usque in presentem diem quacumque de causa. Hanc autem renumpsiationem et refutationem et pactum de ulterius non petendo, dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, eidem Nicolao, presenti et recipienti, vice et nomine dicti Tutii, fecit pro eo quod confessus est dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, recepisse et habuisse a dicto Tutio, seu ab alio pro eo, dictos florenos auri, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit dictus procurator, quo supra nomine, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius Cecchi et ad eum spectant pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum de bonis dicti Cecchi, cuius procurator est, pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et voluit quod dictum depositum tollatur et cancellatur in actis seu prothocollis notarii supradicti.

<sup>(a)</sup> Depennato p <sup>(b)</sup> P "ides".

### 31.

1359, novembre 16

Nicola di Lello di Francesco di Omodeo del rione Pigna nomina suo procuratore Nicola di Tuziolo calzolaio dello stesso rione per concordare una pace perpetua o temporanea con Cecco *Buciaronis* o con il procuratore di lui, con la promessa di rimettere le ingiurie e le offese scambiate fra le due parti e con l'impegno di assoggettarsi ad una pena pecuniaria e di offrire una reciproca garanzia.

f. 30v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense novembris die XVI.

Testes: Iohannes Saccocie [et] Lalle murator de regione Trivii, Petrus de Reate de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus Lelli Francisci Homodei de regione Pinee, qui iuravit etc. sua bona voluntate fecit constituit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem et numptium specialem Nicolaum Tuncoli calsolarium de regione Pinee, licet absentem tamquam presentem, ad dandum prestandum et redendum pacem securitatem perpetuam vel ad tempus, vice et nomine ipsius Nicolai, et pro eo Ceccho Buciaronis de regione Trivii et similem pacem et securitatem recipiendam ab eo seu eius procuratore pro eo, nec non ad remictendam omnem iniuriam et offensam et similem remissionem recipiendam ab eo et ad promictendum de non offendere sub quacumque pena et similiter promissionem recipiendam ab eo et ad dandam pro predictis fidem et similiter fidem recipiendam ab eo, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

32.

1359, novembre 16

Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna e il fratello Alteruzio rilasciano una quietanza ad Erminia vedova di Cola di Giorgio di Velletri, presente a nome delle figlie Giacobella e Nanna eredi di Cola, e attestano di non vantare diritti ereditari nei confronti di Erminia e delle sue pupille in quanto sono stati già soddisfatti.

f. 31r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense novembris die XVI.

Testes: Nicolaus dictus Biancapeptorina et Rogerius Cicilianus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus filius olim Corradutii Mastronis spetiarius de regione Pinee, et Altherutius, frater eius, qui ambo iuraverunt etc. ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate renumpsiavit<sup>(a)</sup> et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit domine Herminie uxori olim Cole Georgii de civitate Velletri, presenti et recipienti vice et nomine Iacobelle et Nanne pupillarum filiarum et heredum dicti Cole et ipsius domine, omnia et singula iura omnesque actiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas que et quas predicti fratres tam per ipsos quam hereditario<sup>(b)</sup> nomine dicti Corradutii, eidem domine et dictis pupillis petere possint usque in presentem diem, qualitercumque vel quomodocumque quacumque occasione vel modo, ita quod hec refutatio sit generalis et generalissima et omnia in ea venient et venire intelligantur prout si essent particulariter specificata. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicti fratres eidem domine presenti et recipienti pro se et suo proprio nomine et vice et nomine dictarum pupillarum et pro eis,

f. 31v

fecerunt pro eo quod confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt eis fore satisfactis integre de omne id quod eidem domine et dictis pupillabus petere possint quacumque de causa usque in presentem diem, pro quibus observandis dicti fratres obligaverunt<sup>(c)</sup> omnia eorum bona etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P anche nei casi successivi della presente espressione <sup>(b)</sup> Depennato d <sup>(c)</sup> Depennato “ob”.

33.

1359, novembre 16

Erminia vedova di Cola di Giorgio di Velletri, tutrice delle figlie Giacobella e Nanna eredi di Cola, rilascia, a sua volta, una quietanza ai fratelli Lello ed Alteriuzio figli del defunto Corraduzio *Mastronis*, e attesta di non vantare diritti ereditari nei loro confronti in quanto sono stati già soddisfatti anche a nome delle figlie.

Eodem die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium etc. prefata domina Herminia pro se et suo proprio nomine ac ut tutris dictarum pupillarum<sup>(a)</sup>, tutorio nomine pro eis, eisdem fratribus, presentibus et recipientibus, fecit similiter refutationem de omni eo quod eis petere possent usque in presentem diem etc. et renumpsiaverunt etc. Hanc autem refutationem dicta domina Herminia eisdem fratribus, presentibus et recipientibus, fecit pro eo quod confessa est se recepisse et habuisse a dictis fratribus omne id et quicquid dicti fratres eidem et dictis pupillis dare et solvere tenentur usque in presentem diem quocumque modo sive causa, de quibus omnibus se<sup>(b)</sup>, et suo proprio nomine et qui supra nomine, se bene quietata et pacata vocavit et renumpsiavit etc. et promisit de evictione etc.

<sup>(a)</sup> Depennato p <sup>(b)</sup> Depennato “bene”.



34.

1359, novembre 23

Naso figlio di Mattia già di Paliano e ora di Valmontone nomina suoi procuratori Cola di Matteo di Martino notaio, Giovanni suo fratello, Andrea di Romano *Obicionis*, Nuzio *Guazi* notaio, Cecco di Giovanni *Mancini*, Giovanni *de Fuscis de Berta* e Cecco *Palocchi* per le sue cause e le liti.

f. 32r

Indictione XIII mense<sup>(a)</sup> novembris die XXIII.

Testes:

- Mathias de Vaschis et Philippus de Sassoferrato.

In presentia mei notarii et testium etc. Nosus Blaxii Mathie olim de castro Paliani et nunc de castro Vallis Montonis sponte fecit constituit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores factores et numptios speciales, Colam Mathei Martini notarium, presentem et recipientem, Iohannem fratrem eius, Andream Romani Obicionis, Nutium Guazi notarium, Cecchum Iohannis Mancini, Iohannem de Fuscis de Berta et Cecchum Palocchi, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet eorum in solidum ita quod non sit melior conductio occupantis et quod per unum inceptum fuerit per alios prosequi valeat et finiri ad omnes suas causas<sup>(b)</sup> lites et questiones<sup>(c)</sup> que et quas habet contra omnes personas et loca et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore etc. promictens se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per<sup>(d)</sup> dictos suos procuratores seu ipsorum alterum actum gestum factum et fidum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “mense” <sup>(b)</sup> P “causa” <sup>(c)</sup> P “questionis” <sup>(d)</sup> Depennato “dictum”.

35.

1359, novembre 27

Nicola di Andrea *Rubei* del rione Pigna, presentatosi davanti al banco dei giudici dei malefici e non potendo avere copia del giudizio di maleficio, dichiara che non sia esaminato il testimone richiesto a difesa di Buonanno *Riciutoli*, il quale ha un atteggiamento odioso verso di lui ed è consanguineo di Buonanno.

f. 32v

Indictione XIII mense novembris die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: Iacobus Palmi notarius et Iohannes Anthonii de regione Sancti Marci.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Nicolaus Andree Rubei de regione Pinee ante bancum maleficiorum, cum copia iudicum maleficiorum habere non possit, dixit et protestatus est quod nullus testis examinetur ad petitionem seu defentionem Bonianni Riciutoli, qui sit odiosus ipsius Nicolai, consanguineus dicti Bonianni etc.

Scriptum per me Paulum de Seromanis notarium supradictum et meo signo signatum.

(S)

36.

1359, dicembre 4

Margherita moglie di Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna, con il consenso del marito, nomina suo procuratore lo stesso Lello, suo marito, per le cause e le liti ed in particolare per ricevere una confessione da Cinzio di Giovanni di Paolo *Capudçucche* del rione Campitelli sulle dichiarazioni rese sia nel giudizio che fuori del giudizio.

f. 33r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LVIII<sup>or</sup> pontificatus domini Innocentii pape VI, indictione XIII mense decembris die III<sup>or</sup>.

Testes: Nicolaus Brenda, Iacobus calsolarius et Lellus Mathioli de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, domina Margarita uxor Lelli Butii Iohannis Rubei de regione Pinee, cum consensu et voluntate dicti Lelli viri sui, ac die presente sua bona voluntate, fecit constituit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem et numptium specialem, dictum Lellum virum suum habentem ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem ad omnes suas causas lites et questiones<sup>(a)</sup> que et quas habet contra omnes personas et loca etc. promictens etc. specialiter ad recipiendum confessionem a Cincio Iohannis Pauli Capudçucche de regione Campitelli, nomine ipsius domine et pro ea, quomodo ipse Cincius etc. tam in iudicio quam extra, tam cum causa quam sine causa etc. promictens se rato habere quicquid per dictum suum procuratorem actum gestum factum et fidum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

Scriptum per me Paulum de Seromanis notarium supradictum et meo signo signatum.

(S)

<sup>(a)</sup> P “litis et questionis”.

37.

1359, dicembre 5

Biagio di Grazia merciaio del rione Ponte, presentatosi davanti a Giovanni di Norcia giudice dei malefici e non potendo avere una copia relativa all'accusa che gli è stata fatta da Giovanni *Cicilianus* merciaio dello stesso rione, protesta contro le persone e le affermazioni dei testi prodotti o da produrre in giudizio e dichiara che non siano esaminate le persone infide, odiose o malevoli nei suoi confronti, né i soci dell'accusatore, che siano rispettate le sue eccezioni fino alla fine della causa e, in caso contrario, che non si arrechi pregiudizio ai suoi diritti.

f. 33v

Indictione XIII mense decembris die V.

Testes: Franciscus Putii et Mathias de Vaschis notarius

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Blaxius Gratie merciarus de regione Pontis coram sapienti viro domino Iohanne de Nurtia iudice maleficiorum, cum copia ipsius iudicis habere non possit occasione accuse sibi facte per Iohannem Cicilianum merciarium de dicta regione, dixit et protestatus est contra personas et dicta testium productorum et producendorum examinatorum et examinatarum super accusa predicta et dixit quod non examinetur persone diffidate, nec hodie et malevole ipsius Blaxii, nec socii et participes questionis dicti Iohannis et quod sint sibi salve omnes sue exceptiones ad finem cause et, si secus fieret, quod sibi Blaxio et iuribus suis nullum preiudicium generetur etc.

38.

1359, dicembre 8

Pietro *Scravi de Fordivogis* di Fara, procuratore del comune e degli uomini di Fara, come risulta dalla procura rogata dal notaio Giacomo di maestro Nicola di maestro Francesco, nomina suo procuratore Nicola *de Porcariis* notaio del rione Pigna per le sue cause e le liti che il comune, il sindaco e gli uomini di Fara hanno od avranno contro le persone e le altre comunità.

f. 34r

Indictione XIII mense decembris die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Petri Bartholomei notarii de regione Pontis, Cincius Marcus calsolarius de regione Pinee et Philippus de Sassoferrato notarius maleficiorum.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus Scravi de Fordivogis de castro Fare, procurator persona legitima universitatis populi, communis et hominum castri Fare, habens ad hec speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patet manu Iacobi magistri Nicolai magistri Francisci de Fara publici notarii, procuratorio nomine quibus supra, ac die presente fecit sustituit constituit creavit et ordinavit suum et dicti communis universitatis et hominum dicti castri verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem et numptium speciale Nicolaum de Porcariis notarium de regione Pinee, presentem et recipientem, ad omnes et singulas causas lites et questiones<sup>(a)</sup> que et quas dicti commune, scyndicus, universitas, populus et homines habent vel habere possit<sup>(b)</sup> contra omnes personas universitates vel loca etiam in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari etc. promictens se dictus Petrus quod dicti commune, universitas, populus et homines ratum gratum et firmum habebunt quicquid per dictum Nicolaum gestum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P "questionis" <sup>(b)</sup> Così P.

39.

1359, dicembre 12

Stefano *Malgiotii*, Pietro *Toscus* e Paolo di Cinzio del rione Ponte, presentatosi davanti a Giovanni di Norcia e ad Adriano di Sassoferrato giudici dei malefici e non potendo avere copia del provvedimento del senatore, affermano che sono stati obbligati, unitamente ad altri garanti, a recarsi nella camera di Roma dietro mandato del senatore e dei suoi ufficiali e sono stati condannati alla pena contenuta in un atto di fideiussione. Essi debbono rappresentare i testimoni Lello di Cecco di Saba *Palgianus*, Antonio *Sorentini*, Silvestro detto *Mischia* e \*\*\*\*\*, prodotti da Giannuzio *Bruni* del rione Ponte in merito ad un'accusa di falso, da lui formulata, contro Lello *Galgioffi* e Capograsso macellaio, come risulta dagli atti della curia.

I testimoni, secondo il mandato del senatore, dovranno essere rappresentati, come promesso dai garanti, nella cancelleria del palazzo del Campidoglio.

Gli appellanti chiedono che il senatore e gli ufficiali facciano custodire i testimoni, affinché nessuno di loro possa fuggire dalla cancelleria; in caso contrario essi affermano che non sia arrecato alcun pregiudizio all'impegno di fideiussione sottoscritto né ai loro beni e che non siano più tenuti a rappresentarli.

f. 34v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense decembris die XI<sup>o</sup>.

Testes:

- Paulus de Tartaris

- Iohannes de Fuscis de Berta
- Philippus<sup>(a)</sup> de Sassoferrato notarius maleficiozum et
- Anthonius.

In presentia mei notarii et testium etc. Constituti personaliter Stephanus Malgiotii, Petrus Toscus et Paulus Cinthei de regione Pontis coram dominis Iohanne de Nurcia et Adriano de Sassoferrato iudicibus maleficiozum, cum copia domini senatoris habere non possint, dicens quod cum ipsi et quilibet ipsorum in camera Urbis ad mandatum domini senatoris et eius curie seu officialium ipsius, ad penam in dicta fideiussione seu promissione contentam, de representando Lellum Cecchi Sabbe Palgionum, Anthonium Sorentini, Silvestrum dictum Mischiam et \*\*\*\*\* testes productos per Iannucium Bruni de regione Pontis super accusa per eum institutam contra Lellum Galgioffi et Capograssum macellarium, ut dicitur de falço, ut

f. 35r

et in actis curie plene patet, et predicti omnes, ad mandatum domini senatoris et sue curie, representati sint prout dicti fideiussores seu expromissores promiserunt, et sint in fortia dicti domini senatoris, videlicet in cancellaria palatii Campitolei, dixerunt et protestati fuerunt quod dicti dominus senator, iudices et officiales communis faciant bene custodire eosdem, ita et taliter ipsorum possit de dicta cancellaria evadere seu aufugere et, si secus fieret, quod eisdem fideiussioni nullum preiudicium generetur nec bonis eorum et quod predicti fideiussores nec alteri ipsorum amplius non teneatur representare eosdem etc.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "maleficiozum" è stata annotata sul lato destro del foglio, a fianco dei due ultimi testimoni con un segno di richiamo che sembra riferirsi al solo "Philippus" già citato nel precedente documento come notaio dei malefici.

40.

1359, dicembre 12

Alessio di Giovanni di Alessio notaio, procuratore di Tuzio di Giovanni *Insege* emancipato dal padre come risulta da un atto rogato dal notaio Cristoforo *Cinicoli*, presentatosi davanti ai giudici dei malefici e non potendo avere copia del provvedimento del senatore, afferma, a nome del suo rappresentato, che egli è stato obbligato, insieme agli altri garanti, a presentarsi nella camera di Roma dietro mandato del senatore e dei suoi ufficiali ed è stato condannato alla pena contenuta in un atto di fideiussione. Tuzio, insieme con gli altri garanti, deve rappresentare i testimoni Lello di Cecco di Sabba *Palgionus*, Antonio *Sorentini*, Silvestro detto *Mischia* ed altri, prodotti da Giannuzio *Bruni* del rione Ponte in merito ad un'accusa di falso, da lui formulata, contro Capograsso e Lello *Galgioffi*.

I testimoni, secondo il mandato del senatore, dovranno essere rappresentati nella cancelleria del palazzo del Campidoglio.

L'appellante chiede che il senatore e gli ufficiali facciano custodire i testimoni, affinché nessuno di loro possa fuggire dalla cancelleria; in caso contrario afferma che non sia arrecato alcun pregiudizio all'impegno di fideiussione sottoscritto da Tuzio né ai suoi beni e che non sarà più tenuto a rappresentarli.

Indictione XIII<sup>a</sup> mense decembris die XII<sup>o</sup>.

Testes:

- Bonusannus Riciutoli
- Iohannes Inseggia et
- presbiter Nicolaus rector ecclesie Sanctorum Sergii et Bacci.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Alexius Iohannis Alexii notarius, procurator et persona legitima, ut dicitur, Tutii Iohannis Inseggie emancipati<sup>(a)</sup> a dicto suo patre, ut patet manu Christofani Cinicoli notarii, coram dictis dominis iudicibus maleficiozum, cum copia dicti domini senatoris, habere non possit, dixit quod ipse una cum aliis fideiussoribus et

f. 35v

expromissoribus in camera Urbis ad mandatum dicti domini senatoris et eius curie seu officialium ipsius, ad penam in dicta fideiussione et obligatione contentam, de representando Lellum Cecchi Sabbe Palgionum, Anthonium Sorentini, Silvestrum dictum Mischiam et alios in dicta fideiussione contentos, testes productos per Iannucium Bruni de regione Pontis super accusa instituta per ipsum Iannucium contra Capograssum et Lellum Galgioffi, ut dicitur de falço, et predicti omnes, ad mandatum domini senatoris et ipsius curie, representati sint prout dicti fideiussores seu expromissores promiserunt, et sint in fortia dicti domini senatoris in cancellaria Campitolei, propter quod dicti dominus senator, iudices et officiales eiusdem ipsos facere debeant taliter custodire per custodes ipsius cancellarie et familiares ipsius domini senatoris, quod nullus ipsorum possit evadere de dicta cancellaria et, si secus fieret, quod ipsi Tutio et bonis suis nullum preiudicium generetur et quod dictus Tutius amplius non teneatur representare eosdem etc.

<sup>(a)</sup> P "emancipati".

41.

1359, dicembre 13

Gozio di Luca *Brende* del rione Campomarzio riceve in deposito da Paolo di Nicola *Marronis* del rione Pigna la somma di 3 libbre di provisini del senato e promette di restituirla, con le spese e gli interessi, entro il prossimo Natale.

f. 36r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense decembris die XIII.

Testes: Petrus Francisci Iohannis Leonis et Laurentius de Seromanis..

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Gocius Luce Brende de regione Campimartis sua bona voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et ex causa depositi, recepisse habuisse habere et tenere a Paulo filio Nicolai Marronis de regione Pinee, presente et recipiente ac legitime stipulante<sup>(b)</sup>, tres libras provisinorum senatus, quas confessus est se ab eodem Paulo recepisse, de quibus se bene quietum vocavit etc. et renumpsiavit etc. quas tres libras provisinorum dictus Gocius tenere et salvas facere promisit eidem Paulo ad omnem suum rescicum etc. et eidem Paulo, presenti et recipienti, redere et restituere promisit hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Yesu Christi proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etiam feriato, quibus ferriis renumpsiavit et refutavit expresse etc.

<sup>(a)</sup> Depennato C <sup>(b)</sup> P “stipulanti”.

42.

1359, dicembre 14

Menico di Capranica, sindaco e procuratore del comune e degli uomini di Capranica, presentatosi al banco dei malefici davanti a Filippo notaio dei malefici e delle cause e non potendo avere copia del provvedimento dei giudici Giovanni ed Adriano a proposito dell'accusa di furto promossa da Buzio *Tasciotti* del rione Ripa contro il comune, il sindaco e gli uomini di Capranica, come risulta dagli atti dei giudici Giovanni e Adriano, protesta contro i testimoni prodotti o da produrre e dichiara che non siano esaminate persone screditate e infide, né i domestici o i pastori, né ancora i familiari dell'accusatore, che siano rispettate le eccezioni proposte circa il luogo e il tempo e, in caso contrario, che non si arrechi pregiudizio al sindaco, al comune e agli uomini di Capranica, né ai loro beni ed ai loro diritti.

f. 36v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense decembris die XIII<sup>o</sup>

Testes: Petrus de Ciceronibus et Cecchinus notarius.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Menicus de castro Carpanice, scyndicus procurator et persona legitima communis et hominum castri Carpanica, ad bancum maleficiorum, coram ser Philippo notario maleficiorum et causarum, cum copia dominorum Iohannis et Adriani iudicum maleficiorum habere non possit, occasione cuiusdam accusatione facte per Butium Tasciotti de regione Ripe contra commune, scyndicum et homines dicti castri Carpanice de furto, prout in actis dicti Iohannis<sup>(a)</sup> dicitur contineri, dixit et protestatus fuit contra personas et dicta testium productorum et producendorum sudicta accusa examinatorum et examinandorum et dixit quod super ea non examinentur persone infamate, diffidate, nec familiares seu pastores dicti Butii, nec sibi coniunte et quod sint sibi salve omnes sue exceptiones suo loco et tempore proponende et quod, si secus fieret, quod sibi scyndico dicto communi et hominibus nullum preiudicium nec eorum bonis et iuribus generetur etc.

<sup>(a)</sup> P “Iohanni.

43.

1359, dicembre 16

Pucciarello vasaio del rione di S. Eustachio, a nome suo e della moglie Santa e del figlio Andreozio, da una parte, e Sante di Cecco Capocie del rione Trastevere, dall'altra parte, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza, rogato in tutti gli articoli dal notaio Francesco *Rosani*, col reciproco scambio del bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente sia con la parola che con i fatti e, per la conservazione della pace, impegnano tutti i loro beni mobili ed immobili e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro richiesta di Pucciarello, di Santa e di Andreozio si offrono quali garanti Nuzio di Matteo *Rubei* del rione Pigna, Tebaldo di Lello di Tebalduzio del rione di S. Eustachio e Vico di Lello *Mareni* del rione Ponte; allo stesso modo su richiesta di Sante si offrono quali garanti Nello di Saba *Gualaffi*, Luca di Cecco *Cicate* e Angelello di Cola di Nicola, emancipato come risulta da un atto del notaio Giacomo di Paolino.

f. 37r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense decembris<sup>(a)</sup> XVI.

Testes:

- Iohannes Ferrecti de regione Campimartis

- Cola Guarsellona de regione Pinee

In presentia mei notarii et testium etc. Pucciarellus vascellarius de regione<sup>(b)</sup> Sancti Eustachii, pro se et nomine Sante uxoris sue et Andreotii filii sui, pro se et bona sua principaliter obligavit de rato et promisit se facturum et curaturum quod dicta Sancta et dictus Andreotius infrascriptam pacem et securitatem perpetuam perpetuo observabunt illesam ad penam infrascriptam, ex una parte, et Santus Cecchi Capocie de regione Trastiberim, ex alia, ac die presente eorum bonis voluntatibus<sup>(c)</sup> inter sese ad invicem confirmaverunt emoluaverunt<sup>(d)</sup> ratificaverunt et acceptaverunt pacem et securitatem perpetuam per eos actenus factam cum omnibus suis articulis causulis<sup>(e)</sup> tenoribus penis et fideiussoribus in ea apposis, scriptam per Franciscum Rosani publicum notarium seu per quemcumque alium dicitur apparere notarium non et non discendo ab ipsa sic penis confirmando et insistendo, ac die presente eorum

f. 37v bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt inter sese ad invicem, idest veram et mundam pacem et perpetuam securitatem osculo vere pacis interveniente inter eos de hore ad hos<sup>(f)</sup> et remiserunt una pars alteri et altera alteri, omnem iniuriam et offensam factas et illatas per ipsas partes una contra aliam et alia contra aliam dicto<sup>(g)</sup> vel facto usque in presentem diem quocumque modo sive causa et promiserunt predicte partes ad invicem una alteri et altera alteri et mihi notario, ut publice persone, recipienti pro dicta domina et Andreotio perpetuo non offendere nec offendi facere<sup>(h)</sup> in persona vel bonis sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus pro medietate camere Urbis et mihi notario, ut publice persone, stipulanti et recipienti pro ipsa camera et pro alia medietate pro parte dicti Pucciarelli, uxoris et filii, ipso Pucciarello, uxori et filio<sup>(i)</sup>, et pro parte dicti Santi, Nicolao Guarsellona de regione Pinee et voluerunt dicte partes quod totiens dicta pena tollatur quotiens contra factum fuerit, acto et declarato inter ipsas partes quod dicta securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur nec non dictus Pucciarellus, pro se et nominibus quibus supra, et dictus Santus renumpsiaverunt unus alteri et alter alteri omnia iura et actiones iustitias et petitiones

f. 38r Ique et quas una pars alteri et altera alteri petere possent usque in presentem diem quocumque modo sive causa, ita quod hec refutatio sit generalis et generalissima et omnia in ea veniant si essent specificata, pro quibus predicti principales obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt capitulo consuetudinum Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc. et generaliter etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia etc. Et ad hec ad petitionem et instantiam dictorum Pucciarelli, Sante et Andreotii et pro eis

- Nutius Mathei Rubei de regione Pinee

- Theballus Lelli Theballutii de regione Sancti Eustachii et

- Vicus Lelli Mareni de regione Pontis

quilibet ipsorum in solidum penes dictum Santum fideiusserunt et promiserunt quod dicti Pucciarellus, Santa et Andreotius nec alter ipsorum perpetuo non offendet nec offendi faciet ipsum Santum in persona vel bonis ad penam predictam V<sup>c</sup> librarum stipulatam ut supra etc. pro quibus obligaverunt omnia bona eorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt

f. 38v epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et generaliter etc. et versavice

- Nellus Sabbe Gualaffi

- Lucas filius Cecchi Cicate

- Angelus Cole Nicolai qui asserit se emancipatum<sup>(i)</sup>, ut patet manu Iacobi Paulini notarii, et qui iuravit etc. quilibet ipsorum in solidum ad petitionem et instantiam dicti Santi penes dictum Pucciarellum, presentem et recipientem, pro se et vice et nomine dicte Sante, uxoris sue, et dicti Andreotii, filii sui, et mihi notario recipienti pro eis, fideiusserunt et promiserunt quod dictus Santus predictam pacem et securitatem perpetuo atendet et observabit illesam et quod non offendet nec offendi faciet predictos Pucciarellum, uxorem et filium eius in personas vel bonis sub pena predicta, stipulata ut supra pro quibus obligaverunt dicti fideiussores omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis et omnibus aliis iuribus etc.

(a) Omesso "die" (b) Depennato "Pinee" (c) Depennato "fecerunt" (d) Così P (e) Così P (f) Così P (g) Omesso verbo (h) Depennato "un" (i) Depennato "Nicolao Gu" (j) P "emancipatum".

#### 44.

1359, dicembre 21

Buzio *Tascioti* del rione Ripa, presentatosi davanti a Filippo notaio dei malefici, dichiara che sui capitoli formulati a difesa del comune, del sindaco e degli uomini di Capranica contro l'accusa di furto da lui formulata, come risulta dagli atti dello stesso Filippo, nessun testimone dovrà essere esaminato sui singoli capitoli che sia socio, vassallo, familiare o domestico benigno di Giovanni di Capranica, né alcuna persona screditata o infedele, che siano rispettate le eccezioni proposte circa il luogo e il tempo e, in caso contrario, che non si arrechi alcun pregiudizio a lui ed ai suoi diritti.

f. 39r Indictione XIII<sup>a</sup> mense decembris die XXI<sup>o</sup>.

Testes: Cecchus Catellini, Nutius Iudei et Nucius de Bulgaminis.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Butius Tasciotti de regione Ripe coram ser Philippo notario maleficiorum dixit et protestatus est quod super capitulis productis et assignatis ad defensam pro parte communis scyndici et hominum castri Crapanice contra accusam factam per ipsum Butium dictis communi, scyndico et hominibus dicti castri, ut patet ex actis dicti Philippi, nullus testes examinetur super dictis capitulis qui sit socius, vassallus, familiaris, domesticus comis Iohannis dicti<sup>(a)</sup> castri, ne persona infamata vel diffidata et quod sint sibi Butio salve omnes sue exceptiones suo loco et tempore proponende etc. et si secus fieret, quod nullum preiudicium ipsi Butio et iuribus suis aliquo modo generetur etc.


<sup>(a)</sup> Ripetuto "dicti".

45.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

Scriptum per me Paulum de Seromanis notarium supradictum.

(S)



1.

1361, aprile 11

Andrea Rose del *castrum Flayani* riceve in deposito da Lorenzo de *Amedeis scribasenatus* la somma di 2 fiorini d'oro e promette di restituirla, con le spese e gli interessi, a richiesta del depositante.

f. 1r

Indictione<sup>(a)</sup> XIII<sup>a</sup> mense aprilis die XI<sup>o</sup>.

Testes: Lellus filius olim Cecchi Saxi et dominus Bertuldus de Marranti canonicus lateranensis.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreas Rose de castro Flayani sponte confessus fuit habere in depositum a Laurentio de Amedeis scribasenatu, presente et recipiente, duos florenos auri, quos confessus est se recepisse, de<sup>(b)</sup> se bene quietum et pacatum vocavit etc. et renumpsiavit etc. quos tenere promisit ad omnem suum rescum etc. et eidem redere promisit ad omnem suam petitionem etc. cum dampnis et expensis etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Il protocollo risulta privo dei fogli dei mesi precedenti dell'anno 1361 <sup>(b)</sup> Omesso "quibus".

2.

1361, aprile 13

Giovanni *Breccia* asinaio si impegna a prestare la sua opera ad Angelo *Marronis* del rione Pigna fino al prossimo mese di ottobre per il trasporto del fieno, della paglia, del legno con due somari, e, del grano, dell'orzo e di ogni altra biada e del mosto, con tre somari al prezzo mensile di 55 solidi di provisini del senato più le spese del vitto consueto. Il lavoratore dichiara di aver già ricevuto un anticipo di 44 solidi di provisini del senato.

Le due parti si impegnano, in caso di inadempienza, ad una pena pecuniaria di 50 libbre di provisini del senato.

Indictione XIII mense aprilis die XIII.

Testes: Gallus de Monte Rotundo et Nectolus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt conventiones et pacta habita et firmata inter dominum Angelum Marronis de regione Pinee, ex una parte, et Iohannem Brecciam casengum, ex alia parte, videlicet quod dictus Iohannes promisit et convenit dicto domino Angelo sibi legaliter servire et cum eo stare ad casengum hinc

f. 1v

per totum mensem octubris proxime futurum sub hiis pactis et tenoribus, videlicet quod dictus Iohannes promisit et convenit dicto domino Angelo ducere ad fenum et ad paleas et ligna<sup>(a)</sup> duos somarios et ad granum, ordeum et omne aliud bladum et mustum tres somarios et dictus dominus Angelus promisit et convenit dicto<sup>(b)</sup> Iohanni, presenti et recipienti, dare et solvere eidem omni mense quelibet dictorum mensium, pro suo salario, quinquaginta quinque solidos provisinorum. Item dictus Iohannes confessus est se recepisse a dicto domino Angelo XLIII<sup>or</sup> solidos provisinorum, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit etc. et renumpsiavit etc. promittentes ad invicem predicta observare et contra non venire sub pena et ad penam L librarum provisinorum, pro medietate. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "tre" <sup>(b)</sup> Depennato "domino Angelo".

3.

1361, aprile 21

Il nobile Francesco di Pietro de *Thealgariis* del rione Campomarzio vende a Benedetto di Coletta del *castrum Podii Donadei* una pezza di terra, in parte incolta ed in parte coltivata a vigneto, situata nel tenimento del *castrum Frassi* nella località detta *Lipacçili*, al prezzo di 42 libbre e 7 solidi di provisini del senato.

Il venditore nomina suo procuratore Andrea di Giacomo del *castrum Podii Donadei* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

f. 2r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense aprilis die XXI<sup>o</sup>.

Testes: Andreas Iacobelli, Marthellutius Thome Obicionis, Laurentius Natoli, Cola Malotii de regione Campimartis.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Franciscus Petri de Thealgariis de regione Campimartis sua bona propria et spontanea voluntate et ex certa scientia vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Benedicto Colecta de castro Podii Donadei, presenti et recipienti, pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse<sup>(a)</sup> Benedictus dare et concedere voluerit in perpetuum videlicet unum petium terre, pro parte sode et pro parte vineate, cum arboribus fructiferis et infructiferis cum introitibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis liberam et esemptam



ab omni nesso servitutis iure canonis seu census, positum in tenimento castri Frassi in loco qui dicitur<sup>(b)</sup> Lipacçilli, inter hos fines, ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(c)</sup> vel si qui etc. et per Andream Iacobi de castro Podii Donadei, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investendum ipsum emptorem de dicta<sup>(d)</sup> terra cum omnibus suis usibus,

f. 2v ut dictum est, Andream Iacobi de castro Podii Donadei etc. presentem et recipientem, et donec dictus emptor fuerit investitus et in vacuam possessionem adeptus constituit se dictus venditor nomine dicti emptoris, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, proprio nomine agat petat etc. nullum sibi ius<sup>(e)</sup> in predictis aliquo modo reservavit etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que in hoc instrumento continentur prefatus venditor eidem emptori<sup>(f)</sup>, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii XLII librarum et VII solidorum provisorum senatus, quas XLII libras et VII solidorum provisorum senatus dictus venditor a prefato emptore confessus fuit et in veritate recognovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus etc. et renuntiavit etc. et promisit dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti, quod dicta vinea et terra est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. et si plus dicto pretio dicte res vendite valerent dictus venditor

f. 3r eidem emptori, presenti et recipienti, amoris causa inter vivos donavit cessit et concessit, promisit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, in predictis et qualibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem ad requisitionem et petitionem dicti emptoris cum curis et cautelis de iure sufficientibus etc.<sup>(g)</sup> pro quibus dictus venditor obligavit omnia bona sua etc. et renuntiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc.

(a) Depennato "Cola" (b) Depennato "Lipacçepiti" (c) Segue uno spazio bianco di una riga e tre quarti (d) Depennato l (e) P "iux" (f) P "emprici" (g) Depennato "quod".

#### 4.

1361, maggio 13

Giovanni figlio del defunto Donato, cappellaio, già di Rieti e ora di Roma del rione Pigna vende a Cecca vedova di Nuzio *de Steccato de Santo Liverato* di Rieti una casa a pianoterra con solaro, situata nella città reatina in contrada *Porta Artarana* esterna, al prezzo di 50 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore \*\*\*\*\* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Indictione XIII<sup>a</sup> mense maii<sup>(a)</sup> die XIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus frater Marianus Iannicellis de Reate ordinis minorum, dominus Angelus Marronis et Paulus alias dictus Cotica de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes filius olim Donati cappellarius dudum de Reate nunc de Urbe de regione Pinee ac die presente sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Cecche uxori olim Nutii Cecchi de Steccato de Sancto Liverato de Reate, presenti et recipienti, pro se et

f. 3v suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipsa domina dare et concedere voluerit in perpetuum, idest unam domum terrinam et solaratam, positam in civitate reatina in contrada que dicitur Porta Artana exteriori, inter hos fines, ab uno latere tenet Nutius Iohannis, ab alio Andreas de Rocca, ante est via publica vel si qui etc. cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus et per \*\*\*<sup>(b)</sup>, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam emprtricem de dicta domo, ut dictum est, investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitam constituit se dictus venditor, nomine dicte emprtrici, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emprtrici liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, proprio nomine agat petat etc. ipsumque in rem suam procuratorem constituit nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et dicentur infra, prefatus venditor eidem emprtrici, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii L florenorum auri, quos dictus venditor a

f. 4r prefata emprtrice confessus est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus etc. et renuntiavit etc. et si plus dicto pretio dicta domus valerent totum illud plus quod valerent dictus venditor eidem emprtrici, presenti et recipienti, amoris causa inter vivos donavit cessit et concessit et<sup>(c)</sup> promisit dictus venditor eidem emprtrici, presenti et recipienti, quod dicta domus est ipsius et ad eum spectat pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione etc. promisit etiam dictus venditor eidem emprtrici, presenti et recipienti, in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem ad petitionem et requisitionem dicte emprtrici cum curis et cautelis de iure sufficientibus pro quibus omnibus observandis dictus venditor obligavit omnia bona sua etc. et renuntiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renuntiavit etc.

<sup>(a)</sup> iunii <sup>(b)</sup> L'amanuense lascia un breve spazio bianco di 4 lettere: è stato omissso dal formulario, come risulta dall'analogo documento di vendita alla fine del f. 2r, l'indicazione della denominazione del procuratore <sup>(c)</sup> Depennato "si plus".

## 5.

1361, maggio 2

Tebalduzio figlio del defunto Annibaldo signore di Montecompatri, con atto rogato dai notai Paolo di Nicola di Paoello e dallo stesso Paolo *de Seromanis*, vende ad Andrea di Oddone di Palombara la quarta parte del casale di Torre Vergata, situato fuori della Porta Maggiore, con la quarta parte dei raccolti del tenimento, della selva di *Colle Vaccaro*, dei palazzi, dei casamenti e degli orti, delle selve, delle sterpaie, dei prati e dei praticelli, delle acque e dei ruscelli, del diritto di signoria e del tributo per il mercato, unita con gli altri tre quarti alla proprietà dello stesso Teballuzio e del nipote Annibalduzio figlio del defunto Giovanni, fratello del venditore, al prezzo di 2.250 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore il nobile Francesco di Iuzio dei signori di Monteleone per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà; inoltre, a richiesta dell'acquirente, impegna tutti i suoi beni, promette di ottenere il consenso di tutte le persone interessate al casale e, specialmente, della madre Caradonna e ottiene la garanzia dei nobili Giacomo figlio del defunto Cesso *Caputie de Capocchinis* milite e Giovanni *de Sancto Alberto*, Paluzio di Riccarduccio del rione Monti, Antonio *Paloscii* del rione Colonna e Nuzio di Paolo *Pictoris* detto *Coptus* del rione Monti.

f. 4v Indictione XIII<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> maii die<sup>(b)</sup> secundo.

Testes: dominus Iohannes Cecci, Cecchus Iutii, dominus Stephanus Paloscii, Cecchus Iohannis Egidii et Nutius Cole Palelli notarius.

In presentia Pauli Nicolai Paulelli de regione Montium et mei Pauli de Seromanis notariorum et testium etc. magnificus vir Theballucius filius olim magnifici viri Anibaldi<sup>(c)</sup> domini castris Montiscompatrum, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV annorum seu quolibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum petere, ac die presente sponte et ex certa scientia vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit magnifico viro Andree domini Oddonis de Palombaria, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipse Andreas dare et concedere voluerit in perpetuum, videlicet integram quartam partem totius casalis ipsius venditoris, quod dicitur Turris Vergata cum quarta parte totius rediminis et sui tenimenti et cum quarta parte cuiusdam silve que dicitur silva Colle Vaccaro \*\*\*<sup>(d)</sup>

f. 5r et cum quarta parte palatiorum et accasamentorum et ortis dicti casalis et cum quarta parte silvarum, stirpariorum, pratarinorum, aquarum et aquarum decurrensium et cum quarta parte domini et placitici ad dictum casale spectantibus et cum quarta parte iurium et pertinentiarum ipsius et cum introitibus et exitibus suis ad veram et mundam proprietatem et perpetuam hereditatem liberam et exemptam ab omni nesso servitutis, iure reditus seu census, iuncta pro indiviso cum aliis tribus quartis partibus ipsius Theballucii et Aniballucii, nepotis sui, filii quondam Iohannis fratris germani dicti Theballucii, quod totum casale positum est extra portam Magiorem, inter hos fines, ab uno latere ad totum dictum casale tenet \*\*\*<sup>(e)</sup> vel si qui etc. et per nobilem virum Franciscum Iutii ex dominis de Monte Leone, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de predicta quarta parte dicti casalis et aliorum suorum<sup>(f)</sup> iurium, ut dictum est investiiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum et in vacuam possessionem ad

f. 5v eptus constituit se dictus Theballucius venditor, nomine dicti Andree emptoris, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictus emptor dictam quartam partem dicti casalis cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere etc. ita quod amodo in antea, dictus emptor, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat et in locum et privilegium ipsius venditoris succedat, vendit etiam dictus magnificus Theballucius venditor, eidem magnifico Andree emptori<sup>(g)</sup>, presenti et recipienti, omnia et singula iura et actiones<sup>(h)</sup>, iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas nunc habet et in futurum habere sperat seu posset in dicta quarta parte dicti casalis et sui tenimenti et iurium et pertinentiarum ipsius, ut dictum est, contra omnes personas etc. nullumque ius sibi in predictis aliquo modo reservavit etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que in hoc istrumento continentur dictus magnificus Theballucius, venditor, eidem magnifico Andree emptori, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii duorum milium ducentorum quinquaginta florenos auri quos florenos et pretiumpredictum dictus venditor a prefato emptore confessus fuit et in veritate reconvocavit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus duobus milibus ducentis quinquaginta florenis auri dictus venditor a prefato emptore se bene quietum contentum et pacatum vocavit

f. 6r et renuntiavit exceptionibus non solutorum non numeratorum non haborum et non ponderatorum dictorum florenorum et pretii predicti non recepti et spei future numerationis et receptionis etc. et promisit dictus Theballucius venditor eidem Andree emptori, presenti et recipienti pro se et et suis heredibus et successoribus, ut dictum est, quod dicta quarta pars dicti casalis et totius sui tenimenti et iurium et

pertinentium<sup>(i)</sup> ipsius venditoris, et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum, confitens dictus venditor talem esse in Urbe consuetudinem etc. et si plus dicto pretio dicta quarta pars dicti casalis cum omnibus suis iuribus, ut dictum est, valeret totum illud plus quod valeret dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, amoris causa inter vivos et inrevocabiliter donavit cessit et concessit etc. et promisit etiam dictus venditor eidem Andree emptori, presenti et recipienti, quod in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad petitionem et requisitionem dicti Andree emptoris, sub obligatione bonorum ipsius Theballucii, venditoris etc. et specialiter dominam Caradomnam, matrem eius, que renumpiavit omni iuri suo etc.

f. 6v

et ad hec magnificus vir dominus Iacobus filius quondam Cessi Capucie de Capoccinis<sup>(i)</sup> miles, nobilis vir Iohannes de Sancto Alberto, Palutius Ricarduti de regione Montium, Anthonius Paloscii, qui iuravit etc. de regione Columpne et Nutius Pauli Pictoris de regione Montium dictus alias Coptus, quilibet ipsorum in solidum, precibus et rogatis magnifici Theballucii, venditoris, penes dictum magnificum virum Andream emptorem, presentem et recipientem, pro se et nomine quo supra, fideiusserunt et promiserunt quod dicta quarta pars dicti casalis et sui tenimenti cum omnibus suis iuribus, ut dictum est, est dicti venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone seu loco est vendita data donata cessa concessa nec alienata in totum vel in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona seu loco factus est etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione, que ipse venditor tenetur et obligatus est, pro quibus omnibus et singulis observandis, tam dictus principalis venditor quam etiam dicti fideiussores penes dictum Andream emptorem, presentem et recipientem, obligaverunt omnia eorum bona etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “agusti” <sup>(b)</sup> Depennato “Testes” <sup>(c)</sup> Depennato “de castro” <sup>(d)</sup> Segue uno spazio bianco di mezza riga <sup>(e)</sup> Segue un ampio spazio bianco corrispondente a 5 righe <sup>(f)</sup> P “suarum” <sup>(g)</sup> P “venditori” <sup>(h)</sup> P “actione” <sup>(i)</sup> Omesso “sunt” <sup>(j)</sup> Depennato “de regione”

6.

1361, maggio 2

Andrea di Oddone di Palombara, a nome del figlio Odduzio, con un atto rogato dai notai Paolo di Nicola di Paolello e dello stesso Paolo *de Seromanis*, obbliga a Tebalduzio figlio del defunto Annibaldo signore di Montecompatri, che riceve a nome della sorella Canzia, futura sposa di Odducio la quarta parte del casale di Torre Vergata, situato fuori della porta Maggiore, con la quarta parte dei raccolti e di tutti i diritti spettanti al casale, unita con gli altri tre quarti alla proprietà di Tebalduzio e del nipote Annibalduzio figlio del defunto Giovanni, fratello dello stesso Tebalduzio. L'obbligazione è stipulata in seguito al pagamento della somma di 1.733 fiorini d'oro ed un terzo fatta da Tebalduzio ad Andrea, che riceve a nome del figlio Odduzio, per la dote di Canzia.

Nell'atto si stabilisce che se Canzia dovesse morire prima di Odduzio, senza aver generato figli, la quarta parte del casale sarà restituita, entro sei mesi dalla morte, a Teballuzio; se invece Odduzio dovesse morire prima di Canzia, con figli o senza figli legittimi, la quarta parte del casale sarà restituita, entro sei mesi dalla morte, a Canzia.

Inoltre Andrea, a nome del figlio Odduzio, dona a Teballuzio, che riceve a nome della sorella Canzia, la somma di 866 fiorini d'oro e due terzi: nel caso in cui si verificasse una restituzione della dote, Canzia dovrà ricevere da Andrea la somma di 310 fiorini d'oro secondo i patti consueti a Roma.

f. 7r

Eodem anno, mense et die et coram supradictis testibus etc.

In presentia dicti Pauli et mei notarii etc. supradictus magnificus Andreas domini Oddonis de Palonbaria, pro Odducio filio suo, ac die presente ex certa scientia sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et pignore posuit supradicto magnifico Theballucio, presenti et recipienti pro se et domina Cança sorore sua, sponsa et in Dei nomine futura uxore dicti Odducii, filii dicti Andree, et ad ipsius domine Cançarelle opus et utilitatem et nobis notariis, ut publicis personis stipulantibus et recipientibus pro dicta Cançarella, idest integram quartam partem cuiusdam casalis quod dicitur Turris Vergata ipsius Andree, cum quarta parte totius sui rediminis et totius sui tenimenti et cum quarta parte omnium et sindulorum<sup>(a)</sup> iurium et pertinentiarum ipsius quarte partis dicti casalis et cum introitibus et exitibus suis et cum quarta parte cuiusdam silve qua dicitur<sup>(b)</sup>, ad veram et mundam proprietatem et perpetuam hereditatem liberam et exemptam ab omni nesso servitutis, canonis seu census, iunta pro indiviso cum aliis tribus quartis partibus dicti Theballucii et Aniballucii, nepotis ipsius, filii et heredis quondam Iohannis Anibaldis, fratris ipsius<sup>(c)</sup> Theballutii, quod totum casale positum est extra portam Magiorem, inter hos fines, ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(d)</sup>

f. 7v

\*\*\*<sup>(e)</sup> vel si qui sunt plures vel veriores<sup>(f)</sup> confines. Hunc autem pignus et obligatio et omnia et singula que dicta sunt, dictus magnificus Andreas, pro dicto filio suo Odducio, dicto Theballo, presenti et recipienti pro se et <sup>(g)</sup> domina Cança sorore sua, ad ipsius domine Cançe opus et utilitatem et nobis notariis, recipientibus et stipulantibus et pro ea, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a

dicto Theballucio, pro dote et nomine dotis dicte domine Cançarelle, sororis sue, pro dicto Odducio, filio ipsius Andree mille septem centum florenos auri et triginta tres florenos auri et tertiam partem unius alterius floreni auri, quos M<sup>o</sup>VII<sup>c</sup>XXX<sup>ta</sup>III florenos et tertiam partem alterius floreni auri, dictus Andreas, pro dicto Odducio filio suo, a dicto Theballucio confessus fuit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus dictus Andreas se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum<sup>(h)</sup> non habitorum non receptorum et non ponderatorum dictorum florenorum exceptis doli mali et in facto<sup>(i)</sup> conditioni ob causa et sine causa et spei future numerationis et receptionis etc. sub hiis pactis et tenoribus quod si contingat dictam dominam Cançam premori dicto Odducio viro suo sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc, dictus Andreas, pro dicto<sup>(i)</sup>

f. 8r filio suo Odducio, eidem Theballucio, presenti et recipienti<sup>(k)</sup>, infra dimidii anni spatium post obitum dicte domine Cançe dictam dotem, videlicet dictam quartam partem dicti casalis ad ipsum Theballucium redere et restituere promisit et ad ipsum libere revertatur si tunc est bineus, alioquin cui ipse Theballucius commiserit et si non commiserit cui lex dederit. Et si contingat dictum Odducium premori dicte domine Cançe, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis genitis, dictus Andreas promisit, infra dictum spatium dimidii anni, dicto Theballucio, presenti et recipienti, pro dicta domina Cança sorore sua et nobis notariis, stipulantibus et recipientibus pro ea, dictam dotem, videlicet dictam quartam partem dicti casalis redere et restituere et ad ipsam Cançam libere revertatur; insuper dictus Andreas pro dicto filio suo Odducio, eidem Theballucio, presenti et recipienti pro dicta Cança sorore sua et nobis notariis, recipientibus et stipulantibus pro dicta domina Cança in dicta quartam partem dicti casalis et sui tenimenti, ut dictum est, donavit propter nuptias VIII<sup>c</sup>LXVI florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri, acto et convento inter ipsas partes, quod si casus restitutionis donationis propter nuptias evenerit, dicta Cança et dictus Theballucius, eius frater, habeant et habere debeant de aliis bonis dicti Andree III<sup>c</sup>X florenos auri, quia sit actum et conventum estitit inter ipsas partes sub pactis et tenoribus consuetis in Urbe. Et si, ut dictum est, firma hec observata fuerunt, tunc hec carta sit inefficax et nullius valoris, alioquin liceat ipsi Theballucio

f. 8v et domine Cançe et aliis earum heredibus dicta bona obligata pro dotis<sup>(l)</sup> donatione predicta capere intrare etc. pro quibus obligavit dictus Andreas omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. insuper promisit dictus Andreas dicto Theballucio, presenti et recipienti, pro se et nomine quo supra, et nobis notariis, recipientibus ut supra, quod dicta quarta pars dicti casalis et sui tenimenti est ipsius Andree obligantis et ad eum ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita data donate cessa concessa nec modo aliquo alienata in totum vel in partem nec contractus vel quasi cum alia persona seu loco factus est nec factus apparet per ipsum Andream tantum seu alium eius nomine. Et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione ad duplum, confitens talem esse in Urbe consuetudinem de evictione aprobata etc. pro quibus dictus Andreas obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “singularum” <sup>(b)</sup> Omesso “silva Colle Vaccaro” <sup>(c)</sup> Depennato “Anib” <sup>(d)</sup> Segue uno spazio bianco di mezza riga <sup>(e)</sup> Segue uno spazio bianco corrispondente a 3 righe <sup>(f)</sup> P “veros” <sup>(g)</sup> Depennato “Can” <sup>(h)</sup> Ripetuto “non solutorum” <sup>(i)</sup> Depennato “quondam” <sup>(j)</sup> depennato “Theballucio” <sup>(k)</sup> Depennato “pro se et dicta domina Cança sorore sua et nobis notariis, recipientibus et stipulantibus pro ea” <sup>(l)</sup> Depennato r.

7.

1361, maggio 2

Tebalduzio figlio del defunto Annibaldo signore di Montecompatri, con atto rogato dei notai Paolo di Nicola di Paolello e dello stesso Paolo *de Seromanis*, riceve in deposito da Andrea di Oddone di Palombara la somma di 310 fiorini d'oro e promette di restituirla entro due anni.

Il depositario impegna i suoi beni e promette di ottenere il consenso della madre Caradonna.

f. 8r bis<sup>(a)</sup> Eodem anno, mense et die et coram supradictis testibus etc.

In presentia dicti Pauli et mei notarii etc. supradictus magnificus vir Theballucius, qui simili modo iuravit contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere, ac die presente sponte et ex certa scientia confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et ex causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a magnifico viro Andrea domini Oddonis de Palombaria, presenti et recipienti, pro se suisque heredibus et successoribus vel cui dare et concedere voluerit in perpetuum tricentum decem florenos auri, quos dictus Theballucius a dicto Andrea confessus fuit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contemptum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptionibus non solutorum non habitorum non ponderatorum et non electorum dictorum III<sup>c</sup>X florenorum auri, quos quidem III<sup>c</sup>X florenorum auri dictus Theballucius dicto Andree tenere et salvos facere promisit ad omnem ipsius resicum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii furti rapine exfortiamenti et cuiuslibet alterius casus fortunarum et ipsos III<sup>c</sup>X florenorum auri dictus Theballucius dicto Andree redere et restituere

promisit <sup>(b)</sup> in pecunia numerata et non in alia specie hinc ad duos annos proxime futuros computandos a die presentis contractus confetti cum dampnis et expensis et interesse a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Theballucius penes dictum Andream obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etiam ferriato et ferriatis diebus, quibus ferriis renumpiavit expresse et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore etc. renumpiavit in predictis dictus Theballucius legibus, cedo bonis beneficio fori epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis et omnibus aliis legibus et iuribus et exceptionibus, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset renumpiavit expresse et promisit dictus Theballucius dicto Andree, presenti et recipienti ut supra, in predictis facere consentire dominam Caradompnam, matrem suam, cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad petitionem et requisitionem dicti Andree, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> L'amanuense ha ripetuto per errore la numerazione del foglio <sup>(b)</sup> l'espressione che segue fino a "specie" è stata annotata sul margine superiore del foglio.

**8.****1361, maggio 2**

Andrea di Oddone di Palombara, con atto rogato dai notai Paolo di Nicola di Paoello e dallo stesso Paolo *de Seromanis*, riceve in deposito da Tebalduzio figlio del defunto Annibaldo signore di Montecompatri la somma di 800 fiorini d'oro e si impegna ad acquistare gli ornamenti di Canziarella, a richiesta del depositante.

Nell'atto si stabilisce che nel caso di restituzione della donazione di nozze Tebalduzio si impegna a restituire gli 800 fiorini d'oro, altrimenti Andrea potrà trattenere una quota del casale di Torre Vergata.

Eodem die et coram dictis testibus etc.

In presentia domini Pauli et mei notariorum etc. supradictus Andreas sponte confessus est habere in depositum a dicto Theballucio VIII<sup>c</sup> florenos auri quos VIII<sup>c</sup> florenos auri confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. quos tenere et salvos facere promisit ad omnem ipsius

resicum et fortunam, scilicet incendii etc. de quibus promisit facere guarnimentum dicte domine Cançarelle ad omnem petitionem et voluntatem dicti Theballucii, pro quibus etc. et renumpiavit etc. acto et declarato quod si casus restitutionis donationis evenerit, dictus Theballucius promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Andree sibi restituere dictos VIII<sup>c</sup> florenos auri, alioquin liceat ipsi Andree retinere tantum partem dicti casalis secundum quod tangit pro ratione, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

**9.****1361, maggio 2**

Andrea di Oddone di Palombara, con atto rogato dai notai Paolo di Nicola di Paoello e dallo stesso Paolo *de Seromanis*, nomina suo procuratore Fuzio di Giorgio del *castrum Toffie* per ricevere da Caradonna il consenso per la vendita di Torre Vergata e per il deposito della somma di 310 fiorini d'oro.

Eodem die et coram dicto Paulo et me notariis et testibus etc. dictus Andreas sponte fecit constituit et ordinavit suum procuratorem et numptium specialem, Futium Georgii de castro Toffie, presentem et recipientem, ad recipiendum consensum prefate venditionis et dicti depositi III<sup>c</sup>X florenorum auri a dicta Caradompna pro ipso Andrea, cum curis et cautelis de iure sufficientibus etc. promictens se ratum habere quicquid in premissis per dictum suum procuratorem factum fuerit, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

**10.****1361, maggio 2**

Caradonna vedova di Annibaldo signore di Montecompatri, informata dai notai Paolo di Nicola di Paoello e dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, che il figlio Tebaldo ha venduto ad Andrea di Oddone di Palombara la quarta parte del casale di Torre Vergata e che egli ha ricevuto in deposito dall'acquirente la somma di 310 fiorini d'oro, dà il suo consenso in quanto assicura di essere cautelata sulla sua dote e sui suoi diritti dotali da altri beni non venduti né obbligati, rimasti nell'eredità del figlio Tebalduzio.

Eodem die

Testes: Cecchus Iohannis Egidii, Nutius magistri Pauli Pictoris de regione Montium et Paulus filius Martini della Luccia de regione Sancte Marie in Aquiro.

In presentia dicti Pauli et mei notariorum et testium predictorum etc. mangnifica domina domina Caradompna predicta, que renumpiavit omni suo iure dotis etc. et consilium Velleiani senatus quod est pro mulieribus introductus etc. certiorata per supradictum Paulum et me notarios etc. quomodo dictus Theballus, eius filius, vendidit<sup>(a)</sup> dictam quartam partem dicti casalis, ut supra continetur, et quomodo confessus est

habere in depositum a dicto Andrea III<sup>c</sup>X florenos auri, quos confessus fuit se recepisse, prout in venditione et deposito continetur, et obligasse pro predictis bona sua etc. ac die presente sua bona voluntate dicte venditioni et deposito, consentiit et suum consensum prestitit et renumpsiavit omni suo iure dotis etc. Hanc autem consensum fecit fore bene cautelata de dote sua et suis iuribus dotalibus in aliis bonis non venditis nec obligatis, que remanserunt in hereditate dicti Theballutii, filii dicte domine, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “vendedor.

## 11.

1361, maggio 2

Odduzio figlio di Andrea di Oddone di Palombara e Canzia figlia del defunto Annibaldo *de Anibaldis* signore di Montecompatri, presentatisi davanti ai notai Paolo di Nicola di Paolello e dello stesso notaio Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Odduzio infila l’anello nuziale d’oro con una pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Canzia, mentre i notai pronunciano solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

f. 10r

Eodem anno, mense, indictione, die tertia.

Testes:<sup>(a)</sup> Iohannes<sup>(b)</sup> domini Iacobi [et]\* dominus Iacobus Cessi miles<sup>(c)</sup> de regione Montium, dominus Stephanus Paloscii de regione Columpne, Branca et Cecchus Iutii ex dominis castri de Monteleone.

In presentia supradicti Pauli et mei notariorum et testium etc. supradictus Odducius filius dicti Andree interrogatus a supradicto Paulo et a me notariis si volebat in suam legitimam uxorem dictam dominam Cançam filiam dicti olim Anibaldi de Anibaldis, qui sua bona voluntate et ex certa scientia respondit “Volo”, et versavice interrogata dicta domina Cança a supradicto Paulo et me notariis si volebat in suum verum et legitimum virum dictum Odducium filium dicti Andree, que domina Cançarella sua bona voluntate, non vi coatta nec dolo inducta, ex certa scientia respondit “Volo”, et tunc dictus Odducius cum quodam anulo aureo cum quodam lapide pretioso balasci, hiis intervenientibus verbis,

f. 10v

per nos notarios solempniter dictis “Quod Deus coniunsit homo non separet” arravit ipse Odducius dictam dominam Cançam, misso per ipsum dictum anulum aureum cum dicto lapide pretioso balascio in digito anulari manus destre ipsius domine Cançe per Odducium antedictum etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “dominus” <sup>(b)</sup> Depennato “Dessi” <sup>(c)</sup> Depennato “eius frater”.

## 12.

1361, luglio 2

Ceccola vedova di Antonio di Gubbio del rione di S. Eustachio rilascia una quietanza a Lello di Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna, in relazione ad un litigio verificatosi tra di loro, come appare dagli atti del notaio Omodeo *de Buccabellis*, dopo aver ricevuto la somma di 3 fiorini d’oro.

f. 11r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense iulii die II<sup>o</sup>.

[Testes]<sup>(a)</sup>: Iacobellus Caini Vecçosi, dominus Angelus Marronis et Stasi murator.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchola uxor olim Anthonii de Agubio de regione Sancti Eustachii, que iuravit etc. ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate et ex certa scientia renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit<sup>(b)</sup> Lello Corraducii Mastronis spetiario de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus etc. omne ius omnemque actionem iustitiam et petitionem que et quas nunc habet vel habere posset contra ipsum Lellum quacumque occasione modo iure titulo sive causa usque<sup>(c)</sup> in presente die et specialiter occasione cuiusdam litigii habiti inter ipsos, ut apparet per acta Homodeuli de Buccabellis notarii. Hanc autem refutationem dicta Cecchola dicto Lello fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a ipso<sup>(d)</sup> Lello III florenos auri, de quibus se bene quietata contempta et pacata vocavit etc. et promisit quod dicta iura que habet contra ipsum Lellum sunt sua et nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omesso <sup>(b)</sup> Depennato “omne” <sup>(c)</sup> P “husque” <sup>(d)</sup> Depennato “Cecchol”.

## 13.

1361, luglio 14

Stazio muratore del rione Pigna nomina suoi procuratori Lello di Corraduzio *Mastronis* del rione Pigna e Martino di Naso del rione Monti con l’incarico di stipulare un atto di pace e di perpetua sicurezza con Lello di Mattiolo del rione Pigna, o con il suo procuratore, di rimettere reciprocamente le ingiurie e le offese tra loro intervenute, con qualunque pena pecuniaria in caso di inosservanza delle parti, e di concordare una reciproca garanzia.

f. 11v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense iulii die XIII<sup>o</sup>.

Testes: Laurentius Bonianni de Magistris Luce de regione Campitelli et Petrucius Cole tubatoris de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Stasi murator de regione Pinee qui iuravit etc. ac die presente sponte et ex certa scientia fecit constituit creavit et ordinavit suos veros et legitimos et generales procuratores actores factores et numptios speciales seu quocumque alio nomine melius dici et censeri potest, videlicet Lellum Corraducii Mastronis de regione Pinee et Martinum Nasi de regione Montium et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis etc. habentes ad omnia infrascripta ab ipso Stasi speciale mandatum et plenariam potestatem ad dandum prestandum et redendum pacem et securitatem perpetuam Lello Mathioli de regione Pinee seu eius procuratori pro eo et ad remittendum, nomine ipsius, omnem iniuriam et offensam etc. et similem remissionem recipiendam ab eo seu ab eius procuratore et ad promittendum de non offendendo nec offendi faciendo ipsum Lellum in persona vel bonis et similem promissionem recipiendam sub quocumque pena et ad renuntpiandum capitulo consuetudinum Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et similem renuntpiationem audiendam et recipiendam et ad obligandum pro predictis bona dicti Stasi et dandum fideiussionem et similem obligationem et fideiussionem recipiendam etc. et generaliter etc. pro quibus etc. et renuntpiavit etc.

14.

1361, luglio 14

I nobili Nicola Giovanni e Pietro figli di Ceccho di Giovanni di Leone del rione Pigna rilasciano una quietanza a Pietro di Cinzio, canonico della chiesa di S. Angelo in *Foro Piscium*, in rappresentanza del fratello Giovanni di Cinzio del rione Arenula, in relazione alle 20 rubbie di grano che Giovanni doveva consegnare per l'affitto di una parte del tenimento del *castrum Sulferate*, come risulta da un atto rogato dal notaio Giacomo di Paolino, in quanto hanno ricevuto il grano convenuto.

f. 12r

Indictione XIII<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> iulii die XIII<sup>or</sup>.

Testes: Nicolaus Cinthei, Tutius Iohannis Petracche de regione Sancti Angeli et Iohannes Fei de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. nobiles viri Nicolaus, Iohannes et Petrus, germani frates, filii olim Cecchi Iohannis Leonis de regione Pinee, qui Iohannes et Petrus primo iuraverunt etc. ac die presente eorum bona voluntate renuntpiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt domino Petro Cinthei canonico ecclesie Sancti Angeli in *Foro Piscium*, presenti et recipienti<sup>(b)</sup>, vice et nomine Iohannis Cinthei de regione Arenule, germani fratris sui, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Iohannis et pro eo, idest omne ius omnemque actionem iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas que et quas dicti frates nunc habent vel habere possent in futurum contra ipsum Iohannem et bona sua, pretestu et occasione viginti rubrorum grani in quibus dictus Iohannes tenetur dictis fratribus occasione cuiusdam locationis facte per ipsos frates dicto Iohanni de certa parte tenimenti castrum Sulferate, ut patet manu Iacobi Paulini publici notarii, sic vel aliter plus vel minus prout ipso istrumento locationis continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicti frates eidem domino Petro, presenti et recipienti pro dicto Iohanne frate suo, et mihi notario recipienti pro ipso, fecerunt pro eo quod confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt dictum granum

f. 12v

integraliter recepisse et habuisse, de<sup>(c)</sup> quo grano se bene quietos contemptos et pacatos vocaverunt et renuntpiaverunt exceptioni non habito<sup>(d)</sup> et non recepto grano predicto et spei future numerationis et receptionis etc. et promiserunt quod dicta iura que habent contra dictum Iohannem, ratione dicti grani, sunt sua et ad eos spectant pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione de aliis eorum bonis etc. pro quibus etc. et renuntpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "agusti" <sup>(b)</sup> Depennato p <sup>(c)</sup> Depennato qu <sup>(d)</sup> .

15.

1361, [luglio-agosto, ?]

Paolo [Manosella] con atto rogato dai notai Angelo e dallo stesso Paolo *de Seromanis*, riceve da Deodatello la somma di 100 libbre di provisini del senato per la dote di Mascia figlia di Paolo e futura sposa di Deodatello.

Nell'atto si stabilisce che se Deodatello dovesse morire prima di Mascia, con i figli o senza figli legittimi, la dote sarà restituita, entro sei mesi dalla morte, a Mascia; se invece Mascia dovesse morire prima di Deodatello, senza figli legittimi, la dote sarà restituita, entro sei mesi dalla morte, a Paolo o agli eredi.

Inoltre Deodatello dona a Paolo, che riceve a nome della figlia Mascia, la somma di 50 libbre di provisini del senato secondo gli accordi consueti a Roma ed obbliga i suoi beni per la dote e la donazione nuziale.



Dietro preghiera e richiesta di Deodatello si offrono quali garanti Giacomo *Nasus* e Paolo *Bonsingioris* del rione Trevi.

f. 13r [...] <sup>(a)</sup> Mascia, filia sua, et nobis notariis etc. pro dote et nomine dotis dicte Mascie C libras provisinorum, quas a dicto Paulo pro dicta Mascia, filia sua, confessus est se recepisse et habuisse et de eis bene quietum contemptum et pacatum vocavit etc. sub hiis pactis et tenoribus quod si contingat dictum Deodatellum premori dicte Mascie, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis communibus ipsorum, infra spatium dimidii anni post eius obitum dicta dos redatur et restituatur dicte Mascie in pecunia numerata et non in alia specie ab heredibus et successoribus dicti Deodatelli; si vero dicta Mascia premori dicto Deodatello, viro suo sine filiis communibus ipsorum, infra spatium dimidii anni post eius obitum dicta dos redatur et restituatur in pecunia numerata dicto Paulo, si tunc visserit, alias filiis et heredibus dicti Pauli vel cui ipse Paulus commisit seu lex dederit. Item dictus Deodatellus donavit propter nuptias dicto Paulo, presenti et recipienti, pro dicta Mascia, filia sua, et nobis notariis etc. L libras provisinorum sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis etc. et si sic omnia adimpleta fuerit etc. alias dissoluto matrimonio et, elapso dicto dimidio anno licentiam et potestatem habeat dictus Paulus pro se et dicta filia sua etc. Item dictus Deodatellus promisit dicto Paulo pro dicta Mascia,

f. 13v filia sua, et nobis notariis etc. quod dicta bona obligata pro dote et donatione propter nuptias sunt sua et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret etc. et ad hec

- Iacobus Nasus et

- Paulus Bonsingioris [omnes]\* de regione Trivii

quilibet ipsorum in solidum et pro toto eorum bonis voluntatibus, precibus et rogatu dicti Deodatelli, penes dictum Paulum fideiusserunt specialiter <sup>(b)</sup>, presentem et recipientem, pro se et dicta Mascia, filia sua, et nobis notariis etc. de evictione tantum etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> L'atto ha un inizio frammentario per la perdita di alcuni fogli, come sembra confermare l'interruzione tra il precedente documento del 14 luglio e quello successivo datato all'8 agosto: la perdita è avvenuta prima della numerazione dei fogli per i quali l'amanuense non offre soluzioni di continuità. Per quanto riguarda un analogo atto vedere il precedente doc. 51. Anche in questo caso, il notaio Paolo de Seromanis si avvale della compresenza del notaio Angelo citato nel successivo doc. 61 <sup>(b)</sup> Come sembra.

## 16.

1361, [luglio- agosto, ?]

Deodatello e la madre Lorenza, con un atto rogato dai notai Angelo e dallo stesso Paolo *de Seromanis*, rilasciano una quietanza a Paolo *Manosella*, insieme a Giacomo *Nasi*, e a Cecco *Seromani*, a Buzio di Cola trombettiere, a Sabuzio, Lorenzo e Tuzio *Mandi*, in relazione ad un atto di deposito, rogato dagli stessi notai, dopo aver ricevuto la somma di 113 libbre di provisini del senato.

Si dispone che l'atto di deposito sia annullato.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia dicti Angeli et mei notariorum etc. supradictus Deodatellus, qui iuravit etc. et domina Laurentia mater eius, unus alteri <sup>(a)</sup> consentientes, quilibet ipsorum eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus renumpsiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt Paulo Manoselle de regione Ripe, presenti et recipienti, pro se ac vice et nomine Iacobi Nasi, Cecchi Seromani, Butii Cole tubatoris <sup>(b)</sup>, Sabucii et Laurentii et Tutii Mandi et cuilibet ipsorum, et nobis notariis recipientibus pro eis, idest omnia iura et actiones iustitias

f. 14r et petitiones que et quas nunc predicti Deodatellus et domina Laurentia seu ipsorum alteri <sup>(c)</sup> habent nunc et in futurum habere possent contra et adversus predictos, pretestu et occasione cuiusdam depositi, scripti manu nostrorum notariorum, continentis quantitatem <sup>(d)</sup> CXII librarum provisinorum, plus vel minus, prout in ipso instrumento continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt predicti Deodatellus et domina Laurentia dicto Paulo, presenti et recipienti pro se et quibus supra nominibus <sup>(e)</sup> et nobis notariis etc. fecerunt pro eo quod confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese a dicto Paulo dictam quantitatem in dicto instrumento depositi contemptam recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. et promiserunt predicti Deodatellus et domina Laurentia, mater eius, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsorum et ad eos spectant et pertinent pleno iure et quod nemini alio sunt vendita data donata cessa concessa nec aliquo alio modo alienata etc. et si contrarium appareret etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt ipsum depositum cancellari et annullari et nullius valoris permaneret.

<sup>(a)</sup> P "auteri" <sup>(b)</sup> Depennato "Butii Cole Raynerii" <sup>(c)</sup> Depennato "predictorum" <sup>(d)</sup> Depennato "LX" <sup>(e)</sup> Depennato "fec".

## 17.

1361, agosto 8

Giovanni Paolo *Capuducche*, Lello di Petruzio di Paoluzio del rione Campitelli e Paolo *Astalli* del rione S. Eustachio rilasciano una quietanza a Nicola *Cafari* del rione Pigna, presente a nome di Lello, di Giacobello,

di Tuzio, di Ceccolello e di Ritola, figli del defunto Nuzio detto *Çinnacanna*, del rione di S. Maria in Aquiro, dopo aver ricevuto la somma di 11 fiorini d'oro ad integrazione della parte già versata dall'affittuario.

f. 14v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense agusti die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Nutius et Paulus frates filii quondam Iohannis Pauli Capudçucche de regione Campitelli et Lellus Butii Iohannis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Paulus Capudçuccha, Lellus Petrucii Palutii de regione Campitelli et Paulus Astalli de regione Sancti Eustachii, quilibet ipsorum in solidum et pro toto, ac die presente sponte renumpiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt Nicolao Cafari de regione Pinee, presenti et recipienti<sup>(a)</sup>, vice et nomine Lelli, Iacobelli, Tutii et Ceccholelli et Ritole, fratuum filiorum quondam Nutii dicti alias *Çinnacanna*, de regione Sancte Marie in Aquiro et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro eis, idest omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones que et quas predicti Iohannes Paulus, Lellus Petrucii et Paulus Astalli dicto quondam Nutii et nunc dictis pupillis<sup>(b)</sup>, ut filiis et heredibus suis, petere possent usque in presentem diem, ratione venditionis certarum erbarum per ipsos Iohannem Paulum, Lellum et Paulum Astalli dicto quondam Nutio factarum. Hanc autem refutationem dicti Iohannes Paulus, Lellus Petrucii Palutii et Paulus Astalli dicto Nicolao Cafari, presenti et recipienti, pro<sup>(c)</sup> dictis pupillis et mihi notario recipienti pro eis, fecerunt pro eo quod a dicto Nicolao, dante et<sup>(d)</sup>

f. 16r

solvente pro dictis pupillis, fecerunt pro eo et ex eo, quod presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt XI florenos auri, de quibus sese bene quietos et pacatos vocaverunt etc. et renumpiaverunt etc. totum et omne residuum in quo dictus quondam Nutius et nunc dicti pupilli, ut eius filii et heredes tenerentur ratione predicta, confessi sunt sese a dicto quondam Nutio recepisse, de quo residuo etiam se bene quietos et pacatos vocaverunt etc. et renumpiaverunt etc. et promiserunt quod dicta iura que habebant ratione predicta contra dictum quondam Nutium<sup>(e)</sup> et nunc contra dictos pupillos tamquam contra ipsius heredes sunt ipsorum et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “pro se et” <sup>(b)</sup> L'espressione che segue fino a “suis” è annotata nell'interlinea superiore <sup>(c)</sup> Depennato “pro se et” <sup>(d)</sup> Segue il f. 15r e v bianco, omesso per errore e annullato, nelle due facce, con due tratti di penna incrociati: il formulario dell'atto prosegue senza interruzioni al f. 16r <sup>(e)</sup> P “nunc”.

18.

1361, agosto 8

Ceccolo e Nuzio figli del defunto Nicola di Pietro di Francesco del rione Arenula rilasciano una quietanza a Nicola *Cafari* del rione Pigna, presente a nome di Lello, di Giacobello, di Tuzio, di Ceccolello e di Ritola figli del defunto Nuzio detto *Çinnacanna*, in relazione ad un atto di vendita di erbe fatto al defunto Nuzio, dopo aver ricevuto la somma di 3 fiorini d'oro e 20 solidi di provisini del senato, ad integrazione della parte già versata dall'affittuario.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Iohannes Cafari, Ceccholellus Cafari et Anthonius Iohannis Stancionis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchulus et Nutius, germani frates filii quondam Nicolai Petri Francisci de regione Arenule, qui Nutius iuravit etc. ac die presente eorum bonis voluntatibus sponte renumpiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt<sup>(a)</sup> Nicolao Cafari de regione Pinee, presenti et recipienti, vice et nomine supradictorum pupillorum et heredum, et mihi notario etc. idest omne ius quod eis petere posset contra heredes dicti quondam Nutii, pretestu et occasione cuiusdam venditionis

f. 16v

certarum erbarum per dictos frates dicto quondam Nutio factarum pro certo pretio in venditione contento. Hanc autem refutationem fecerunt pro eo quod presentialiter et manualiter a dicto Nicolao receperunt et habuerunt III florenos auri et XX solidos, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. residuum confessi fuerunt sese recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. et promiserunt de evictione etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “omne ius”.

19.

1361, agosto 11

Silvestro di Paolo di Ugone del rione Monti, Nardo di Federico detto Nardo *Malgiano* del rione di Via Lata e Giacomo di Paolo *della Sobrana* del rione Ponte ricevono in deposito da Tuzio *Riciutoli* speciale del rione Pigna la somma di 30 libbre di provisini del senato e promettono di restituirla a richiesta del depositante.

I depositari obbligano i loro beni.

Indictione XIII<sup>a</sup> mense agusti die XI<sup>o</sup>.

Testes: Petrus Cecchi Iohannis Leonis, Oddo Seromani et Paulus Alesandri dictus alias Cotica de regione Pinee.

Silvester Pauli Hugonis de regione Montium, Nardus Frederici dictus alias Nardus Malgiano de regione Vie Late et Iacobus Pauli della Sobrana de regione Pontis, omnes ipsi et quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ceteri liberentur, confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse habere et tenere a Tutio Riciutoli spetiario de regione Pinee, presente et recipiente, triginta libras provisinorum senatus, quas confessi sunt se habere et tenere de quibus sese bene quietos contemptos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt etc. et ipsas triginta libras tenere et salvas facere promiserunt ad omnem ipsorum resicum periculum et fortunam, videlicet incendii etc. et eidem Tutio redere et restituere promiserunt ad omnem suam petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus dicti depositarii et quilibet ipsorum penes dictum Tutium, presentem et recipientem, obligaverunt omnia bona eorum mobilia et immobilia presentia et futura etc. etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et omni curia et coram<sup>(a)</sup> quocumque iudice. Renumpiaverunt in hiis ferriis etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(b)</sup> P “quoram”.

20.

1361, agosto 13

Egidio figlio del defunto Sollacio sarto del rione Pigna vende alla moglie Angela due pezze di vigna con la corrisposta di un quarto al monastero di S. Alessio di Roma, situate fuori della porta di S. Paolo nella località *lo monte Sancta Patere* nella proprietà del monastero, al prezzo di 24 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Tuzio *Dompnicelle* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà ed obbliga i suoi beni.

Eodem mense die XIII.

Testes: Cola Iohannis Iacobi, Iohannes cernitoris et Petrutius Otabiani sensalis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Egidius filius olim Sollatii sutor de regione Pinee sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Angele uxori sue, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipsa domina dare et concedere voluerit

in perpetuum, idest duas petias vinearum vites ad quartam redendam monasterio Sancti Alexii de Urbe, positas extra portam Sancti Pauli in loco qui dicitur lo monte Sancta Patere in proprietate dicti monasterii, inter hos fines, ab uno latere tenet Nutius dello Priore, ab alio Anthonius Cicilianus, ab alio Anthonius, ab alio viculus vicinalis vel si qui etc. cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis, salvo semper et reservato iure locationis dicte ecclesie et per Tutium Dompnicelle, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendam ipsam emptricem de dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluit et mandavit etc. et donec fuerit investita constituit se dictus venditor dictam vineam, nomine dicte emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor dicte emptrici liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dicta vinea proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat et in locum et privilegium ipsius succedat nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula

que dicta sunt et infra dicentur, prefatus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii XXIII<sup>of</sup> florenorum auri, quos dictus venditor a prefata emptrice confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. et si plus dicto pretio dicta vinea valeret, totum illud plus quod valeret dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti, amoris causa inter vivos donavit cessit et concessit, qui quidem XXIII floreni auri devenerunt ad minus ipsius domine de bonis parafernalis ipsius, presente et confitente dicto venditore; et promisit etiam dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti, quod dicta vinea est ipsius et ad eum<sup>(a)</sup> spectat pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. promisit insuper dictus venditor dicte emptrici, presenti et recipienti, in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem ad petitionem et requisitionem dicte emptrici cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus omnibus observandis dictus venditor obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “eam”.

21.

1361, agosto 15

Giaquinta vedova di Matteuzio *Buccamucçe* del rione Pigna fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis*, e designa eredi tre poveri ai quali destina a ciascuno 12 denari.

La testatrice lascia alla chiesa di S. Macuto, per le messe cantate a suffragio della sua anima e di quella dei familiari, 2 fiorini d'oro.

Lascia ancora alla sorella Andreozia di Pascuzio tutti i suoi beni mobili ed immobili da distribuire come è stato concordato: a lei destina la casa in cui abita, situata nella contrada *Scola de Brectis*, con la clausola che, qualora morisse senza aver fatto testamento, la casa dovrà essere destinata al nipote Andrea di Valente, a suffragio della sua anima.

Nomina esecutrice testamentaria la stessa sorella Andreozia.

f. 18v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense agusti die XV.

Testes: Ceccholellus Cafari, Cola Iohannis Iacobi, Nellolus lanarolus, Anthonius Cole Francisci, Cola Grassus, Gualterucius Lippi et Paulus Sorice de Urbe.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Ego Iaquina uxor olim Mathutii Buccamucçe de regione Pinee, licet infirma corpore tamen mente sana et conscientia pura, timens future mortis periculum intestata discedere nollens, idcirco constituta coram Paulo de Seromanis notario et VII testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo tres pauperes Christi, quibus et cuilibet ipsorum relinquo iure institutionis falcidie trebellianice debito iure nature et pro omni eorum iure XII denarios provisorum senatus et in hiis eos contemptos facio etc. Item relinquo de bonis meis ecclesie Sancti Maguti, pro missis cantandis, pro anima mea, duos florenos auri. Item relinquo omnia alia bona mea mobilia et immobilia, ubicumque reperirentur, Andreotie Pascutii, sorori mee, distribuenda

f. 19r

per ipsam prout sibi commisi. Item relinquo domum meam in qua habito, posita in contrada que dicitur Scola de Bretonis, dicte sorori mee, volo tamen et mando quod si ipsa soror mea quacumque tempore decederet intestata, quod in dicta domo moriatur Andree Valentis, nepoti meo, pro anima mea. Executricem huius mei testamenti facio constituisco et ordino dictam Andreotiam, sororem meam, presentem et recipientem, cui do et concedo plenam et liberam potestatem etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere volo et mando tam iure testamenti donationis causa mortis et omni modo et iure quibus melius valere potest et debet etc.

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro: M.

22.

1361, agosto 23

Guerrone di Civitella del monastero di S. Paolo nomina suoi procuratori per le sue cause il frate Cecco Lombardo, monaco del monastero di S. Paolo, Pietro Giovanni di Lorenzo *Calcavecchia* e Andreozio di Florio.

Indictione XIII<sup>a</sup> mense agusti die XXIII.

Testes: Palonus calsolarius habitator castri Flayani, magister Petrus Mathei notarius et Laurentius Rubei de castro Flayani.

In presentia mei notarii et testium etc. Guerronus de castro Civitelle monasterii Sancti Pauli sponte fecit suos procuratores ad causas fratrem Cecchum Lonbardi, monacum monasterii Sancti Pauli, Petrum Iohannis Laurentii Calcavecchia et Andreotium Florii notarios de Urbe, licet absentes etc. promictens de rato etc.

23.

1361, agosto 25

Mattia figlia del defunto Nicola *de Platea* e moglie di Lorenzo di Colella del rione di S. Angelo della contrada *Pescine* fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis*, e designa erede la figlia Giacobella alla quale lascia la sua dote ed i diritti dotali di 100 libbre di provisini del senato, detratta la somma di 10 libbre da distribuire a discrezione della sua esecutrice testamentaria a suffragio della sua anima.

Lascia ancora alla figlia Giacobella la cassa con i suoi oggetti preziosi.

Nomina esecutrice testamentaria Perna figlia del defunto Paolo di Giovanni di Andrea e vedova di Paolo di Giorgio del rione Arenula.

Dispone che la sepoltura e il suo funerale avvengano nella chiesa di S. Salvatore *de Campo*.

f. 19v

Indictione XIII<sup>a</sup> mense agusti die XXV.

Testes: frater Angelus de Campofloris, frater Nicolaus de Anania, frater Anthonius de Camilgiano, frater Petrus Ditaguiti, frater Tomaxius de Anania, frater Blaxius de Terracena et frater Andelus de Flayano ordinis predicatorum.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego domina Mathia filia olim Nicolai de Platea et uxor Laurentii Colelle de regione Sancti Angeli, in contrada Pescine, timens future mortis periculum nollens decedere intestata, idcirco constituta coram me notario et testibus, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo Iacobellam filiam meam et dicti Laurentii, viri mei, cui Iacobelle relinquo, pro omni suo iure, dotem meam et iura mea dotalia

que fuerunt et sunt C libras provisinorum et eam facio contemptam etc. Item relinquo de dictis C libris, pro anima mea, X libras provisinorum dampdis et distribuendis per infrascriptam meam executricem, prout sibi, pro anima mea, videbitur expedire. Item relinquo dicte Iacobelle, filie mee, cassam meam cum omnibus iocalibus

f. 20r

in ea existentibus. Executricem et fidei commissariam huius mei testamenti facio constituisco ordino dominam Pernam filiam olim Iohannis Andree et uxorem quondam Pauli Georgii de regione Arenule, cui do plenam et liberam potestatem etc. eligo sepulturam mei funderis ecclesiam Sancti Salvatoris de Campo et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod semper firmum manere volo et mando omni modo et iure quibus melius valere potest et debet etc.

24.

1361, agosto 25

Nicola *de Porcariis* notaio del rione Pigna rilascia una quietanza generale a Nicola *Mulecti* del *castrum Gripte Maroçe* dopo aver ricevuto le cose dovutegli.

Eodem mense et die

Testes: Iohannes Stephani de castro Podii Donadei, Meolus de Porcariis de regione Pinee et Petrus montanarius de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus de Porcariis notarius de regione Pinee sponte renumpsiavit et refutavit et finem et generalem refutationem fecit Nicolao Mulecti de castro Gripte Maroçe, presenti et recipienti, de omni eo quod sibi<sup>(a)</sup> petere posset usque in presentem diem quocumque modo iure titulo sive causa. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod confessus fuit se ab ipso Nicolao Mulecti recepisse omne eo in quo sibi tenetur etc. et promisit de evictione etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "per".

25.

1361, settembre 1

Angelo di Meo di Giovanni, procuratore di Giliuzio *Ciceris Actii*, di Naldo di Verallo e di Cecco di Corradino, tutti di Tagliacozzo, come risulta dalla procura rogata da Giovanni di Nicola di Tagliacozzo notaio e giudice di tribunale, rilascia una quietanza ad Oddarello di Petruzio di Nicola di Stazzano, presente a nome di Nicola di Leonardo di Stazzano, in relazione ad alcune vacche rubate da Nicola, ad una successiva diffida per il pagamento di una certa somma, ad un arbitrato intervenuto tra le due parti, rogato dal notaio \*\*\*\*\* , ed infine al pagamento delle spese e dei danni sostenuti per la causa.

La quietanza è stata rilasciata dopo il pagamento di Oddarello della somma di 68 fiorini d'oro, ad integrazione della parte già versata.

f. 20v

Indictione XV mense septembris die primo.

Testes: Tutius Laurentii Saragona, Lodovicus Serrecureri de regione Pinee et Lutius Iohannis Goptifredi de regione Parionis.

In presentia mei notarii et testium etc. Angelus Mei Iohannis de Talgiacotio, procurator et persona legitima Giliutii Ciceris Actii de Talgiacotio, Nalli Veralli et Cecchi Corradini de eadem terra, prout de ipso procuratorio patet manu Iohannis Nicolai de Talgiacotio notarii et iudicis iuristici a me notario viso et lecto, habens ad omnia infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem ac die presente et ex certa scientia renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Oddarello Petrutii Nicolai de Staçano, presenti et recipienti vice et nomine Nicolai Leonardi de Staçano et mihi notario ut publice persone, stipulanti et recipienti vice et nomine dicti Nicolai Leonardi, idest omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas dictus<sup>(a)</sup> Giliutius, Nallus et Cecchus dicto Nicolao usque in presentem diem petere possent tam occasione certarum vaccarum, ut dicitur, per dictum Nicolaum predicto Giliutio, Nallo et Ceccho ablatarum, quam etiam ratione cuiusdam diffidationis facte de dicto Nicolao ad

f. 21r

petitionem et instantiam predictorum in certa quantitate pecunie, quam etiam ratione cuiusdam arbitrii lati inter eos, ut patet manu \*\*\*\*\* publici notarii, quam etiam ratione expensarum et dampnorum factis in dicta causa per predictos et generaliter de omni alio eo quod dicti Giliutius, Nallus et Cecchus dicto Nicolao petere posset usque in presentem diem quocumque modo iure sive causa.<sup>(b)</sup> Hanc autem refutationem et que dicta sunt, dictus procurator, procuratorio nomine quibus supra, dicto Oddarello, presenti et recipienti, vice et nomine dicti Nicolai, et mihi notario<sup>(c)</sup> recipienti pro eo, fecit pro eo et ex eo quod dictus procurator, procuratorio nomine quibus supra, presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Oddarello, dante et solvente vice et nomine dicti Nicolai, florenos auri LXVIII, de quibus dictus procurator, procuratorio nomine quibus supra, se bene quietum vocavit etc. et renumpsiavit etc. residuum videlicet omne id in quo dictus Nicolaus prefatis<sup>(d)</sup> Giliutio, Nallo et Ceccho teneretur seu tenere possent usque in presentem diem

quocumque modo iure sive causa confessus est se recepisse dictus procurator, procuratorio nomine quibus supra, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit dictus procurator<sup>(e)</sup>, procuratorio nomine quibus supra, quod predicta iura que predicti constituentibus habent contra dictum Nicolaum sunt ipsorum et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum de bonis supradictorum eorum procurator est, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

f. 21v

(a) Depennato p (b) Depennato “nec non” (c) Depennato “fecit” (d) P “prefactis” (e) Depennato “quod”.

26.

1361, settembre 1

Angelo di Meo di Giovanni, procuratore di Egidiuzio o Giliuzio *Ciceris Actii*, di Naldo di Verallo e di Cecco di Corradino, tutti di Tagliacozzo, rilascia una quietanza ad Oddarello di Petruzio di Nicola di Stazzano, presente a nome del nobile Andrea di Oddone di Palombara, del comune e degli uomini di Stazzano, in relazione ad una diffida fatta da Andrea e dal comune su una certa quantità di denaro della camera di Roma ed al rispetto del mandato delle parti seguito nell'accusa fatta da Egidiuzio ad Andrea ed al comune.

La quietanza è stata rilasciata dopo che Andrea ed il comune di Stazzano avevano osservato, entro il tempo stabilito, il mandato loro attribuito.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium etc. supradictus procurator, procuratorio nomine quibus supra, sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit supradicto Oddarello, presenti et recipienti, vice et nomine magnifici viri Andree domini Oddonis de Palombaria nec non communis et hominum castri Staçani, et mihi notario ut publice persone, stipulanti et recipienti pro eis, idest omnia et singula iura et actiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas, que et quas habet vel habere posset contra et adversus predictum Andream et commune, pretestu et occasione cuiusdam diffidationis facte de dictis Andree et communi in certa quantitate pecunie camere Urbis et observent mandatum partium secutum ex accusa facta per dictum Egidiucium predictis Andree et communi et generaliter de omni eo quod predicti Egidiutius, Nallus et Cecchus dictis Andree et communi usque in presente die petere possent tam ratione diffidationis predictae, quam etiam quocumque modo iure titulo sive causa usque in presente die. Hanc autem refutationem dictus procurator, procuratorio nomine quibus supra, predicto Oddare-

f. 22r

llo, presenti et recipienti, vice et nomine quibus supra, et mihi notario stipulanti et recipienti pro eis, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit predictis, quorum procurator est, fuisse per dictum Andream et commune, infra tempus in mandato contepto, observatum mandatum et fore eis integre satisfactis de omni eo quod predicti, quorum procurator est, dictis Andree et communi Staçani usque in presente die petere possent quocumque modo iure titulo sive causa. Et promisit dictus procurator, procuratorio nomine quibus supra, quod iura que predicti pretendebant habere contra predictos Andream et commune nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret<sup>(a)</sup> voluit teneri de evictione ad duplum de bonis dictorum, quorum procurator est, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

(a) P “apparet”.

27.

1361, settembre 19

Paolo figlio del defunto Michele del rione Pigna nomina suo procuratore il prete Feliciano, rettore della chiesa dei SS. Cosma e Damiano di Pigna, con l'incarico di stipulare un atto di pace e di sicurezza perpetua con Pietro *Corbino* già di Roma ed ora della città di Rieti, o con il suo procuratore, e di ottenere a sua volta un analogo atto, di rimettere reciprocamente le ingiurie e le offese tra loro intervenute, di concordare una reciproca garanzia con le relative quietanze.

f. 22v

Indictione XV mense septembris die XVIII.

Testes: Butius natus Pauli Capucie de Capocinis, Iacobus dictus Rubeus tessitor et Franciscus Martini omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus filius olim Michelis de regione Pinee, qui iuravit etc. sponte et ex certa scientia fecit suum procuratorem venerabilem virum dominum presbiterum Felicianum, rectorem ecclesie Sanctorum<sup>(a)</sup> Cosme et Damiani de Pinea, presentem et recipientem, ad dandum redendum et prestandum pacem et securitatem perpetuam Petro Corbino dudum de Urbe nunc habitatori civitatis Reatine et similem pacem recipiendam ab ipso seu eius procuratore et ad remittendam omnem iniuriam et offensam factam usque in presente die et similem remissionem recipiendam ab ipso seu eius procuratore pro eo et ad dandum pro predictis observandis idoneos fideiussores et similes fideiussores recipiendos et ad renumpsiandum et refutandum omnia iura, si qua dictus Paulus dicto Petro quocumque modo usque in presente die petere posset et similem promissionem recipiendam ac ratificatam et generaliter etc. promictens

dictus Paulus se ratum et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem circa premissa facta fuerit etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Step”.

28.

1361, ottobre 22

Cecco *Maligni* di Tivoli e il garante Buzio di Giaquintella promettono solennemente a Margherita vedova di Nuzio detto *Çinnacanna*, madre e tutrice di Lello, di Giacobello, di Tuzio, di Cecco e di Ritozia, che, se i suoi pupilli dovessero essere molestati per la garanzia da loro richiesta e prestata dal loro defunto genitore, assumeranno su di sé i danni e le spese. A tal fine obbligano i loro beni.

f. 23r

Indictione XV mense octubris die XXII.

Testes: Anthonius Blaxii Cesarii et Santus Veri de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Maligni de civitate Tyburis, ut principalis, et Butius Iaquentelli, ut fideiussor ipsius, ac die presente quilibet ipsorum in solidum sponte et ex certa scientia promiserunt et sese et bona sua principaliter obligaverunt de rato et per legitimam et solempnem stipulationem convenerunt domine Margarite uxori olim Nutii dicti alias *Çinnacanna*, matris<sup>(a)</sup> et tutricis Lelli, Iacobelli, Tutii et Cecchi et Ritoçe, fratuum filiorum et heredum dicti olim Nutii et ipsius domine, et mihi notario ut publice persone, recipienti pro eis, quod si dicti heredes quancumque vel quomodocumque occasione cuiuscumque fideiussionis facte per dictum olim Nutium ad petitionem dicti Cecchi<sup>(b)</sup> penes quamcumque personam universitatem seu locum essent in quacumque curia molestati in personis vel bonis, ipsi Cecchus et Butius ipsos conservabunt in dampnos eorum propriis sumptibus et expensis, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “heredi” <sup>(b)</sup> Depennato “per”.

29.

1361, novembre 8

Vannozia, Luciola e Nardola, minori di 14 anni, figlie del defunto Giacobello *de Seromanis* del rione Pigna, presentatesi davanti a Stefano di Paolino, giudice palatino, chiedono un tutore con beneficio d’inventario; il giudice, rilevata la legalità della richiesta, assegna loro come tutore Giovanni *Clarelli* del rione Ripa, dispone che, alla fine della tutela, egli renda ragione della sua amministrazione e, intanto, cominci a fare l’inventario dei beni delle pupille a lui affidate.

Il tutore dichiara che tra i beni c’è una casa a pianoterra con solaro, situata nel rione Pigna, e la metà di una bottega, situata nella contrada delle Botteghe; dichiara inoltre che se avrà notizia di altri beni li aggiungerà nell’inventario.

Dietro richiesta del tutore si offre quale garante Pietro di Paolo detto *Coptus* calzolaio del rione Pigna.

f. 23v

Indictione XV mense novembris die VIII.

Testes: Lippolus Petri Gioctonis, Sabbas filius Iohannis de Seromanis et Iacobellus filius olim Iohannis Marronis.

In presentia mei notarii et testium etc. Costitute personaliter Vannotia, Lucçola et Nardola, sorores germane, pupille filie olim Iacobelli de Seromanis de regione Pinee, minores XIII annorum, coram sapienti viro domino Stephano Paulini, iudice palatino, sedente pro tribunali, petierunt ab ipso iudice sini tutorem dari cum beneficio inventarii, qui iudex audita dicta petitione et videns ipsam iustam fore, dedit eisdem in tutorem Iohannem Clarelli de regione Ripe et iuntam personam eisdem, qui tutor iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosantis scripturis pro dictis pupillis utilia facere et inutilia pretermictere et, tempore finite tutele, redet integram rationem amministraziones sue et incepit facere inventarium de bonis que invenit in hereditate dictarum pupillarum. In primis<sup>(a)</sup> dicit se invenisse in dictis bonis unam domum terrineam et solaratam, positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Lelli Seromani de dicta regione, ab omnibus aliis lateribus sunt vie publice. Item medietatem integram cuiusdam apothecae, posite in contrada Apothecarum, iunta pro indiviso cum alia medietate dictorum heredum inter suos confines. Et protestatur quod, si alia bona ad eius notitiam pervenerint, ascribi faciet in dicto inventario etc. et ad hec Petrus Pauli dictus alias *Coptus* calsolarius de regione Pinee, ad petitionem et instantiam dicti Iohannis tutoris, fideiussit et promisit quod dictus tutor bene et legaliter ministrabit bona dictarum pupillarum et utilia pro ipsis pupillis faciet et inutilia pretermictet et quod, tempore finite tutele redet integram rationem<sup>(b)</sup> amministraziones sue dictis pupillabus etc. pro quibus dictus tutor et fideiussor obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc.

f. 24r

<sup>(a)</sup> Depennato i <sup>(b)</sup> Depennato r.



Perna figlia del defunto Naro e vedova di Giacobello *de Seromanis* del rione Pigna rilascia una quietanza a Giovanni *Clarelli* del rione Campitelli, tutore delle pupille Vannozia, Luciola e Nardola figlie del defunto Giacobello, con la quale rinuncia ai diritti sui beni del defunto marito ed alla casa a pianoterra con solaro, camere, orto, sale, stalle e torre, situata nel rione Pigna, dopo aver ricevuto la somma di 166 fiorini d'oro, residuo della sua dote e dei diritti dotali.

Eodem mense et die

Testes: Iohannes Passalaqua, Nicolaus Pappaçuri de regione Pinee, et Marcus pecudarius Nutii Clarelli de regione Campitelli.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Perna filia olim Nari et uxor olim Iacobelli de Seromanis de regione Pinee, que iuravit etc. ac die presente sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit, et per pactum de ulterius non petendo, remisit Iohanni Clarelli de regione Campitelli, tutori et persone legitime Vannotie, Lucçole et Nardole sororum filiarum olim dicti Iacobelli, pupillarum, presenti et recipienti, pro ipsis pupillis et mihi notario ut publice persone, stipulanti et recipienti pro ipsis pupillis, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas, que et quas nunc dicta domina Perna

vel heredes possent in futurum contra et adversus ipsas pupillas et quamlibet earum et in bonis ipsarum, que olim fuerunt dicti Iacobelli, patris earum, tam ratione sue dotis donationis propter nuptias alimentorum parafernorum guarimentorum et omni alio sui iuri, si quo petere posset, in dictis bonis et dictis pupillis quocumque modo iure titulo sive causa. Hanc autem refutationem et omnia et singula que dicta sunt et dicentur infra, prefata domina Perna dicto tutori, presenti et recipienti, pro dictis pupillis et mihi notario recipienti pro eis, fecit pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse de bonis dicti olim Iacobelli, patris ipsarum pupillarum dotem suam et iura sua dotalia et omni suo iure, si quo in dictis<sup>(a)</sup> bonis petere posset seu dictis pupillabus, in quadam domo<sup>(b)</sup> dictarum pupillarum que olim fuit dicti Iacobelli, terrinea et solarata cum cameris, orto, salis, stabulis, turri, posita in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Seromani, ab alio tenet Ceccholellus Cafari, ante et retro sunt vie publice vel si qui etc. videlicet CLXVI florenos auri, totum residuum pro eis et in bonis ipsarum petere posset, confessa est se recepisse in florenis de auro de qua domo et florenis se bene quietata contenta pacata vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta sua iura nemini sunt vendita data donata cessa concessa et si contrarium appareret et dicte pupille vel earum heredes in dampnum aliquod venerint vel expensas fecerint voluit teneri de evictione etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato p <sup>(b)</sup> L'espressione che segue fino a "Iacobelli" è stata annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno convenzionale.

Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna, anche a nome del figlio Giovanni, e Nuzio del maestro Paolo *Pictoris* detto *Coptus* del rione Monti, a nome del comune, del sindaco, degli uomini e delle notabilità di Montecompatri nominano arbitro il *discretus vir* Gualterio già di Gallicano ed ora del rione Monti per risolvere la controversia sorta tra le due parti circa un certo numero di porci rubati, come sembra, dagli uomini di Montecompatri a Lello ed al figlio Giovanni.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare: i richiedenti impegnano i loro beni e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 200 libbre di provisini del senato.

Indictione XV mense novembris die XIII.

Testes: Palutius Nicolai Palelli notarius et dominus Franciscus Sobactarii de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Butii Iohannis Rubei de regione Pinee, pro se et vice et nomine Iohannis, filii sui, pro quo promisit de rato et se principaliter obligavit, ex una parte, et Nutius magistri Pauli Pictoris dictus alias Coptus de regione Montium, qui pro communi, scyndico et hominibus castri Montiscompatri ac specialium personarum dicti castri, pro quibus promisit de rato et se et bona ipsius Nutii principaliter obligavit et promisit se facturum et curaturum quod dictum commune et homines dicti castri ac speciales persone dicti castri, dictum compromissum et omnia et singula in dicto compromisso contenta rata habebunt sub pena infrascripta, ex parte altera, ac die presente sua bona voluntate compromiserunt et compromissum fecerunt in discretum virum Gualterium dudum de Gallicano nunc de Urbe de regione Montium, licet absentem tamquam presentem, de omni lite et questione que esset inter ipsum Lellum et Iohannem, eius filium, ex una parte, et commune et homines dicti castri ac speciales persone dicti castri, ex alia parte, pretestu et occasione certe quantitatis porcorum, ut dicitur, ablatorum per homines dicti castri dicto Lello, patri dicti Iohannis et ipso Iohanni, filio dicti Lelli, promicentes dicte partes omne

f. 25v arbitrium arbitratum, unum seu plures, ex dicto compromisso descendencia, rata et firma habere et contra non facere vel venire sub pena et ad penam II<sup>c</sup> librarum provisinarum senatus, pro medietate etc. dantes et concedentes predictae partes, pro se et nominibus quibus supra, dictus arbiter plenam et liberam potestatem arbitrandi laudandi et definendi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de plano, semel vel plures, ipsis partibus presentibus et quandoque absentibus, una presente et alia absente occasione predicta, promittendum predicta rata habere<sup>(c)</sup> nec ab eis seu ipsorum aliquod appellare supplicare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri sub pena predicta, stipulata ut supra, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(c)</sup> Depennato “sub”.

32.

1361, novembre 13

Angela di Giovanni di Paulozio, nonna materna e tutrice di Petruzio e di Caterina figli del defunto Buzio *Casciate*, del rione Trastevere, come risulta dall'atto rogato dal notaio Nuzio di Egiduzio per decreto di Gregorio *de Marganis* giudice palatino, promette solennemente di vendere a Francesca vedova di Giacomo di Alessio già del rione Trevi ed ora del rione Pigna tutto il latte di circa 600 pecore dei suoi pupilli al prezzo pagato da Petracca *Gervine* di Tivoli per ciascun secchio e riceve come caparra 30 fiorini d'oro.

L'acquirente promette di pagare la somma residua di altri 30 fiorini d'oro entro Natale ed ancora di 20 fiorini d'oro entro Carnevale.

Si precisa che Angela fornirà per tutto il periodo di Carnevale il latte di mattina e il cacio di sera, per tutto il periodo di Quaresima il cacio di mattino e di sera e dopo Pasqua il latte di mattina e il cacio di sera, salvo il diritto dominicale consueto.

Si offrono quali garanti il medico maestro Antonio e Giacobello *Stati* del rione Trastevere.

f. 26r Indictione XV mense novembris die XIII.

Testes: Marthellutius Lelli Capucie, Iacobus Angeli sutor de regione Transtiberim.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt conventiones et pacta habita et<sup>(a)</sup> firmata inter dominam Angelam Iohannis Palocii, aviam maternam, tutricem et personam legitimam Petrutii et Catherine fratuum filiorum olim Butii Casiothe de regione Transtiberim, prout de ipsa tutela patere dicitur manu Nutii Egidiotii notarii cum decreto et auctoritate domini Gregorii Marganis iudicis palatini, qui ad dictam tutelam suam auctoritatem interposuit, ut dicitur, et decreto tutorio, nomine dictorum pupillorum et pro eis, ex una parte, et dominam Francischam uxorem olim Iacobi Alexii dudum de regione Trivii nunc de regione Pinee, ex alia parte. In primis quod dicta tutris, tutorio nomine quo supra, promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicte domine Francisce dare totum lac istius temporis omnium et singularum pecudum ipsorum pupillorum, videlicet VI<sup>(b)</sup> pecudum vel idcirca pro eo pretio quo vendetur per Petrachiam Gervine de Tybure et grenolus nec plus nec minus<sup>(c)</sup> per secchium, pro quo lac pro arris et parte pacamenti presentialiter et manualiter dicta tutris, nomine dictorum

f. 26v pupillorum habuit et recepit a dicta domina Francischa triginta florenos auri, de quibus se bene quietam, nomine dictorum pupillorum contempta et pacata vocavit et renumpsiavit etc. residuum autem totius dicti pretii et lactis dicta domina Francischa eidem tutrici, nomine dictorum pupillorum, dare et solvere promisit<sup>(d)</sup> triginta alios florenos auri hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Yesu Christi proxime futurum et per totum festum Carnisprivii<sup>(e)</sup> proxime futurum dare et solvere promisit dicta domina Francischa dicte tutrici, presenti et recipienti, XX alios florenos auri. Acto et declarato inter ipsas partes, quod per totum Carnisprivium<sup>(f)</sup> dicta tutris<sup>(g)</sup> eidem domine Francisce dare promisit de mane lac et de sero caseum, per totam Quatragesimam continue de mane et de sero caseum, post festum Pasce promisit et convenit dicta tutris dicte domine Francisce dare et assignare facere de mane lac et de sero caseum, salvo semper et reservato iure dominicali consueto. Item et declaratus fuit inter partes predictas, quod omnia alia pacta in arte serventis inter eas, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc. et ad hec pro predictis omnibus observandis magister Anthonius medicus et Iacobellus Stati de regione Transtiberim fideiusserunt in omnibus supradictis et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “in” <sup>(b)</sup> Depennato “ped” <sup>(c)</sup> Depennato d <sup>(d)</sup> Depennato “hinc ad VIII dies proxime futuros” <sup>(e)</sup> P Carnisbrivium <sup>(f)</sup> P Carnisbrivium <sup>(g)</sup> Depennato d.

33.

1361, novembre 13

Angelo di Pietro di Gozio di Pietro di Clemente, notaio, del rione Pigna fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a 7 testimoni; e designa erede la figlia Rosina, nata dal primo matrimonio, alla quale lascia due fiorini d'oro, dopo che avrà rinunciato ai beni paterni e materni, come risulta dalla promessa fatta dal nonno Giovanni *de Colo* e dal marito di lei Lorenzo in un atto rogato dal notaio Francesco *Rosani*.

Designa inoltre eredi di tutti i suoi beni i figli Seconda, Lella, Paolo e il nascituro, che la moglie Caterina deve generare, salvo i legati di seguito elencati.

Lascia a Seconda ed a Lella per la dote e gli ornamenti a ciascuna di loro, 100 fiorini d'oro; al figlio nascituro, se sarà femmina, lascia egualmente 100 fiorini d'oro per la dote e per gli ornamenti, se sarà maschio, lo designerà erede, insieme a Paolo, della metà dei suoi beni. Nel caso che le figlie, nate dal secondo matrimonio, morissero

senza aver generato figli, il lascito sarà devoluto ai figli maschi e se anche i figli maschi dovessero morire senza aver generato figli legittimi il lascito sarà ripartito in parti eguali, a suffragio della sua anima, al monastero di S. Maria in Campomarzio, alle chiese di S. Trifone, di S. Maria sopra Minerva e di S. Maria in Araceli.

Lascia alla moglie Caterina la dote, i diritti dotali, gli oggetti preziosi e 25 fiorini d'oro e, se volesse vivere con i figli, sia considerata padrona ed usufruttuaria vita natural durante.

Nomina tutori Angelo *de Marronibus*, al quale affida i figli, e Maria, madre dello stesso Angelo.

Lascia al fratello Antonio nove piatti; alla madre Lorenza 3 fiorini d'oro per una tunica.

Destina per il maltolto, se qualcuno dovesse far valere il proprio diritto, la somma di 10 provisini del senato.

Lascia ancora al prete Giovanni, rettore della chiesa di S. Macuto, a suffragio della sua anima, mezzo fiorino d'oro.

Dispone che la sua sepoltura avvenga nella chiesa di S. Maria *de Cella*, nella tomba del padre e degli altri consanguinei.

Nomina esecutori testamentari Angelo *de Marronibus*, Maria madre dello stesso Angelo e la propria moglie Caterina.

f. 27r Indictione XV mense novembris die XIII.

In presentia mei notarii et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Ego Angelus Petri Gocii Petri Clementis notarius de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum intestatus decedere nollens, idcirco constitutus coram me Paulo notario et VII testibus infrascriptis ad hec specialiter vocatis et rogatis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo Rosinam, filiam meam ex primo matrimonio, cui relinquo duos florenos auri et in hiis eam conteptam facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit, pro anima mea, pro omni suo iure quo in bonis meis petere possit, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit, facta primo refutatione per eam de bonis paternis et maternis, ut patet promissione facta per Iohannem de Colo avium \*\*\*\*\* et Laurentium virum dicte Rosine, ut patet manu Francisci Rosani publici notarii et si facere cessaverit, cadat a meo relicto et ab omni suo iure; et Secundam, Lellam et Paulum et ventrem<sup>(a)</sup> Catherine, uxoris mee, si eius partum ad lucem

f. 27v pervenerit, heredes istituo in omnibus bonis meis preter legatis infrascriptis, quibus Secunde et Lelle relinquo, pro earum dotibus et guarnimentis, C florenos auri de bonis meis que reperirentur post mortem meam pro qualibet ipsarum et in hiis eas conteptas facio, ita quod de bonis meis plus petere non possint aliquo modo iure titulo sive causa. Et si dicta Catherine filiam feminam peperit, relinquo eidem de bonis meis C alios florenos auri pro dote sua et guarnimentis et cuilibet earum plus vel minus prout infrascriptis meis executoribus videbitur et placuerit et, si filium masculum fecerit, heredem mihi istituo una cum Paulo filio meo in omnibus bonis meis universaliter et pro equali portione; et si ex dictis filiabus meis, ex secundo matrimonio aliquis mori contigerit sine filiis, quod moriatur filiis meis masculis, si tunc visserit, alias superstitibus et si dicti filii mei masculi mori contigerint quancumque sine legitimis filiis, quod moriantur pro anima mea dandis et distribuendis per infrascriptos meos executores

f. 28r secundum modum infrascriptum. In primis monasterio Sancte Marie de Campomartis, ecclesie Sancti Trifonis, ecclesie Sancte Marie supra Minerbam et Sancte Marie de Aracelis et cuilibet earum pro equali portione. Item relinquo Catherine, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia et bona iocalia, que reperirentur penes eam post mortem meam et XXV florenos auri ultra dotem suam. Et si honesta et casta cum dictis filiis meis vivere voluerit, quod sit domina et dominatrix et usufructuaria, toto tempore vite sue, alioquin recolligat iura sua predicta et relictum per me sibi factum. Et ex nunc facio tutorem dominum Angelum de Marronibus, cui relinquo filios et filias meas, et dominam Mariam, matrem dicti Angeli. Item relinquo de bonis meis Anthonio, frati meo, VIII par de plactinis meis, pro anima mea et pro omni suo iure et in hiis eum contentum facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit. Item relinquo de dictis bonis meis domine Laurentie, matri mee, tres florenos auri pro una tunica et in hiis eam conteptam facio ita quod de bonis meis plus petere

f. 28v non possit. Item relinquo pro male ablatis, incertis et certis, de bonis meis, si aliquid mihi de iure petere posset, X libras provisinorum. Item relinquo presbitero Iohanni, rectori ecclesie Sancti Maguti, pro anima mea, dimidium florenum auri. Item eligo sepulturam mei corporis in ecclesie Sancte Marie de Cella, una cum patre meo et alios consanguineis meis, cui relinquo pro dicta sepultura<sup>(b)</sup> ius sibi debitum. Item facio constituo et ordino executores meos et dicti mei testamenti et anime mee dictum Angelum de Marronibus, dominam Mariam matrem eius, et Catherinam uxorem meam, quibus do et concedo plenam licentiam et

liberam potestatem bona mea omnia capiendi tenendi etc. et executionem mandandi omnia supradicta et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere volo et mando omni modo et iure quibus melius valere potest et debet, cassans et irritans omne aliud testamentum et codicillum per actenus factum et per quemcumque notarium scriptum etc.

Testes: Cola Iohannis Stephani, dominus Angelus Marronis, Butius Pauli Mathie, Meolus Iubarellarius, Laurentius Cafarelli, Laurentius Cole Iohannis Stephani, Iohannes della Valca de regione Pinee<sup>(c)</sup> Tronba mandatarius de regione Columpne.

<sup>(a)</sup> Segno abbreviativo superfluo per r <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Omesso et.

34.

1361, dicembre 21

Cecco di Sabatino del rione Pigna rilascia una quietanza ad Oddone figlio del defunto Pietro *Seromani* del rione Pigna, presente anche a nome di Meolo vetturale della stessa regione, in relazione ad un atto di deposito, rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, dopo aver ricevuto la somma di 4 fiorini d'oro.

f. 29r

Indictione XV mense decembris die XXI<sup>o</sup>.

Testes: Vespa potator et Gosmatus marmorarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Sabbatini de regione Pinee ac die presente sua bona voluntate renuntpiavit et refutavit, et per pactum de ulterius non petendo, remisit Oddoni quondam Petri Seromani de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et vice et nomine Meuli vetturalis de dicta regione Pinee, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Meuli et pro ipso, idest omnia et singula iura et actiones que et quas ipse Cecchus habet vel habere posset contra ipsos Oddonem et Meolum pretestu et occasione cuiusdam depositi continentis quantitatem IIII<sup>or</sup> florenorum auri, scripti manu mei eiusdem notarii, plus vel minus prout in ipso deposito continentur. Hanc autem refutationem fecit dictus Cecchus prefato Oddoni, presenti et recipienti pro se et vice et nomine Meuli et mihi notario recipienti pro ipso pro eo quod confessus est se dictos IIII<sup>or</sup> florenos auri recepisse de quibus etc. et promisit de evictione etc. et renuntpiavit etc.

35.

1361, dicembre 24

Antonio di Buzio *Truccholi*, con la garanzia di Giordanello figlio del defunto Onofrio *de Ilperinis*, di Cola di Nardolo, di Andrea del maestro Paolo *Galeffi*, di Nuzio di Cola *Mancini* e di Meolo di Pietro di Cola *Listi*, tutti del rione Monti, riceve in deposito da Perna moglie di Nicola di Lello di Pandolfo *de Thedallinis* detto *Sclavus* del rione Colonna, con il consenso del marito, la somma di 60 fiorini d'oro della sua dote e il depositario promette di restituirla entro tre mesi.

f. 29v

Indictione XV mense decembris die XXIII<sup>or</sup>.

Testes: Cecchus Teste, Angelus Mathei et Nicolaus Menici lanaroli de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius Butii Truccholi, ut principalis debitor, qui iuravit etc. Iordanellus filius olim Eunufrii de Ilperinis, Cola Nardoli, Andreas magistri Pauli Galeffi, Nutius Cole Mancini, qui iuravit etc. et Meolus Petri Cole Listi, qui simili modo iuravit etc. ut fideiussores dicti Anthonii omnes de regione Montium, quilibet ipsorum in solidum<sup>(a)</sup>, uno solvente omnes liberentur, confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse habere et tenere in depositum, nomine et causa depositi, a domina Perna uxore<sup>(b)</sup> Nicolai Lelli Pandulfi de Thedallinis dicti alias Sclavi

f. 30r

de regione Columpne, presente et recipiente pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipsa domina dare et concedere voluerit, videlicet LX florenos auri, qui sunt de parte dotis dicte domine Perne, presente et confitente dicto Nicolao viro suo, quos quidem LX florenos auri dicti depositarii presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt, de quibus se bene quietos contemptos et pacatos vocaverunt et renuntpiaverunt exceptioni non habitorum et non receptorum dictorum florenorum etc. quos florenos dicti depositarii tenere et salvos facere promiserunt ad omnem ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii furti rapine etc. et eidem domine Perne redere et restituere promiserunt hinc ad tres menses proxime futuros cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligaverunt bona eorum etc. et renuntpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renuntpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "liberentur" è stata annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo

<sup>(b)</sup> Depennato "olim".

36.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

f. 30v Et ego Paulus de Seromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarius quia predictis omnibus interfui, ea scripsi rogatus

(S)<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Seguono i ff. 31v, 32r e v, 33r e v bianchi.



1.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1363, traccia il proprio segno monogrammatico e aggiunge la sottoscrizione notarile.

f. 1r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXIII pontificatus domini Urbani pape V, anno eius primo, indictione prima, mensibus et diebus infrascriptis.  
Hic est liber sive quaternus contractuum mei Pauli de Seromanis publici notarii sub brevitare compositus.  
(S)

Scriptus per me Paulum de Seromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate publicum notarium<sup>(d)</sup>.

<sup>(d)</sup> Segue il f. 1v bianco.

2.

1363, febbraio 9

Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna ed il figlio Giovanni, con il consenso del padre, nominano loro procuratore Cecco Andrea di Cori per rilasciare una quietanza sui diritti che essi hanno sugli eredi di Buzio di Giacomo.

f. 2r Indictione prima mense februarii die VIII<sup>o</sup>.  
Testes: Cecchus Gregorii de regione Campitelli, Fortisguerra Iohannis Fortisguerre de regione Pinee et Cola Pauli Croppe de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Butii Iohannis Rubei de regione Pinee et Iohannes, eius filius, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate dicti sui patris, sponte<sup>(a)</sup> fecerunt et cuiuslibet ipsorum procuratorem et numptium specialem, Cecchum Andree de Cori, licet absentem tamquam presentem, ad renumpiandum finem et quietationem faciendum herede Butii Iacobi seu alteri, eius nomine, recipere de omni eo quod dictus Lellus et Iohannes sibi petere possint usque in presente die, pro quibus etc. et promiserunt etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "confessi sunt".

3.

1363, febbraio 11

Simeone figlio del defunto maestro Pietro, calzolaio, del rione Pigna, con la garanzia di Nicola *Theballi*, riceve in deposito da Giovanni *de Sorromanis* del rione Pigna la somma di 10 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

Eodem<sup>(b)</sup> anno, mense et die XI<sup>o</sup>.

Testes: Butius Cole tubatoris, Marcus cartarius et Iacobus Amadei de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Symeon filius olim magistri Petri calsolarius de regione Pinee ut principalis debitor, et Nicolaus Theballi, ut eius fideiussor, quilibet ipsorum in solidum sponte confessi sunt habere in depositum, nomine et causa depositi a Iohanne de

f. 2v Sorromanis de regione Pinee, presente et legitime stipulante, pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipse Iohannes dare et concedere voluerit, decem florenos auri, quos confessi sunt se recepisse de quibus etc. et renumpiaverunt etc. quos tenere et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum rescicum periculum et fortunam et eidem redere et restituere promiserunt ad omnem ipsius petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(b)</sup> L'atto che segue è stato depennato con due tratti di penna incrociati e se ne dà giustificazione in calce al documento al f. 2v "Cancellata die XVIII februarii de voluntate partium, quia confessus fuit dictus Iohannes fuisse sibi per dictum Simonem integre satisfactus".

4.

1363, maggio 15

Nicola *Marronis* del rione Pigna fa testamento e designa erede un povero al quale lascia la somma di 10 libbre di provisini del senato; lascia ancora, a suffragio della sua anima, 100 libbre di provisini da distribuire, a discrezione degli esecutori testamentari, ai poveri e alle persone degne di compassione.

Destina alla moglie Francesca la dote, i diritti dotali e 50 libbre di provisini, oltre ad 11 fiorini d'oro per l'estinzione di un mutuo, contratto con lei, per la casa nella quale abita, con l'impegno di venderla ai figli Paolo e Cecco.

Confessa che le 6 giumente possedute da Paolo e da Cecco sono di loro proprietà, così le vacche, da loro ottenute in soccita da Bufalo di Cinzio *de Cancellariis*, ed i porci, che sono stati acquistati grazie alla loro operosità, sui quali non vanta alcun diritto.

Lascia ai figli le case nelle quali abita, situate nel rione Pigna e confessa di averle acquistate insieme ai figli durante il Giubileo.

Lascia alla figlia Vannozia moglie del notaio Giovanni di Carlo la somma di 4 fiorini d'oro che le doveva per un mutuo; a Nicola e Giacobello, figli di Giovanni *Marronis* e suoi nipoti, la somma di 54 fiorini d'oro che ha ricevuto per gli ornamenti nuziali della defunta Paola, loro madre; al figlio Paolo la somma di 16 fiorini d'oro, da lui conservati, per gli ornamenti della moglie Andreozia e 15 libbre di provisini del senato, relative alla donazione di nozze fatta al tempo del contratto di matrimonio con la stessa Andreozia; al figlio Cecco la somma di 5 fiorini d'oro da lui ricevuti, in occasione della donazione di nozze al tempo del contratto di matrimonio con Caterina.

Dispone che il figlio Cecco possa prendere dai suoi beni una quantità di denaro simile a quella dell'altro figlio Paolo per la dote della moglie Andreozia.

Lascia al nipote Angelo *Marronis* figlio di Lorenzo la somma di 10 fiorini d'oro che egli è tenuto a dare, secondo l'arbitrato di Sabba *de Amedeis*, ai figli ed ai nipoti, con la clausola che vengano consegnati entro il prossimo Natale altrimenti il lascito verrà estinto.

Per tutti gli altri beni mobili ed immobili nomina eredi i figli Paolo e Cecco ed i nipoti Nicola e Giacobello per la terza parte, con la clausola che se dovessero morire senza figli legittimi, la quota del lascito sarà devoluta in parti uguali ai superstiti; ed ancora che se dovesse morire uno dei nipoti senza aver figli legittimi il lascito sarà destinato al nipote superstite.

Dispone che i figli Paolo e Cecco lascino, alla loro morte, la somma individuale di 50 libbre di provisini del senato, a suffragio della loro anima, ed i nipoti Nicola e Giacobello una somma individuale di 25 libbre di provisini.

Nomina esecutori testamentari la propria moglie Francesca e il prete Guglielmo, rettore della chiesa di S. Stefano di Pigna.

f. 3r Indictione prima mense maii die XV.

In presentia mei notarii et testium infrascriptorum etc.<sup>(a)</sup> Ego Nicolaus Marronis de regione Pinee, licet infirmus corpore etc. facio testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo unum Christi pauperum cui relinquo, pro omni suo iure quod in bonis meis petere posset, X libras provisinorum et in hiis ipsum contentum facio, ita quod de bonis meis plus non petat aliqua ratione modo iure titulo sive causa. Item relinquo de bonis meis pro anima mea C libras provisinorum senatus, dandas et distribuendas pauperibus et miserabilibus personis, per infrascriptos meos executores prout melius visum facere. Item relinquo domine Francisce, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia et ultra dotem suam de bonis meis L libras provisinorum, pro anima mea, volo, tamen et mando quod dicta domina Francischa, uxor mea, recolligat et recolligere possit et debeat dotem suam et iura sua dotalia in illis bonis meis in quibus sibi melius placuerit

f. 3v in pecunia numerata tam mobilibus quam stabilibus. Item relinquo dicte domine Francisce, uxori mee XI florenos auri, in quibus eidem teneor ratione mutui, quibus solutis eidem, ipsa teneatur facere venditionem de domo mea, quam nunc habito, Paulo et Ceccho, filiis meis, de qua domo ipsa venditione habuit a me. Item confiteor et fateor indubitanter, quod illa sex iumenta, que habent predicti Paulus et Cecchus, sunt ipsorum et de ipsorum labore et industria acquisiti et ego in illis nullum habeo ius. Item confiteor quod ille vacce quas dicti Paulus et Cecchus habuerunt in soccita a Bufalo filio Cinthei de Cancellariis sunt ipsorum et de ipsorum industria acquisiti. Item confiteor quod porci omnes, quos dicti filii mei habent, sunt ipsorum et de ipsorum labore et industria acquisiti et in eis confiteor nullum ius habere. Item relinquo predictis Paulo et Ceccho filiis meis domos meas, quas nunc habito, positas in regione Pinee, inter suos fines, et confiteor me ipsas emisse de bonis per ipsos Paulum et Cecchum acquisitis, tempore Iubillei, una mecum. Item relinquo Vannotie, filie<sup>(b)</sup> mee, uxori Iohannis Carli notarii quatuor florenos auri, in quibus eidem teneor occasione mutui. Item relinquo domino Nicolao et Iacobello, nepotibus meis, filiis<sup>(c)</sup>

f. 4r Iohannis Marronis filii mei LIII florenos auri, quos habui et recepi de guarnimentis domine Paule, matris ipsorum, et uxoris dudum Iohannis predicti filii mei. Item relinquo Paulo, filio meo, de bonis meis XVI florenos auri, qui remanserunt penes me, de pecunia guarnimentorum Andreotie uxoris sue. Item relinquo dicto Paulo de bonis meis XV libras provisinorum, quas recepit ab ipso de pecunia donationis dicte Andreotie tempore contractus matrimonii inter ipsos. Item relinquo Ceccho, filio meo, V florenos auri, quos recepit de pecunia donationis Catherine uxori ipsius Cecchi, tempore contractus matrimonii inter ipsos. Item volo et mando quod Cecchus, filius meus, possit et debeat habere de bonis meis pro dote Catherine, uxoris sue, tantum quantitatis pecunie sic rethraere posset Paulus, filius meus, pro dote Andreotie uxoris sue. Item relinquo domino Angelo Marronis, nepoti meo, filio olim Laurentii Marronis, fratris mei, de illis florenis in quibus mihi tenetur, secundum formam arbitrii lati inter me ipsum per dominum Sabbam de Amedeis, X



florenos auri, dummodo tamen ipse dominus Angelus dictis filiis et nepotibus meis cum effectu hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Yesu Christi proxime futurum I

f. 4v

d\*\*\*\*\* in florenis de auro persolvendum, alioquin si infra dictum terminum non solveret cum effectu cadat a dicto meo relicto. Omnia alia bona mea mobilia et stabilia, iura et actionesque habeo vel habere possem relinquo Paulo et Ceccho, filiis meis, pro duabus partibus et predicti domino Nicolao et Iacobello, nepotibus meis, pro alia tertia parte, in quibus bonis ipsos<sup>(d)</sup> Paulum<sup>(e)</sup> Cecchum pro duabus partibus et dictos dominum Nicolaum et Iacobellum pro alia tertia parte mihi heredes istituo; volo tamen et mando quod si dicti filii mei et nepotes, quocumque tempore, sine legitimis filiis morirentur, quod moriantur unus<sup>(f)</sup> alteri pro equali portione; volo tamen et mando quod si unus dictorum nepotum meorum, quocumque tempore, sine legitimis filiis morirentur, quod moriantur alteri nepoti meo; volo etiam et mando quod predicti Paulus et Cecchus possint, pro anima ipsorum, relinquere L libras provisorum per quemlibet et dicti dominum Nicolaus et Iacobellus possint, pro anima ipsorum<sup>(g)</sup>, de dictis bonis relinquere XXV libras provisorum per quemlibet et in dicta quantitate ipsas liberas facio. Executores huius mei testamenti facio dominum presbiterum Guilielmum rectorem ecclesie Sancti Stephani de Pinea et dominam Franciscam uxorem meam, quibus do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc. Testes: Lellus Iohannis Cinthei aurifex, Stephanellus eius filius, Macio<sup>(h)</sup> aurifex, Andreas Valle, Laurentius Guarsellona de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato "M" <sup>(b)</sup> Depennato "uxori" <sup>(c)</sup> Ripetuto "filiis" <sup>(d)</sup> Depennato m <sup>(e)</sup> Omesso et <sup>(f)</sup> Depennato p <sup>(g)</sup> P "ipso" <sup>(h)</sup> Così P.

## 5.

1363, giugno 3

Nuzio di Nicola di Guglielmo *de Bulgaminis* del rione di S. Maria *in Aquiro* fa testamento e nomina eredi i figli Giacobello, Vannozia, Ceccolella, Angelella e Mariola ai quali lascia tutti i suoi beni, distribuiti in parti uguali, ad eccezione dei legati affidati agli esecutori testamentari, da realizzare subito dopo la sua morte a suffragio della sua anima.

Dispone che se le figlie morissero senza figli legittimi la quota parte del lascito sarà devoluta a Giacobello; a sua volta se Giacobello morisse senza figli legittimi la quota parte del lascito sarà divisa in parti eguali fra le figlie, con l'esclusione di quelle già sposate o entrate a far parte di un ordine di monache; se tutte dovessero già essere sposate o monacate il lascito sarà devoluto, a suffragio della sua anima, per le messe cantate e per l'acquisto di indumenti per i poveri; infine, se tutte le figlie dovessero morire senza figli legittimi, dopo la morte di Giacobello, il lascito sarà devoluto, anche in questo caso, a suffragio della sua anima per le messe cantate e per gli indumenti ai poveri, a discrezione degli esecutori testamentari.

Lascia alla moglie Caterina la dote, i diritti dotali e 10 libbre di provisini del senato e, se volesse rimanere vedova e vivere con i figli, sia considerata padrona ed usufruttuaria per tutto il periodo della convivenza.

Lascia inoltre 100 fiorini d'oro, a suffragio della sua anima, da distribuire nel modo seguente: a Sclavo Giovanni *Pangiopte* 2 fiorini e mezzo d'oro; a Nerio merciaio mezzo fiorino d'oro; a Marino casaro 30 solidi di provisini del senato; a Giacomo di Basilio 2 fiorini d'oro; a Lello *Palosse* macellaio 1 fiorino d'oro; agli eredi di Giovanni di Romano macellaio 3 fiorini d'oro e, qualora non avesse eredi, la somma sia devoluta a suffragio dell'anima del defunto; al prete Nicola di Romanello 4 fiorini d'oro; a Giovanni *Arullo* potatore 2 fiorini d'oro; a Pietro *de Surdis* 2 fiorini d'oro; agli eredi di Coletta fabbro di Rieti, che abitò nella casa dove risiede Monalletto, 6 fiorini d'oro e, qualora non avesse eredi, la somma sia devoluta a suffragio dell'anima del defunto; ad Egidia *de Stacciarolis* 1 fiorino d'oro; a \*\*\*\*\*, sorella di Egidia, 1 fiorino d'oro; a Bionda vedova di Mascio *de Thedallinis* 2 fiorini d'oro; a Buonanno *de Malagrumis* 4 fiorini d'oro; a Nello di Paolo di Giovanni di Guglielmo 2 fiorini d'oro; a suffragio dell'anima di un forestiero, che al tempo del giubileo morì nella sua casa, 5 fiorini; a suffragio dell'anima di Lello, suo fratello, 4 fiorini d'oro. Il residuo della somma dei 100 fiorini d'oro, lo destina per il maltolto.

Lascia ad Oddone *de Seromanis* la somma di 6 fiorini d'oro ed a Tuzio di Giovanni *Porcarii* la stessa somma di 6 fiorini d'oro, che egli avrebbe dovuto ricevere, e dispone che ad essi sia rilasciata una quietanza.

Nomina esecutori testamentari Cecco *de Seromanis*, Lorenzo *Mutus*, Giacobello *della Brusciato*, Paolo *Ficus* e Caterina, sua moglie.

f. 5r

Indictione prima mense iunii die III<sup>o</sup>.

Testes: dominus frater Philippus episcopus Sergianus, Lellus Statii, Lellus Mancini, Paulus Putii Serlupi, Cecchus eius frater de regione Trastiberim et presbiter Iacobus de Philippinis de regione Columne.

In presentia mei notarii et testium<sup>(a)</sup> etc. Ego Nutius filius Nicolai Pauli Iohannis Guilielmi de Bulgaminis de regione Sancte Marie in Aquiro, sanus mente corpore et conscientia pura, timens future mortis periculum, nolens discedere intestatus facio testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo Iacobellum Vannotiam, Ceccholellam, Angelellam et Mariolam, filios meos, quibus et cuilibet ipsorum relinquo omnia bona mea pro equali portione, preter infrascripta legata, que volo

statim post mortem meam ad executionem mandare per infrascriptos meos executores, pro anima mea, secundum modum infrascriptum. Volo tamen et mando quod si dicte filie mee femine vel ipsarum aliqua, quocumque tempore sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur dicto Iacobello, filio meo, et si dictus Iacobellus, filius

f. 5v meus, quocumque tempore, sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur dictis filiabus meis pro equali portione, dummodo si eo tempore non essent nupte vel monachate et si essent pro parte nupte vel monacate quod moriatur non nuptis vel monachatis et si omnes essent nupte vel monacate, quod moriatur pro anima mea, videlicet pro missis cantandis et pro indumentis pauperum et si dicte filie mee femine quocumque tempore, sine legitimis filiis morirentur, post mortem dicti Iacobelli, filii mei quod moriantur pro anima mea, ut supra dictum est, pro missis cantandis et indumentis pauperum, prout meis executoribus infrascriptis videbitur expedire pro salute anime mee. Item relinquo Catherine, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia et ultra dotem suam X libras provisinorum, et in hiis eam contentam facio, ita quod de bonis meis plus non petat. Volo tamen et mando quod si dicta Catherina, uxor mea, post mortem meam, cum dictis filiis meis stare et viduam sedere voluerit, quod sit domina et dominatrix omnium bonorum meorum toto tempore quo sic stare et manere voluerit. Item relinquo de bonis meis pro anima mea centum florenos auri dandis et distribuendis per infrascriptos meos executores secundum modum infrascriptum. In primis relinquo de dictis C florenis auri Selavo Iohannis Pangiopte duos florenos auri cum dimidio.

f. 6r Item relinquo de dictis C florenis auri Nerio mercerio dimidium florenum auri. Item relinquo Marino casarolo triginta solidos provisinorum. Item relinquo Iacobo Basilis duos florenos auri. Item relinquo Lello Palosse macellario unum florenum auri. Item relinquo heredibus Iohannis Romani macellarii tres florenos auri et si heredes non habuerit dentur pro anima sua. Item relinquo Nicolao Romanelli Iohannis, presbitero, quatuor florenos auri. Item relinquo Iohanni Arullo potatori duos florenos auri. Item relinquo Petro de Surdis duos florenos auri. Item relinquo heredibus Colecte ferrarii de Reate, qui habitavit domum quam nunc habitat Monallectus, sex florenos auri et si heredes non habuerit dentur pro anima sua. Item relinquo domine Egidie de Stacciarolis unum florenum auri. Item relinquo \*\*\*\*\*, sorori dicte domine Egidie, unum florenum auri. Item relinquo domine Blonde, uxori olim Masci de Thedallinis, duos florenos auri. Item relinquo Bonoanno de Malagrumis quatuor florenos auri. Item relinquo Nello Pauli Iohannis Guilielmi duos florenos auri. Item relinquo pro anima<sup>(b)</sup> cuiusdam forensis, qui tempore iubiliei fuit mortuus in domo mea, V florenos auri. Item relinquo pro anima Lelli<sup>(c)</sup>, fratris mei, quatuor florenos auri, si aliquid superaret,

f. 6v ultra dicta relicta relinquo pro male ablatis certis, si aliquis mihi aliquid petere posset alias pro male ablatis incertis. Item relinquo Oddoni de Serromanis VI florenos auri, in quibus mihi tenetur et volo et sibi fiat refutatio generalis. Item relinquo Tutio Iohannis Porcarii VI florenos auri, in quibus mihi tenetur et volo<sup>(d)</sup> quod fiat sibi refutatio generalis. Executores huius mei testamenti facio Cecchum de Serromanis, Laurentium Mutum, Iacobellum della Brusciato, Paulum Ficum et Catherinam, uxorem meam, et quemlibet ipsorum quibus do plenam et liberam potestatem etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere volo et mando omni modo via et iure quibus melius valere potest<sup>(e)</sup> etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato M. <sup>(b)</sup> Depennato “mea” <sup>(c)</sup> Depennato fl <sup>(d)</sup> Depennato s <sup>(e)</sup> Errata abbreviazione per troncamento al termine di “potest” e così nei casi seguenti.

## 6. 1363, giugno 6

Cecco figlio del defunto Lello *de Serromanis* del rione Pigna fa testamento e nomina eredi la figlia Stefanozia e il figlio concepito dalla moglie Iozia ai quali lascia tutti i suoi beni mobili ed immobili, distribuiti in parti uguali, ad eccezione dei legati affidati agli esecutori testamentari, da realizzare subito dopo la sua morte.

Dispone che se Stefanozia morisse senza figli legittimi, la quota parte del lascito sarà devoluta al figlio nascituro; se invece il figlio nascituro dovesse morire senza figli legittimi la quota parte del lascito sarà devoluta a Stefanozia; qualora non dovesse venire alla luce il figlio concepito da Iozia lascia a Stefanozia tutti i suoi beni.

Nel caso che entrambi gli eredi dovessero morire senza figli legittimi i beni non vincolati da legati saranno destinati, a suffragio della sua anima e dei suoi familiari, in questo modo: alla chiesa di S. Giovanni del Laterano la quarta parte dei beni per i lavori di riparazione dell'edificio sacro; un'altra quarta parte è destinata alle messe cantate a suffragio della sua anima; ancora una quarta parte è da distribuire per il maltolto incerto; l'ultima quarta parte è destinata alla chiesa di S. Stefano di Pigna per i lavori di riparazione dell'edificio sacro nel quale dispone di essere sepolto.

Lascia alla moglie Iozia la dote, i diritti dotali e 25 fiorini d'oro, indicati nell'atto dotale al tempo del contratto di matrimonio, e se volesse vivere con i figli allo stato vedovile, sia considerata padrona ed usufruttuaria per tutto il periodo della convivenza; se poi volesse unirsi in un secondo matrimonio egli lascia al fratello Lorenzo tutti i beni non vincolati da legati per Stefanozia ed il figlio venturo.

Lascia al fratello Lorenzo la terza parte dei beni immobili rimasti in comune dopo la morte del padre Lello e della madre Giovanna, con le vigne acquistate in comune col fratello Paolo dagli esecutori testamentari della defunta Egidia, loro sorella, situate dentro le mura di Roma nella località *Vivaro*.

Dichiara che deve ricevere dal cognato Andrea di Eramo la somma di 17 fiorini d'oro concessi in mutuo.

Lascia 10 libbre di provisini da distribuire, a discrezione degli esecutori testamentari, ai poveri ed alle persone degne di compassione a suffragio della propria anima; ad Antonio di Monterotondo quella parte dei 3 buoi, a lui dovuta, che egli ha concesso in soccida nel comune di Bassano vicino a Sutri; al comune di Bassano quella parte di 2 buoi, a lui dovuta, che ha concesso in soccida a Berardo socio di Giannetto *de Pappazuris*; alla figlia naturale Caterina la somma di 20 libbre di provisini del senato per la dote, con la clausola che se morisse senza figli il lascito sarà devoluto a suffragio dell'anima del testatore.

Lascia ancora la metà del grano, che deve ricevere dai suoi soci e da Antonio di Monterotondo, a suffragio della sua anima e l'altra metà alla moglie Iozia ed alle figlie, se vivranno, o sarà destinata a suffragio della sua anima.

Dispone che le armi di cui dispone siano vendute ed il ricavato sia destinato a suffragio della sua anima.

Nomina esecutori testamentari il prete Guglielmo, Lorenzo, suo fratello, e Andrea, fratello della propria moglie Iozia.

Indictione prima mense iunii die VI.

Testes: dominus presbiter Guilielmus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, dominus Angelus de Marronibus, Oddo de Seromanis, Nicolaus eius frater, Ceccholellus Cafari, Guido et Franceschus, eius famulus, dudum de \*\*\*\*\* nunc de Urbe de regione Pinee. In presentia mei notarii et testium etc. Ego Cecchus filius olim Lelli de Seromanis de

f. 7r regione Pinee licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum, nollens discedere<sup>(a)</sup> intestatus etc. hunc meum nuncupativum quod iure civili dicitur sine scripto, facio testamentum, in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo Stephanotiam, filiam meam et postumum Iotie, uxori mee, si ad lucem pervenerit, quibus Stephanotie et postumo, si ad lucem pervenerit relinquo omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura pro equali portione, preter infrascripta legata, que volo ad executionem mandare per infrascriptos meos executores. Volo tamen et mando quod si dicta Stephanotia, filia mea, quocumque tempore, sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur dicto postumo, si ad lucem pervenerit et si dictus postumus ad lucem pervenerit et quocumque tempore sine legitimis filiis moriretur<sup>(b)</sup>, moriatur dicte Stephanotie, filie mee, et si ad lucem non pervenerit relinquo dicte Stephanotie, filie et heredi mee, omnia bona mea preter infrascripta legata, ut supra dictum est, et si ambo sine legitimis filiis morirentur, quod moriatur in omnibus bonis meis non legatis, pro anima mea et mortuorum meorum secundum<sup>(c)</sup>.

f. 7v In primis quartam partem bonorum meorum relinquo ecclesie Sancti Iohannis de Laterano pro reparatione dicte ecclesie. Item aliam quartam partem bonorum meorum pro missis cantandis pro anima mea. Item aliam quartam partem relinquo distribuendam pro male ablatis incertis. Item aliam quartam partem relinquo ecclesie Sancti Stephani de Pinea pro reparatione ipsius ecclesie, in qua ecclesia meum corpus iubeo sepelliri. Item relinquo Iotie, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia et ultra dotem suam de bonis meis XXV florenos auri<sup>(d)</sup>, qui<sup>(e)</sup> appositi et scripti fuerunt de mea voluntate in istrumento dotali dicte Iotie, uxori mee, tempore contractus matrimonii inter nos et in hiis ipsam contentam facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit aliqua ratione modo iure titulo sive causa. Item volo et mando quod si dicta Iotia, uxor mea, post mortem meam cum dictis filiabus meis caste et honeste stare et sedere voluerit ac vitam ducere vidualem, sit domina et dominatrix omnium bonorum meorum mobilium et immobilium presentium et futurorum toto tempore quo sic stare et sedere voluerit et si ad secunda vota transire presumpserit,

f. 8r dictam Stephanotiam et postumum, si ad lucem pervenerit, relinquo domino Laurentio, frati meo, cum omnibus bonis meis non legatis. Item relinquo domino Laurentio, frati meo, integram tertiam partem omnium bonorum meorum immobilium que nobis coram remanserunt post mortem Lelli, patris mei, et domine Iohanne, matris mee, veneis<sup>(f)</sup> quas emimus communiter ego et Paulus, frater meus, ab executoribus quondam domine Egidie, sororis nostre, positis inter menia Urbis in loco qui dicitur Vivaro dumtaxat<sup>(g)</sup> exceptis et empte fuerunt de propria pecunia et dicti Pauli, fratris mei. Item confiteor me debere recipere a domino Andrea Herami, cognato meo, decem et septem florenos auri quos sibi mutuavi. Item relinquo, pro anima mea, de bonis meis X<sup>cem</sup> libras provisinorum dandas et distribuendas, per infrascriptos meos executores, pauperibus et miserabilibus personis, prout eius melius visum fuerit. Item relinquo<sup>(h)</sup> illam partem illorum trium bobum, quos habet in soccitam a me Antonius de Monte Rotundo, mihi contingenti, communi de Bassano prope Sutrium. Item relinquo dicto communi Bassani illam partem, mihi contingenti, illorum duorum bobum, quos habet in soccitam a

f. 8v me Berardus soccus<sup>(i)</sup> Iannecte de Pappazuris. Item relinquo de bonis meis Catherine, filie mee naturali, pro sua dote XX libras provisinorum, volo tamen et mando quod si sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur pro anima mea, secundum modum supradictum de aliis filiabus meis. Item relinquo medietatem totius grani,

quod recipere debeo a dictis meis soccis et ab Anthonio de Monte Rotundo pro anima mea et mortuorum meorum et aliam medietatem relinquo dicte Iotie et filiabus meis, si visserint<sup>(j)</sup>, detur pro anima mea. Item volo et mando quod arma mea, que habeo, vendantur et dentur pro anima mea. Executores huius mei testamenti et mee ultime voluntatis facio constituisco et ordino dominum Guilielmum predictum, dominum Laurentium, fratrem meum et dominum Andream, fratrem dicte Iotie uxoris mee, quibus do plenam et liberam potestatem etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere volo et mando omni via modo et forma, quibus melius<sup>(k)</sup> valere potest, causa iuris testamenti sive codicillorum vel donationis causa mortis etc.

<sup>(a)</sup> Segno abbreviativo per r erroneo <sup>(b)</sup> Omesso "quod" <sup>(c)</sup> Omesso per dimenticanza, alla fine del foglio, l'espressione "modum infrascriptum" <sup>(d)</sup> Ripetuto "auri" <sup>(e)</sup> Corretto sul precedente "quos" <sup>(f)</sup> Così P <sup>(g)</sup> P "dumtassat" <sup>(h)</sup> Depennato "tertiam" <sup>(i)</sup> Intendasi "soccius" <sup>(j)</sup> Omesso "alias" <sup>(k)</sup> Depennata una v seguita da una macchia d'inchostro.

## 7. 1363, giugno 7

Lorenzo figlio del defunto Nicola *de Mutis* del rione Campomarzio, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a 7 testimoni, fa testamento e nomina eredi i figli Cecilia, Antonio, Giovanni, Vannozia e Ritola ai quali lascia tutti i suoi beni mobili ed immobili, distribuiti in parti uguali ad eccezione dei legati, affidati agli esecutori testamentari, da realizzare subito dopo la sua morte.

Dispone che se qualcuna delle figlie morisse senza figli legittimi, la quota parte del lascito sarà devoluta ai figli maschi in parti uguali; se invece uno dei figli morisse senza figli legittimi la quarta parte del lascito sarà devoluta al superstite; se poi entrambi i figli dovessero morire senza eredi legittimi il lascito sarà devoluto alle figlie superstiti, non sposate e non monacate, per la somma di 25 provisini del senato per ciascuna, il resto dei beni sarà utilizzato, a suffragio della sua anima e dei suoi familiari, in questo modo: la metà dei beni che sia destinata alla riparazione del tetto della chiesa Lateranense, ad eccezione delle case nelle quali abita che destina alla chiesa di S. Cecilia *de Mutis*; la metà dell'altra metà dei beni che sia destinata alla riparazione ed all'integrazione della chiesa di S. Giacomo *de Septingiano*; la parte restante dei beni dispone che sia venduta e sia data, dagli esecutori testamentari, ai poveri ed alle persone degne di compassione, a suffragio della sua anima e dei suoi familiari.

Lascia per il maltolto incerto 30 libbre di provisini del senato da distribuire a discrezione degli esecutori testamentari; alla chiesa di S. Cecilia *de Mutis* 15 libbre di provisini per la riparazione dell'edificio sacro; lascia ancora 10 libbre di provisini per cento messe cantate da celebrare subito dopo la sua morte.

Lascia alla moglie Ceccola la dote ed i diritti dotali e, se volesse vivere con i figli allo stato vedovile, dispone che sia considerata padrona ed usufruttuaria di tutti i beni mobili ed immobili, vita natural durante; i figli saranno tenuti ad obbedire e se qualcuno attentasse alla sua disposizione sarà ritenuto decaduto dall'eredità. Lascia ancora alla moglie Ceccola il terreno e l'abitazione nelle case nelle quali abita, situate nel rione Campomarzio, per il tempo in cui vorrà vivere allo stato vedovile; se poi volesse unirsi una seconda volta in matrimonio le lascia, come già detto, solo la dote ed i diritti dotali.

Nomina esecutori testamentari il frate Giovanni *de Pinciaronibus* dell'ordine degli eremiti, Copto di Cecco di Andrea di Riccardo, Renzo di Giacobuzio, Ceccola sua moglie, Tuzio *Lucidus* e Agnese vedova di Buzio di Nicola *de Bulgaminis*.

f. 9r Indictione prima mense<sup>(a)</sup> iunii die VII.

Testes: Laurentius Guarsellona, Paulus Bocche marmorarius de regione Pinee, Petronus Quatracie, Iacobellus Marronis de regione Sancti Eustachii, Paulus de Facta de regione Pinee, Paulus filius Richeze de regione Columpne et Cola iudeus de regione Sancti Eustachii.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Laurentius filius olim Nicolai de Mutis de regione Campimartis<sup>(b)</sup>, sanus quidem corpore mente et conscientia pura, timens future mortis periculum, nollens discedere intestatus idcirco constitutus coram Paulo de Seromanis notario et VII supradictis testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo Ceciliam, Anthonium, Iohannem, Vannotiam et Ritolam, filios et filias meas, quibus relinquo omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones pro equali portione, preter infrascripta legata, que volo ad executionem mandari per infrascriptos meos executores post mortem meam. Volo tamen et mando quod si aliqua dictarum filiarum mearum feminarum, quocumque tempore sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur dictis filiis meis

f. 9v masculis et cuilibet ipsorum pro equali portione et quod in hiis unus dictorum filiorum meorum succedat alteri. Et si aliquis dictorum filiorum masculinorum, quocumque tempore sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur alteri filio meo masculo et si ambo sine legitimis filiis morirentur, existentibus dictis filiabus meis vel aliqua ipsorum non numptis vel monachatis, quod moriatur dictis filiabus meis non numptis vel monachatis in XXV libris provisinorum pro qualibet ipsarum non nupta, in toto residuo bonorum meorum moriatur pro anima mea et defunctorum meorum secundum modum infrascriptum. In primis, in medietate omnium bonorum meorum volo quod moriantur pro reparatione ecclesie Lateranensis, exceptis domibus

meis, quas habito, quas si, ut dictum est, relinquo ecclesie Sancte Cecilie de Mutis. Item in medietate alterius medietatis bonorum meorum volo quod moriantur pro reparatione et agumento ecclesie Sancti Iacobi de Septingiano, alia<sup>(c)</sup> vero pars volo quod vendatur per infrascriptos meos executores et detur pauperibus et miserabilibus personis pro anima mea et defunctorum meorum. Item relinquo de bonis meis pro incertis male ablatis triginta libras provisinorum, dandis et distribuendis per executores meos prout melius visum fuerit. Item relinquo de bonis meis ecclesie Sancte Cecilie de Mutis pro reparatione dicte ecclesie XV libras provisinorum. Item relinquo pro C missis cantandis statim

f. 10r post mortem meam decem libras provisinorum. Item relinquo Cecchole, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia et si post mortem meam cum filiis meis caste et honeste stare et sedere voluerit ac vitam servare vidualem, sit domina et dominatrix omnium bonorum meorum mobilium et immobilium toto tempore vite sue et quod dicti filii mei sibi obedire teneantur et si aliquis dictorum filiorum meorum contra eius mandatum venire aliquo modo attentaret cadat a meo relicto et ab hereditate sua. Item relinquo dicte Cecchole, uxori mee, sedium et habitationem perpetuam in domibus meis, quas nunc habito, positas in regione Campimartis, inter suos confines, et usum et usitationem in dictis domibus meis toto tempore vite sue dum vidua stare et sedere voluerit. Item relinquo dicte Cecchole, uxori mee, usufructum omnium bonorum meorum toto tempore vite sue dum vidua stare et sedere voluerit, alioquin si ad secunda vota transire voluerit sibi relinquo, ut dictum est, tantummodum dotem suam et iura dotalia. Et hoc est ultimum meum testamentum et mea ultima voluntas per quod casso et irritum et inane omne aliud testamentum per me actum factum et per quemcumque notarium scriptum et istud semper firmum habere et manere volo et mando quod,

f. 10v si non valeret iure testamenti valeat iure codicellorum vel donationis causa mortis et omni via et modo quibus melius valere potest. Executores huius mei testamenti et mee ultime voluntatis facio constituisco et ordino venerabilem virum dominum fratrem Iohannem de Pinciaronibus ordinis heremitorum, Coptum filium olim Cecchi Andree<sup>(d)</sup> Ricardi, Rentium Iacobutii et dictam Ceccholam, uxorem meam, Tutium Lucidum et dominam Agnetem uxorem olim Butii Nicolai de Bulgaminis, quibus et cuilibet ipsorum do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omnia ubicumque reperirentur capiendi retinendi arrestandi et de eis faciendi quicquid eis melius visum fuerit pro executione predicta etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “mense” <sup>(b)</sup> Depennato “licet” <sup>(c)</sup> Depennato il segno d’abbreviazione per “aliam” <sup>(d)</sup> Depennato “Cecchi”.

## 8.

1363, giugno 9

Lorenzo figlio del defunto Nicola *Capzoli* del rione Campitelli e della contrada *Ascesa Proti* detta un codicillo nel quale conferma il testamento, rogato dal notaio Giordano *de Zappis*, con alcune correzioni ed integrazioni.

Dispone che l’abbigliamento verde, con tunica, guarnacca e cappa, già assegnato in altro modo, sia invece venduto dagli esecutori testamentari e il ricavato sia dato, a suffragio della sua anima, ai poveri ed alle persone degne di compassione.

Lascia una cintura piccola d’argento, che circonda l’immagine della Vergine Maria nella sua casa, affinché si possa recintare l’immagine della beata Maria nella chiesa di S. Maria della Strada, a suffragio della sua anima e della sorella, scomparsa di recente.

Lascia a ciascuno degli esecutori testamentari, indicati nel testamento, 100 solidi di provisini del senato; ai figli del notaio Tuzio di Buzio *Valle* del rione Campitelli 25 libbre di provisini; a Luca di Ceccolello Cafari del rione Pigna 10 libbre di provisini; alla moglie Caterina un’acquareccia di olio.

Conferma infine gli esecutori testamentari già indicati nel testamento.

Indictione prima mense iunii die VIII.

Testes: Cola Capudmagestro, Rentius Satullus, Andreas della Valle, Petrus Paulini de contrada Ascese Proti et magister Ballus calsolarius de regione Campitelli.

f. 11r In presentia mei notarii et testium etc. Ego Laurentius filius olim Nicolai Capzoli de regione Campitelli et contrada Ascese Proti, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum facio codicillum per quod confirmo testamentum, per me actum factum et scriptum per Iordanum de Zappis publicum notarium, in omnibus suis tenoribus et articulis, tamen corrigo dictum meum testamentum in hunc modum, videlicet. In primis volo et mando quod rauba mea de viride, videlicet tunica, guarnachia et capa, vendatur per executores meos, in meo testamento iam dicto scripto per Iordanum de Zappis notarium contentos, et detur per ipsos meos executores, pro anima mea, pauperibus et miserabilibus personis, prout melius visum fuerit, non obstante quod in dicto meo testamento dicta rauba alteri appareret relicta, quod relictum factum per me de dicta rauba expresse revoco et anullo. Item relinquo illam corregiam de argento parvam ad filum, que est cinta in imagini Virginis Marie de domo mea, quod<sup>(a)</sup> cingatur et apponatur in imagini beate Marie, que est in ecclesie Sancte Marie della Strada pro anima mea et dudum sororis mee. Item relinquo, pro anima mea, executoribus meis in meo testamento contentis, pro eorum labore, centum solidos provisinorum pro quolibet ipsorum. Item relinquo filiis Tutii Butii Valle notarii de regione

Campitelli, pro anima mea, XXV libras provisinorum de bonis meis. Item relinquo Luce filio Ceccholelli Cafari de regione Pinee

f. 11v de bonis meis, pro anima mea, decem libras provisinorum. Item relinquo Catherine, uxori mee, unam aquaritam olei pro anima mea. Omnia alia bona mea, que in dicto meo testamento scripto non apparerent seu relicta, relinquo et volo quod dentur et distribuuntur per dictos meos executores in dicto meo testamento contentos, pro anima mea, prout eis melius visum fuerit et hoc est ultimum meum codicillum etc. Item confirmo et accepto illos executores quos scribi feci in dicto meo testamento, quibus do plenam licentiam etc. quod codicillum valere volo et mando omni modo et via quibus melius valere potest etc.

<sup>(a)</sup> Depennato s.

9.

1363, giugno 9

Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna, davanti al notaio Paolo *de Seromanis*, fa testamento e nomina erede il figlio Giannuzio al quale lascia tutti i suoi beni mobili ed immobili, ad eccezione dei legati, affidati agli esecutori testamentari.

Lascia alla moglie Caterina la dote, i diritti dotali e 50 libbre di provisini del senato e, se chiederà altri beni, decadrà dal lascito.

Lascia alla chiesa di S. Giovanni in Laterano per la riparazione dell'edificio sacro 7 vacche e 7 vitelli.

Dispone che se il figlio Giannuzio morisse senza figli l'eredità sarà utilizzata, a suffragio della sua anima, in questo modo: a Lorenzo figlio del defunto Giovanni di Carlo 25 libbre di provisini del senato; alla sorella Ceccola, monaca del monastero di S. Ciriaco di Roma, una tunica, un mantello ed un pelliccione del valore di 30 libbre di provisini; alla moglie Caterina gli indumenti ed i nastri *valvate*; alla madre Francesca vedova di Nicola *Marronis* 25 libbre di provisini e 3 fiorini da consegnare subito dopo la sua morte; alla sorella Vannozia vedova di Giovanni di Carlo 2 fiorini d'oro da consegnare subito dopo la sua morte. Dispone ancora che gli altri beni siano lasciati alla chiesa di S. Giovanni in Laterano per la riparazione dell'edificio sacro.

Nomina esecutori testamentari il prete Guglielmo rettore della chiesa di S. Stefano di Pigna, la madre Francesca e l'orefice Sclavo di Giovanni del rione Pigna.

Indictione prima mense iunii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Petrus et Iohannes, germani frates, filii olim Nicolai Andree de Aniballis, Iohannes Cafari, Tucius Marcutii, Nucius Brenda alias dictus Campilgia, Petrus de Reate et Tucius Nicolai Brende omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Cecchus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens de

f. 12r cedere intestatus, idcirco constitutus coram me notario infrascripto, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo Iannutium filium meum, cui relinquo omnia bona mea mobilia et immobilia iura et actiones preter infrascripta legata, que volo ad executionem mandari per infrascriptos meos executores. Item relinquo Catherine, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia et ultra dotem suam L libras provisinorum et eam conteptam facio, ita quod de bonis meis nec in bonis meis plus petere non possit aliquo colore quesito et si plus peteret cadat a dicto meo relicto. Item relinquo ecclesie Sancti Iohannis de Laterano pro reparatione dicte ecclesie de vaccis meis, pro anima mea., septem vaccas cum VII vitellis. Item volo et mando quod si dictus Iannutius, filius meus, quocumque tempore, sine legitimis filiis moriretur, quod moriantur pro anima mea, in hunc modum. In primis relinquo, si dictus<sup>(a)</sup> Iannutius moriretur sine legitimis filiis, Laurentio filio olim Iohannis Carli XXV libras provisinorum pro anima mea. Item relinquo, si dictus Iannutius moriretur ut supra, Cecchole, sorori

f. 12v mee, moniali monasterii Sancti Ciriaci de Urbe unam tunicam, unum mantellum et unum pelliccionem valoris triginta librarum provisinorum. Item relinquo, si ut dictum est, dicte Catherine, uxori mee, pannos suos vestitorios et zaganas valvatas. Item relinquo de bonis meis, si ut dictum est, dictus filius meus sine legitimis filiis moriretur, domine Francisce uxori olim Nicolai Marronis, patris mei, XXV libras provisinorum. Item relinquo de bonis meis, dicte domine Francisce tres florenos auri solvendos eidem statim post mortem meam. Item relinquo Vannotie, sorori mee, uxori olim Iohannis Carli duos florenos auri, quos eidem dare et assignare volo statim post mortem meam. Cetera alia bona mea, si dictus Iannutius moriretur sine legitimis filiis ut supra, relinquo ecclesie Sancti Iohannis de Laterano pro reparatione ipsius ecclesie<sup>(b)</sup>. Executores huius mei testamenti et mee ultime voluntatis facio constituisco et ordino discretum virum dominum presbiterum Guilielmum rectorem ecclesie Sancti Stephani de Pinea, dominam Franciscam prelibatam et Sclavum Iohannis Cinthei aurificem de regione Pinee et quemlibet ipsorum quibus et cuilibet ipsorum do et concedo plenam et liberam potestatem bona mea omnia capiendi etc.



f. 13r et ad executionem mictendi omnia supradicta et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere volo et mando tam iure testamenti quam iure codicilli et donationis causa mortis et omni modo et iure quibus melius valere potest, etc.

(a) Depennato “Laurentius” (a) Depennato “ et hoc est ul”.

## 10.

1363, giugno 9

Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a 7 testimoni, fa testamento e designa erede un povero al quale lascia un fiorino d’oro.

Lascia alla moglie Andreozia la dote, i diritti dotali e 50 libbre di provisini del senato e gli indumenti che, dopo la morte del testatore, saranno rinvenuti presso di lei.

Lascia alla chiesa di S. Giovanni in Laterano sette vacche e sette vitelli a suffragio della sua anima; al nipote Giannuzio, figlio del fratello Cecco, le 50 libbre di provisini lasciategli dal padre Nicola nel testamento e tutte le sue bestie di ogni razza.

Dispone che se Giannuzio morisse senza figli legittimi il lascito sarà devoluto alla chiesa Lateranense per la riparazione dell’edificio sacro a suffragio della sua anima, dei parenti e dei suoi defunti; che le sue armi siano vendute dagli esecutori testamentari e il ricavato sia devoluto, a loro discrezione, a suffragio della sua anima.

Dispone ancora che i suoi somari siano venduti e con il ricavato siano recuperati, dagli esecutori testamentari, i seguenti pegni: una cintura argentata, conservata in pegno da \*\*\*\*\* per 4 fiorini d’oro, che lascia alla moglie Andreozia; una cintura dorata, conservata in pegno da \*\*\*\*\* giudeo, per la sopraccoperta della matrigna Francesca; un anello con una pietra preziosa, conservato in pegno da *Biancapectorina* marmorario per 3 fiorini d’oro, che lascia alla moglie Andreozia.

Lascia ancora alla matrigna Francesca vedova di Nicola *Marronis*, suo padre, il terreno e l’abitazione nelle case nelle quali risiede, in parte da lui possedute, vita natural durante; alla chiesa di S. Maria in Via, a suffragio della sua anima, 100 solidi di provisini del senato.

Confessa di dover dare a Normando *de Thedallinis* due fiorini d’oro, per un pegno di un anello d’oro con uno zaffiro; ad Egidio sarto detto *Iencha* 14 solidi di provisini, per un pegno di un anello con perla.

Lascia alla matrigna Francesca 25 libbre di provisini del senato; alla moglie Andreozia tutto il filato che, dopo la sua morte, si troverà presso di lei; ad Egidio *Marozino* 3 fiorini d’oro per un mutuo; a Francesco di Todi 30 solidi di provisini per un mutuo; alla moglie Andreozia una cintura conservata in pegno da Candolfello di Pietro *Candulfi*.

Nomina esecutori testamentari Lello di Giovanni di Cinzio detto *Sclaus* orefice, la matrigna Francesca e Lorenzo *Guarsellona*.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Sclavus Iohannis Cinteï, Stephanellus eius filius, Petrus filius olim Nicolai Andree de Aniballis, Nucius Brenda alias dictus Campilgia, Iohannes frater dicti Petri de Aniballis, Lellus Buccamoza dictus alias Macus, Ceccholellus Astalli, Tutius Marcutii et Laurentius Marcellutii de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Ego Paulus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens discedere intestatus, idcirco constitutus coram me

f. 13v Paulo de Seromanis et VII testibus supradictis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo unum pauperum Christi cui relinquo, pro omni suo iure, unum florenum auri et hiis ipsum contentum facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit aliquo colore quesito. Item relinquo Andreotie, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia et ultra dotem suam L libras provisinorum et omnia sua indumenta, que penes eam reperirentur post mortem meam. Item relinquo ecclesie Sancti Iohannis de Laterano de vaccis meis septem vaccas cum septem vitellis pro anima mea. Item relinquo Ioannutio, nepoti meo, filio Cecchi fratris mei<sup>(b)</sup>, illas L libras, quas mihi dimisit<sup>(c)</sup> Nicolaus, pater meus, in suo ultimo testamento posse dimictere et omnes alias bestias meas cuiuscumque generationis existant. Volo tamen et mando quod si dictus Iannutius sine legitimis filiis moriretur, quod moriantur in dicto relicto ecclesie Lateranensis pro reparatione dicte ecclesie pro anima mea, parentum et defunctorum meorum. Item relinquo quod arma mea vendantur per executores meos infrascriptos et dentur pro anima mea prout eis melius visum fuerit. Item volo et mando quod somarii mei

f. 14r vendantur et de eorum pretio recollicantur pignora infrascripta per manus infrascriptorum meorum executorum. In primis unum scaiale ad filum argentei, quod habet in pignus \*\*\*\*\* pro IIII<sup>or</sup> florenis auri, quod relinquo dicte Andreotie, uxori mee. Item unum scaiale ad cintum de auro, quod habet in pignore<sup>(d)</sup> \*\*\*\*\* iudeus, pro sopriectis de cortina domine Francisce noverche mee. Item unum anulum cum lapide pretioso, quod habet in pignore a me Biancapectorina marmorarius pro tribus florenis auri, quod anulum relinquo dicte Andreotie, uxori mee. Item relinquo domine Francisce, noverche mee, uxori olim Nicolai



Marronis, patris mei, sedium et habitationem perpetuam in domibus in quibus ipsa nunc inhabitat, videlicet in parte mihi contingente in dictis domibus toto tempore vite sue. Item relinquo de bonis meis ecclesie Sancte Marie in Via, pro anima mea C solidos provisinorum. Item confiteor me dare debere Normando de Thedallinis duos florenos auri, pro quibus habet in pignore unum anulum de auro cum zafire pretioso. Item confiteor me dare debere Egidio sutori dicto Iencha XIII solidos provisinorum, pro quibus habet in pignore unum anulum cum perna. Item relinquo dicte domine Francisce, noverche mee, de bonis meis XXV libras provisinorum. Item relinquo dicte uxori mee totum illud filatum quod post mortem meam reperitur penes ipsam. Item relinquo Egidio Marozino tres florenos auri, in quibus eidem teneor occasione mutui. Item relinquo Francischo de Tuderto triginta solidos provisinorum, in quibus eidem teneor occasione mutui. Item relinquo dicte Andreotie, uxori mee unum scaiale quod habet in pignore Candolfellus Petri Candulfi. Executores huius mei testamenti et mee ultime voluntatis facio constituisco et ordino Lellum Iohannis Cinthei alias dictum Sclaus aurificem, dominam Franciscam predictam et Laurentium Guarcellonam et quemlibet ipsorum, quibus et cuilibet ipsorum do et concedo plenam et liberam potestatem bona mea<sup>(e)</sup> omnia capiendi vendendi etc. et de eis faciendi<sup>(f)</sup> quicquid<sup>(g)</sup> sibi visum fuerit pro executione predicta fienda etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere volo et mando omni via modo et forma, quibus melius valere potest et debet etc.

f. 14v

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato "M" e depennato "Ego Nicolaus filius olim P" <sup>(b)</sup> Depennata una seconda i finale <sup>(c)</sup> La t corretta sulla precedente s finale <sup>(d)</sup> P "gignore" <sup>(e)</sup> P "meo" <sup>(f)</sup> Depennato f <sup>(g)</sup> P "quitquit".

11.

1363, giugno 11

Paolo di Nicola *Marronis* del rione Pigna detta un codicillo nel quale annulla i lasciti, fatti nel suo testamento, alla moglie Andreozia, alla matrigna Francesca vedova di Nicola *Marronis*, al nipote Giannuzio figlio del fratello Francesco e alla chiesa di S. Giovanni in Laterano.

Lascia solamente alla moglie Andreozia una tunica ed un mantello verde, che già possiede, ed un guarnaccione di Nuzio *Buccamoza* oltre ai diritti dotali.

Lascia ancora alla chiesa di S. Stefano della Pigna 10 libbre di provisini del senato per la riparazione dell'edificio sacro; al nipote Giacobello figlio del fratello Giovanni *Marronis* un cuoretto di ferro; a Lorenzo *Guarsellona* 2 fiorini e mezzo d'oro; alla chiesa di S. Silvestro *de Capite* 3 porci di oltre un anno; a \*\*\*\*\* di Marino un giovenco grosso.

Dispone che tutti gli altri beni siano distribuiti dagli esecutori, indicati nel suo testamento, insieme al prete Guglielmo che nomina esecutore per il maltolto certo; il residuo della somma destinata al maltolto lo lascia alla chiesa di S. Giovanni in Laterano per la riparazione dell'edificio sacro, a suffragio della sua anima e dei parenti defunti.

Indictione prima mense iunii die XI<sup>o</sup>.

Testes: Normandus de Thedallinis de regione Columpne, Tucius Nicolai Trinca de regione Campimartis, Stephanellus filius Sclavi Iohannis Cinthei, Lellus Laurentii Marcellutii et Tucius Marcutii de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Paulus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee

f. 15r

licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens decedere sine codicillo, idcirco facio codicillum per quod revoco et anullo omnia et singula relicta facta in dicto meo testamento Andreotie, uxori mee, domine Francisce, noverche mee, uxori Nicolai Marronis dudum patris mei, Iannutio, nepoti meo, filio Cecchi fratris mei et ecclesie Sancti Iohannis de Laterano. Relinquo tantumodum Andreotie, uxori mee, unam tunicam et unum mantellum de viride, quam ipsam habet, et unum guarnachionem quod habet meum<sup>(a)</sup> Nucius Buccamoza, ultra dotem suam et iura sua dotalia et non ultra et in hiis ipsam contentam facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit aliquo colore quesito. Item relinquo, in presenti codicillo, de bonis meis ecclesie Sancti Stephani de Pinea decem libras provisinorum pro reparatione ecclesie supradicte. Item relinquo Iacobello, nepoti meo, filio Iohannis Marronis fratris mei corectum meum de ferro. Item relinquo Laurentio Guarcellona duos florenos auri cum dimidio. Item relinquo ecclesie Sancti Silvestri de Capite tres porcos grossos supra annum. Item relinquo \*\*\*\*\* de Mareno unum iuvenum grossum, quem habui de suis. Omnia namque alia bona mea relinquo distribuendas per dictos meos executores in meo testamento

f. 15v

contentos et presbiterum Guilielmum, quem una cum ipsis, facio executorem<sup>(b)</sup> pro male ablatis certis, residuum autem solutis male ablatis certis relinquo dicte ecclesie Sancti Iohannis de Laterano pro reparatione dicte ecclesie pro anima mea et mortuorum meorum et hoc est ultimum meum codicillum etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato "tam".

Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna, davanti al notaio Paolo *de Serromanis* ed a sette testimoni, fa testamento e nomina eredi le figlie Iozia e Caterina ed il figlio concepito dalla moglie Dolina.

Lascia a ciascuna delle figlie 100 fiorini d'oro e qualora chiedano altri beni decadranno dal lascito. Se il figlio nascituro sarà maschio lascia a lui tutti gli altri beni, ad eccezione dei legati successivamente indicati; se sarà femmina lascia a lei 100 fiorini d'oro.

Dispone che, se le figlie morissero senza figli legittimi, il lascito sarà devoluto in parti uguali alla superstite e se tutte dovessero morire senza figli legittimi il lascito sarà devoluto ad Alterio, suo fratello, o ai suoi figli o alle figlie, altrimenti sia destinato a suffragio della sua anima, in questo modo: lascia alla sorella Perna moglie di Lorenzo di Buonanno *de Magistris Luce* la parte della vigna, situata fuori della porta Appia, dalla quale riceve la terza parte del raccolto, ed il pascolo, situato nella stessa località, nella proprietà della chiesa di S. Tommaso *de Capite* della confraternita Romana; a Lello *Mastronis* ed a Stazio muratore, per metà ciascuno, la vigna col terreno zappato, situata nella Valle Appia; a Cecco figlio di Nicola *Philippucie* ed ai suoi fratelli 50 libbre di provisini del senato.

Lascia alla moglie Dolina la dote, i diritti dotali e 100 fiorini d'oro e, se volesse vivere con le figlie allo stato vedovile, sia considerata padrona ed usufruttuaria di tutti i suoi beni mobili ed immobili; se poi, dopo la morte delle figlie, volesse unirsi in un secondo matrimonio le destinerà, oltre la dote ed il lascito già indicati, altri 100 fiorini d'oro.

Lascia ancora per il maltolto incerto alla chiesa di S. Maria sopra Minerva, il suo cavallo fulvo e 50 libbre di provisini; a Lorenzo di Buonanno *de Magistris Luce* la metà del suo ronzino ad integrazione dell'altra metà da lui posseduta ed un'armatura ornata che Alterio, fratello del testatore, gli vorrà assegnare tra quelle esistenti nella sua casa; a Sibilla moglie di Ceccarello *Tingiosi* 10 libbre di provisini a suffragio della sua anima.

Dichiara di avere, insieme con il fratello, 254 libbre di cera che appartengono ai mercanti di Roma per fare il doppiere nella festa dell'Assunzione; di dover dare a Lello di Maddaleno, mercante, 25 fiorini d'oro per due cinture argentate e due grossi zaffiri che gli sono stati dati in pegno insieme con il fratello Alterio; di dover dare alla sorella Perna moglie di Lorenzo di Buonanno *de Magistris Luce* 34 fiorini d'oro, salvo il diritto di calcolo.

Lascia infine a Cecco figlio di Nicola *Philippucie* 8 fiorini d'oro che doveva ricevere dal padre di lui.

Nomina esecutori testamentari Luzio di Filippo, Cecco di Puzio, il fratello Alterio e la moglie Dolina.

Indictione prima mense iunii die XIII.

Testes: Cicchus Herminii de regione Pinee, Nicolaus Philippucie de regione Columpne, Paulus Nucii Refredii de regione Trivii, Iohannes Ceccharelli, Tadiutus Lancellocti de regione Scortheclariorum, Nucius Spene et Iohannes Vallerani de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Lellus filius olim Corraducii Mastronis spetiarius de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens discedere intestatus, idcirco constitutus coram Paulo de Serromanis notario et testibus supra dictis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo Iozam et Catherinam, filias meas et postumum Doline, uxoris<sup>(a)</sup> mee, si ad lucem pervenerit, quibus filiabus meis relinquo pro omni

f. 16r earum iure C florenos auri, pro qualibet ipsarum et in hiis ipsa conteptas facio, ita quod de bonis meis plus non petant nec petere possint aliqua occasione modo iure titulo sive causa et si plus peterent cadant a dicto relicto et si dicta Dolina, uxor mea<sup>(b)</sup>, filium masculum peperierit sibi relinquo omnia alia bona mea, preter infrascripta legata, et si filiam feminam fecerit et ad lucem pervenerit sibi relinquo, pro omni suo iure, C florenos auri. Volo tamen et mando quod si dicte filie mee vel ipsarum aliqua, quocumque tempore, sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur alteri seu alteris pro equali portione, et si omnes sine legitimis filiis morirentur, quod moriantur Alterio fratri meo vel suis filiis aut suis filiabus tantum tunc existentibus, aliter pro anima mea, in hunc modum, videlicet in partem vinearum mearum mihi contingentium, positarum extra portam Apiam, de quibus ego recipio tertiam partem et in pascio<sup>(c)</sup> meo, posito in dicto loco, super proprietate ecclesie Sancti Thome de Capite Romane fraternitatis, Perne, sorori mee, uxori Laurentii Bonianni de Magistris Luce. Item in partem vinearum videlicet pastini, positi in Valle Apie, inter suos confines, volo quod moriantur Lello Mastronis et Stasi muratori, unicuique pro medietate. Item in L libris provisinorum volo quod moriantur Ceccho filio Nicolai Pilippucie et fratribus suis. Item relinquo Doline, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia<sup>(d)</sup> et ultra dotem suam centum florenos auri,

f. 16v volo etiam et mando quod si dicta Dolina, uxor mea, post mortem meam, viduam stare et cum dictis filiabus meis stare et sedere voluerit, sit domina et dominatrix omnium bonorum meorum mobilium et immobilium presentium et futurorum toto tempore quo sic stare et sedere voluerit tam cum dictis filiabus meis, quam post mortem earum, scilicet si post mortem dictarum filiarum mearum ad secunda vota transire voluerit, tunc sibi

relinquo ultra dotem suam et relictum per me sibi factum C alios florenos auri de bonis meis. Item relinquo de bonis meis pro incertis male ablati ecclesie Sancte Marie supra Minerbam equum meum flavum et L libras provisinorum. Item relinquo Laurentio Bonianni de Magistris Luce medietatem ronzini mei quia alias medietas est ipsius et unam armaturam fornitam videlicet illam quam Alterius, frater meus, eidem dare et assignare voluerit de illis existentibus in domo mea. Item relinquo de bonis meis pro anima mea, Sibilie uxori Ceccharelli Tingiosi decem libras provisinorum. Item relinquo de bonis meis Staxi muratori, pro anima mea, decem libras provisinorum. Item confiteor me habere cum dicto frate meo II<sup>c</sup>LIII libras cere que est mercatorum Urbis pro doplerio fiendo in festo Sancte Marie de mense agusti. Item confiteor me dare debere Lello Madaleno mercatori XXV florenos auri, pro quibus habet in pignore a me

f. 17r

duas corrigias ad filum argenti et duos zafires pretiosos grossos, que sunt communis inter me et dictum Alterium fratrem meum. Item confiteor me dare debere Perne, sorori mee, uxori dicti Laurentii Bonianni de Magistris Luce triginta quatuor florenos auri, salvo iure calculi. Item relinquo Ceccho filio Nicolai Philippucie octo florenos auri, in quibus mihi tenetur Cola Philippucie, eius pater. Executores huius mei testamenti facio constituisco et ordino dominum Lutium Philippi, Cecchum Putii, Alterium fratrem meum et Dolinam uxorem meam et quemlibet ipsorum, quibus do plenam et liberam potestatem etc. Et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere<sup>(e)</sup> volo et mando iure testamenti quam iure codicellorum seu donationis causa mortis et omni modo et iure quibus melius valere potest etc.

(a) Depennato s (b) Segno abbreviativo errato per una m finale (c) Così P (d) Ripetuto “et iura sua dotalia” (e) P “vale”.

13.

1363, giugno 13

Lello di Corraduzio dichiara che la vendita delle case e dei casamenti, situati nel rione Pigna, fattagli da Giovanni *Vallerani* del rione Pigna, rogata dal notaio \*\*\*\*\*, è fittizia ed è stata redatta a richiesta ed a difesa dello stesso Giovanni, sicché dispone che essa non abbia alcun valore.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium etc. supradictus Lellus<sup>(a)</sup> Corradutii, qui iuravit etc. sponte ac die presente et ex certa scientia, confessus fuit et in veritate recognovit venditionem factam sibi per Iohannem Vallerani de regione Pinee de domibus et accasamentis ipsius Iohannis Vallerani, positis in regione Pinee, inter hos fines \*\*\*(b), scriptam manu \*\*\*\*\* publici notarii seu cuiuscumque alterius notarii, appareret fuisse et esse fictitiam et factam ad non valere, ad petitionem ipsius Iohannis et ad eius defentionem et ex nunc voluit et mandavit ipsam venditionem factam sibi per dictum Iohannem de domibus et accasamentis predictis esse nullius valoris efficacie vel momenti tamquam si facta non fuisset etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

f. 17v

(a) Depennato “Cord” (b) Omessi i confini, segue uno spazio bianco di una riga e mezza.

14.

1363, giugno 21

Egidio figlio del defunto Sollacio del rione Pigna, davanti al notaio Paolo *de Serromanis* ed a 7 testimoni, fa testamento e nomina erede il figlio Cola al quale lascia tutti i suoi beni mobili ed immobili, ad eccezione dei legati, indicati di seguito, affidati agli esecutori testamentari.

Dispone che il vino di una botte di 9 cavallate sia venduto dagli esecutori testamentari e il ricavato sia distribuito, a loro discrezione, a suffragio della sua anima.

Lascia 3 cavallate di mosto delle sue vigne al figlio Cola, se vivrà al tempo della prossima vendemmia, altrimenti il ricavato sia destinato a suffragio della sua anima. Dispone ancora che la botte di 12 cavallate sia venduta e il ricavato sia distribuito a suffragio della sua anima.

Lascia alla sorella Giovanna una botte vuota capace di 6 cavallate ed una cassa pisana; al nipote frate Antonio un fiorino d'oro per le messe cantate a suffragio della sua anima; al prete Giovanni, rettore della chiesa di S. Macuto, un fiorino d'oro per le messe cantate a suffragio della sua anima; a Normando *de Thedallinis* una botticella vuota capace di 2 cavallate; a Stefano di Giovanni *Roncionis*, mercante, 26 solidi di provisini di cui è debitore in relazione ad un credito di mercanzia di panni; ad Antonio di Pietro *Minneche* 3 fiorini d'oro o un valore equivalente dei suoi beni; a Nicola mercante un cappuccio ed un paio di calzature verdi; ad un altro Nicola mercante della contrada di S. Maria Rotonda 40 solidi di provisini; a Nicola di Giovanni di Stefano 36 solidi di provisini per un debito; a Nicola *Scarafesino* 40 solidi di provisini per un debito.

Lascia alla moglie Angela la dote, i diritti dotali, 4 rubbia di grano ed un pelliccione e, se volesse vivere con il figlio, dopo la sua morte, allo stato vedovile, sia considerata padrona ed usufruttuaria di tutti i suoi beni mobili ed immobili per tutto il tempo in cui vivrà Cola; dopo la morte di Cola potrà avere la dote ed il lascito già indicato. Dispone inoltre che se Cola dovesse morire senza figli legittimi, l'eredità sia destinata, a discrezione degli esecutori a suffragio della sua anima.

Nomina esecutori testamentari frate Antonio, suo nipote, dell'ordine dei predicatori di Roma, la sorella Giovanna e la moglie Angela.

Indictione prima mense iunii die XXI.

Testes: Cecchus de Clerica, Cola Scarafesinus, Butius dictus alias Pizolante, Tucius Mei Macii, Iohannes Andree, Cola Iohannes Andree, Cola Iohannis Iacobi et Palutius Cole Iohannis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Egidius filius olim Sollacii de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens decedere intestatus, idcirco constitutus coram Paulo de Serromanis notario et septem testibus supradictis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio in quo quidem meo testamento

f. 18r mihi heredem istituo Colam filium meum, cui relinquo pro omni suo iure omnia bona mea mobilia et immobilia, iura et actiones, preter infrascripta legata, que volo ad executionem mandare per infrascriptos meos executores. In primis volo tamen et mando quod vinum unius vegetis VIII caballatarum vendatur per infrascriptos meos executores et pretium ipsius vini detur per infrascriptos meos executores pro anima mea, prout eis melius videbitur expedire. Item relinquo tres caballatas musti de musto, quod Dominus mihi daturis erit, de vineis meis quas habeo dicto Cole, filio meo, si tempore vendemiarum proxime preteritis visserit, aliter detur pro anima mea per dictos meos executores. Item volo et mando quod veges mea XII caballatarum vendatur per dictos meos executores et pretium ipsius detur pro anima mea. Item relinquo domine Iohanne, sorori mee, unam vegetem vacuum VI caballatarum et unam cassam pisanam. Item fratri Anthonio, nepoti meo, unum florenum auri pro missis cantandis pro anima mea. Item relinquo domino presbitero Iohanni, rectori ecclesie Sancti Maguti, unum florenum auri pro missis cantandis pro anima mea. Item relinquo Normando de Thedallinis unum vegeticulum vacuum duarum caballatarum. Item relinquo Stephano Iohannis Roncionis mercatori XXVI solidos provisinorum, in quibus eidem teneor occasione credentie mercatantie pannorum. Item relinquo Anthonio Petri Minneche tres florenos auri vel tantum de bonis<sup>(a)</sup>

f. 18v meis quod ascendit ad extimationem et valorem dictorum trium florenorum auri. Item relinquo Nicolo mercatori unum meum capuceum et unum par caligarum de virde. Item relinquo alteri Nicolo mercatori de contrada Sancte Marie Rotunde XL solidos provisinorum. Item relinquo Nicolao Iohannis Stephani triginta sex solidos provisinorum, in quibus sibi teneor. Item relinquo Nicolao Scarafesino XL solidos provisinorum, in quibus sibi teneor. Item relinquo domine Angele, uxori mee, dotem suam et iura dotalia et ultra dotem suam quatuor rubra grani et unum pellicionem et sit contenta, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit aliquo colore quesito, volo tamen et mando quod si dicta uxor mea cum dicto filio meo, post mortem meam honeste et caste stare et sedere voluerit ac vitam de me ducere vidualem, sit domina et dominatrix omnium bonorum meorum mobilium et immobilium, iurium et actionum toto tempore vite dicti Cole, filii mei, post mortem vero dicti Cole, filii mei, habeat dotem et relictum predictum et non ultra. Volo etiam et mando quod si dictus Cola quocumque tempore, sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur pro anima mea, prout meis executoribus videbitur expedire. Executores huius mei testamenti et mee ultime

f. 19r voluntatis facio constituisco et ordino fratrem Anthonium, nepotem meum hordinis predicatorum de Urbe, dominam Iohannam uxorem<sup>(b)</sup> meam et quemlibet ipsorum, quibus et cuilibet ipsorum do et concedo plenam et liberam potestatem bona mea omnia ubicumque reperirentur capiendi tenendi vendendi et de eis faciendi quicquid eis melius visum fuerit pro executione predicta etc. et hoc est ultimum meum testamentum et mea ultima voluntas per quod casso irito et anullo omne aliud testamentum seu codicillum per me atenus factum et per quemcumque notarium scriptum, quod semper firmum manere, volo et mando quod si non valeret iure testamenti valeat iure codicellorum vel donationis causa mortis et omni modo et iure quibus melius valere potest et debet etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "de bonis" <sup>(b)</sup> Così P, ma intendasi "sororem" come è già stato specificato nel f. 18r.

## 15.

1363, giugno 22

Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna vende al frate Oddone, monaco del monastero dei SS. Andrea e Saba di Roma e procuratore dell'abate \*\*\*\*\*, dei monaci e del capitolo dello stesso monastero, come risulta dalla procura rogata da un notaio, una casa a pianoterra con solario, situata nella contrada dei Calcarari, e un'altra a pianoterra con solario, situata nella contrada di S. Maria in Minerva, al prezzo di 100 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Nicola detto *Biancapectorina* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dolina moglie di Lello dà il suo consenso alla vendita.

f. 19v Indictione prima mense iunii die XXII°.

Testes: Lellus Mastronis, Nicolaus dictus alias Biancapectorina marmorarius, dominus Laurentius Iohannis presbiter et Cecchus Erminii et frater Iohannes Pauli cernitoris.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus filius olim Corraducii Mastronis spetiarius de regione Pinee, sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit honesto et religioso viro domino fratri Oddoni, monacho monasterii Sanctorum Andree et Sabbe de Urbe, procuratori venerabilis viri domini fratris \*\*\*\*\* humilis abbatis dicti monasterii, nec non monachorum et capituli dicti monasterii, prout de ipso procuratorio patere dicitur manu publici notarii, presenti et recipienti, et vice et nomine dicti domini abbatis monasterii et monachorum eiusdem et pro ipsis, idest unam domum ipsius Lelli terrineam et solaratam, positam in contrada Calcariorum, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes Blaxii Iacobi Muti, ab alio latere tenet Tutius Cole, ante est via publica, retro tenet Iulianus Rogerii. Item et unam aliam domum terrineam et solaratam, positam in dicta regione<sup>(a)</sup> in contrada Sancte Marie supra Minerbam, inter hos fines, ab uno latere tenet Petrus Gani, ab alio Butius Iohannis Muti, ante est via publica, retro sunt termini antiqui

f. 20r

vel si qui sunt ad predicta plures vel veriores confines cum omnibus ipsarum et cuiuslibet ipsarum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus earumdem, vendidit etiam dictus venditor eidem procuratori emptori, presenti et recipienti, nominibus quibus supra, omnia iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset in dictis domibus et quamlibet earumdem. Et per Nicolaum alias dictum Biancapectorina, quem dictus<sup>(b)</sup> venditor suum procuratorem constituit ad investiendum dictum dominum fratrem Oddonem procuratorem, procuratorio nomine quo supra, investiiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris et pro ipso, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor<sup>(c)</sup> eidem procuratori, procuratorio nomine quo supra, liberam facultatem concessit ut amodo in antea dictas domos et quamlibet earum, nomine quo supra, propria auctoritate possit entrare etc. nullumque sibi ius in premissis dictus venditor aliquo tempore reservavit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que in hoc istrumento continentur dictus venditor eidem procuratori emptori, presenti et recipienti, quo supra nomine, fecit pro pretio et nomine pretii centum florenorum boni et puri auri iusti et legalis ponderis, quos dictus venditor a dicto procuratore, nomine quo supra,

f. 20v

confessus est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit etc. et renumpsiavit<sup>(d)</sup> exceptioni non solute pecunis etc. et si plus dicto pretio dicte domus valerent, totum illud plus quod valerent dictus venditor eidem emptori, quo supra nomine, inter vivos donavit ob reverentiam beatorum Andree et Sabbe predictorum, promisit insuper dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, quod dicte domus sunt ipsius et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione ad duplum de aliis suis bonis etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et ad hec omnia et singula domina Dolina uxor dicti Lelli, que primo renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum parafernorum et omni alio suo iure et specialiter adiutorium Velleiani senatus consulti, quod est pro mulieribus introductus, de ipso per me eundem notarium certiorata, sponte et ex certa scientia ac die presente consentiit et suum consensum prestitit. Hunc autem consensum<sup>(e)</sup> fecit pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene tantum<sup>(f)</sup> in aliis bonis et super aliis bonis dicti Lelli de dote sua et iuribus suis dotalibus ac de omnibus iuribus que petere posset in bonis et super bonis dicti Lelli quacumque occasione vel modo etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Non è indicato esplicitamente il rione, ma intendasi "Pinee" <sup>(b)</sup> Depennato p <sup>(c)</sup> P "venditor" corretto poi in "venditor"  
<sup>(d)</sup> Depennato "esp" <sup>(e)</sup> P "confessum" <sup>(f)</sup> Depennato "de".

## 16.

1363, giugno 22

Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna detta un codicillo nel quale conferma il testamento rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis* doc. 93, ma annulla alcune disposizioni relative alla moglie Dolina: infatti riduce il lascito concesso ad integrazione della dote da 100 a 50 fiorini d'oro; cambia la disposizione secondo la quale sarebbero stati assegnati altri 100 fiorini d'oro se le figlie fossero morte senza aver procreato figli legittimi, con una nuova disposizione secondo la quale è previsto che se i figli e le figlie fossero morte senza aver procreato figli legittimi le avrebbe assegnato 50 fiorini d'oro; annulla infine la nomina di lei ad esecutrice testamentaria.

f. 21r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii etc. Ego Lellus filius olim Corraducii Mastronis spetiarius de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum, facio codicillum per quod confirmo testamentum, per me atenus factum et scriptum per eundem notarium, tamen corrigo dictum testamentum in hunc modum, videlicet quod relictum per me factum in dicto meo testamento Doline, uxori mee, de C florenis auri ultra dotem suam corrigo et reduco ad L florenos auri tantum. Item corrigo et reduco relictum per me factum dicte Doline in quo continetur quod si omnes filie mee sine legitimis filiis morirentur quod dicta Dolina habet<sup>(a)</sup>, de bonis meis, C alios florenos auri, quod relictum casso irritum et anullo expresse, scilicet tantum volo et mando quod si omnes filii et filie mee sine legitimis filiis morirentur quod ipsa Dolina habeat, de bonis meis, ultra dotem suam et iura dotalia et ultra relictum per me sibi factum in presente

f. 21v

codicillo de quinqueginta florenis auri, quinqueginta alios florenos auri et sit contempta. Item revoco ipsam ab executione dicti mei testamenti et quod de ipsa executione nullatenus se intromittere possit. Item confirmo dictum meum testamentum in omnibus aliis suis tenoribus articulis et executores meos in ipso testamento contentos confirmo corrobore et accepto. Et hoc est ultimum meum codicillum etc. quod valere volo et mando omni modo et iure quibus melius valere potest etc.

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi “habeat”.

17.

1363, giugno 22

Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna nomina suo procuratore Lello *Mastronis* del rione Pigna per ricevere la confessione da Coletta di Andrea *Rubei* dello stesso rione che la vendita fatta da Lello di Corraduzio di alcune terre ed orti, situati nella Valle Appia, rogata dal notaio Francesco di Puzio, è fittizia ed è stata redatta a difesa ed a richiesta dello stesso Lello di Corraduzio.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii etc. Lellus filius olim Corraducii *Mastronis* spetiarius de regione Pinee<sup>(a)</sup>, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constituit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem et numptium specialem, habentem ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem, videlicet Lellum *Mastronis* de regione Pinee, presentem et sponte recipientem, ad recipiendum confessionem et reconditionem a Colecta Andree *Rubei* de regione Pinee, quomodo venditionem factam per ipsum Lellum Corraducii dicto Colecte de certis terris et ortis<sup>(b)</sup>, positis in Valle Apie, inter suos confines, scriptam manu Francisci Pucii publici<sup>(c)</sup> notarii seu cuiuscumque alterius notarii appareret, fuit fictitia et simulata et facta ad non valere et facta fuit ad defensionem ipsius Lelli et ad ipsius Lelli instantiam et petitionem et generaliter etc. promictens etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

f. 22r

<sup>(a)</sup> Depennato “ licet infir” <sup>(b)</sup> Depennato “vend” <sup>(c)</sup> Ripetuto “publici”.

18.

1363, giugno 22

Coletta di Andrea *Rubei* del rione Pigna alla presenza di Lello *Mastronis* procuratore di Lello Corraduzio, come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, riconosce che la vendita fatta da Lello di Corraduzio di alcune terre ed orti, situati nella Valle Appia, rogata dal notaio Francesco Puzio, è fittizia ed è stata redatta a difesa ed a richiesta dello stesso Lello di Corraduzio.

Colecta promette di non usufruire in perpetuo dei beni venduti e il procuratore rivendica il dominio dei terreni.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Cola alias dictus *Biancapepectorina*, Staxi murator de regione Pinee, Matheus *Cinthii* de Castro Novo.

In presentia mei notarii et testium etc. Colecta Andree *Rubei* de regione Pinee, ac die presente, sponte et ex certa scientia, presente Lello *Mastronis*<sup>(a)</sup>, procuratore et persona legitima Lelli Corraducii, habentis<sup>(b)</sup> ad hec speciale mandatum, ut patet manu mei eiusdem notarii, recongnovit et confessus fuit quomodo venditionem factam per ipsum Lellum Corraducii dicto Colecte de certis terris et ortis, positis in Valle Apie, inter suos confines, scriptam per Franciscum Pucii notarii seu quemcumque alium notarium fuisse et esse fititiam et fictitiam factam et ad non valere et ad defensionem ipsius Lelli et ad sui<sup>(c)</sup> petitionem et instantiam

f. 22v

et voluit quod pro fictitia et non vera habeatur et nullius valoris existat et promisit et convenit dictus Colecta dicto Lello *Mastronis*, procuratori predicto, perpetuo non uti nec eius vigore aliquid petere in bonis et rebus in ipsa venditione contenta et ex nunc ipsum procuratorem, nomine dicti Lelli Corraducii, dominum facit de rebus in dicta venditione contentis etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “recongnovit et confessus fuit venditionem factam” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Così P.

19.

1363, giugno 24

Tozio di Angelo di Giovanni di Leone di Cora, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* di Roma, detta un codicillo nel quale conferma il testamento rogato dal notaio Giovanni figlio del notaio Angelo di Giovanni di Giordano di Cori, ma corregge alcune disposizioni e precisa che se il nipote Giacomo dovesse morire senza figli legittimi il lascito sarà devoluto agli eredi indicati nel suo testamento.

Riconosce che deve ricevere in comune con Cecco di Giovanni di Cora un cavallo baio scuro e lascia la sua metà agli eredi indicati nel testamento; lascia 8 rubbia di grano per il banchetto funebre all’ottava della morte a suffragio della sua anima e dei suoi parenti; dispone che gli eredi, subito dopo la sua morte, debbono

consegnare, a suffragio della sua anima, una vacca, tre cavallate di vino e il pane sufficiente per il consumo della carne dell'animale.

Lascia 100 libbre di provisini per la costruzione di una cappella nella chiesa di S. Maria del Monte di Cori da erigersi entro due anni dalla sua morte e se gli eredi non adempiranno il suo voto decadranno dal lascito e dall'eredità ed i beni saranno devoluti alla stessa chiesa di S. Maria del Monte; dispone che i chierici della chiesa celebrino l'anniversario della sua morte, a suffragio della sua anima, altrimenti decadranno dal lascito che sarà devoluto alla chiesa di S. Pietro del Monte di Cori.

Lascia 12 denari a ciascuna delle persone più prossime del vicinato a suffragio della sua anima; alla chiesa di S. Giovanni in Laterano 1 fiorino d'oro per lavori di riparazione; dispone che la sua cintura d'argento sia venduta e con il prezzo ricavato sia fatto un calice per la sua cappella.

Lascia alla serva Nanna due porci che ha nella sua casa e 2 fiorini d'oro a suffragio della sua anima.

Conferma gli esecutori indicati nel suo testamento e desidera che essi siano anche esecutori delle disposizioni indicate nel codicillo.

Indictione prima mense iunii die XXIII.

Testes: Santus macellarius, Cola Crucii Cole Mancini, Paulus Iohannis Angeli, Tutius Butii Oddonis et Vellus Iutii Iohannis Ciastris omnes de Cora.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Totius Angeli Iohannis Leonardi de Cora, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens casum future mortis nollens decedere sine codicillo, idcirco constitutus coram Paulo de Seromanis de Urbe notario, facio codicillum per quod confirmo testamentum per me atenus factum et scriptum per notarium Iohannem notarii Angeli Iohannis Iordani de Cora notarium, tamen corrigo dictum testamentum quod volo et mando quod si Iacobus, nepos meus, quocumque tempore,

f. 23r moriretur, quod moriatur in relicto per me sibi facto heredibus meis in meo testamento scriptis et per me relictis. Item confiteor me habere, commune cum Ciccho domini Iohannis de Cora, unum equum bagium scurum pro medietate, quem equum sive quam medietatem relinquo dictis meis heredibus in meo testamento scriptis. Item relinquo octo rubra grani pro septinia fienda pro anima mea et parentum meorum. Item volo et mando quod dicti mei heredes, statim post mortem meam teneantur et debeant de bonis meis dare, pro anima mea, unam vaccam, tres caballatas vini et tantum panis quod sufficiat ad carnes dicte vacce. Item relinquo de bonis meis C libras provisorum pro instructione cuiusdam cappelle fiende infra duos annos post mortem meam per dictos meos heredes in ecclesie Sancte Marie de Monte de Cora, quod si non facerent cadant a meo relicto et ab hereditate mea et omne relictum per me eis factum statim dictis duobus annis elapsis, dicte ecclesie Sancte Marie de Monte sit penitus revolutum. Volo tamen et mando quod clerici dicte ecclesie teneantur annuatim, pro anima mea, facere anniversarium<sup>(a)</sup> in dicta ecclesia aliter cadant a meo relicto et revolvatur ad ecclesiam Sancti Petri de Monte de Cora. Item relinquo de bonis meis XL meis vicinis propinquioribus XII denarios pro anima mea.

f. 23v Item relinquo ecclesie Sancti Iohannis de Laterano pro reparatione eiusdem unum florenum auri. Item volo et mando quod corrigia mea de argento vendatur et de eius pretio fiat per meos commissarios unus calis in dicta cappella. Item relinquo duos porcos meos, quos habeo in domo mea<sup>(b)</sup>, Nanne famule mee. Item relinquo dicte Nanne duos florenos auri pro anima mea. Item accepto corroboro et confirmo executores meos in meo testamento contentos et volo quod sint executores huius mei codicilli etc. et hoc est ultimum meum codicillum per quod confirmo dictum meum testamentum etc. quod valere volo et mando omni modo et iure et via quibus melius valere potest et debet etc.

<sup>(a)</sup> P "universarium" <sup>(b)</sup> Depennato "cu".

## 20.

1363, giugno 28

Pietro di Rieti del rione Pigna, alla presenza del notaio Paolo *de Serromanis* e di 7 testimoni, fa testamento e nomina eredi i figli Lello e Tuzio ai quali lascia in parti uguali una vigna, situata presso le mura di Roma nella località *Antingiano*, nella proprietà di S. Adriano. Dispone che se uno dei figli dovesse morire senza aver procreato figli legittimi il lascito sarà devoluto al figlio superstite.

Lascia alle nipoti Giacobella e Iozia, figlie di Tuzio, le vigne divise in parti uguali, situate nella località *Antingiano*, nella proprietà di S. Salvatore e di S. Balbina, e se una di esse dovesse morire senza aver procreati figli legittimi il lascito sarà devoluto alla superstite; se poi entrambe dovessero morire senza figli legittimi il lascito sarà utilizzato a suffragio della sua anima a discrezione dell'esecutore testamentario.

Lascia a Petruzio figlio di Cola ed a Cecco figlio di Pauluzio, nipote suo, del rione Trevi le vigne divise in parti uguali, situate sul monte di S. Tommaso; al figlio Lello due botti, una di 13 cavallate e l'altra di 7 cavallate, ed al figlio Tuzio altre due botti, una di 22 cavallate e l'altra di 8 cavallate.

Dispone che il mosto che sarà ricavato dalle vigne, situate sul monte S. Tommaso, sia venduto dall'esecutore testamentario e il ricavato sia utilizzato a suffragio della sua anima. Lascia al figlio Tuzio tutto il restante



mosto che sarà ricavato dalle altre vigne e le masserizie esistenti nella sua casa; a Renza moglie di Tuzio l'intera sua casa, in parte obbligata per la dote di \*\*\*\*\* moglie di Lello; alla figlia Lella due fiorini d'oro dovuti per un mutuo.

Nomina esecutore testamentario il notaio Cecco di Martino del rione Campitelli.

Indictione prima mense iunii die XXVIII.

Testes: Ceccholellus Cafari, Iohannes Passalaqua, Coluza de Sorromanis, Hericus dudum de Mediolano, Iohannes Guilielmi dudum de Neapolim de regione Pinee et Franceschelle molendinarius de regione Sancti Angeli.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Ego Petrus de Reate de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen sanus mente et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens decedere intestatus, idcirco constitutus coram Paulo de Sorromanis notario et septem testibus a me vocatis et rogatis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo Lellum et Tutium, filios meos, quibus relinquo unam meam vineam, positam iuxta muros Urbis in Antingiano, in proprietate Sancti Adriani, inter ambos pro equali portione. Volo et mando quod si unus ex dictis filiis meis sine legitimis filiis moriretur, quod in dicto relicto moriatur alteri. Item relinquo Iacobelle et<sup>(b)</sup> Iotie filiabus dicti Tutii, filii mei, vineas meas, positas in Antingiano, in proprietate Salvatoris Sancte<sup>(c)</sup> et Balbine, pro equali portione<sup>(d)</sup> et si una dictarum mearum nepotum quocumque tempore, sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur alteri et si ambe sine legitimis filiis morirentur, quod moriantur pro anima mea distribuende, per executorem meum infra scriptum, prout sibi videbitur expedire. Item relinquo vineas meas, positas in monte Sancti Thome, Petrutio, filio Cole, filii mei<sup>(e)</sup>, et Ceccholo filio Palutii, nepotis mei, de regione Trivii pro equali portione. Item relinquo dicto Lello duas vegetes, unam videlicet XIII caballatarum et aliam septem caballatarum et dicto Tuzio duas alias vegetes, unam videlicet XI caballatarum et aliam VIII caballatarum. Item volo et mando

quod totum mustum quod exiverit de vineis meis, positas in monte Sancti Thome, vendatur per executorem meum pro anima mea; totum aliud mustum quod exiverit de omnibus aliis vineis meis relinquo dicto Tutio meo et omnes masseritias meas existentes in domo mea. Item relinquo Rentie uxori dicti Tutii, filii mei, domum meam integram, parte obligata pro dote \*\*\*\*\* uxoris dicti Lelli, filii mei, dum casset exceptionem. Item relinquo Lelle, filie mee, duos florenos auri, in quibus eidem teneor occasione mutui. Executorem huius mei testamenti et mee ultime voluntatis facio constituisco et ordino discretum virum Cecchum Martini notarium de regione Campitelli cui do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omnia capiendi etc. et ad executionem mictendi omnia et singula supra dicta et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere volo et mando tam iure testamenti quam iure codicellorum vel donationis causa mortis et omni modo et iure quibus melius valere potest et debet etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio <sup>(b)</sup> Depennato p <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> Depennato "volo tamen et mando quod" <sup>(e)</sup> Così P.

21.

1363, luglio 16

Stefanello figlio del defunto Nicola *Nasi* del rione Trevi, davanti al notaio Paolo *de Serromanis*, detta un codicillo nel quale conferma il testamento rogato dal notaio Santolo di Francesco *Busse*, ma aggiunge una nuova disposizione.

Lascia infatti a Margherita moglie di Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna i diritti sui 40 fiorini d'oro che vanta nei confronti di Giovanni Antonio figlio ed erede del defunto Lorenzo di Giovanni Antonio *Rubei* del rione Pigna e di Giacobello Orsini, suo curatore, in relazione ad una sentenza arbitrale emessa da Pietro *de Andreoctinis* e rogata dal notaio Francesco di Cecco.

Nomina infine esecutori del codicillo gli stessi già indicati nel suo testamento.

Indictione prima mense iulii die XVI.

Testes: Anthonius Paloscii de regione Columpne, Oddarellus Petrutii Herrici de regione Vie Late, Lellus Mathioli, Colutia Astalli de regione Pinee et Benedictus filius olim Nicolai Nasi de regione<sup>(a)</sup> Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Stephanellus filius olim Nicolai Nasi de regione Trivii, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum, nollens decedere<sup>(b)</sup> sine codicillo, idcirco constitutus coram me Paulo de Sorromanis notario, facio codicillum per quod confirmo testamentum, per atenus factum et scriptum per Santolum Francisci Busse publici notarii, in omnibus suis tenoribus et articulis. Relinquo<sup>(c)</sup> tamen, in presente codicillo, domine Margarite uxori Lelli Bucii Iohannis Rubei de regione Pinee iura XL florenorum auri et ipsos XL florenos auri que habeo contra Iohannem Anthonium, filium et heredem olim Laurentii Iohannis Rubei, de regione Pinee et Iacobellum Ursinum, curatorem eius, in quibus mihi tenebatur vigore cuiusdam sententie late per Petrum de Andreoctinis, arbitrum inter nos, scripture per Franciscum Cecchi publicum notarium, nunc volo et mando quod vigore dicte sententie,

eidem domine teneatur etc. Item confirmo et facio executores huius mei codicilli illosmet executores quos feci in dicto meo testamento, et hoc est ultimum meum codicillum quod valere volo et mando tam iure codicellorum quam iure testamenti seu donationis causa mortis et omni modo via iure et forma quibus melius valere potest et debet etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Columpne” <sup>(b)</sup> Depennato “intestatus idcir” <sup>(c)</sup> Depennatio s.

22.

1363, agosto 1

Nicolò pellaio del rione Pigna e Lella figlia del defunto Montone muratore, interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Nicolò infila l’anello nuziale d’oro con una pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Lella, mentre il notaio pronuncia la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

f. 25v

Indictione prima mense agusti die primo.

Testes: Lomolus Iohannis Muti, Lellus Iohannis Baracte, dominus Angelus Marronis et Iohannes Cafari de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolo<sup>(a)</sup> pellarius de regione Pinee ac die presente interrogatus per me notarium si volebat in suam uxorem veram et legitimam Lellam filiam olim Montonis muratoris, qui sponte respondit “Volo”, et versavice interrogata dicta domina Lella si volebat in suum verum et legitimum virum dictum Nicolo pelliparium, respondit “Volo”, et illo tunc intervenientibus verbis de futuro “Quod Deus coniunxit homo non separet” dictus Nicolo cum quodam anulo de auro cum lapide pretioso subaravit ipsam ponendo dictum anulum in digito dicte Lelle anulari manus dextre etc.

<sup>(a)</sup> Così P.

23.

1363, agosto 7

Silvestro di Giovanni Riccardello e Cola di Bartelluzio, canonici della chiesa di S. Martina, a loro nome e dell’arciprete della chiesa, rilasciano una quietanza a Bartolomeo \*\*\*\*\* ed a Ceccolello *Cafari*, esecutori testamentari del defunto Lorenzo *Capzoli*, dopo aver ricevuto la somma di 10 libbre di provisini del senato relativa ad un lascito del testatore.

Indictione prima mense agusti die VII.

[Testes]<sup>(a)</sup>: Paulus Portacasa ferrarius, Paulus Laurentii Petri Raynalli de regione Campitelli.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus Sylvester Iohannis Ricardelli et Cola Barthellutii canonici ecclesie Sancte Martine, pro sese ipsis ac vice<sup>(b)</sup>

f. 26r

nomine archipresbiteri dicte ecclesie et pro ipsa ecclesia, pro quo archipresbitero promiserunt de rato, et sese et bona eorum principaliter obligaverunt ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus et nominibus quibus supra renumpriaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt domino Bartholomeo \*\*\*\*\*<sup>(c)</sup> et Cecchollello Cafari executoribus testamenti et ultime voluntatis dudum Laurentii Capzoli, presentibus et recipientibus, omne ius quod habent vel habere possint contra bona et in bonis dicti Laurentii, pretestu et occasione cuiusdam relictis dicte ecclesie facti per dictum olim Laurentium de X libris provisinorum etc. Hanc autem refutationem fecerunt quia presentialiter et manualiter receperunt a dictis executoribus dictas X libras et de quibus etc. et renumpriaverunt etc. et promiserunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso <sup>(b)</sup> Ripetuto “et” <sup>(c)</sup> Questi stessi esecutori testamentari sono ancora citati nei doc. 145 e 210.

24.

1363, agosto 10

Lorenzo *de Mutis* del rione Campomarzio e Sabbuzio figlio del defunto Cola di Paolo di Giovanni *Graptoli* del rione Colonna stipulano una convenzione di fidanzamento: Lorenzo promette a Sabbuzio di concedergli in moglie la figlia Cecilia con la dote e gli ornamenti di 200 fiorini d’oro ed altre cose, Sabbuzio promette, a sua volta, a Lorenzo di ricevere in moglie Cecilia con la dote, gli ornamenti e gli oggetti preziosi e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro sei mesi.

Le due parti si impegnano al rispetto della convenzione con una pena di 200 libbre di provisini del senato: si riservano comunque di prolungare o di abbreviare il tempo concordato a loro discrezione e per l’osservanza dei patti si scambiano il bacio della vera pace.

Indictione prima mense agusti die X<sup>o</sup>.

[Testes]<sup>(a)</sup>: Leutius Iohannis Leonis de regione Columpne, Thomas Buccapape, Nardus Riccii, Paulus Nari, Iohannes Stephe, Iordanus Cecchi de regione Campimartis et<sup>(b)</sup> Laurentius Sanguingis de regione Pontis.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt fidantie conventiones et pacta habita et firmata, in Dei nomine, solempni stipulatione interveniente

f. 26v

inter Laurentium de Mutis de regione Campimartis, ex una parte, et Sabbutum filium olim Cole Pauli domini Iohannis Graptoli de regione Columpne, ex alia parte, qui Sabbutus primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum aliquo tempore petere, videlicet quod dictus Laurentius promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Sabbuto dare in legitimam uxorem Ceciliam, filiam suam, cum dote et guarnimentis ducentorum florenorum auri et aliis rebus inter ipsas partes conventis et dictus Sabbutus promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Laurentio Muto<sup>(c)</sup>, presenti et recipienti, pro se et vice et nomine dicte Cecilie, filie sue, et mihi notario ut publice persone recipienti, vice et nomine dicte Cecilie et ad ipsius opus et utilitatem, ipsam Ceciliam recipere in suam legitimam uxorem dictam Ceciliam cum dote et guarnimentis predictis et aliis iocalibus et rebus inter ipsos conventis, quam parentelam promiserunt ducere ad effectum hinc ad sex menses proxime futuros, sub pena et ad penam ducentarum librarum pro medietate etc. prolongando et abbreviando tempus prout eis placuerit, pro quibus observandis inter sese dederunt osculum vere pacis etc.

<sup>(a)</sup> Omesso <sup>(b)</sup> Depennato d e ripetuto et <sup>(c)</sup> Depennato "per".

25.

1363, agosto 10

Sabuzio obbliga nei confronti di Lorenzo *Muto* del rione Campomarzio, presente per sé e per la figlia Cecilia, fidanzata e futura sposa dello stesso Sabuzio, la terza parte della metà di un *castrum* diruto detto *Ponte Nepesino*, situato nella Tuscia, una casa a pianoterra con solario, sale, camere, orto retrostante e un'altra casa a pianoterra con solario, sala camere, stalle, magazzini e la metà di una loggia, situate nel rione Colonna; obbliga ancora il diritto di terratico su un terreno situato nel rione Colonna, i suoi beni mobili ed immobili, finché durerà il pegno per la dote di Cecilia di 133 fiorini ed un terzo d'oro.

Sabuzio riceve la somma di 80 fiorini d'oro e dichiara di aver già ricevuto la differenza.

Le parti convengono che se Cecilia dovesse morire prima di Sabuzio, senza aver procreato figli legittimi, il marito, entro sei mesi dalla scomparsa della moglie, dovrà restituire al padre di lei o alla persona demandata a tal fine, la dote in denaro contante; se invece Sabuzio dovesse morire prima di Cecilia, sia con figli che senza figli, gli eredi dovranno restituire a Lorenzo ed a Cecilia la dote in denaro contante.

Inoltre Sabuzio dona per le nozze a Cecilia 60 fiorini e due terzi d'oro alla condizione che se Sabuzio dovesse morire prima della moglie, con figli generati dal loro matrimonio, allora Cecilia godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la sua morte, la somma verrà devoluta ai figli; se invece Sabuzio dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli, allora Cecilia avrà facoltà di impiegare la somma a sua discrezione.

Dietro richiesta di Sabuzio si offrono quali garanti Pietro *de Toscis* del rione *Scortheclariorum* e Coluzia figlio del defunto Buzio di Lello *de Mutis* del rione di S. Eustachio.

f. 27r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus etc.

Supradictus Sabbutus qui primo iuravit etc. ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et pignore posuit Laurentio Muto de regione Campimartis, presenti et recipienti pro se et et vice et nomine Cecilie filie sue, sponse et in Dei nomine ipsius Sabbutii future uxoris, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicte Cecilie et ad ipsius Cecilie opus et utilitatem, videlicet tertiam partem medietatis cuiusdam castrum diruti quod vocatur Ponte<sup>(a)</sup> Nepesino, iunto pro diviso cum alia medietate \*\*\*\*\* et pro vero diviso cum aliis duabus tertiis partibus, cum tertia parte medietatis totius tenimenti dicti castrum, cum tertia parte medietatis terrarum, magensium, sodorum, cultorum, incultorum montium, vallium collium planorum silvarum, stirpariorum, aquarum et aquarum decurrentium, omnium iurium et pertinentiorum dicti castrum<sup>(b)</sup>, quod totum castrum positum est in Tuscia, inter hos fines, ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(c)</sup> vel si qui sunt ad totum dictum castrum plures vel veriores confines. Item unam domum integram seu palatium terrineum et solaratum cum salis et cameris infra se, cum orto

f. 27v

post se, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus ipsarum, que domus seu palatium posita est in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenet Butius Cornazani, ante est via publica, ab alio latere tenet \*\*\*\*\* vel si qui sunt ad dictam domum plures vel veriores confines. Item unam aliam domum terrineam et solaratam cum salis cameris stabulis et statiis infra se et ante se et cum parte vecinantie et iure vecinorum et cum medietate loyii, positi in oppositione dictarum domorum, que domus posite sunt in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(d)</sup> vel si qui sunt plures vel veriores confines. Item terraticum et ius terratici, positum in regione Columpne, inter hos fines \*\*\*<sup>(e)</sup> cum omnibus earum iuribus et pertinentiis et cum introitibus et exitibus earumdem et cuiuslibet ipsarum. Et generaliter et specialiter omnia alia et singula bona sua mobilia et immobilia presentia et futura,

que nunc habet et in futurum adquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt. Hanc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula que dicta

f. 28r sunt et infra dicentur, dictus Sabbutius dicto Laurentio, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicte Cecilie, filie sue, sponse et in Dei nomine future uxoris dicti Sabbutii et ad ipsius Cecilie opus et utilitatem, et mihi notario ut publice persone, presenti stipulanti et recipienti vice et nomine dicte Cecilie et pro ipsa et ad ipsius opus et utilitatem, fecit pro dote et nomine dotis centum trigintatrium florenorum auri et tertiam partem unius alterius floreni auri, de quibus nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit octuaginta florenos auri, residuum autem dictorum C triginta trium florenorum auri et tertiam partem alterius floreni auri confessus fuit dictus Sabbutius et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus omnibus CXXXIII florenis auri et tertiam partem alterius floreni auri se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non ponderatorum et non receptorum dictorum CXXXIII florenorum auri et tertiam partem alterius floreni auri sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat prefatam dominam Ceciliam premori dicto Sabbutio, futuro marito suo, sine legitimis filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc, in dicto casu infra dimidii anni spatium post obitum dicte Cecilie, future uxoris sue, dicto Laurentio, patri suo, si tunc visserit, alias cui ipse

f. 28v Laurentius commiserit et si non commiserit cui lex dederit, dictam dotem in pecunia numerata et non in alia specie redere restituere promisit; si vero contingat dictum Sabbutum premori dicte Cecilie, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc infra spatium dicti dimidii anni, dictam dotem dicto Laurentio et dicte Cecilie, filie ipsius Laurentii, redi et restitui voluit et mandavit per heredes et sucessores ipsius Sabbutii, in pecunia numerata et non in alia specie. Insuper dictus Sabbutius dicto Laurentio Muto, presenti et recipienti pro se et dicta Cecilia, filia sua, sponsa et in Dei nomine futura uxore dicti Sabbutii et mihi notario presenti et recipienti vice et nomine dicte Cecilie et ad ipsius Cecile opus et utilitatem, donavit propter nuptias, supradictis bonis, sessaginta sex florenos auri et duas tertias partes unius alterius floreni auri, sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat dictum Sabbutum premori dicte Cecilie, future uxori sue, cum filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc dicta Cecilia dictam donationem habeat ad usufructum toto tempore vite sue, et post mortem suam ad dictos eorum filios libere revertatur; si vero contingat dictum Sabbutum

f. 29r premori dicte Cecilie, future uxori sue, sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc dicta Cecilia dictam donationem habeat ad perpetuam hereditatem ad faciendum de ea quicquid sibi placuerit et si, ut dictum est, firmum et observatum fuerit hec carta sit inefficax et nullius valoris alias liceat ipsi Laurentio et dicte Cecilie, dicta bona supra obligata capere tenere fructificare vendere donare pignorarere et fructus recipere et de eis facere quicquid sibi perpetuo placuerit sic ipsis Laurentio et Cecilie de dote et donatione integre satisfacta etc. Et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Sabbutii et pro ipso Petrus de Toscis de regione Scortheclariorum<sup>(f)</sup>, et Colutia filius olim Butii Lelli de Mutis, qui iuravit etc. de regione Sancti Eustachii, ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt penes dictum Laurentium Mutum, presentem et recipientem pro se et dicta Cecilia filia<sup>(g)</sup>, et me notarium, presentem et recipientem pro ipsa Cecilia et ad ipsius opus et utilitatem, et promiserunt quod dicta bona, superius obligata, sunt ipsius Sabbutii et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione etc. pro quibus etc.

f. 29v insuper promisit dictus Sabbutius, quod dicta bona, superius obligata pro dote et donatione predictis sunt ipsius Sabbutii et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa nec modo aliquo alienata in totum vel in partem et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de aliis suis bonis propriis, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato i <sup>(b)</sup> Depennato "Item unam domum integram seu palatium terrin" <sup>(c)</sup> Omessi i confini, segue uno spazio bianco di due righe <sup>(d)</sup> Omessi i confini, segue uno spazio bianco di 1 riga <sup>(e)</sup> Omessi i confini, segue uno spazio bianco di 1 riga <sup>(f)</sup> P "Scortheclariorum" <sup>(g)</sup> Omesso "sua".

## 26.

1363, agosto 10

Lorenzo *de Mutis* del rione Campomarzio, con la garanzia di Tommaso di Filippo *Buccapase* e di Giovanni *Stephe* dello stesso rione, riceve in deposito da Sabuzio figlio del defunto Paolo di Giovanni *Graptoli* del rione Colonna la somma di 53 fiorini d'oro ed un terzo d'oro e promette di restituirla nella prossima festa di Ognissanti.

Eodem<sup>(a)</sup> anno, mense, indictione et die.

Testes: Laurentius de Sanguineis, Iohannes Mei Saraceni et Petrus de Toscis de regione Scortheclariorum In presentia mei notarii et testium etc. Laurentium de Mutis de regione Campimartis, ut principalis debitor, et Thomas Philippi Buccapase et Iohannes Stephe de dicta regione, ut fideiussores ipsius Laurentii, et quilibet ipsorum in solidum uno tamen solvente ceteri liberentur, eorum bona voluntate confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse habere et tenere<sup>(b)</sup> a Sabbutio filio

olim Cole Pauli domini Iohannis Graptoli de regione Columpne, presente et legitime stipulante<sup>(c)</sup> pro se et suis heredibus et successoribus vel cui seu quibus ipse Sabbutius dare et concedere voluerit idest quinquaginta tres florenos auri<sup>(d)</sup> et tertiam partem alterius floreni auri, quos LIII florenos auri et tertiam partem alterius floreni auri dicti depositarii confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese recepisse et habuisse et penes eos habere et tenere, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt etc. et renumpiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum etc. et ipsos tenere et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem<sup>(e)</sup> redere et restituere promiserunt hinc ad<sup>(f)</sup> festum Omnium Santorum proxime futurum cum dampnis et expensis ab inde in antea faciendis, pro quibus tam dictus principalis quam dicti fideiussores obligaverunt bona ipsorum et cuilibet ipsorum etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etiam feriatis diebus, renumpiaverunt in hiis feriis et diebus feriatis et in omni curia etc. renumpiaverunt beneficio fori etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue è stato annullato con due tratti di penna incrociati e se ne dà la seguente giustificazione in calce al f. 29v "Die XXII agusti cassum et cancellatum fuit dictum depositum de voluntate partium, presentibus Butio Capucie et Sabba de Seromanis"

<sup>(b)</sup> Depennato "a Laurentio" <sup>(c)</sup> P "stipulanti" <sup>(d)</sup> Depennato "et" <sup>(e)</sup> Depennato "La" <sup>(f)</sup> Depennato "omnem ip".

## 27.

1363, agosto 9

Donato *de Ylperinis* del rione di S. Eustachio e Margherita figlia del defunto Martino *Cafari* del rione Pigna, interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Donato infila l'anello con una pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Margherita, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

Indictione prima mense<sup>(a)</sup> agusti die VIII.

Testes: dominus Iohannes de Cafarellis miles [et]<sup>(b)</sup> Raynonus [ambo]\* de regione Sancti Eustachii, Thomas<sup>(c)</sup> Bonianni de Magistris Luce de regione Campitelli, Iohannes filius olim Cecchi Cafari et Ceccholellus Andreotii Cafari [ambo]\* de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Donatus de Ylperinis de regione Sancti Eustachii interrogatus per me notarium si volebat in suam legitimam uxorem dominam Margaritam filiam olim Martini Cafari de regione Pinee, ibidem presentem, qui Donatus sponte respondit "Volo", et versavice interrogata dicta domina Margarita per me iam dictum notarium si volebat in suum legitimum et verum maritum dictum Donatum de Ylperinis que sponte respondit "Volo", et tunc intervenientibus verbis, per me solempniter dictis "Quod Deus coniunsit homo non separet" dictus Donatus arravit dictam dominam cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso ponendo dictum anulum in digito suo anulari manus dextre ipsius etc.

<sup>(a)</sup> Depennato i <sup>(b)</sup> Omesso <sup>(c)</sup> P "Thomaas" con la prima a depennata.

## 28.

1363, agosto 11

Il nobile Lodovico figlio del defunto Paolo *Muti de Pappazuris* del rione Trevi nomina suoi procuratori Giovanni di Roviano e Nicola di Chieti per comparire davanti all'abate Matteo, arciprete di Lanciano e vicario generale di Bartolomeo *de Pappazuris* vescovo di Chieti, per rinunciare, a suo nome, al beneficio ed alla prebenda delle chiese di S. Andrea *de Villamagina* e di S. Nicola *de Furca* e per promettere di non volersi più servire di queste chiese.

Indictione prima mense agusti die XI<sup>o</sup>.

Testes: Cecchus Iohannis Egidii de regione Montium, Cecchus Marronis de regione Pinee et<sup>(a)</sup> Anthonius Paloscii de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis et venerabilis vir dominus Lodoycus filius olim Pauli Muti de Pappazuris de regione Trivii ac die presente sua bona voluntate fecit constituit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores et numptios speciales dompnum Iohannem de Ruviano et dompnum Nicolaum de civitate Teatina et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod per unum inceptum fuerit per alium prosequi valeat et finire ad comparandum coram venerabile viro abbate Matheo, archipresbitero de Lancino, vicario generali reverendi in Christo patris et domini domini Bartholomei<sup>(b)</sup> de Pappazuris episcopi Theatinensis ad renumpiandum, nomine ipsius constituentis et pro ipso, beneficium et prebendam ecclesie Sancti Andree de Villamagina nec non beneficium et prebendam ecclesie Sancti Nicolai de Furca et ad promictendum ipsas ecclesias ulterius non utendo cum curis et cautelis de iure sufficientibus, promictens se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictos suos procuratores seu alterum eorum factum et sedatum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato p <sup>(b)</sup> Depennato v.

Sabbuzio figlio del defunto Cola di Paolo di Giovanni *Graptoli* del rione S. Maria in Aquiro e Cecilia di Lorenzo *Muti* del rione Campomarzio, interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Sabbuzio infila l'anello d'oro con una pietra di zaffiro nel dito anulare della mano destra di Cecilia, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

f. 31v

Indictione prima mense agusti die XIII.

Testes: Thomas Buccapase, Nardus Ancelocti Ricii de regione Campimartis, Leutius Iohannis Leonis de regione<sup>(a)</sup> Columpne, Petrus de Toscis et Laurentius de Sanguineis de regione Scortheclarium<sup>(b)</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Sabbutius filius olim Cole Pauli domini Iohannis Graptoli de regione Sancte Marie in Aquiro<sup>(c)</sup>, qui iuravit etc. interrogatus per me notarium si volebat in suam legitimam uxorem Ceciliam filiam Laurentii Mutii de regione Campimartis, ibidem presentem, qui<sup>(d)</sup> sponte respondit "Volo"; et versavice interrogata dicta Cecilia per me eundem notarium si volebat in suum legitimum et verum maritum dictum Sabbutum, ibidem presentem, que respondit "Volo", et tunc intervenientibus hiis verbis, per me eundem notarium solemniter dictis "Quod Deus coniungit homo non separet" supradictus Sabbutius arravit dictam dominam cum quodam anulo aureo cum lapide zaffireo pretioso, mictendo dictum anulum in digito anulari manus sue dextre etc.

<sup>(a)</sup> Depennato s <sup>(b)</sup> P "Scortheclarium" <sup>(c)</sup> P "quiro" <sup>(d)</sup> Depennato "que" corretto in "qui".

Egidio figlio del defunto Lello *Marozini* del rione Pigna nomina suoi procuratori Giacobello figlio del defunto Pietro *Candulfi* e Giacobello di Matteolo *Infantis* del rione di S. Marco con il mandato di provvedere alla stipulazione di un contratto di pace perpetua con Lello *Buccamoza* detto *Macio* del rione di S. Marco o con il suo procuratore, di scambiare, a suo nome, il bacio della vera pace, a rimettere ed a ricevere reciprocamente le ingiurie e le offese che sono state fatte tra le due parti, con l'impegno reciproco di sottostare, in caso di inadempienza, ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato e di obbligare tutti i loro beni mobili ed immobili

f. 32r

Indictione prima mense agusti die XXV.

Testes: Paulus Marronis, Paulus Buccamoza sutor, Nutius Buccamoza et Iacobellus Iohannis Lelli de regione Pinee.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Egidius filius olim Lelli Marozini de regione Pinee ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constituit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores factores et numptios speciales seu quocumque alio nomine melius dici et censiri potest a iure, videlicet Iacobellum filium olim Petri Candulfi et Iacobellum Matheuli Infantis de regione Sancti Marci, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire, habentes ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem, ad dandum redendum prestandum pacem et securitatem perpetuam<sup>(b)</sup> Lello Buccamoza alias dicto Macio de regione Sancti Marci seu eius procuratori pro eo et, eius nomine, osculo vere pacis interveniente inter ipsos et similem pacem et securitatem perpetuam recipiendam ab ipso Lello alias dicto Macio seu ab eius procuratori pro eo et eius nomine. Et ad remictendum omnem iniuriam et offensam factam et illatam per ipsum Maccum dicto Egidio<sup>(c)</sup>, facto vel dicto usque in presentem diem et si similem remissionem

f. 32v

recipiendam ab ipso Lello dicto Macio seu eius procuratori pro eo, et eius nomine ac etiam percussiones factas per dictum Lellum dicto Egidio et penas ipsarum et similem remissionem et refutationem recipiendam ab ipso Lello dicto Macco seu eius procuratore pro eo de percussionibus factis in persona dicti Macci per dictum Egidium. Et ad promictendum, nomine dicti Egidi et pro ipso, de non offendendo nec offendi faciendo ipsum Lellum dictum alias Maccum perpetuo in persona vel bonis sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus stipulanda et applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti. Et similem promissionem recipiendam ab ipso Lello seu eius procuratore pro eo et ad volendum et conveniendum quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et etiam quod totiens dicta pena tollatur et quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis nichilominus firmis manentibus et similem conventionem et pactum recipiendos ab ipso Lello seu ab eius procuratore pro eo et ad obligandum pro predictis omnibus et singulis observandis penes dictum Lellum omnia bona dicti Egidi mobilia et immobilia presentia et futura et similem obligationem receipt ab ipso Lello seu ab eius procuratore pro eo et ad renumpiandum capitulo consuetudinis Urbis loquenti de penis

f. 33r

conventionalibus ex arbitrio non exigendis<sup>(d)</sup> et omnibus aliis iuribus statutis et consuetudinibus quibus contra predicta venire posset et similem renuntiationem recipiendam ab ipso seu eius procuratore pro eo. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda que in predictis essent necessaria et oportuna et que merita causarum exigunt et requirunt et que ipsemet constituens facere posset et personaliter interesset, promictens se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem in predictis actum factum gestum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsius etc. pro quibus etc. et renuntiauit etc.

<sup>(a)</sup> È presente un segno superfluo di “paragraphus” non depennato <sup>(b)</sup> Depennato “vel ad tempus” <sup>(c)</sup> Depennato “vel” <sup>(d)</sup> Depennato “et iu”.

31.

1363, agosto 27

Giacobello figlio del defunto Pietro *Candulfi* del rione Pigna, procuratore di Egidio figlio del defunto Lello *Marozini* dello stesso rione, come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, e Lello *Buccamoza* detto *Maccio* orefice del rione di S. Marco stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza col reciproco scambio del bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente con le parole e con i fatti e, per la conservazione della pace, impegnano tutti i loro beni mobili ed immobili e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Indictione prima mense agusti die<sup>(a)</sup> XXVII.

Testes: Nucius Buccamoza, Stephanellus eius frater et Nucius della Torre sutor de regione Sancti Marci.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobellus filius olim Petri Candulfi de regione Pinee, procurator et persona legitima Egidii filii olim Lelli Marozini de dicta regione Pinee, prout de ipso procuratorio plene patet manu mei

f. 33v

eiusdem notarii, procuratorio nomine, dicti Egidii et pro ipso, ex una parte, habens ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem, et Lellus Buccamoza aurifex dictus Maccio de regione Sancti Marci, suo proprio nomine, ex alia parte, ac die presente, eorum et quo supra nomine, bonis propriis et spontaneis voluntatibus, fecerunt inter sese ad alterutrum pacem et securitatem perpetuam osculo vere pacis interveniente inter ipsum procuratorem procuratorio nomine quo supra, et dictum Lellum de hore ad os et remiserunt ad invicem dictus procurator procuratorio nomine quo supra, dicto Lello et dictus Lellus dicto procuratori, quo supra nomine, recipiendum omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas partes, dicto seu facto, usque in presentem diem et renuntiauerunt et refutaverunt dictus procurator procuratorio nomine quo supra, dicto Lello et dictus Lellus dicto procuratori quo supra nomine, recipienti omnem partem pene et condemnationis ad ipsos seu ipsorum alterum spectantium, occasione percussionum factarum inter ipsas partes usque in diem presentem. Et promiserunt dictus procurator<sup>(b)</sup>, nomine quo supra, dicto Lello et dictus Lellus dicto procuratori, recipienti quo supra nomine, de certo non offendere nec offendi facere

f. 34r

unus alterum et alter alterum in persona vel bonis sub obligatione bonorum ipsorum Egidii et Lelli mobilium et immobilium presentium et futurorum sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus auferendarum<sup>(c)</sup> a parte contra faciente pro medietate camere Urbis et mihi notario, ut publice persone recipienti vice et nomine pro ipsa camera et pro alia medietate parti fidem servanti. Et voluerunt quod totiens dicta pena tollatur, tolli et exigi possit quotiens contra factum vel ventum fuerit pace et securitate predictis nichilominus firmis manentibus, acto et declarato inter ipsum procuratorem nomine quo supra, et dictum Lellum quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, pro quibus obligaverunt, videlicet dictus Lellus omnia bona sua mobilia et immobilia et dictus procurator bona dicti Egidii, cuius procurator est, mobilia et immobilia presentia et futura renuntiantes in predictis dictus procurator nomine quo supra, et dictus Maccus capitulo consuetudinis Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis<sup>(d)</sup> et omnibus aliis exceptionibus et defentionibus iuribus et auxiliis quibus contra venire possent renuntiauerunt expresse etc.

<sup>(a)</sup> Depennato XVIII <sup>(b)</sup> Depennato “dicto Le” <sup>(c)</sup> Depennato “pro” <sup>(d)</sup> P “egigendis.

32.

1363, agosto 24

Isabetta vedova di Tuzio di Buzio di *Valle* del rione Campitelli tutrice e amministratrice, come risulta dall'atto rogato dal notaio Buzio di Baldo, dei figli pupilli Cola e Andrezio rilascia, a loro nome, una quietanza a Ceccolello *Cafari* del rione Pigna, esecutore testamentario del defunto Lorenzo di Paolo *Capzoli de Ascesa Proti*, presente anche a nome degli altri esecutori Bartolomeo, \*\*\*\* e Paola, in relazione ad un lascito di 25 libbre di provisini del senato fatto dal testatore nell'ultimo codicillo, rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, dopo aver ricevuto la somma di 15 libbre di provisini che integra l'altra somma di 10 libbre che aveva già avuto in precedenza.



- f. 34v Indictione prima mense agusti die XXIII<sup>or</sup>.  
 Testes: dominus Nicolaus de Thedallinis de regione Columpne et Oddo de Serromanis de regione Pinee.  
 In presentia mei notarii et testium etc. domina Ysabecta uxor olim Tutii Butii Valle de regione Campitelli, mater et legitima amministratrix ac tutris et persona legitima, ut asserit patere manu Bucii Balli notarii<sup>(a)</sup>, Cole et Andreetii pupillorum filiorum suorum et dicti olim Tutii, tutorio nomine dictorum pupillorum et pro ipsis pupillis et ad opus et utilitatem ipsorum pupillorum ac die presente sponte et ex certa scientia renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Ceccholello Cafari de regione Pinee, executori testamenti et ultime voluntatis quondam Laurentii Pauli Capzoli de Ascesa Proti, presenti et recipienti, pro se et vice et nomine domini Bartholomei et \*\*\*\* et domine Paule executorum dicti testamenti una cum ipso et mihi notario, ut publice persone, recipienti vice et nomine dictorum executorum, idest omnia iura
- f. 35r omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas, que et quas nunc habent dicti pupilli et in futurum habere possent in bonis et super bonis dicti olim Laurentii, pretestu et occasione cuiusdam<sup>(b)</sup> relictis facti per dictum olim Laurentium dictis pupillis de XXV libris provisinarum, in suo ultimo codicillo, scripto manu mei eiusdem notarii et generaliter de omni eo quod dicti pupilli dictis executoribus petere possent tam occasione predicta. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicta domina, presens pro se et nominibus quibus supra, dicto Ceccholello, presenti et recipienti, fecit, pro se et nominibus quibus supra recipienti, pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit XV libras provisinarum, residuum autem confessa<sup>(c)</sup> est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere<sup>(d)</sup>, nominibus quibus supra, de quibus<sup>(e)</sup>, supra nominibus<sup>(f)</sup>, se bene quietata contenta et pacata vocavit et renumpsiavit etc. et promisit dicta iura dictarum XXV librarum nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicte tutricis penes dictum Ceccholellum, presentem et recipientem, pro se et nominibus quibus supra, sponte et ex certa scientia fideiussit et promisit se facturum et curaturum quod dicti executores et bona dicti olim Laurentii dicta de causa nullatenus perpetuo gravabuntur, sub obligatione bonorum ipsius etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.
- (a) Depennato An (b) Depennato "istrumenti" (c) Depennata una s finale (d) Depennato "de" (e) Ripetuto "quibus" (f) Depennato "confes".

33.

1363, agosto 24

Andrea di Giovanni di Graziano *de Perleonibus* del rione di S. Angelo, con la garanzia di Cecco di Alessio di Giovanni *Cinthei* del rione Arenula e di Antonio figlio del defunto Paolo *Poli* del rione di S. Angelo, riceve in deposito da Saba figlio del defunto *Poni* di Muzio *Boscii* del rione Pigna la somma di 80 fiorini d'oro e promette di restituirla entro il prossimo Natale.

- f. 35v Indictione prima mense agusti die XXIII<sup>or</sup>.  
 Testes: Mathutius domini Goptifredi de regione Arenule, dominus Matheus de Baccariis et Cecchus Vallati de regione Sancti Angeli, Petrus et Iohannes domini Iacobi de regione Pinee.  
 In presentia mei notarii et testium etc. Andreas Iohannis Gratiani de Perleonibus de regione Sancti Angeli ut principalis debitor, Cecchus Alexii Iohannis Cinthei de regione Arenule et Anthonius filius olim Pauli Poli de regione Sancti Angeli, qui iuravit etc. ut fideiussores ipsius quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ceteri liberentur, ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse habere et tenere a Sabba filio olim Poni Mutii Boscii de regione Pinee, presente et legitime stipulante<sup>(a)</sup> pro se et suis heredibus et successoribus, vel cui ipse Sabbas dare et concedere voluerit, videlicet otuaginta florenos boni et puri auri iusti et legalis ponderis, quos a dicto Sabba, tam dictus principalis quam dicti fideiussores confessi sunt se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus sese bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et
- f. 36r renumpsiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum etc. et spei future numerationis et receptionis quos quidem otuaginta florenos auri dicti depositarii tenere et salvos facere promiserunt ad omnem ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Sabbe redere et restituere promiserunt hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis et plenarie adimplendis tam dicti principalis quam dicti fideiussores obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia etc. et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. etiam ferriatis diebus, quibus ferriis renumpsiaverunt expresse et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore et renumpsiantes in hiis beneficio fori etc. et omnibus

aliis exceptionibus et defentionibus quibus contra predicta venire posset renumpiaverunt expresse, pro quibus obligaverunt bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “stipulanti”.

34.

1363, agosto 30

Nicola *Truccholi* calzolaio del rione Pigna, con il consenso della moglie Francesca, vende a Cola di Stefano muratore già di Preneste ed ora di Roma del rione Via Lata un palazzo a pianoterra con solario, con sale, camere e magazzini davanti, situato nel rione Pigna, al prezzo di 25 fiorini d'oro. L'acquirente versa 12 fiorini e promette di pagare la restante somma entro il prossimo mese di ottobre.

Il venditore nomina suo procuratore Giannello per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà. Dietro richiesta di Nicola si offrono quali garanti Lorenzo *Guarsellona* e Santo *Veri* del rione Pigna.

f. 36v

Indictione prima mense agusti die penultimo.

Testes: Iannelle sutor, Anthonius magistri Tutii et Paulus Liane de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus Truccholi calsolarius de regione Pinee, cum consensu et voluntate domine Francisce uxoris sue, presentis et consentientis et renumpiantis et refutantis omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum palafenorum guarnimentorum et omni alio sue iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consultus, quod est pro mulieribus introductus, certiorata primo per me eundem notarium, quid sit et quid dicat etc. ac die presente, sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Cole Stephani muratori dudum de Penestre nunc de Urbe de regione Vie Late, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Nicolaus dare et concedere voluerit, idest unum palatium terrineum et solaratum cum salis, cameris, statio ante se, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis positum in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Iacobelli Serromani de regione Pinee, a duobus lateribus sunt vie publice, ab alio latere tenet

f. 37r

Lellus Corraducii iure locationis sibi facte per Butium Iubillei et per dictum Iannellem, testem supra scriptum, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicto palatio cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiendi voluit et mandavit et donec fuerit investitum<sup>(a)</sup> constituit se, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea proprio nomine agat petat excipiat recipiat et defendat et in locum et privilegium ipsius venditoris succedat, nullumque sibi ius in premissis aliquo modo reservavit, vendidit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, omnia iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset in dicta domo seu palatio<sup>(b)</sup> contra omnes personas et loca etc. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, eidem emptori, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii XXV florenorum auri, de quibus presentialiter et manualiter recepit et habuit dictus venditor a dicto emptore XII florenos auri, de quibus XII florenos auri se bene quietum contentum vocavit et renumpiavit etc. residuum autem dictorum XXV florenorum auri, videlicet XIII floreni auri dictus Cola, emptor, dicto Nicolao, venditori, dare et solvere promisit in pecunia numerata et non in alia specie per totum

f. 37v

mensem octubris proxime futurum cum dampnis et expensis etc. et si plus dicto pretio dictum palatium valeret, totum illud plus quod valeret, dictus venditor, cum consensu dicte sue uxoris, dicto emptori, presenti et recipienti, amoris causa inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, quod dictum palatium cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius<sup>(c)</sup> venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone seu loco est venditum datum donatum cessum concessum nec modo aliquo alienatum in totum vel in partem et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione ac ipsam evictionem duplam solvere quacumque ex causa ipsa evictio sequeretur, asserens dictus venditor talem esse in Urbe consuetudinem de evictionibus aservatam, pro quibus obligavit dictus venditor penes dictum emptorem omnia bona sua etc. et renumpiavit etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Nicolai venditoris penes dictum Nicolaum<sup>(d)</sup> emptorem, presentem et recipientem, Laurentius Guarsellona et Santus Veri ambo de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicta bona superius obligata sunt ipsius venditoris et ad eum spectant pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret<sup>(e)</sup> voluerunt teneri de evictione etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “investitutum” <sup>(b)</sup> Depennato “nullumque” <sup>(c)</sup> Depennato em <sup>(d)</sup> Così P, ma intendasi “Cola” <sup>(e)</sup> P “apparet”.

35.

1363, settembre 4

Il nobile Donato *de Ylperinis* del rione di S. Eustachio dichiara di non aver mai fatto un contratto dotale con la moglie Margherita figlia del defunto Martino *Cafari* del rione Pigna e, dopo il contratto di matrimonio,

decide di contrarre un'obbligazione nei confronti della moglie per due casali, riuniti insieme con tutto il territorio circostante, situati fuori della porta Portuense, e per tutti gli altri beni mobili ed immobili. L'obbligazione è stata contratta in relazione alla dote di Margherita che assomma a 733 fiorini ed un terzo d'oro. Donato riceve al momento della stipula la somma di 300 fiorini d'oro che integra il versamento già da lui ricevuto.

Si conviene che se Donato dovesse morire prima di Margherita, sia con figli che senza figli, i suoi eredi dovranno restituire, sei mesi dalla sua scomparsa, la dote in denaro contante; se Margherita dovesse morire prima di Donato, senza aver procreato figli legittimi, la dote sarà restituita, entro sei mesi dalla sua scomparsa, alla persona demandata a tal fine.

Inoltre Donato dona per le nozze a Margherita 266 fiorini e due terzi d'oro alla condizione che se Donato dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli legittimi, allora Margherita diventerà proprietaria della donazione; se invece Donato dovesse morire prima della moglie, dopo aver procreato figli legittimi, allora Margherita godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la sua morte, la somma sarà devoluta ai figli.

Dietro richiesta di Donato si offrono quali garanti il nobile Giovanni *de Cafarellis* milite e Rainone di Cristoforo di Rainone emancipato dal padre come risulta dall'atto rogato dal notaio Francesco.

f. 38r Indictione II<sup>a</sup> mense septembris die III<sup>or</sup>.

Testes: Cecchus Lutii de Rogeriis mercator, Iohannes Cafari mercator de regione Pinee et Andreas Mancini de regione Parionis.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Donatus de Ylperinis de regione Sancti Eustachii, asserens et confitens numquam fuisse celebratum seu factum aliqualiter contractus dotale inter ipsum Donatum et infrascriptam dominam Margaritam eius uxorem, ac die presente<sup>(a)</sup> sua bona voluntate obligavit et in pignore domine Margarite filie olim Martini Cafari de regione Pinee<sup>(b)</sup>, uxori ipsius Donati, post contractum matrimonii inter ipsos, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus dicta domina Margarita dare et concedere voluerit, videlicet duo casalia ipsius Donati, simul iunta, cum totis eorum terris et territoriis, montibus, vallibus, collibus, planis, cultis, stirpis, stirpariis, aquis et aquarum decursibus cum omnibus eorum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus ipsorum et cuiuslibet ipsorum, que casalia posita sunt extra portam Portuensem, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Luce Iohannis Mathei de regione Trastiberim, ab alio latere tenent heredes

f. 38v quondam Pauli de Astallis de regione Sancti Eustachii, ab alio latere tenet \*\*\*\*\*<sup>(c)</sup>, ab alio latere tenet \*\*\*\* vel si qui etc. et generaliter et specialiter omnia alia bona ipsius Donati mobilia et immobilia presentia et futura, que nunc habet et in futurum adquisiturus est, dum hoc pignus et hec obligatio durabunt. Hunc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula que in hoc istrumento continetur dictus Donatus eidem domine Margarite, presenti et recipienti ut supra, fecit pro dote et nomine dotis ipsius domine Margarite VII<sup>c</sup>XXXIII florenos auri<sup>(c)</sup> et tertiam partem alterius floreni auri, de quibus dictus Donatus presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicta domina Margarita III<sup>c</sup> florenos boni et puri auri iusti et legalis ponderis, residuum autem dictorum VII<sup>c</sup>XXXIII florenorum auri<sup>(d)</sup> et tertiam partem alterius<sup>(e)</sup> floreni auri dictus Donatus a dicta domina Margarita confessus est et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a ipsa domina Margarita, de quibus omnibus VII<sup>c</sup>XXXIII florenis<sup>(f)</sup> auri se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renuntpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non receptorum et non ponderatorum dictorum florenorum et dotis predictae non habite et non recepte etc. sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat ipsum Donatum premori dicte domine Margarite, uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc,

f. 39r infra dimidii anni spatium a die obitus dicti Donati computando, dictam dotem eidem domine Margarite per heredes et successores suos redi et restitui voluit et mandavit, in pecunia numerata et non in alia specie, si dicta domina Margarita tunc visserit, aliter cui seu quibus ipsa domina Margarita commiserit et si non commiserit cui seu quibus lex dederit; si vero contingat ipsam dominam Margaritam premori dicto Donato, viro suo<sup>(g)</sup>, sine legitimis filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc infra spatium dicti dimidii anni a die obitus dicte domine Margarite computando, dictam dotem redere et restituere promisit cui seu quibus ipsa domina Margarita commiserit et si non commiserit cui seu quibus lex dederit in pecunia numerata et non in alia specie. Insuper dictus Donatus donavit super dictis bonis dicte domine Margarite, uxori sue, propter nuptias II<sup>c</sup>LXVI florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri, quia sic actum et conventum estitit inter ipsas partes sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat ipsum Donatum premori dicte domine Margarite, uxori sue, sine filiis ex eis legitime natis, tunc dicta domina Margarita habeat donationem predictam ad proprietatem ad faciendam de ea quicquid sibi perpetuo placuerit; si vero contingat ipsum Donatum premori dicte domine Margarite, uxori sue, cum filiis ex eorum

f. 39v matrimonio legitime genitis, tunc in dicto casu dicta domina Margarita habeat dictam donationem ad usufructum toto tempore vite sue et post eius mortem ad dictos eorum filios libere revertatur et si, ut dictum

est, firmiter observatum fuerit per dictum Donatum et eius heredes et successores, tunc hec carta sit vacua et nullius valoris efficacie vel momenti, aliter liceat ipsi domine Margarite et cui ipsa domina Margarita commiserit bona predicta superius obligata et omnia alia bona dicti Donati mobilia et stabilia apprehendere vendere donare obligare alienare tenere possidere vendere fructificare de eis facere quicquid sibi perpetuo placuerit donec de dicta dote et donatione propter nuptias sit dicte domine integre satisfactum pro quibus etc. et renuntiavit etc. ad petitionem et instantiam dicti Donati, nobilis vir<sup>(h)</sup> dominus Iohannes de Cafarellis miles et Raynonus Christofani Raynonis, emancipatus ut asserit a dicto suo patre, ut patere asserit manu Francisci publici notarii, sponte fideiusserunt penes dictam dominam Margaritam, presentem et recipientem, et promiserunt predicta bona obligata pro dote et donatione predictis sunt ipsius Donati etc. et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione de bonis eorum, pro quibus etc. et renuntiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P presenti <sup>(b)</sup> Depennato an <sup>(c)</sup> Depennato "floreos" fra VII<sup>c</sup> e XXXIII <sup>(d)</sup> Omesso "et" <sup>(e)</sup> P "ulterius" <sup>(f)</sup> Depennato "con" e omesso "et tertiam partem alterius floreni auri" <sup>(g)</sup> Depennato "tam cum" <sup>(a)</sup> Depennato "do".

36.

1363, settembre 13

Pietro di Rainone detto *Damarius* del rione Campitelli e Pietro di Giacomo del rione Pigna si scambiano tra loro le quietanze in relazione ad una certa quantità di porci che avevano affidato, per un contributo di miglioria, a Freda di Cisterna ed a Buzio di Giovanni *Capucie* di Monte Gentile, ma le bestie erano rimaste presso gli stessi Pietro di Giacomo e, in parte, presso Pietro di Rainone, il quale riceve un compenso di 50 fiorini d'oro; così pure le quietanze scambiate reciprocamente, riguardano i crediti fatti a Coletta oste, a Romano carrettiere, a Ceccola \*\*\*\* della contrada di S. Adriano, ad Angelo *Coticongi* beneficiato di S. Giovanni in Laterano, a Nardo *Presbiteri Mathei* ed a molti altri debitori.

f. 40r Indictione II<sup>a</sup> mense septembris die XIII.

Testes: Laurentius Guarsellona, Paulus Marronis de regione Pinee et Marthellutius Iohannis Homodei de regione Parionis.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus Raynonis dictus alias Damarius de regione Campitelli, ex una parte, et Petrus domini Iacobi de regione Pinee, ex alia parte, ac die presente sua bona voluntate sponte renuntiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt unus alteri et alter alteri omne ius omnemque actionem realem et personalem utilem et directam tacitam et expressam ypotecariam seu mistam quem et quam unus alteri et alter alteri petere posset usque in presentem diem tam ratione certe quantitatis porcorum, quos dederant ad melioramentum Frede de castro Cisterne et Butio Iohannis Capucie de castro Montis Gentilis, qui porci penes ipsum Petrum domini Iacobi remanserunt et pro parte<sup>(a)</sup> penes Petrum Raynonis contingentem<sup>(b)</sup>, presentialiter et manualiter recepit dictus Petrus Raynonis L florenos auri<sup>(c)</sup> a dicto Petro domini Iacobi, de quibus etc. et renuntiavit etc. Item occasione certe credentie Colecte tabernarii, Romani carrarii, Cecchole \*\*\*\*\* de contrada Sancti Adriani<sup>(d)</sup> et domini Angeli Coticongi beneficiatus<sup>(e)</sup> Sancti Iohannis de Laterano, Nardi presbiteri Mathei

f. 40v et plures aliorum debitorum et generaliter de omni eo quod unus alteri et alter alteri petere possent usque in presentem diem. Hanc autem refutationem fecit unus alteri et alter alteri pro eo quod dictus Petrus Raynonis presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Petro domini Iacobi L florenos auri pro pretio dictorum porcorum, residuum autem confessus est recepisse<sup>(f)</sup>. Item dictam refutationem unus alteri et alter alteri fecerunt de omni eo quod unus alteri et alter alteri petere posset usque in diem presentem, pro eo quod ipsi ambo et quilibet ipsorum ab alio se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renuntiavit etc. ita et taliter quod hoc refutatio sit generalis et generalissima ambobus ipsis et omnia in ea veniant et venire intelligantur prout si esse specificata et de eis fieret in presentem contractum mentio specialis. Et promiserunt unus alteri et alter alteri quod omnia iura uni competentia contra alterum et alteri contra alterum nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa seu quomodolibet alienata in totum vel in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona seu loco factus est nec factus apparet et si contrarium appareret et ea de causa dictus Petrus domini Iacobi in dampnum veniret vel

f. 41r expensas fecerit, voluit<sup>(g)</sup> dictus Petrus Raynonis teneri de evictione de aliis suis bonis etc. et versa vice si dicta de causa dictus Petrus Raynonis in dampnum veniret vel expensas fecerit seu evicto fuerit, ut supra dictum, Petrus domini Iacobi voluit teneri de evictione de aliis suis bonis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt unus alteri et alter alteri omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renuntiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "contingentem" è annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(b)</sup> Depennato "eorum" <sup>(c)</sup> L'espressione che segue fino a "Iacobi" è annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno convenzionale <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> P "beneficiato" <sup>(f)</sup> Depennato "et sic dictus Petrus domini Iacobi renupit" <sup>(g)</sup> P "vouit".

Tuzio *Ubere* del rione Pigna, con il consenso della moglie Caterina, vende al maestro Pietro di Giannuzio *Diteguardi* fabbro detto *Scoppolo* dello stesso rione, una casa a pianoterra con solario, con un orto retrostante, situata nel rione Pigna al prezzo di 60 libbre di provisini del senato.

Il venditore nomina suo procuratore Tuzio di Nicola *Arliprine* detto Tuzio per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro richiesta di Tuzio si offrono quali garanti il figlio Antonio e Paluzio di Petruzio *Marronis*.

Indictione II<sup>a</sup> mense septembris die XVI.

Testes: Iannelle sutor, Nicolaus Truccholi et Nicolaus Normandi de Thedallinis de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Tucus Ubere de regione Pinee, cum consensu et voluntate domine Catherine uxoris sue, que primo renumpsiavit omni suo iure dotalis donationis propter numptias alimentorum palafernorum et omni alio suo iure et specialiter adiutorium Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, de ipso primo

f. 41v

certiorata per me eundem notarium, quid sit et quid dicat, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit magistro Petro Iannucii Dioteguardi ferrario dicto alias Scoppolo de dicta regione, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipse magister Petrus dare et concedere voluerit, idest unam domum ipsius Tutii terrineam et solaratam cum orto post se, positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Serromani, ab alio Egidius Sollacii sutor<sup>(a)</sup>, ante est via publica, retro tenet heredes<sup>(b)</sup> Nicolai<sup>(c)</sup> Marronis vel si qui etc. et per Tutium Nicolai Arliprinem dictus Tutius suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum magistrum Petrum de dicta domo cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplistendam dictus venditor eidem emptori liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictam domum possit intrare etc.<sup>(d)</sup> vendidit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, omnia iura que nunc habet in dicta domo et in futurum habere posset contra omnes personas etc. nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit. Hanc autem venditionem et que dicta sunt

f. 42r

dictus venditor, eidem emptori, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii LX libras provisinorum senatus, quas dictus venditor a dicto emptore confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio dicta domus valeret dictus Tutius, cum consensu dicte sue uxoris, eidem emptori inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, quod dicta domus est ipsius et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone seu loco est vendita data donata cessa concessa nec modo aliquo alienata in totum vel in partem et si contrarium appareret<sup>(e)</sup> voluit teneri de evictione secundum consuetudinem Urbis de aliis suis bonis propriis, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc. et ad hec

- Anthonius filius dicti Tutii

- Palutius Petrutii Marronis

quilibet ipsorum in solidum, ad petitionem et instantiam dicti Tutii, penes dictum emptorem, presentem et recipientem, sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicta domus est dicti Tutii, venditoris, et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone seu loco est vendita etc. et si contrarium appareret<sup>(f)</sup> voluit teneri de evictione tantum prout ipse principalis tenetur et obligatus est, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Segue "ab alio" erroneamente non depennato e poi "tenet" depennato <sup>(b)</sup> Annotato successivamente nell'interlinea superiore  
<sup>(c)</sup> Corretto con i le due lettere finali di "Nicolaus" <sup>(d)</sup> Depennato "ha" <sup>(e)</sup> P "apparet" <sup>(f)</sup> P "apparet"

Tuzio *Hubere* promette solennemente al maestro Pietro di Giannuzio *Diteguardi* detto *Scoppolo*, entrambi del rione Pigna, di pagare, entro i prossimi 3 mesi, 60 libbre di provisini che ha ricevuto in deposito, mentre lo stesso maestro Pietro promette solennemente che dopo il pagamento della somma gli venderà di nuovo la casa già da lui acquistata dallo stesso Tuzio.

Le parti contraenti si impegnano ad osservare i patti e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

f. 42v

Hec<sup>(a)</sup> sunt conventiones et pacta habita et firmata inter Tutium Hubere de regione Pinee, ex una parte, et magistrum Petrum dictus alias Scoppolo ferrarium, ex alia parte, de dicta regione videlicet quod dictus Tutius promisit et per solempnem et legitimum stipulationem convenit dicto magistro Petro, presenti et recipienti, dare et solvere eidem, hinc ad tres menses proxime futuros<sup>(b)</sup> LX libras provisinorum, quas confessus est recepisse in depositum ab eodem et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum et

pacatum vocavit etc. et renumpiavit etc. et dictus magister Petrus promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Tutio quod facta dicta solutione de dictis LX libris, ipse magister Petrus faciet curam et venditionem de domo vendita ipsi magistro Petro per dictum Tucium cum curis et cautelis de iure sufficientibus, que domus posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Serromani, ab alio Egidius Sollacii, ante est via, retro tenet heredes olim Nicolai Marronis vel si qui etc. pro quibus obligaverunt dicte partes bona ipsorum et promiserunt predicta observare<sup>(c)</sup> ad penam C librarum provisinorum pro medietate etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue, privo della datazione e dei testimoni, è stato annotato in continuazione all'inizio del nuovo foglio: in realtà si tratta di un documento complementare rispetto al precedente ma autonomo, certamente compilato nella stessa circostanza, come è confermato dalla successione di atti rogati nello stesso giorno in vista di un contratto di parentela e di una obbligazione dotale tra gli stessi personaggi <sup>(b)</sup> Depennato v <sup>(c)</sup> Segue erroneamente una t finale non depennata.

39.

1363, settembre 16

Il maestro Pietro fabbro e Tuzio *Hubere*, entrambi del rione Pigna, stipulano un contratto di parentela: Tuzio promette al maestro Pietro di concedergli in moglie la cognata Giovanna figlia del defunto Lello *Bone* con la dote e gli ornamenti di 60 libbre di provisini del senato ed altri oggetti preziosi, Pietro promette, a sua volta, a Tuzio di ricevere in moglie Giovanna con la dote, gli ornamenti e gli oggetti preziosi e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro 8 giorni.

Le due parti si impegnano al rispetto della convenzione con una pena di 200 libbre di provisini del senato: si riservano comunque di prolungare o di abbreviare il tempo concordato a loro discrezione e per l'osservanza dei patti si scambiano il bacio della vera pace.

f. 43r

Indictione II<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> septembris die XVI.

Testes: coram supradictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt conventiones et pacta et promissiones parentele habita et firmata inter magistrum Petrum ferrarium predictum, ex una parte, et Tutium Hubere predictum, ex alia parte, videlicet quod dictus Tutius promisit et convenit dare in legitimam uxorem ipsi magistro Petro dominam Iohannam filiam olim Lelli Bone, congenatam ipsius Tutii, cum dote et guarnimentis LX librarum provisinorum et aliis<sup>(b)</sup> iocalibus, inter ipsas partes conventis, et dictus magister Petrus promisit et convenit ipsi Tutio, presenti et recipienti<sup>(c)</sup>, dictam dominam Iohannam in legitimam suam uxorem recipere cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus predictis, quam parentelam ad effectum ducere promiserunt hinc ad VIII dies proxime futuros, prolongando et abbreviando tempus prout ipsis partibus placuerit, sub pena et ad penam II<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc. et ad cautelam, nomine sacramenti, prestiterunt ad invicem osculum vere pacis etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "agusti" <sup>(b)</sup> P "alii" <sup>(c)</sup> Depennato "dare".

40.

1363, settembre 16

Il maestro Pietro \*\*\*\*\* fabbro detto *Scoppolus* del rione Pigna obbliga nei confronti di Tuzio *Ubere* dello stesso rione, presente a nome della cognata Giovanna figlia del defunto Lello *Bone*, futura sposa dello stesso Pietro, una casa situata nel rione Pigna ed i suoi beni mobili ed immobili, finché durerà il pegno dotale. L'obbligazione è prestata in cambio della dote di Giovanna corrispondente a 40 libbre di provisini del senato che Pietro dichiara di aver già ricevuto.

Le parti convengono che se Pietro dovesse morire prima di Giovanna, sia con figli che senza figli legittimi, gli eredi, entro 6 mesi dalla sua scomparsa, dovranno restituire alla moglie la dote in denaro contante; se invece Giovanna dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, Pietro, entro sei mesi dalla scomparsa della moglie, dovrà restituire la dote alle persone designate a tal fine.

Inoltre Pietro dona per le nozze a Tuzio, presente anche a nome di Giovanna, 20 libbre di provisini del senato alla condizione che se Pietro dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli legittimi, allora Giovanna avrà facoltà di impiegare la somma a sua discrezione, se invece saranno stati procreati dei figli, allora Giovanna godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la sua morte, la somma sarà devoluta ai figli.

L'obbligante assicura che quando suo figlio Cecco avrà raggiunto i 14 anni darà il consenso all'obbligazione. Quali garanti di Pietro si offrono Tuzio di Nicola *Arlocti* detto *Clericus* del rione Colonna e Tuzio di Lello *Cumati* del rione Campo Marzio.

f. 43v

Eodem mense, indictione et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus \*\*\*\*\*<sup>(a)</sup> ferrarius alias dictus Scoppolus de regione Pinee, sua bona voluntate obligavit et in pignus dotale posuit Tucio Ubere de regione Pinee, presenti et recipienti pro

domina Iohanna filia olim Lelli Lilli<sup>(b)</sup>, cognata ipsius Tutii et ad opus et utilitatem ipsius domine Iohanne et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine domine Iohanne et pro ipsa<sup>(c)</sup>, futura uxore in Dei nomine dicti magistri Petri, videlicet unam domum ipsius magistri Petri, positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere est via publica, ab alio tenent heredes quondam Iohannis Pauli de Rosa, ab alio Capocasa, ab alio dicti heredes vel si qui etc. et generaliter et specialiter omnia alia bona ipsius magistri Petri mobilia et stabilia presentia et futura, que nunc habet et in futurum adquisiturus est dum hoc pignus et obligatio durabunt. Hanc autem obligationem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur, dictus magister Petrus eidem Tutio, presenti et recipienti, nomine ipsius domine Iohanne et mihi notario, recipienti et stipulanti per ipsam et ad opus et utilitatem ipsius, fecit pro dote et nomine dotis ipsius domine Iohanne XL<sup>(d)</sup> librarum provisinorum senatus, quas confessus est se recepisse et habuisse et

f. 44r penes se habere et tenere, de quibus etc. et renumpsiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat ipsum magistrum Petrum premori dicte domine Iohanne, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc, in dicto casu, infra dimidii anni spatium post obitum ipsius magistri Petri, dictam dotem voluit et mandavit per heredes et successores ipsius ipse domine Iohanne redi et restitui in pecunia numerata et non in alia specie, si tunc visserit, aliter cui ipsa domina Iohanna commiserit et si non commiserit cui lex dederit; si vero contingat ipsam dominam Iohannam premori dicto magistro Petro, viro suo futuro, sine filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc in dicto spatio dimidii anni, dictam dotem redere et restituere promisit in pecunia numerata cui ipsa domina Iohanna commiserit et si non commiserit cui lex dederit. Insuper dictus magister Petrus donavit propter nuptias Tutio, presenti et recipienti pro dicta domina Iohanna, et mihi notario ut publice persone, recipienti et stipulanti pro ipsa et ad ipsius opus et utilitatem in dictis bonis, XX libras provisinorum senatus, sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat ipsum magistrum Petrum premori dicte domine Iohanne, future uxori sue, sine filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc dicta domina habeat dictam donationem

f. 44v ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit, scilicet si cum filiis, tunc dicta domina Iohanna habeat dictam donationem ad usufructum toto tempore vite sue, et post eius mortem ad dictos suos filios revertatur. Et si, ut dictum est, firmiter observatum fuerit, tunc hec carta sit inefficax et inanis et nullius valoris, aliter liceat dicte domine et suis heredibus et successoribus vel habentibus causam ab eadem, dicta bona obligata pro dote et donatione predictis capere tenere possidere etc. donec eidem domine aut suis heredibus et successoribus fuerit de predictis integre satisfactum etc. Insuper promisit dictus magister Petrus quod dicta domus est ipsius obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii est vendita etc. et si contrarium appareret<sup>(e)</sup> voluit teneri de evictione secundum consuetudinem Urbis etc. et quod quando Cecchus filius ipsius magistri Petri pervenerit ad etatem perfectam XIII annorum, huic obligationi consensiet ratificabit et acceptabit et rata et firma habebit sub obligatione ipsius magistri Petri etc. et ad hec Tutius Nicolai Arlocti dictus alias Clericus de regione Columpne et Tutius Lelli Cumate de regione<sup>(f)</sup> Campimartis, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt pro dicto magistro Petro penes dictum

f. 45r Tucium Ubere, presentem et recipientem pro dicta domina Iohanna cognata ipsius et promiserunt quod dicta domus est ipsius magistri Petri obligantis et ad eum spectat pleno iure et quod nemini est vendita etc. et quod quando dictus Cecchus filius ipsius habebit<sup>(g)</sup> etatem perfectam XIII annorum, huic obligationi consensiet ratificabit et acceptabit et ratam et firmam habebit et renumpsiabit omni suo iure, si quod haberet, in dicta domo sub obligatione bonorum ipsius Ceccholi et dictorum fideiussorum mobilium et immobilium presentium et futurorum etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt etiam teneri de evictione tantum, ut ipse principalis tenetur et obligatus est etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Probabilmente "Petrus Iannucii Dioteguardi" v. doc 118 f. 41v <sup>(b)</sup> Così P, probabilmente per una iterazione mnemonica: già in precedenza il patronimico è stato indicato con Bone <sup>(c)</sup> L'espressione che segue fino a "Petri è stata annotata nell'interlinea superiore <sup>(d)</sup> Si tenga presente che verosimilmente il notaio è incorso in una inversione della numerazione romana: infatti nell'atto precedente la dote è indicata in 60 libbre di provisini del senato <sup>(e)</sup> P "appare" <sup>(f)</sup> Depennato "Colup" <sup>(g)</sup> Depennato p.

#### 41.

1363, settembre 18

I nobili Pietro e Giovanni figli del defunto Nicola di Andrea *de Aniballis* che si obbligano anche per il fratello Andrea, vendono a Cecco Sabbatino del rione Pigna le ghiande delle selve di *Capitingiani*, situate fuori della porta *Domine*, al prezzo di 24 fiorini d'oro.

Cecco versa 10 fiorini d'oro e promette di corrispondere la somma restante entro la prossima festa di S. Andrea.

Le parti convengono che un branco di circa 60 porci possa pascolare nella selva.

Indictione II<sup>a</sup> mense agusti<sup>(a)</sup> die XVIII.

Testes: Cola et Petrus Cecchi Iohannis Leonis, Andreotius Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee.



In presentia mei notarii et testium etc. nobiles viri Petrus et Iohannes, germani fratres, filii olim Nicolai Andree de Aniballis, qui iuraverunt etc. et qui pro Andrea, frate eorum, se principaliter obligaverunt de rato et rati abitione, ac die presente sponte vendiderunt Ceccho Sabbatino de regione Pinee presenti et recipienti, glandes silvarum Capitingiani ipsorum fratuum, posite extra portam<sup>(b)</sup> Domine, inter hos fines<sup>(c)</sup>, vel si qui etc. Hanc autem venditionem fecerunt, pro se et quo supra nomine pro pretio et nomine pretii XXIII<sup>(d)</sup> florenorum auri, de quibus confessi sunt recepisse et habuisse X florenos auri ab ipso Ceccho pro toto isto presente anno, dum glandes durabunt in dicta silva, residuum autem dictorum XXIII florenorum auri dare promisit dictis fratribus hinc ad festum sancti Andree proxime futurum cum dampnis et expensis etc. actum et conventum estitit iner ipsas partes, quod LX porci vel idcirca possint currere dictam silvam, prout tangit pro rata etc.<sup>(e)</sup> pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così erroneamente P, ma intendasi “septembris” sia perché il mese deve corrispondere alla seconda indizione, che scatta con settembre, sia perché gli atti notarili seguono normalmente un’asuccessione temporale e tra quelli precedenti e quelli successivi si inserisce il presente documento <sup>(b)</sup> Depennato “S” e “Pincianam” <sup>(c)</sup> Sono stati omessi i confini e passa immediatamente al formulario successivo <sup>(d)</sup> Depennato V dal precedente numero XXVIII <sup>(e)</sup> Depennato un segno grafico incompleto.

42.

1363, settembre 18

Giovanna moglie di Giacobello *Cioli* del rione *Via Lata* nomina suo procuratore per le sue cause Giovanni di Giacomo del rione *Pigna* e promette di approvare il suo operato.

Indictione II<sup>a</sup> mense septembris die XVIII.

Testes: Petrus Meoli et Iannelle sutor.

In presentia mei notarii et testium etc. domina<sup>(a)</sup> Iohanna uxor Iacobelli Cioli de regione Vie Late sponte fecit suum procuratorem ad causas Iohannem domini Iacobi de regione Pinee, presentem et recipientem, et promisit de rato.

<sup>(a)</sup> Depennato “Paula”.

43.

1363, settembre 18

Pietro di Giovanni asinaio del rione Trevi promette a Ceccolello *Cafari* dello stesso rione di trasportare con quattro asini e con due cavalli il suo mosto in ragione di 6 solidi e 8 denari per ciascuna cavallata e riceve 2 fiorini d’oro.

Eodem mense et die.

Testes: Paulus Marronis et Laurentius Marcellutii.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus Iohannis casengus de regione Trivii<sup>(a)</sup> sponte promisit Ceccolello Cafari de regione predicta carriare cum<sup>(b)</sup> IIII<sup>or</sup> asinis<sup>(c)</sup> cum duobus caballis mustum ipsius ad rationem VI solidorum et VIII denariorum per caballatam, pro quibus recepit<sup>(d)</sup> florenos auri duos.

<sup>(a)</sup> Depennato per distrazione “regione” anziché il successivo “Pinee” sostituito nell’interlinea superiore con “Trivii” <sup>(b)</sup> Depennato “duo” <sup>(c)</sup> Omesso “et” <sup>(d)</sup> Depennato “auri”.

44.

1363, settembre 30

Angelo di Meo *Tarini* del *castrum* di Monte Rotondo promette di servire i fratelli Paolo e Cecco *Marronis* per un anno al prezzo di 28 libbre di provisini del senato.

Indictione II<sup>a</sup> mense septembris die ultimo.

Testes: Nicolaus et Petrus filii olim Cecchi Iohannis Leonis et Iacobellus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Angelus Mei Tarini de castro Montis Rotundi sponte promisit servire Paulo Marronis et Ceccho, eius frati, hinc ad unum annum proxime futurum pro pretio XXVIII librarum etc.

45.

1363, ottobre 5

Antonio figlio del defunto Nicola detto *Gualassus* macellaio del rione *Pigna*, con il consenso della moglie Lorenza, riceve in deposito da Nuzio di Lello di Pietro *Cicarelli* del rione *Campitelli* la somma di 6 fiorini d’oro, unodei quali lo ha già riscosso.

Indictione II<sup>a</sup> mense octubris die V.

Testes: Nutius Pauli Censi de regione Columpne et Cecchus Iohannis Guallati de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius filius<sup>(a)</sup> olim Nicolai alias dicti Gualassi macellarius de regione Pinee, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate domine Laurentie, uxoris sue, presentis et consentientis et renumpiantis omni iure suo tam ratione dotis donationis propter nuptias alimentorum parafernorum et omni alio sui iure et specialiter auxilio Velleiani senatus quod est pro mulieribus introductus<sup>(b)</sup>, de ipso per me eundem notarium primo certiorata et ipsa domina Laurentia cum consensu et voluntate dicti sui viri, presentis et consentientis, quilibet ipsorum in solidum confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse a Nutio Lelli Petri Cicarelli de regione Campitelli, presente et recipiente ac legitime stipulante, VI florenos auri, de quibus presentialiter et manualiter receperunt, unum videlicet confessi sunt recepisse.

<sup>(a)</sup> P “filium” <sup>(b)</sup> Depennato “unu”.

46.

1363, ottobre 8

Bartolomeo di Guglielmo oste già di *Calmarginola* e ora del rione Pigna e Gosmato fabbro del rione Monti, a nome di Francesca figlia del defunto Pacetto del rione Pigna, stipulano una convenzione di fidanzamento: Gosmato promette a Bartolomeo di concedergli in moglie Francesca con la dote e gli ornamenti di 50 libbre di provisini del senato ed altri oggetti preziosi, Bartolomeo promette a sua volta, a Gosmato di ricevere in moglie Francesca con la dote e gli ornamenti e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro il prossimo mese. Le parti si riservano di prolungare o di abbreviare il tempo concordato a loro discrezione. Bartolomeo obbliga i suoi beni mobili ed immobili e Gosmato obbliga i beni mobili ed immobili di Francesca e, per l'osservanza dei patti, si scambiano il bacio della vera pace.

f. 47r

Indictione II<sup>a</sup> mense octubris die VIII.

Testes: Lippus Riciutoli, Laurentius Candulfi, Iohannes Rodini et Caula calsolarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt fidantie conventiones et pacta habita et firmata, in Dei nomine, inter Bartholomeum Guilielmi dudum de Calmarginola nunc de regione Pinee tabernarium, ex una parte, et Gosmatum ferrarium de regione Montium, pro domina Francisca filia olim Pacepti de regione Pinee, ex alia parte, videlicet quod dictus Gosmatus promisit et convenit dicto Bartholomeo<sup>(a)</sup> quod dicta domina recepisse in suum virum dictum Bartholomeum cum dote<sup>(b)</sup> et guarnimentis L librarum provisinorum et alia iocalia inter ipsas partes conventis<sup>(c)</sup> et dictus Bartholomeus promisit dicto Gosmato, recipienti, dictam dominam in uxorem cum dote et guarnimentis inter ipsas partes conventis etc. quam parentelam ad effectum ducere promiserunt hinc ad unum mensem proxime futurum, prolongando et abreviando terminum ut ipsis partibus placuerit,

f. 47v

pro quibus omnibus et singulis observandis predictae partes, videlicet dictus Bartholomeus obligavit dicto Gosmato, presenti et recipienti pro dicta domina, et mihi notario ut publice persone, recipienti pro dicta domina, omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura et dictus Gosmatus obligavit dicto Bartholomeo, presenti et recipienti, omnia bona dicte domine mobilia et immobilia presentia et futura et ad cautelam, nomine iuramenti, sese ad invicem osculantes etc.

<sup>(a)</sup> Depennato d <sup>(b)</sup> Segno abbreviativo errato per dotem <sup>(c)</sup> P “contentis”.

47.

1363, ottobre 8

Francesca figlia del defunto Pacetto del rione Pigna vende a Bartolomeo di *Calmarginola* ed ora del rione Pigna una casa a pianoterra con solarario e un porticato davanti, situata nel rione Pigna, al prezzo di 50 libbre di provisini del senato.

Dietro richiesta della venditrice si offre quale garante del diritto di proprietà Gosmato fabbro del rione Monti.

Eodem<sup>(a)</sup> mense et die et coram dictis testibus.

Domina Francisca<sup>(b)</sup> filia olim Pacepti de regione Pinee, (b) renumpiavit omni sue iure dotis donationis propter nuptias alimentorum parafernorum et omni alio iure et specialiter adiutorium Velleiani senatus, quod est pro mulieribus introductus, de ipso per me eundem notarium primo certiorata quid sit et quid dicat, ac die presente sua bona voluntate<sup>(c)</sup> vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit<sup>(d)</sup> Bartholomeo Guilielmi dudum de Calmarginola nunc de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui dare et concedere voluerit in perpetuum et personaliter investiens eundem, idest unam suam domum terrineam et solaratam cum porticali ante se, cum introitibus et exitibus suis, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, positam in regione

f. 48r

Pinee inter hos fines, ab uno latere tenet domina Maria uxor olim Lelli Cole Angeli, ab alio latere tenet Cecchola Mascii sutoris<sup>(e)</sup>, ante est via publica vel si qui etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur prefata venditris eidem Bartholomeo

emptori, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii L librarum provisinorum senatus, quas L libras dicta venditris a dicto emptore confessas esse se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus L libris seu de quo pretio se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio dicta domus valeret totum illud plus quod valeret dicta venditris eidem emptori honesti amoris causa inter vivos donavit cessit et concessit, vendidit etiam dicta venditris eidem emptori omnia iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset in domo predicta contra omnes personas et loca, ita quod amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat et in locum et privilegium [iuris] ipsius venditricis<sup>(f)</sup> succedat nullumque sibi ius aliquo modo reservavit, ad quam possessionem adimplendam dicta venditris

f. 48v

eidem emptori liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictam domum possit vendere donare pignora alienare et de ipsa facere quicquid sibi perpetuo placuerit. Et promisit insuper dicta venditris dicto emptori, presenti et recipienti, quod dicta domus est ipsius et ad eam<sup>(g)</sup> spectat pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et ad hec Gosmatus ferrarius de regione Montium ad petitionem et instantiam dicte domine Franciscie venditris, penes dictum emptorem, presentem et recipientem, sponte fideiussit et promisit quod dicta domus superius vendita est ipsius venditricis et ad eam spectat pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret<sup>(h)</sup> voluit teneri de evictione etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio "misse" <sup>(b)</sup> Depennato uxor <sup>(c)</sup> Depennato "obli" <sup>(d)</sup> L'espressione che segue fino a "perpetuum" è annotata in calce al foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(e)</sup> Nel f. 49r è indicato "Cecchola uxor olim Mascii sutoris" <sup>(f)</sup> P "vennitricis" <sup>(g)</sup> P "eum" <sup>(h)</sup> P "apparet".

48.

1363, ottobre 8

Bartolomeo di Guglielmo di *Carmangiola* ed ora di Roma del rione Pigna obbliga nei confronti di Francesca figlia di Pacetto del rione di S. Marco, futura moglie dello stesso Bartolomeo, una casa a pianoterra con solaro ed una bottega davanti, situata nel rione Pigna, e tutti i suoi beni finché durerà il pegno dotale. L'obbligazione è prestata in cambio della dote di Francesca di 33 libbre, 6 solidi e 8 denari di provisini del senato che Bartolomeo dichiara di aver già ricevuto.

Le due parti convengono che se Francesca dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli legittimi, allora Bartolomeo, entro sei mesi dalla scomparsa della moglie, dovrà restituire la dote impegnata nella casa alle persone da lei designate; se invece Bartolomeo dovesse morire prima della moglie, sia con figli o senza figli legittimi, gli eredi, entro sei mesi dalla sua scomparsa, dovranno restituire la dote impegnata nella casa.

Inoltre Bartolomeo dona per le nozze a Francesca 16 libbre, 13 solidi e 4 denari di provisini del senato impegnati nella casa alla condizione che se Bartolomeo dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli legittimi, allora Francesca avrà facoltà di impiegare la somma a sua discrezione; se invece Bartolomeo dovesse morire prima della moglie con figli legittimi procreati dal loro matrimonio, allora Francesca godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la sua morte, la somma sarà devoluta ai figli.

Nel caso di uno scioglimento del matrimonio Francesca potrà disporre della casa obbligata sia per la dote nuziale che per la donazione dotale.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium etc. Bartholomeus Guilielmi dudum de Carmangiola nunc

f. 49r

de Urbe de regione Pinee, qui iuravit etc. ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et in pignore dotale posuit domine Franciscie filie olim Pacepti de regione Sancti Marci<sup>(a)</sup>, future uxori Domino concedente, ipsius Bartholomei et ad ipsius domine Franciscie et ipsius heredibus et successoribus, presenti et recipienti ac legitime stipulanti<sup>(b)</sup>, et mihi notario, ut publice persone recipienti pro ipsa, idest unam suam domum terrineam et solaratam cum statio ante se<sup>(c)</sup>, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, que domus posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet domina Maria uxor olim Lelli Cole Angeli, ab alio tenet Cecchola Mascii sutoris, ante est via publica vel si qui etc. et generaliter et specialiter omnia alia et singula bona sua, que nunc habet et in futurum adquisierit, dum hoc pignus et obligatio durabunt<sup>(d)</sup>. Hunc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt dictus Bartholomeus eidem domine Franciscie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, fecit pro dote et nomine dotis trigintatium librarum, solidorum VI et denariorum VIII provisinorum senatus, quas dictus Bartholomeus a dicta domina Francisca confessus est se recepisse et habuisse

f. 49v

et penes se habere et tenere, de quibus etc. et renumpsiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat ipsam dominam Franciscam premori dicto Bartholomeo, futuro viro suo, sine legitimis filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc promisit dictus Bartholomeus, infra dimidii anni spatium post obitum ipsius domine Franciscie computando, dictam dotem redere et restituere in dicta domo cui ipsa domina

Francisca commiserit et si non commiserit cui lex dederit, quia sic actum et conventum estitit inter ipsas partes; si vero contingat ipsum Bartholomeum premori dicte domine Francisce, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc infra dimidii anni spatium a die ipsius obitus computando, dictam dotem per heredes et successores ipsius in domo predicta redi et restitui dicte domine Francisce voluit et mandavit quia sic actum et conventum estitit inter ipsas partes. Item dictus Bartholomeus donavit dicte domine Francisce propter nuptias in dicta domo libras XVI, solidos XIII, denarios III sub hiis pactis et tenoribus, quos si contingat ipsum Bartholomeum premori dicte domine Francisce, future uxori sue, sine legitimis filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc dicta domina Francisca habeat dictam donationem ad perpetuam proprietatem, ad facienam de ea quicquid sibi placuerit; si vero contingat ipsum Bartholomeum premori dicte domine Francisce, future uxori sue, cum filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc dicta domina Francisca habeat dictam donationem in domo predicta ad usufructum toto tempore vite sue et post eius mortem ad dictos eorum filios libere revertatur. Et si, ut dictum est, factum et observatum fuerit pro parte dicti Bartholomei, tunc hec carta sit inefficax et inanis et nullius valoris, alioquin, dissoluto matrimonio, liceat ipsi domine dictam domum, supra obligata pro dote et donatione predictis, capere tenere vendere alienare et de ipsa facere quicquid sibi perpetuo placuerit, quia sic actum et conventum estitit inter ipsas partes etc.<sup>(e)</sup>

<sup>(a)</sup> Così P, vedasi nel doc. 128 il riferimento al rione Pigna <sup>(b)</sup> Depennato “pro se”; manca “opus et utilitatem” <sup>(c)</sup> Così P, nel doc. 128 è indicato “cum porticali ante se” <sup>(d)</sup> Depennato “sub hiis pactis et tenoribus quod si contingant” <sup>(e)</sup> Alla fine del foglio il notaio ha annotato “Eodem die et coram dictis testibus facta fuit aralia” ma l’indicazione, ripetuta con completezza formale nel documento successivo, ha il valore di una postilla che esula dal formulario dell’obbligazione dotale.

49.

1363, ottobre 8

Bartolomeo di Guglielmo di *Carmangiola* e Francesca figlia di Pacetto entrambi del rione Pigna, interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio. Bartolomeo infila l’anello d’oro con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Francesca, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. supradictus Bartholomeus interrogatus per me eundem notarium si volebat in suam legitimam uxorem dictam dominam Franciscam, ibidem presentem, qui sponte respondit “Volo”, et versavice interrogata dicta domina Francisca per me iam dictum notarium si volebat in suum legitimum<sup>(b)</sup> virum dictum Bartholomeum, ibidem presentem, que sponte respondit “Volo” et tunc dictus Bartholomeus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso, intervenientibus verbis, per me solempniter dictis “Quod Deus coniunsit homo non separet” dictus Bartholomeus arravit eandem, immisso dicto anulo aureo in digito anulari ipsius domine<sup>(c)</sup> Francisce manus dextre etc.

<sup>(b)</sup> Depennato “uxorem” <sup>(c)</sup> Depennato “Bartho”.

50.

1363, ottobre 17

Pietro di Cola *Iubarellarii* detto *Boccapertuso* del rione Pigna, con il consenso della madre Angela che si obbliga per gli impegni presi dal figlio, offre la sua opera a Paolo di Petruccio *Marronis* detto *Pellacio*, sarto del rione Pigna e della contrada *Camilgiani* per un lavoro di cucitura per un periodo di un anno a cominciare dalla festa di S. Ludovico del mese di agosto al prezzo di 12 libbre di provisini del senato.

Il lavorante riceve 6 libbre per il primo semestre, la somma restante gli sarà versata all’inizio del secondo semestre.

Pietro promette di servire Paolo di giorno e di notte, nel periodo consueto per il lavoro di cucitura, con una pena di 25 libbre di provisini del senato.

Eodem anno, indictione II<sup>a</sup> mense octubris die XVII.

Testes: dominus Angelus Marronis, dominus presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea et Colutia famulus Cole Bei de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus filius Cole Iubarellarii dicti alias Boccapertuso de regione Pinee, qui primo iuravit etc. cum consensu et voluntate domine Angele matris sue, presentis et consentientis et promictentis et se principaliter obligantis, quod dictus filius suus infrascriptus per eum promissa inviolabiliter observabit sub pena infrascripta, sua bona propria et spontanea voluntate et ex certa scientia piativit se cum Paulo Petrutii Marronis dicto alias Pellacio sutore de regione Pinee in contrada Camilgiani, presente et recipiente, ad suendum pro uno anno proxime futuro, incepto in festo Sancti Lodoicy<sup>(d)</sup> de mense agusti proxime futuro finiendo, ut sequitur, pro pretio et nomine pretii XII librarum provisinorum senatus toto dicto anno, de quibus presentialiter et manualiter recepit pro dimidio anno sex libras provisinorum

senatus, residuum autem dictarum XII librarum provisinorum senatus dictus Paulus eidem Petrutio dare promisit, finito dicto dimidio anno, in principio  
f. 51v alterius dimidii anni pro dicto ultimo dimidio anno et dictus Petrutius promisit et convenit dicto Paulo sibi servire de die et de nocte, tempore consueto ad suendum, tempore <sup>(a)</sup> supradicto, promictentes unus alteri predicta observare ad penam XXV librarum provisinorum, pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(d)</sup> Depennato “proxime” <sup>(a)</sup> Ripetuto “tempore”.

51.

1363, ottobre 17

Il nobile Giovanni figlio del defunto Francesco di Giovanni di Leone del rione Pigna vende alla nobildonna Cecilia figlia del defunto Stefano *de Columpna* milite e moglie del nobile Nicola di Francesco di Giovanni di Leone del rione Pigna ogni diritto che vanta nei confronti di Nicola e di Guglielmo figli del defunto Buzio *de Sabello*, eredi del defunto Pandolfo *de Sabello*, in relazione ad una somma di 115 fiorini dovutagli dallo stesso Pandolfo per un mutuo.

La vendita dei diritti avviene dopo che Giovanni ha ricevuto in pagamento 100 fiorini d'oro.

Indictione II<sup>a</sup> mense octubris die XVII.

Testes: Iohannes Clementis notarius, Oddo Serromani et Santurellus tessitor de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Iohannes filius olim nobilis viri Francisci Iohannis Leonis de regione Pinee, qui primo iuravit contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum aliquo tempore petere ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et et venditionis titulo dedit cessit et concessit nobili mulieri domine Cecilie filie quodam domini Stephani de Columpna militis et uxori nobilis viri Nicolai Francisci

f. 52r Iohannis Leonis de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipsa domina dare et concedere voluerit idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas que et quas nunc dictus Iohannes habet et in futurum habere posset contra et adversus magnificos viros Nicolaum et Guilielmum, germani fratres filios quondam Butii de Sabello et Anthonium filium olim Francisci de Sabello, heredes et bonorum possessores quondam magnifici et venerabilis viri domini Pandulfi de Sabello, pretestu et occasione CXV florenos auri, in quibus dictus olim dominus Pandulfus dicto Iohanni Leonis tenebatur occasione mutui. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur, dictus Iohannes venditor, eidem domine Cecilie emptrici, fecit pro pretio et nomine pretii C florenorum boni et puri auri iusti et legalis ponderis, quos C florenos auri dictus Iohannes, venditor a dicta domina Cecilia emptrice, presentialiter et manualiter recepit et habuit de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit

f. 52v exceptioni non solutorum non numeratorum non receptorum et non ponderatorum dictorum C florenorum auri, exceptis doli mali et in factum conditioni indebite ob causam et sine et spei future numerationis et receptionis. Et promisit dictus Iohannes venditor, dicte domine Cecilie emptrici, presenti et recipienti, quod dicta iura sunt ipsius Iohannis et ad eum spectant et pertinent<sup>(a)</sup> pleno iure et quod nulli alii persone seu loco sunt vendita data donata cessa concessa nec modo aliquo alienata in totum nec in parte et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione de aliis sui bonis propriis in pecunia numerata et non in alia specie seu re, sine diminutione aliqua<sup>(b)</sup>, cum dampnis et expensis abinde in antea faciendis et de eorum quantitate vel numero stare et credere voluit solo simplici sacramento ipsius emptricis sine alterius honore probationis, iudicis tassatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia, ferriis non obstantibus etc.

<sup>(a)</sup> Abbreviazioni errate, nei due ultimi verbi, per troncamento dopo le desinenze verbali; così anche in seguito <sup>(b)</sup> Depennato “et de eorum quantitate vel numero”.

52.

1363, ottobre 18

La nobildonna Cecilia moglie del nobile Nicola di Francesco di Giovanni di Leone del rione Pigna, con il consenso del marito, nomina suoi procuratori lo stesso Nicola, Lello di Stazio, Buzio di Oddone *de Archioninis*, Simeone di Giovanni di Simeone, Coluzia di Simeone e Nicola *Iannoctari*, notai, per tutte le sue cause e promette di ratificare il loro operato.

f. 53 r Indictione II<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> octubris die XVIII.

Testes: Iohannes Clementis, Oddo de Serromanis et Santurellus tessitor de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis mulier domina Cecilia uxor nobilis viri Nicolai Francisci Iohannis Leonis de regione Pinee, que iuravit etc. ac die presente cum consensu et voluntate dicti Nicolai viri sui, presentis et consentientis, sponte fecit constituit creavit et ordinavit suos veros legitimos procuratores actores factores et numptios speciales seu quocumque alio nomine melius dici et censeri potest a iure, videlicet dictum Nicolaum virum suum, presentem et recipientem, Lellum Statii, Butium Oddonis de Archioninis, Simeonem Iohannis Symeonis, Colutiam Symeonis et Nicolaum Iannoctari notarios, licet absentes tamquam presentes<sup>(b)</sup> et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis, ita quod per unum inceptum [fuer]it alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas lites et questiones, que et quas habet vel habere sperat contra omnes personas et loca et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari etc. promictens se ratum habere omne et quicquid per ipsos seu ipsorum alterum gestum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “mense” <sup>(b)</sup> L’espressione che segue fino a “finire” è annotata nell’interlinea superiore e sul margine destro del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo.

**53.**

**1363, ottobre 17**

Lorenzo *Mutus* del rione Campo Marzio dà in locazione a Pietruccino fabbro del rione Colonna una casa a pianoterra con solaro, con sale, camere con una bottega antistante, un orto e un pozzo retrostanti, situata nel rione Pigna, per un periodo di 5 anni, a cominciare dal 15 ottobre, al prezzo annuale di 3 fiorini e mezzo d’oro.

Il locatore promette di pagare l’affitto ogni semestre.

Le parti convengono che Lorenzo non possa riprendere la casa per la sua abitazione, né Petruccino potrà conservarla dopo la scadenza della locazione sotto pena di 100 libbre di provisini del senato; stabiliscono ancora, sotto pena di altre 100 libbre di provisini del senato, che se fosse necessario procedere alla riparazione della casa, Pietruccino eseguirà i lavori a spese del locatore e utilizzerà la somma dovuta per la locazione.

f. 53 v Indictione II mense octubris die XVII.

Testes: dominus presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Iohannes Leonis et Oddo de Serromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Laurentius Mutus de regione Campimartis, ac die presente sponte locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit Petruccino ferrario de regione Columpne, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus<sup>(a)</sup>, vel cui ipse Petruccinus pro infrascripto tempore dare et concedere voluerit, cum licentia tamen et voluntate dicti Laurentii vel suorum heredum, idest unam domum terrineam et solaratam cum salis et cameris et cum statio ante se, orto et puteo post se, ipsius Laurentii, positam in regione Pinee, inter hos fines, a duobus lateribus tenent heredes olim Lelli Seromani, ab alio latere sunt vie publice vel si qui etc. Hanc autem locationem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur Laurentius dicto Petrucino presenti et recipienti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii trium florenorum auri et dimidii anno quolibet dictorum quinque annorum et pro quinque annis proxime futuris, incipiendo die XV mensis octubris<sup>(b)</sup> instantis et

f. 54r

finiendo ut sequitur, quam quidem locationem seu censum dictus Petrucinus eidem Laurentio solvere promisit de sex mensibus in sex mensibus, prout sequitur successive usque ad finitos dictos quinque annos, acto et declarato inter ipsas partes, quod dictus Laurentius ipsam domum non possit nec valeat sibi reaccipere aliquo colore quesito nisi tantum pro sua habitatione nec ipse Petrucinus ipsam possit nec valeat retinere aliquo colore quesito sub obligatione bonorum ipsorum et pena C librarum provisinorum pro medietate etc. acto etiam et declarato quod si pro reparatione dicte domus esset aliquid necessarium vel oportuna, quod liceat ipsi Petruccino ipsam domum reparari facere sumptibus et expensis dicti Laurentii locatarii de pretio dicte locationis que quidam omnia et singula supradicta dicte partes atendere et observare promiserunt una pars alteri et altera alteri, sub pena C librarum provisinorum senatus pro medietate etc. pro quibus etc. iuraverunt etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “in perpetuum” <sup>(b)</sup> Depennato “et fini”.

**54.**

**1363, ottobre 28**

Giacobello di Lorenzo di Giovanni *Zii* del rione Trevi riceve in deposito dal prete Francesco, canonico della chiesa di S. Lorenzo in Lucina di Roma, 5 rubbia di grano e promette di restituirle entro il prossimo mese di agosto.

Giacobello promette inoltre di seminare durante l’anno, nella proprietà della chiesa di S. Lorenzo in Lucina, 8 rubbia d’orzo e di corrispondere al prete Francesco la quota parte del raccolto a lui dovuta.

Indictione II<sup>a</sup> mense octubris die XXVIII.

Testes: Laurentius Tutii Calisti, Nicolaus Cicilianus, Oddo de Seromanis<sup>(a)</sup> et dominus Angelus Marronis. In presentia mei notarii et testium etc.

f. 54v

Iacobellus Laurentii Iohannis Zii de regione Trivii sponte ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate et ex certa scientia confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et<sup>(b)</sup> causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a venerabile viro domino presbitero Francisco canonico ecclesie Sancti Laurentii in Lucina de Urbe, non nomine suo set nomine dicte ecclesie, presente et stipulante, idest quinque rubra grani, ad mensuram romanam, quod granum dictus Iacobellus a dicto presbitero Francisco confessus est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quo grano se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non assignatorum non recertorum grani predicti, exceptioni doli mali et in factum conditioni ob causam et sine et spei future numerationis et assignationis, quod quidem granum dictus Iacobellus eidem domino presbitero Francisco<sup>(c)</sup>, quo supra nomine recipienti, tenere et salvum facere promisit ad omnem ipsius Iacobelli periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii etc. et eidem domino presbitero Francisco redere et restituere promisit in dicta ecclesia hinc per totum mensem agusti proxime futurum, cum dampnis et expensis etc. ad dictam mensuram romanam sine fraude. Item et pro eo quod dictus

f. 54r bis

Iacobellus promisit et convenit dicto presbitero Francisco, presenti et recipienti vice et nomine dicte ecclesie et pro ipsa ecclesia, sementare isto anno in territorio dicte ecclesie VII rubra ordei et eidem presbitero Francisco, nomine dicte ecclesie, respondere<sup>(d)</sup> debitam partem<sup>(e)</sup> dicti ordei recolligendi per eum tempore proxime futuro recollizonis etc. pro quibus dictus Iacobellus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Annotato nell'interlinea inferiore <sup>(b)</sup> Depennato "dicto" <sup>(c)</sup> Depennato d <sup>(d)</sup> Omessa l'abbreviazione finale per m

55.

1363, ottobre 28

I canonici e il capitolo della chiesa di S. Lorenzo in Lucina riuniti nel coro dell'edificio sacro ed in particolare il prete Francesco priore, Angelo *Marronis* sottopriore ed il prete Pietro, anche a nome degli altri canonici, danno in locazione ad Oddone di Pietro *de Seromanis* del rione Pigna un canneto per un periodo di 9 anni per una raccolta annuale di canne al prezzo di 3 fiorini d'oro.

Il locatario promette inoltre di pagare annualmente, nella ricorrenza di S. Lorenzo martire del mese di agosto, 20 solidi di provisini del senato e, nel caso che il pagamento non avvenga nell'ottavario della festa, dovrà versare il doppio della somma; promette infine di non alienare il canneto senza l'autorizzazione dei canonici sotto pena di 100 libbre di provisini del senato.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Rubeus Pauli Rubei Basilis et Iacobellus Laurentii Iohannis Zii.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregati et coadunati similiter canonici et capitulum ecclesie Sancti Laurentii in Lucina, in choro dicte ecclesie ad sonum campanelle, ut moris est, ad capitulum faciendum, videlicet dominus presbiter Franciscus prior, dominus Angelus Marronis subprior et dominus presbiter Petrus, canonici ecclesie Sancti Laurentii in Lucina predictae, pro sese ipsis ac vice et nomine aliorum canonicorum dicte ecclesie et pro ipsa ecclesia et pro ipsius ecclesie opus et utilitatem

f. 54v bis

dicte ecclesie sponte ac die presente locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Oddoni Petri de Seromanis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, vel cui seu quibus ipse Oddo dare et concedere voluerit, pro VIII annis proxime futuris, incipiendo a die presentis locationis et finiendo ut sequitur, acto tamen et expresse convento quod in dictis novem annis novem veniant cannarum recolizones et novem veniant solutiones<sup>(a)</sup>. Hanc autem locationem et que dicta sunt prefati canonici et pro sese ipsis et vice et nomine dicte ecclesie et pro ipsa ecclesia dicto Oddoni, presenti et recipienti fecerunt pro dicto tempore pro eo quod dictus Oddo presentialiter et manualiter solvit dictis canonicis pro ipsa ecclesia recipientibus pro introitu dicti canneti tres florenos auri, quos dicti canonici pro dicta ecclesia presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt a dicto Oddono et pro eo quod dictus Oddo promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dictis canonicis, presentibus et recipientibus pro dicta ecclesia, solvere omni anno annuatim in festo Sancti Laurentii martiris de mense agusti XX solidos provisinorum senatus nomine locationis dicti canneti<sup>(b)</sup>, quos si non solverit infra octavam dicte festi

f. 55r

vitatis duplum solvere promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit et pro eo quod dictus Oddo promisit et constituit dictis canonicis, pro dicta ecclesia recipientibus, ipsum cannetum non vendere donare nec alienare pio loco nec potenti persone sine licentia et mandato dictorum canonicorum et eorum expresso consensu, que quidem omnia et singula predictae partes atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione ipsorum et dicte ecclesie bonorum et pena C librarum provisinorum pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.



<sup>(a)</sup> Omessa l'indicazione del canneto e presumibilmente i confini della proprietà. Ved. in proposito il formulario analogo del documento successivo <sup>(b)</sup> Depennato "et si".

56.

1363, ottobre 28

Il prete Lomo rettore della chiesa di S. Biagio *de Monte Aceptabilis* dà in locazione ad Angelo *Marronis*, canonico della chiesa di S. Lorenzo in Lucina, una pezza di terra, situata fuori del ponte Salario, per un periodo di 4 anni per la coltivazione e la semina e per esercitare annualmente il diritto di erbatico e di spicatico.

Il locatario promette di corrispondere annualmente, al tempo del raccolto, un censo di due rubbia di grano da trasportare a Roma e di non concedere ad altri la terra senza il consenso del locatante.

Eodem mense et die.

Testes: dominus presbiter Francischus, presbiter Petrus, canonici ecclesie Sancti Laurentii in Lucina et Oddoni de Serromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus presbiter Lomo rector ecclesie Sancti Blaxii de Monte Aceptabilis, nomine dicte sue ecclesie, sponte locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit domino Angelo *Marronis*, canonico ecclesie Sancti Laurentii in Lucina, presenti et recipienti

f. 55v

suo proprio nomine et non nomine alicuius sue ecclesie pro quatuor annis futuris, incipiendo a die presentis locationis et finiendo ut sequitur, proviso et expresse convento inter ipsas partes quod in dictis IIII<sup>or</sup> annis, quatuor veniant recollizones, quatuor erbatica et quatuor spicatica, idest unum petium terre dicte ecclesie, positum extra pontem Salarium, inter hos fines \*\*\*<sup>(a)</sup> vel si qui ad laborandum fructificandum sementandum et de eo faciendum quicquid sibi pro dictis IIII<sup>or</sup> annis facere placuerit. Hanc autem locationem et que<sup>(b)</sup> dicta sunt dictus presbiter, loco eidem domino Angelo<sup>(c)</sup> presenti et recipienti fecit pro eo quod dictus dominus Angelus promisit et convenit dicto presbitero Lomo respondere annuatim tempore recollizonis, duo rubia boni grani sine malitia in Urbe ad mensuram romanam pro censu et reditu dicte terre et pro eo quod promisit ipsam terram nulli concedere pro dicto tempore, sine expresso consensu et voluntate dicti presbiteri Lomi, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Segue uno spazio bianco di una riga e mezza <sup>(b)</sup> Depennato d <sup>(c)</sup> Così P.

57.

1363, dicembre 6

Il maestro Pietro di Giannuzio *Diteguardi* detto *Scoppolo* fabbro del rione Pigna rilascia una quietanza a Tuzio *Ubere* del rione Pigna, in relazione ad un deposito rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, dopo aver riscosso la somma di 60 libbre di provisini del senato versatagli in fiorini d'oro.

f. 56r

Indictione II<sup>a</sup> mense decembris die VI.

Testes: Marchus Thomaxii, Iacobus filius olim Amadei, Nutius Lelli Iubarellarius de regione Pinee omnes.

In presentia mei notarii et testium etc. magister Petrus Iannutii Diteguardi dictus alias Scoppolo ferrarius de regione Pinee ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpiavit et refutavit, et per pactum de ulterius non petendo, remisit Tutio Ubere de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum<sup>(a)</sup>, idest omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones que et quas dictus magister Petrus nunc habet vel habere posset quomodolibet in futurum contra et adversus ipsum<sup>(b)</sup> Tutium Ubere et bona sua, pretestu et occasione LX librarum provisinorum, in quibus dictus Tutius eidem magistro Petro tenebatur et obligatus apparet vigore eiusdem promissionis facte per dictum Tutium dicto magistro Petro, de solvendo infra certo termino in promissione contento, scripta manu mei eiusdem notarii, quas LX libras dictus Tutius in depositum a dicto magistro

f. 56v

Petro confessus fuit, sine spe future numerationis, recepisse et habuisse. Hanc autem refutationem renumpiationem et pactum de ulterius non petendo dictus magister Petrus eidem Tutio, presenti et recipienti, fecit pro eo quod presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit ipse magister Petrus a dicto Tutio LX libras provisinorum senatus in florenis de auro et pecunia numerata, de quibus et post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum et non ponderatorum dictarum LX librarum provisinorum senatus et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis exceptionibus et defentionibus, quibus contra predicta venire posset renumpiavit expresse et promisit dictus magister Petrus dicto Tutio, presenti et recipienti, quod dicta iura dicte promissionis et dictarum LX librarum sunt ipsius magistri Petri et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa nec modo aliquo alienata in totum vel in partem nec contractus vel quasi cum aliqua persona factum est nec factum apparet et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus obligavit bona

f. 57r sua mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etiam ferriato, quibus ferriis renumpiavit expresse et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

(a) Depennato “vel” (b) Depennato “magistrum Petrum”.

58.

1363, dicembre 6

Il maestro Pietro di Giannuzio *Diteguardi* detto *Scoppolo* fabbro del rione Pigna, con il consenso della moglie Giovanna, vende a Giovanna, moglie di Tuzio *Ubere* del rione Pigna in contrada *Camilgiani* una casa con pianoterra e solaro, con sale, camere, orto retrostante e magazzino antistante, situata nel rione Pigna in contrada *Camilgiani*, già acquistata dallo stesso Pietro da Tuzio *Ubere*, al prezzo di 60 libbre di provisini del senato.

La casa entra a far parte della dote dell'acquirente.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notariet testium etc. magister Petrus Iannutii Diteguardi dictus alias Scoppolo ferrarius de regione Pinee, cum consensu et voluntate domine Iohanne uxoris sue, presentis et consentientis et renumpiantis et refutantis omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum palafenororum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti, quod est pro mulieribus introductus, certiorata per me eundem notarium de ipso auxilio, quid<sup>(a)</sup> sit et quid dicat, hunc autem consensum<sup>(b)</sup> dicta domina fecit dicto magistro Petro, viro suo, pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene cautelata de dote et iuribus suis dotalibus in aliis bonis dicti sui viri, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit, investiens peronaliter ipsam

f. 57v et in vacuum possessionem inducens domine Iohanne uxori Tucii Ubere de regione Pinee et contrada Camilgiani<sup>(c)</sup>, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipsa domina dare et concedere voluerit, idest unam domum seu palatium terrineam et solaratam cum salis, cameris, orto post se, statio ante se cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis<sup>(d)</sup> et cum introitibus et exitibus suis ad veram et mundam proprietatem et perpetuam hereditatem liberam et exemptam<sup>(e)</sup> ab omni nesso servitutis iuris canonicis seu census, emptam per dictum magistrum Petrum a dicto Tutio, viro dicte domine Iohanne, que domus posita est in regione Pinee in contrada Camilgiani, inter hos fines, ab uno latere tenet Egidius Sollaci dictus alias Iencha sutor, ab alio tenet Iohannes Serromanis ante est via publica, retro tenent heredes quondam Nicolai Marronis vel si qui etc. vendidit etiam dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti, omnia iura sibi competentia in dicta domo seu palatio nullumque sibi ius

f. 58r in predictis aliquo modo reservavit, dedit etiam quoque cessit et concessit dictus venditor dicte emptrici, presenti et recipienti, plenam et liberam potestatem ut, amodo in antea proprio nomine agat petat excipiat recipiat et defendat et in locum et privilegium ipsius venditoris succedat. Hanc autem venditionem et omnia et singula que in hoc istrumento continentur prefatus venditor, eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, pro se et quo supra nomine fecit pro pretio et nomine pretii LX librarum provisinorum senatus, quas LX libras et dictum pretium dictus venditor a dicta emptrice, presente et stipulante, confessus fuit et in veritate recongnovit sine spe future numerationis, recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictarum LX librarum etc. et spei future numerationis et receptionis et si plus dicto pretio dicta<sup>(f)</sup> domus valeret totum illud plus quod valeret dictus venditor eidem emptrici, honesti amoris et dilectionis causa inter vivos donavit cessit et concessit<sup>(g)</sup>, quo quidem supradicte LX libre et pecunia predicte et pretium dicte

f. 58v domus sunt dos seu de parte dotis domine<sup>(h)</sup> Iohanne emptricis, presente et confitente dicto Tutio, viro<sup>(a)</sup> dicte domine Iohanne, sic verum esse. Et promisit dictus magister Petrus, venditor dicte domine Iohanne emptrici, presenti et recipienti, quod dicta domus est sua iure venditionis sibi facte per dictum<sup>(b)</sup> Tutium, virum dicte domine Iohanne emptricis et quod per ipsum seu alium, eius nomine et pro eo, nemini est vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de aliis suis bonis propriis et si dicta de causa dicta domina vel sui heredes et successores in dampnum venerit vel expensas fecerit, promisit omnia dampna, omnes expensas et interesse de aliis suis bonis propriis reficere et resarcire in pecunia numerata sine alterius honore probationis etc. set solum sacramentum ipsius vel suorum heredum habere voluit et promisit pro plena et suficiente probatione et voluit propter dictis posse cogi omni tempore et in omni curia, renumpiavit in predictis ferriis et ferriatis diebus beneficio fori etc. pro quibus et renumpiavit etc.

(a) P “quit” (b) P “consensu” (c) Depennato “idest unam domum ipsius magistri Petri iam emptam ab ipso Tutio, viro dicte domine Iohanne, per ipsum magistrum Petrum, ut patet manu mei eiusdem notarii, ipsa domina Iohanna” (d) P “adiacentiis” (e) P “exemptam” (f) Depennato “vin” (g) Depennato “ et promisit dictus magister Petrus venditor dicte domine” (h) Ripetuto “domina” (a) Ripetuto “viro” (b) Depennato “olim”.

Giovanna moglie del maestro Pietro di Giannuzio *Diteguardi* detto *Scoppolo*, con il consenso del marito, vende a Caterina moglie di Tuzio *Ubere* del rione Pigna e della contrada *Camilgiani* una pezza di vigna, con la corrisposta del quarto dovuta alla stessa Giovanna, situata dentro le mura di Roma nella località *Mons super alios*, nella proprietà di Giovanni di Luca del rione Monti, al prezzo di 60 libbre di provisini del senato.

La venditrice nomina suo procuratore Marco di Tommaso per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

La vigna entra a far parte della dote di Caterina.

f. 59r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus etc.

Supradicta<sup>(a)</sup> domina Iohanna uxor magistri Petri ferrarii dicti alias Scoppolo, que primo renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum parafernorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti, quod est pro mulieribus introductus, de ipso auxilio per me eundem notarium primo certiorata quid sit et quid dicat, cum consensu et voluntate licentia et mandato dicti magistri Petri sui viri, presentis et sibi in hiis consentientis et renumpsiantis et refutantis omni suo iure dotis, si quod haberet nunc et in futurum habere posset, in infrascripta vinea quocumque modo iure titulo sive causa, ac die presente<sup>(b)</sup> dicta domina Iohanna, sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Catherine uxori Tutii Ubere, de regione Pinee et contrada Camilgiani, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina dare et concedere voluerit in perpetuum, idest unam petiam vinearum, videlicet vites ad quartam redendam ipsius domine Iohanne venditricis, cum arboribus fructiferis et infructiferis et cum introitibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis

f. 59v

et adiacentiis, salvo semper et reservato iure infrascripti domini cuius est proprietas et terra dicte vinee, que vinea posita est infra menia Urbis in loco<sup>(c)</sup> qui dicitur Mons super alios, in proprietate Iohannis Luce de regione Montium, inter hos fines, ab uno latere tenet Cola Philippucie, ab alio \*\*\*<sup>(d)</sup> vel si qui sunt ad predicta plures vel veriores confines et per Marchum Thomaxii, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam empticem de dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investi voluit et mandavit et donec fuerit investita constituit se dicta venditris, nomine dicte emptricis, tenere et plecarie<sup>(e)</sup> possidere, ad quam possessionem adimplendam dicta venditris eidem emptrici liberam facultatem concessit, ut amodo et deinceps, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat et in locum et privilegium ipsius succedat nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit, ita quod dictam vineam propria auctoritate possit entrare tenere possidere frui<sup>(f)</sup> vendere donare<sup>(g)</sup> pignorar alienare et de ea facere quicquid sibi perpetuo placuerit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem

f. 60r

et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur prefata domina Iohanna venditris, cum consensu et voluntate dicti magistri Petri sui viri, presentis et consentientis, eidem domine Catherine, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus, ut dictum est, ac legitime stipulanti fecit pro pretio et nomine pretii LX librarum provisinorum senatus, quas LX libras et pretium predictum dicta venditris, cum consensu dicti viri sui, a dicta emptrice, presente et legitime stipulante, confessa fuit et in veritate recongnovit recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum et haborum dictorum florenorum et spei future numerationis et receptionis, que quidem LX libre et pretium dictarum vinearum sunt de parte dotis dicte domine Catherine, presente et sponte confitente dicto Tutio, viro suo, sic verum esse. Et si plus dicto pretio dicta vinea valeret nunc vel valebit in futurum, totum illud plus quod nunc et nunc valeret vel in futurum valebit dicta venditris eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, inter vivos amoris causa donavit cessit et concessit.

f. 60v

Et promisit dicta venditris eidem emptrici, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus, quod dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius venditricis et ad eam spectat<sup>(h)</sup> et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita data donata cessa concessa pignorata alienata nec modo aliquo distracta, nec contractus vel quasi contractus distractus cum aliqua persona, universitate seu loco factus apparet et si contrarium alio tempore appareret<sup>(i)</sup> et ea occasione seu quavis alia dicta emptris in dampnum venerit vel<sup>(j)</sup> expensas fecerit aut evictio fuerit in totum vel in partem vel sui heredes et successores aut ab ea causam habentibus voluit teneri de evictione secundum formam statuti et consuetudinis Urbis de aliis suis bonis propriis et promisit omnia dampna omnes expensas et interesse de aliis suis bonis propriis reficere et resarcire et de eorum quantitate vel numero stare et credere voluit et promisit solo simplice sacramento ipsius emptricis sine alterius honore probationis etc. promisit etiam dicta venditris dicte emptrici in predictis omnibus et singulis et qualibet predictorum facere consentire dictum Iohannem Luce dominum

f. 61r

et proprietarium dicte vinee, ad omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus, promisit etiam dicta venditris dicte emptrici presenti et recipienti, dare ydoneam fideiussionem

de evictione ad omnem ipsius domine petitionem et voluntatem secundum formam consuetam etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et promisit etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omessa la consueta formula introduttiva “In presentia mei notarii et testium etc.” <sup>(b)</sup> P “presenti” <sup>(c)</sup> Depennata una iterazione della c <sup>(d)</sup> Segue uno spazio bianco di una riga <sup>(e)</sup> Così P, intendasi “precarie” <sup>(f)</sup> P “flui” <sup>(g)</sup> P “donale” <sup>(h)</sup> Depennata la n del precedente spectant <sup>(i)</sup> P “apparet” <sup>(j)</sup> Depennato “habere”.

60.

1363, dicembre 12

Sabuzio figlio del defunto Pietro *Pape*, alla presenza del notaio Paolo *de Serromanis* e di 7 testimoni, fa testamento e nomina erede il fratello Andreozio al quale lascia i suoi beni mobili ed immobili ad eccezione dei legati da lui indicati ed affidati agli esecutori testamentari.

Lascia a Margherita moglie di Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna la casa lasciatagli da Giannetto di Giovanni *Pape* nell'ultimo suo testamento, la somma di 20 fiorini d'oro e la metà delle masserizie che saranno rinvenute dopo la sua morte; alla sorella Perna la somma di 7 fiorini d'oro; alla chiesa Lateranense 10 fiorini d'oro per la riparazione dell'edificio sacro.

Lascia 10 fiorini d'oro, a suffragio della sua anima, da distribuire a discrezione dei suoi esecutori testamentari; lascia ancora le sue armi, da distribuire in parti uguali, a Giovanni ed a Cecco figli di Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna.

Dichiara di dover ricevere da Lello *Stati* speciale del rione di S. Eustachio la somma di 59 fiorini d'oro, come risulta da un'obbligazione scritta dallo stesso Lello.

Lascia tutti gli altri suoi beni, come già detto, al fratello Andreozio e se egli dovesse chiedere di più sia considerato decaduto dal lascito.

Nomina esecutori testamentari Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* e Lello *Stati*.

Indictione II<sup>a</sup> mense decembris die XII.

Testes: Lellus Mathioli, Cola Brenda, Cola Marthellonis, Guilielmus filius olim Petri Andree Rubei, Iohannes filius olim Lelli Andree Rubei, Lellus Laurentii Marthellutii et Iohannes Martini dudum de Florentia, nunc omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Sabbutius filius olim domini Petri Pape, licet infirmus corpore mente tamen sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum, intestatus discedere nollens, idcirco constitutus coram Paulo de Serromanis notario et<sup>(a)</sup>

f. 61v supradictis testibus a me vocatis et rogatis hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo Andreotium, fratrem meum, filium olim domini Petri Pape, patris mei, in quibus bonis meis mobilia et immobilia presentia et futura iuribus et actionibus, preter infrascripta legata per me facta, que volo ad executionem mandare per infrascriptos meos executores. In primis relinquo de bonis meis domine Margarite uxori Lelli Butii Iohannis Rubei de regione Pinee illam domum quam mihi relinquit Iannecthus Iohannis Pape in suo ultimo testamento. Item relinquo dicte domine Margarite de bonis meis XX florenos auri. Item relinquo dicte domine Margarite medietatem omnium massarituorum meorum que reperirentur post mortem meam ubicumque locorum. Item relinquo Perne, sorori mee, de bonis meis VII florenos auri. Item relinquo ecclesie Lateranensi pro reparatione dicte ecclesie decem florenos auri dandis et distribuendis per

f. 62r infrascriptos meos executores, prout eis melius visum fuerit, pro salute anime mee. Item relinquo omnia arma mea Iohanni et Ceccho, fratribus, filiis Lelli Butii Iohannis Rubei de regione Pinee, pro equali portione. Item confiteor me debere recipere a Lello Stati spetiario de regione Sancti Eustachii LVIII florenos auri, de quibus habeo apodissam scriptam manu propria ipsius Lelli. Omnia alia bona mea, ut dictum est, ubicumque reperirentur, relinquo dicto Andreotio, frati meo, pro omni suo iure, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit aliquo colore quesito et si plus peteret cadat a dicto meo relicto. Executores huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio constituisco et ordino Lellum Butii Iohannis Rubei, presentem et recipientem, et Lellum Stati predictum, absentem, quibus et cuilibet ipsorum do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omnia mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones, ubicumque reperirentur, capiendi

f. 62v apprehendendi vendendi alienandi pignorandi et de eis faciendi quicquid<sup>(b)</sup> eis placuerit pro dictis relictis per me factis, pro salute anime mee. Et hoc est ultimum meum testamentum et mea ultima voluntas, cassans irritans et annullans omne aliud testamentum sive codicillum per me actenus factum et per quemcumque notarium scriptum, quod valere volo et mando iure testamenti et si non valeret iure testamenti volo quod valeat iure codicellorum et si non valeret iure codicellorum volo quod valeat iure donationis causa mortis et cuiuslibet mee alterius ultime voluntatis et omni modo iure et forma, quibus melius valere potest et debet etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “et” <sup>(b)</sup> Depennato “sib”.

61.

1363, dicembre 18

Paolo di Lello di Bruno del rione Monti promette a Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* di lavorare nel tenimento del suo casale detto *Monumentum*, situato fuori della porta Maggiore, con un tiro di buoi per preparare 9 rubbia di maggese con una corrisposta del quarto.

Lello promette, a sua volta, di pagare 4 fiorini d'oro e di versare una metà entro Carnevale e l'altra metà entro Pasqua.

Indictione II<sup>a</sup> mense decembris die XVIII.

Testes: Cecchus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee et Sabbas de Graptolis notarius de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt conventiones et pacta habita et solemnem stipulationem interveniente firmata inter Lellum Butii

Iohannis Rubei de regione Pinee, ex una parte, et Paulum Lelli Bruni de regione Montium, ex alia parte, videlicet quod dictus Paulus promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Lello, presenti et recipienti, laborare et laborari facere in tenimento casalis ipsius Lelli quod vocatur Monumentum, posito extra portam Magiorem, inter suos confines, cum una presa bovum ipsius Pauli et in dicto tenimento facere seu fieri facere VIII rubra bone magesis et eidem Lello redere et restituere promisit quartam partem totius fructus sibi legaliter dicte magesis. Et dictus Lellus promisit et convenit dicto Paulo dare et solvere eidem Paulo, pro dicto laborerio fiendo in tenimento dicti casalis, III<sup>or</sup> florenos auri, duos videlicet per totum Carnisbrivium proxime futurum et duos alios in festo Pascatis Resurrectionis Domini nostri Yeshu Christi proxime futuro, pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

f. 63r

62.

1363, dicembre 18

Rainone di Cristoforo di Rainone del rione di S. Eustachio, emancipato dal padre, come risulta dall'atto rogato dal notaio Francesco di Puzio, con la garanzia di Lello figlio del defunto Cecco *Quatracie* dello stesso rione, riceve in deposito da Giovanni e da Cola figli del defunto Tozio *de Ylperinis* del rione Pigna la somma di 50 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta dei depositanti.

Indictione II<sup>a</sup> mense decembris die XVIII.

Testes: dominus Iohannes de Cafarellis miles, Iohannes Franciscus Pucii notarius, Iohannes Stalgia et Lellus Otarengi notarius.

In presentia mei notarii et testium etc. Raynonus filius Christofani Raynonis de regione Sancti Eustachii emancipatus<sup>(a)</sup> a dicto Christofano, patre suo, ut patet manu Francisci<sup>(b)</sup> Pucii notarii presentis et fidem facientis, ut principalis debitor, et Lellus filius olim Cecchi Quatracie de dicta regione, ut fideiussor ipsius, qui ambo iuraverunt etc. quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ambo liberentur, ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus confessi sunt habere in depositum, nomine et causa depositi, a Iohanne et Cola, germanis fratribus, filiis olim Thotii de Ylperinis de dicta regione, quinquaginta florenos boni et puri auri iusti et legalis ponderis, quos L florenos auri et dictum depositum dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum a dictis fratribus confessi sunt et in veritate recongnoverunt sese recepisse et habuisse<sup>(c)</sup>

et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non solute et non numerate pecunie etc. quos quidem L florenos auri dicti depositarii et quilibet ipsorum tenere et salvos facere promiserunt ad omnem ipsorum rescum periculum et fortunam, videlicet incendii naufragii furti rapine etc. et cuiuslibet alterius casus fortunarum et eisdem Iohanni et Cole, fratribus predictis, redere et restituere promiserunt ad omnem petitionem et voluntatem ipsorum fratuum cum dampnis et expensis abinde in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et plenarie adimplendis dicti depositarii et quilibet ipsorum obligaverunt omnia bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia renumpsiantes in hiis ferriis et ferriatis diebus beneficio fori etc. pro quibus obligaverunt bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

f. 65r

<sup>(a)</sup> Così P ed in altri casi successivi <sup>(b)</sup> Così P, cfr. sopra tra i testimoni "Iohannes Franciscus" <sup>(c)</sup> L'amanuense ha omissso erroneamente l'indicazione del f. 64, sicché si ripristina la regolarità nel contesto dei fogli, dopo la iterazione del f. 54 bis.

63.

1363, dicembre 18

Lello *Otarengi* notaio del rione Parione e Gregorio figlio del defunto Tostolino di Sutri promettono a Giovanni ed a Cola figli del defunto Tozio *de Ylperinis*, in relazione ad alcune obbligazioni, scritte dal loro defunto fratello Matteo su richiesta delle signore \*\*\*\*\* contesse di Anguillara, madre e moglie di Giovanni conte di Anguillara, o su richiesta dello stesso conte Giovanni di annullare e di restituire le obbligazioni

rilasciate dal loro fratello, poiché su loro richiesta le contesse di Anguillara hanno rilasciato una quietanza ed essi, quali garanti, si impegnano a non molestarli in perpetuo.

f. 65v

Indictione secunda mense decembris die XVIII.

Testes: dominus Iohannes de Cafarellis miles, Iohannes Stalgia de regione Sancti Eustachii, et Franciscus Pucii notarius de regione Campitelli<sup>(a)</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Otarengi notarius de regione Parionis<sup>(b)</sup> Gregorius quondam Tostolini de Sutrio, quilibet ipsorum in solidum, sponte et ex certa scientia promiserunt per solempnem et legitimam stipulationem convenerunt supradictis Iohanni et Cole fratribus supradictis, quod occasione certarum apodissarum scriptarum manu olim Mathei Thotii, germanis fratis ipsorum Iohannis et Cole, continentium certam quantitatem florenorum factarum et scriptarum manu ipsius Mathei ad petitionem et instantiam dominarum \*\*\*\*\* comitissarum Anguillarie, matris et uxoris Iohannis comitis Anguillarie seu ad<sup>(c)</sup> petitionem ipsius Iohannis comitis, sub quacumque conceptione verborum existant, ipsi Iohannes et Cola perpetuo non molestabuntur in personis et bonis ipsorum ab ipsis dominabus seu ab alio, eorum nomine, aliquo quesito colore,

f. 66r

scilicet ipse domine ad petitionem et instantiam ipsorum fratuum facientes dictis fratribus, de contentis in dictis apodissis, generalem refutationem et pactum de ulterius non petendo et ipsas apodissas ipsis fratribus restituent incidendi, promiserunt infra supradicti expromissores ipsos fratres a predictis perpetuo et omni tempore ipsos et bona ipsorum conservare indemnes ab omnibus supradictis, sub obligatione omnium bonorum suorum etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

(a) Depennato I (b) Omesso "et" (c) P "a".

64.

1363, dicembre 21

Caterina figlia del defunto Paolo di Enrico del rione Arenula, moglie del defunto Lorenzo di Nicola *Capzoli* marmista del rione Campitelli, e Angela moglie di Giovanni di Giacomo del rione Pigna, con il consenso del marito, rilasciano una quietanza a Bartolomeo *de Archarellis*, a Ceccolello *Cafari* ed a Paola moglie del defunto \*\*\*\*\*, esecutori testamentari del defunto Lorenzo di Nicola *Capzoli*, come risulta dal testamento rogato dal notaio Giordano *de Zappis*, in relazione ad una somma di 100 fiorini d'oro lasciata dal testatore per la stessa Caterina, ad una sentenza rogata dal notaio Tommaso di Federico e ad un documento dotale di 66 fiorini e due terzi d'oro, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, dopo che le due donne avevano ricevuto la somma di 100 fiorini da loro rivendicata a compensazione della dote di Caterina.

Indictione II<sup>a</sup> mense decembris die vicesimo primo.

Testes: dominus Gregorius de Marganis causidicus, Colutia Symeonis notarius, Stephanellus domini Petri notarius, Tutius dictus alias Mangiafarina.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherina filia olim Pauli Herrici de regione Arenule et uxor olim Laurentii Nicolai Capzoli marmorarii de regione Campitelli, et domina Angela uxor Iohannis domini Iacobi de regione Pinee, cum consensu et voluntate licentia et mandato dicti Petri<sup>(a)</sup> mariti sui, presentis et consentientis, que ambe renumpsiaverunt ad infrascripta omnia ipsarum et cuiuslibet ipsarum iura dotis donationis propter nuptias alimentorum parafernorum guarnimentorum et omnibus aliis earum iuribus et specialiter adiutorium Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, per<sup>(b)</sup> me eundem notarium de ipso auxilio primo certiorata quid sit et quid dicat earum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, sponte et ex certa scientia renumpsiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt domino Bartholomeo de Archarellis, Ceccholello Cafari et domine Paule uxori olim \*\*\*\*\*, executoribus testamenti et ultime voluntatis olim dicti Laurentii Nicolai Capzoli marmorarii, ut patet in suo ultimo testamento scripto manu Iordani de Zappis publici notarii idest omnia iura omnesque actiones, iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quam nunc habent et in futurum habere possent in bonis et super bonis dicti olim Laurentii et contra ipsos executores ratione executionis

f. 66v

predicte, pretestu et occasione centum florenorum auri relictorum dicte domine Catherine per dictum olim Laurentium, maritum suum, in suo ultimo testamento, ut patet manu dicti<sup>(c)</sup> Iordani de Zappis publici notarii<sup>(d)</sup> pro dote dicte domine Catherine. Item pretestu et occasione cuiusdam sententie seu pronumpsiationis late contra dictos executores et bona dicti olim Laurentii secute vigore dicti testamenti continentis in se dictos centum florenos auri, scripto manu Thome Frederici publici notarii. Item et occasione LXVI florenorum auri et duas tertias partes alterius floreni auri, qui fuerunt et sunt dos dicte domine Catherine, ut patere dicitur manu Iohannis domini Iacobi publici notarii tantum, reservato ipsi domine Catherine omni alio suo iure, si quod haberet, in bonis dicti olim Laurentii. Hanc autem refutationem de dictis C florenis tantum, contentis in dicto testamento et in dicta sententia et de dictis LXVI florenis et duas

f. 67r

f. 67v

tercias partes alterius floreni auri tantum, contentis in dicto istrumento dotali, dicta domina Catherina et domina Angela, cum consensu dicti viri sui, presentis et consentientis, dictis executoribus presentibus, fecerunt pro eo et ex eo quod dicta domina Catherina presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipsis executoribus pacantibus et solventibus de bonis dicti Laurentii centum florenos boni et puri auri iuxti et legalis ponderis, contentis in dicto testamento et sententia, relictis ipsi domine Catherine in compensatione dictorum LXVI florenorum auri et duas tertias partes alterius, contentis in dicto istrumento dotali dicte domine Catherine ac pro ipsis LXVI florenis auri et duas tertias partes alterius floreni auri, de quibus et post ipsam receptionem se bene quietas contentas et pacatas vocaverunt et renumpiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum et non receptorum dictorum C florenorum auri tantum et dotis predicte tantum non habite et non recepte et spei future numerationis et receptionis etc. et promisit dicta domina Catherina quod dicta iura dictorum C florenorum auri infra contentis in dicto testamento et in dicta sententia et dicte dotis sunt ipsius domine Catherine et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa alienata, nec de eis cum aliqua persona seu loco aliquis contractus vel quasi cum alia persona seu loco factum apparet et si contrarium appareret voluit teneri de

f. 68r

evictione secundum consuetudinem Urbis et promisit dictis executoribus presentibus et recipientibus, omnia dampna et expensas de aliis suis bonis propriis refutare et resarcire etc. et pro predictis voluit posse cogi omni tempore etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> P Così p, ma intendasi “Iohannis” <sup>(b)</sup> Depennato “ipso” <sup>(c)</sup> Depennato “o” <sup>(d)</sup> Depennato “in su Item pretestu et occasione”.

## 65.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo.

Et ego Paulus de Seromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarius predicta omnia supradicta scripsi rogatus<sup>(a)</sup>.

<sup>(a)</sup> Seguono i ff. 68v, 69r e v, 70r e v bianchi.



1.

1364, gennaio 20

Rosina figlia del defunto notaio Lello di Pietro di Gregorio di Pietro di Clemente e moglie di Lorenzo figlio del defunto Giannetto, con il consenso del marito, rilascia una quietanza alla madre Caterina, tutrice dei pupilli Paolo ed Andreoza, ed ad Angelo *Marronis* tutori testamentari del padre Lello, presenti anche a nome dell'altro esecutore Giovanni *Lati*, in relazione ad un lascito fattole dal padre nel suo testamento di due cofani, di una conca col fondo coperto di bronzo, di un cofanetto, di due borse di seta e di un fiorino d'oro che dichiara di aver ricevuto.

f. 1r

Indictione II<sup>a</sup> mense ianuarii die XX<sup>o</sup>.

Testes: Cerronus Butius Mariscini de regione Vie Late et dominus Angelus filius olim Laurentii Leporis canonicus Sancte Marie in Via Lata.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Rosina filia olim Lelli Petri Gregorii Petri Clementis notarii et uxor Laurentii filii olim Iannecte, que iuravit etc. et renumpsiavit omni suo iure etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus consultus et autentice, si qua mulier de ipsis per me notarium primo certiorata, quid sit et quid dicat, cum consensu et voluntate dicti Laurentii viri sui, presentis et consentientis ac die presente sponte et ex certa scientia renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas, que et quas nunc habet et in futurum habere posset in bonis et super bonis dicti olim Lelli, patris sui, pretestu et occasione cuidam relicto factis<sup>(a)</sup> dicte domine Rosine per dictum Lellum, patrem [s]uum in suo ultimo testamento, videlicet domine Catherine

f. 1v

uxori olim domini Lelli, tutris<sup>(b)</sup> testamentarie et persone legitime Pauli et Andreotie pupillorum filiorum dicte domine Catherine et dicti olim Lelli, presenti et recipienti pro ipsis pupillis, et mihi notario, presenti et recipienti ut publice persone pro ipsis pupillis, et ut executrici testamenti et ultime voluntatis dicti olim Lelli, et domino Angelo Marronis, executori testamenti dicti olim Lelli, presenti et recipienti pro sese ipsis et vice et nomine Iohannis Lati, executori<sup>(c)</sup> testamenti predicti una cum eis, pretestu et occasione cuiusdam relicti facti per dictum olim Lellum dicte domine Rosine in suo testamento contenti, duos cofanos, unam concham ad pedem heris, unum cofanectum et duos carnerectos de sirico et unum florenum auri, prout in ipso testamento dicitur contineri. Hanc autem renumpsiationem refutationem et pactum et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur dicta domina Rosina predictis domine Catherine et domino Angelo<sup>(d)</sup>, presentibus et recipientibus ut supra, et mihi notario, ut publice persone recipienti pro eis, fecit pro eo quod nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit res predictas et florenum, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura dicti testamenti sunt ipsius etc. et nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Così P, ma intendasi "tutrici" <sup>(c)</sup> Così P, ma intendasi "executores" <sup>(d)</sup> Depennato "fecit".

2.

1364, gennaio 22

Margherita moglie di Nicola *de Pappazuris* del rione Pigna, alla presenza del notaio Paolo *de Seromanis* e di 7 testimoni e con il consenso del marito, fa testamento e nomina eredi tre poveri ai quali lascia 12 denari ciascuno.

Lascia al marito Nicola 10 fiorini d'oro e tutte le masserizie che saranno rinvenute nella casa comune, un letto completo di materasso, coperta, capezzale e lenzuola oltre ad altre due coperte da letto; al nipote Buzio *Scerfinga* 10 fiorini d'oro ed una rete di seta per acconciatura e se dovesse chiedere di più sia considerato decaduto dal lascito.

Lascia per le sue onoranze funebri tutti i vestiti che saranno rinvenuti dopo la sua morte, una cintura d'argento e un anello d'oro con pietra preziosa; dispone inoltre che se la somma ricavata eccedesse la spesa, il residuo dovrà essere distribuito a suffragio della sua anima, dagli esecutori testamentari.

Lascia ancora al marito Nicola una giubba di zendado e un mantello verde con decorazione bruna donatogli da lui; alla nipote Luciola figlia del defunto Giacobello *de Seromanis* del rione Pigna 4 fiorini d'oro, una sovraccoperta, un pezzo di tela per la testa ed un tovagliolo.

Lascia per il maltolto incerto o certo 12 libbre di provisini del senato; al figlio di Stefano *Cerberii* del rione Colonna un fiorino d'oro.

Dispone che tutti gli altri beni mobili ed immobili siano distribuiti, a discrezione dei suoi esecutori, a suffragio della sua anima.

Nomina esecutori testamentari il marito Nicola, il nipote Buzio e Giovanna moglie del defunto Oddone *de Seromanis*.

f. 2r

Indictione II<sup>a</sup> mense ianuarii die XXII.

Testes: dominus presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Nicolaus eius filius naturalis, presbiter Guilielmus rector ecclesie Sancti Marie de Monte, Iohannes Roncionis, Rubeus tessitor, Guilielmus anglicus, Iannelle sutor et Thomas anglicus sacerdos, omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Margarita uxor Nicolai de Pappazuris de regione Pinee, licet infirma corpore tamen mente sana et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens decedere intestata, idcirco constituta coram me notario infra<sup>(a)</sup> scripto et predictis testibus, cum consensu et voluntate dicti Nicolai viri mei, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo tres pauperes Christi, quibus et cuilibet ipsorum relinquo pro omni eorum iure XII denarios provisinorum senatus et plus de bonis meis petere non possint aliquo modo iure titulo sive causa. Item relinquo dicto Nicolao, viro meo de bonis et dote mea, pro anima mea, X florenos auri et omnes meas massaritas que reperirentur in domo quam nunc

f. 2v

habeo cum dicto Nicolao, marito meo, et unum lectum fornitum, scilicet matharatum, cultrum et capitale et lintheamina. Item relinquo Butio Scerfinga, nepoti meo, pro anima mea, de dote mea decem florenos auri et unam retem de seta pro cengere et sit contentus, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit et si petere cadat a dicto meo relicto. Item relinquo dicto Cole marito meo duo cultra a lecto. Item relinquo pro obsequio mei funderis<sup>(b)</sup> omnes pannos meos vestitorios cuiuscumque conditionis sint, quos post mortem meam de me remanerent, unum scaiale argenti et unum anulum aureum cum lapide pretioso. Volo et mando quod si de dictis rebus aliquid remaneret vel superaret, quod detur pro anima mea per manus infrascriptorum meorum executorum. Item relinquo dicto Cole marito meo, unam giubbam de zannato meam quam nunc habeo. Item relinquo dicto Cole marito meo, unum mantellum de virde cum brunzarolo, quod ipse mihi fecit de sua propria pecunia. Item relinquo Lucziole, nepti mee, filie olim Iacobelli de Seromanis de

f. 3r

regione Pinee de bonis et dote mea, pro anima mea, quatuor florenos auri, unum soprigeptum et unam pezeptam a capite et unum<sup>(c)</sup> tubaliolum. Item relinquo de bonis et dote mea pro incertis sive certis male ablatis<sup>(d)</sup> duodecem libras provisinorum. Item relinquo filio Stephani Cerberii de regione Columpne unum florenum auri. Omnia alia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones ubicumque reperirentur relinquo pro anima mea, danda et distribuenda per infrascriptos meos executores pro anima mea, prout eis melius visum fuerit et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod valere volo et mando omni modo et iure quibus melius valere potest. Executores dicti mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee, facio constituisco et ordino dictum Colam, maritum meum, et Butium, nepotem meum, et dominam Iohannam uxorem olim Oddonis de Seromanis et quemlibet ipsorum, quibus do plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omnia capiendi etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc. cassans et iritans et annullans omne aliud<sup>(e)</sup> testamentum sive codicillum etc.

(a) Depennato b (b) Così P, ma si intenda "funeris" (c) P "unam" (d) Depennato "X libras" (e) Così P.

### 3.

1364, gennaio 22

Lucarella figlia del defunto Nicola *de Coptis* e vedova di Nuzio figlio del defunto Nicola *Lancalfo* nomina suoi procuratori Paolo di Petruzio *Marronis* sarto del rione Pigna, Giacomo di Gentile Numentane notaio, Saba di maestro Paolo notaio, Domenico suo fratello e Giovanni di Giacomo notaio per tutte le sue cause e promette di ratificare il loro operato.

f. 3v

Indictione II<sup>a</sup> mense ianuarii die XXII.

Testes: Iohannes Blonde et Iacobellus filius magistri Nicolai de Palgiacalsariis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lucarella filia olim Nicolai de Coptis et uxor olim Nutii filii olim Nicolai Lancalfo, que iuravit etc. sponte fecit procuratores Paulum Petrutii Marronis sutorem de regione Pinee, presentem et recipientem, Iacobum Gentilis Numentane notarium, Sabbas magistri Pauli notarium, Dominicum eius fratrem et Iohannem domini Iacobi notarium et quemlibet ipsorum licet absentem tamquam presentem, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc. promictens se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictos suos procuratores seu ipsorum alterum actum factum et procuratum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

### 4.

1364, febbraio 18

Paolo Buccamuza sarto del rione Pigna rilascia una quietanza a Tuzio *Ubere* conciapelli del rione Pigna e della contrada *Camilgiani*, presente anche a nome del figlio Antonio, in relazione ad un atto di deposito di 60 fiorini d'oro, rogato dal notaio Nicola *Iannoctari*, dopo aver ricevuto la somma di 30 fiorini d'oro e 10 fiorini in moneta d'argento con la quale era stato integrato il versamento già ricevuto in precedenza.

f. 4r

Indictione II<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> febuarii die XVIII.

Testes: Nutius dictus alias Campilgia, Iacobellus dictus alias Cancha murator et Nutius Iutii dictus alias Zuccaro omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Buccamuza sutor de regione Pinee ac die presente sponte renumpiavit et per pactum de ulterius non petendo, remisit Tutio Ubere pellario de regione Pinee et contrada Camilgiani, presenti et recipienti, pro se et vice et nomine Anthonii, filii sui, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipso Anthonio, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere sperat contra et adversum ipsos Tutium et Anthonium et quemlibet ipsorum pretestu et occasione cuiusdam depositi quod dictus Paulus habet contra predictos Tutium et Anthonium continentis quantitatem LX florenorum auri plus vel minus prout in ipso istrumento depositi, scripto manu Nicolai Iannoctari seu cuiuscumque

f. 4v

alterius notarii scripto appareret dicitur contineri. Hanc autem refutationem quietationem et pactum de ulterius non petendo, dictus Paulus eidem Tutio, presenti et recipienti, pro se et dicto Anthonio filio suo, et mihi notario ut publice persone recipienti pro eo, fecit pro eo quod nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Tutio, dante et solvente pro se et dicto filio suo, triginta florenos auri in auro, X florenos in moneta argenti, residuum autem totius dicte quantitatis dictus Paulus confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum dictorum florenorum etc. et spei future numerationis et receptionis etc. et promisit dictus Paulus Buccamoza dicto Tutio, presenti et recipienti pro se et dicto Anthonio filio suo, et mihi notario recipienti pro eo, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius Pauli et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de aliis suis bonis propriis etc. pro quibus et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "mense".

5.

1364, febbraio 18

Tuzio *Ubere* conciapelli del rione Pigna e della contrada *Camilgiani* riceve in deposito da Paolo *Buccamoza* sarto del rione Pigna la somma di 11 libbre di provisini del senato e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 5r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Tucius Ubere pellarius de regione Pinee et contrada Camilgiani, sponte ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a Paulo Buccamuza sutore de regione Pinee, presente et recipiente ac legitime stipulante, pro se et suis heredibus et sucessoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Paulus dare et concedere voluerit, XI libras provisinorum senatus, quas dictus Tucius a dicto Paulo confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. quas quidem XI libras et dictum depositum dictus Tucius tenere et salvos facere promisit ad omnem ipsius resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Paulo redere et restituere promisit ad omnem petitionem et voluntatem ipsius Pauli cum dampnis et expensis etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc.

6.

1364, febbraio 19

Paolo *Manosella* del rione Ripa rilascia una quietanza a Nicola *Cafari* del rione Pigna, in relazione ad una garanzia da lui prestata nei confronti dello stesso Nicola e del defunto Maddaleno *de Serromanis* per una somma di 300 fiorini d'oro concessa al macellaio Buzio di Nicola di Romano detto *Carrocio* del rione Arenula con un eventuale procedimento di contenzioso, come risulta dal notaio Onofrio *de Magistris Luce*.

All'impegno di garanzia era seguita una diffida dello stesso Nicola *Cafari*, rogata da Lorenzo *scribasenatus*, ma infine Paolo aveva dichiarato di aver ricevuto quanto gli era dovuto, incluse le spese sostenute per la vertenza e di essere stato esentato dall'obbligazione.

Paolo si riseva comunque di rivendicare i suoi diritti nei confronti degli eredi del defunto Maddaleno.

f. 5v

Indictione II<sup>a</sup> mense february die XVIII.

Testes: Cecchus Cafari, Iohannes dudum de Florentia et Colutia Sorromani de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Manosella de regione Ripe sponte ac die presente renumpiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit Nicolao Cafari de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et sucessoribus in perpetuum, omnia et singula iura omnesque actiones, iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas que et

quas nunc habet et in futurum habere posset contra et adversus ipsum Nicolaum et eius bona pretestu et occasione fideiussionis et obligationis facte per dictum Paulum pro dicto Nicolao et Mataleno de Soromanis et quemlibet ipsorum in solidum, de III<sup>c</sup> florenos auri, ex forma cuiusdam termini contentios[i] seu sine per ipsos sponte recepti, ut patet manu Honnufrii de Magistris Luce notarii, penes<sup>(a)</sup> Butium Nicolai Romani dictum alias Carocio macellarium de regione Arenule, nec non diffidationis

f. 6r

inde secute de dicto Nicolao Cafari, scripte manu Laurentii scribasenatus, et expensarum factarum per dictum Paulum dicta de causa et generaliter et specialiter de omni eo quod dictus Paulus eidem Nicolao petere posset usque in diem presentem quocumque modo iure titulo sive causa, reservato ipsi Paulo iure, si quod habet, contra heredes et bonorum possessores dicti olim Madaleni, ita quod hoc<sup>(b)</sup> refutatio quo ad dictum Nicolaum sit generalis et generalissima et omnia in ea veniant prout si essent specificata et nichil in ea intelligatur exceptiones. Hanc autem refutationem quietationem et pactum de ulterius non petendo, dictus<sup>(c)</sup> Paulus dicto Nicolao, presenti et recipienti, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicto Nicolao omne et quicquid ab eo recipere debet et fuisse pro parte dicti Nicolai conservatum et extractum a dicta fideiussione et obligatione, de quibus omnibus supradictis dictus Paulus a dicto Nicolao se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et promisit dictus Paulus a dicto Nicolao, presenti et recipienti, quod dicta iura sunt ipsius et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de aliis suis bonis etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Nico" <sup>(b)</sup> Depennato "se" <sup>(c)</sup> Depennato "Nicola".

7.

1364, febbraio 19

Nicola *Cafari* del rione Pigna riceve in deposito da Paolo *Manosella* del rione Ripa la somma di 4 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositario.

Eodem die et coram dictis testibus, post factam dictam refutationem.

In presentia mei notarii et testium etc. supradictus Nicolaus Cafari confessus fuit se habere in depositum, nomine et causa depositi a supradicto Paulo Manosella IIII<sup>or</sup> florenos auri, quos confessus fuit se recepisse, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. quos tenere et salvos facere promisit ad omne ipsius rescum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Paulo redere et restituere promisit ad omnem ipsius Pauli petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

8.

1364, marzo 25

Lello di Cecco di Giacomo e Gregorio di Cecco di Iuzio entrambi del rione Trevi, con la garanzia di Paolo di Bucciolino dello stesso rione, ricevono in deposito da Egidio figlio del defunto Sollacio detto *Iencha* sarto del rione Pigna e della contrada *Camilgiani* la somma di 48 libbre di provisini del senato e promettono di restituirla a richiesta del depositante.

f. 7r

Indictione II<sup>a</sup> mense martii die XXV.

Testes: Tucius Ubere, Anthonius eius filius de regione Pinee et Anthonius Iotii pelliparii de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Cecchi ser Jacobi de regione Trivii, qui iuravit etc.<sup>(a)</sup> Gregorius<sup>(b)</sup> Cecchi Iutii de dicta regione Trivii, ut principales debitores, et Paulus Bucciolini de dicta regione ut fideiussor ipsius, quilibet ipsorum in solidum sponte uno tamen solvente omnes liberentur, ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse habere et tenere ab Egidio filio olim Sollacii sutore dicto alias *Iencha* de regione Pinee et contrada *Camilgiani*, presente et legitime stipulante<sup>(c)</sup> pro se et suis heredibus et successoribus quatragenta octo libras provisinorum senatus, quas<sup>(d)</sup> presentialiter et manualiter receperunt, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt etc. quas XLVIII libras et dictum depositum dicti depositarii tenere et salvos facere promiserunt ad omnem ipsorum periculum rescum et fortunam, scilicet incendii

f. 7v

nafragii furti rapine etc. et eidem Egidio redere et restituere promiserunt ad omnem ipsius petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligaverunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia renumpiaverunt in predictis feriis et ferriatibus diebus beneficio fori etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso "et" <sup>(b)</sup> P "Gergorius" <sup>(c)</sup> P "stipulanti" <sup>(d)</sup> Ripetuto "quas".

Paola figlia di Giovanni *Serromani* promette solennemente al padre di non arrecargli molestia in occasione della rivendicazione dei diritti di successione del defunto Andreozio, fratello di lei, della defunta nonna materna \*\*\*\*\*, del defunto nonno \*\*\*\*, e della defunta madre Perna e dichiara di aver già ricevuto la quota parte dei beni che le spettavano.

Indictione II<sup>a</sup> mense martii die XXVI.

Testes: Cecchus Cafaro, dominus Laurentius de Serromanis et Iacobellus lanarolus de regione Pinee.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. domina Paula filia Iohannis Serromani de regione Pinee, que primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione mode iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere et que renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo iure, si quo habet vel habere posset quomodolibet in futurum, et specialiter auxilio Velleiani senatus consultus, quod est pro mulieribus introductus, de ipso auxilio per me notarium primo certiorata et autentice, si qua mulier etc. ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate et ex certa scientia promisit et per legitimam et solemnem stipulationem convenit Iohanni de Serromanis, patri suo, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, et mihi notario ut publice persone recipienti pro eis, ipsum Iohannem et suos heredes et successores, non molestare nec molestari facere in perpetuum per se vel alium, occasione sucessionis quondam Andreotii, fratris sui et filii olim domine Perne uxoris olim dicti Iohannis et matris ipsorum Andreotii et Paule. Item et occasione sucessionis quondam domine \*\*\*\*\* avie matris dictorum Andreotii et domine Paule et \*\*\*\* avii ipsorum et dicte domine Perne, matris ipsorum, immo renumpsiavit et refutavit expresse et, per pactum de ulterius non petendo, remisit dicto Iohanni, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, omnia et singula iura et actiones que et quas habet vel habere posset contra

et adversus ipsum Iohannem et bona sua, rationibus supradictis seu quavis alia ratione, nulla facta sibi domine Paule reservatione. Hanc autem promissionem renumpsiationem refutationem et pactum dicta domina Paula eidem Iohanni, presenti et recipienti ut supra, et mihi notario recipienti pro eis, fecit pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit se recepisse a dicto Iohanne, patre suo, integraliter partem suam de bonis et sucessionibus predictorum omnium et de omni eo quod petere posset dicto Iohanni et in bonis suis quovis colore quesito, de qua parte omnium predictorum se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit omni exceptioni non numeratorum et habitorum parte predictorum et sucessionis predictae etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc. Que quidam omnia et singula etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato "missa".

Il nobile Paolo di Nicola *Capucie* del rione Trevi erede universale della defunta Marsibilia figlia del defunto Tuzio di Nicola di frate Leonardo e già moglie dello stesso Paolo, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo di Pietro di Angelo, vende a Paolo di Cola di Graziano detto Paolo *Talgialonto* del rione Pigna 5 pezze di vigneti, già posseduto da Marsibilia, con vasca, tino, canneto ed una casa, situati fuori della porta di S. Paolo nella località *La Penna Nova*, nella proprietà della chiesa di S. Alessio di Roma alla quale va riconosciuto il diritto di locazione e di proprietà, al prezzo di 110 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore il testimone Lello di Matteolo per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta del nobile Paolo si offrono quali garanti del diritto di proprietà Magalotto *Buccatorta* e Renzo di Nuzio *Amirate* macellaio, entrambi del rione Trevi.

Indictione II<sup>a</sup> mense martii die XXVII.

Testes: Nicolaus Meuli, Lellus Mathioli de regione Pinee, Petrus Lei de regione Trivii et Andreas albanensis de regione Trivii famulus<sup>(a)</sup> Palocchi de Pappazuris.

In<sup>(b)</sup> presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Paulus domini Nicolai Capucie de regione Trivii huniversalis heres quondam domine Marsibilie filie quondam Tucii Nicolai fratris Leonardi et olim uxoris dicti Pauli, ut de dicta hereditate patet manu Iohannis domini Iacobi Petri Angeli publici notarii a me notario viso et lecto, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, omnimodo via iure et forma quibus melius potest, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Paulo Cole Gratiani dicto alias Paolo *Talgialonto* de regione Pinee, presente et recipiente pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Paulus dare et concedere voluerit in perpetuum, idest vites et arbores V petiarum vinearum, plus vel minus quante sunt, ipsius Pauli et que olim fuerunt dicte domine Marsibilie, salvo semper et reservato iure locationis et proprietatis ecclesie Sancti Alexii de Urbe, positarum extra portam Sancti

f. 9v Pauli in loco qui dicitur La Penna Nova, super proprietate dicte ecclesie Sancti Alexii, inter hos fines, ab uno later tenet Cola magistri Angeli, ab alio latere sunt vinee que olim fuerunt Theuli Longi, ante est via publica, retro sunt menia Urbis vel si qui etc. cum vasca vascali, tino et una domo coperta, candeto cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis, salvo semper et reservato iure dicte locationis, et per Lellum Mathioli, testem suprascriptum, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus et in corporalem possessionem adeptus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, precario<sup>(c)</sup> tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor prefato emptori liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsa vinea possit intrare tenere possidere etc. et de ea facere quicquid sibi perpetuo placuerit, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat etc. ipsumque in rem suam procuratorem constituit nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur

f. 10r prefatus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, pro se et quo supra nomine, fecit pro pretio et nomine pretii CX florenorum auri, quos seu de quibus dictus venditor a dicto emptore presentialiter et manualiter recepit et habuit L florenos auri in florenis de auro, residuum autem totius dicti pretii dictus venditor a prefato emptore confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse, de quibus L florenis et toto dicto pretio dicte vinee dictus venditor se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum et pretii predicti excepto doli mali etc. et si plus dicto pretio dicte vinee cum omnibus suis usibus valerent seu valebunt, totum illud plus quod valerent dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, pro se et quo supra nomine, propter amorem et dilectionem que et quam in eum habet inter vivos donavit cessit et concessit, et promisit dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti, pro se et quo supra nomine, quod dicte vinee sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluit de evictione teneri de aliis suis bonis propriis, pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit insuper dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem ad petitionem et requisitum dicti emptoris cum cura et cautelis de iure<sup>(d)</sup>

f. 10v sufficientibus, pro quibus dictus venditor obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiaverunt etc. et ad hec Magalactus Buccatorta<sup>(e)</sup> de regione Trivii, Rentius filius Nucii Amirate macellarius de regione Trivii, qui iuravit etc. quilibet ipsorum in solidum sponte ad preces et instantiam dicti Pauli venditoris penes dictum Paulum emptorem, presentem et recipientem pro se et suis heredibus et successoribus sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicte vinee cum omnibus suis<sup>(f)</sup> usibus, ut dictum est, sunt dicti Pauli venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite etc. nec contractus vel quasi contractus cum alia persona seu loco factus est seu apparet et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione de bonis propriis eorumdem, pro quibus obligaverunt omnia eorum bona etc. et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. Que omnia et singula etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “dicti” <sup>(b)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato “missum” <sup>(c)</sup> Così p, ma intendasi “precario” <sup>(d)</sup> Ripetuto “de iure” <sup>(e)</sup> Segue un “et” superfluo <sup>(f)</sup> Depennato s.

## 11.

1364, marzo 27

Paolo di Cola di Graziano detto Paolo *Talgialonto* del rione Pigna riceve in deposito dal nobile Paolo di Nicola *Capucie de Pappazuris* del rione Trevi la somma di 60 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 11r Eodem mense et die et coram dictis testibus.  
In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Cole Gratiani dictus alias Paulus Talgialonto de regione Pinee sponte confessus est et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse habuisse habere et tenere a nobili viro Paulo domini Nicolai Capucie de Pappazuris de regione Trivii, presente et recipiente ac legitime stipulante, pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipse Paulus dare et concedere voluerit LX florenos auri, quos dictus Paulus Talgialonto confessus fuit se a dicto Paloccho de Pappazuris recepisse et habuisse, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. quos tenere et salvos facere promisit ad omnem ipsius Pauli resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Paulo de Pappazuris redere et restituere promisit ad omnem ipsius Pauli de Pappazuris petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus et singulis dictus Paulus Talgialonto obligavit penes dictum Palocchum omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

Stefano figlio del defunto Pietro *Cidimenuno* del rione Monti contrae un'obbligazione nei confronti di Giovanni *de Serromanis* del rione Pigna, presente per sé e per la figlia Paola, futura sposa dello stesso Stefano, su una casatorre con pianoterra e solario, situata nella contrada *de Fuscis de Berta*, su un'altra casa adiacente con pianoterra, solario e un pozzo, con un ponte appoggiato sulla vicina casatorre, ed ancora su una casa con pianoterra e solario, con un orto retrostante, situata nella contrada *Caballi*, ed infine sulla metà di orto con alberi detto *La chiusa*, unito con l'altra metà della madre Giovanna in cambio della dote di 166 fiorini e due terzi d'oro ricevuta da Giovanni *de Serromanis* per la figlia Paola.

Le parti convengono che se Stefano dovesse morire prima di Paola, sia con figli legittimi o senza figli, gli eredi entro sei mesi dalla sua scomparsa, dovranno restituire a Giovanni ed a Paola la dote in denaro contante; se invece Paola dovesse morire prima di Stefano, senza aver procreato figli legittimi ma esistente in vita Vannozia, figlia di primo letto di Paola e del defunto marito Antonio, Stefano restituirà, entro sei mesi dalla scomparsa della moglie la dote a Vannozia in denaro contante; se ancora Paola dovesse morire prima di Stefano, senza aver procreato figli legittimi dopo la morte di Vannozia, allora Stefano, entro sei mesi dalla scomparsa della moglie, restituirà la dote al padre di lei, se vivente, oppure alla persona demandata a tal fine. Inoltre Stefano dona per le nozze a Giovanni, che riceve a nome di Paola, la somma di 83 fiorini ed un terzo d'oro alle condizioni consuete a Roma e promette di ottenere il consenso della madre Giovanna.

Dietro preghiera e richiesta di Stefano si offrono quali garanti del diritto di proprietà Stefano di Giovanni di Renzone del rione Colonna, Lorenzo di Nardo *de Ameterninis* e Giacomo di Nicola di Oddone del rione Monti.

Sull'accordo stipulato dà infine il suo consenso Lorenzo, fratello di Stefano, il quale promette che egli e la moglie Paola non arrecheranno molestie per la metà della casa situata nella contrada *Caballi*.

f. 11v

Indictione II<sup>a</sup> mense martii die XXVII.

Testes: dominus Tadeus causidicus, Lutius Philippi, Cecchus Saragona, Petrus Laurentii Saragona de regione Pinee, Cecchus Iudicis Pauli et Cola Valentini de regione Montium.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Stephanus filius olim domini Petri Cidimenuno de regione Montium, qui iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum aliquo tempore petere, sponte ac die presente obligavit et in pignore<sup>(b)</sup> Iohanni de Serromanis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et domina Paula filia sua, sponsa et futura uxore Domino concedente, dicti Stephanelli et eiusdem domine Paule heredes et successores, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa domina Paula, et ad ipsius domine Paule et heredes et successores eius opus et utilitatem, idest unam domum sive turrim ipsius Stephanelli terrineam et solaratam, sitam in contrada de Fuscis de Berta, inter hos fines, ab uno

f. 12r

latere tenet dominus Laurentius de Occidemenunis causidicus et Palotius domini Angeli via mediante, ab alio Petrus Santus via mediante, ab aliis lateribus sunt vie. Item unam aliam domum ipsius Stephanelli, positam iusta supradictam domum sive turrim, terrineam et solaratam et cum puteo existente in ea, cum ponte apodiato supra dictam turrim et dictam domum, inter hos fines, ab uno latere tenet Lellus Partomedalgia, ab alio magister Andreas olim de Molaria, ante est via publica. Item unam domum sive palatium terrineum et solaratum cum orto post se ipsius Stephanelli, positam in contrada Caballi, inter hos fines, ab uno latere tenet Nicolaus Valli, ab alio Colutia Nutii Cecchi, ante est via publica<sup>(c)</sup>. Item medietatem integram cuiusdam orti, qui dicitur La chiusa, cum arboribus fructiferis et infructiferis existentibus in eo, iunta pro indiviso cum alia medietate domine Iohanne matris ipsius Stephanelli, fines ad totum dictum ortum sunt hii, ab uno latere tenet ecclesie Sancte Marie Magioris, ab alio tenet ecclesie Sancti Vitalis vel si qui sunt ad predicta omnia plures veriores confines etc. et generaliter omnia alia et singula bona sua mobilia

f. 12v

et stabilia presentia et futura, que nunc habet et in futurum aquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt. Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur, dictus Stephanus, eidem Iohanni de Serromanis, presenti et recipienti pro se et dicta domina Paula filia sua et futura uxore dicti Stephani, et mihi notario ut publice persone recipienti vice et nomine dicte domine Paule, pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Iohanne de Serromanis pro dote et nomine dotis dicte domine Paule, filie sue, centum sessaginta<sup>(d)</sup> ses florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri, quos a dicto Iohanne<sup>(e)</sup> recepit et habuit presentialiter et manualiter in florenis de auro, de quibus florenis seu de qua dote se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus quod si contingat ipsum Stephanum premori dicte domine Paule, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis legitime procreatis, tunc voluit et promisit dictus Stefanus dicto Iohanni, presenti et recipienti pro se et dicta domina Paula<sup>(f)</sup>, filia sua et mihi notario ut publice persone recipienti pro ea, dictam

f. 13r

dotem redi et restitui in<sup>(g)</sup> pecunia numerata et florenis de auro et non in alia specie per heredes et successores ipsius, infra spatium dimidii anni a die eiusdem Stephanelli obitus computando; si vero contingat ipsam dominam Paulam premori dicto Stephano, viro suo, sine filiis ex eis legitime procreatis, et vivente Vannotia



filia dicte domine Paule et quondam Anthonii primi viri dicte domine Paule, tunc in dicto casu promisit dictus Stefanus dicto Iohanni, presenti et recipienti pro se et dicta Vannotia, et mihi notario recipienti pro ea, tunc in dicto casu promisit dictus Stefanus dictam dotem redere et restituere dicte Vannotie in pecunia numerata et florenis de auro et non in alia specie, infra spatium dimidii anni a die obitus dicte domine Paule numerando; si vero contingat ipsam dominam Paulam premori dicto Stephano, viro suo, sine filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, et non superstite dicta Vannotia, filia dicte domine Paule et dicti olim Anthonii primi viri sui, tunc in dicto casu promisit et convenit dictus Stefanus dicto Iohanni, presenti et recipienti, dictam dotem, infra dictum spatium dimidii anni a die obitus dicte domine Paule computando, redere et restituere in pecunia numerata et florenis de auro et non in alia specie ipsi Iohanni, si tunc visserit, et si non visserit cui ipse Iohannes commisit et si non commisit cui lex dederit.

f. 13v Insuper dictus Stephanus donavit propter nuptias in superfluo dicti pignoris dicto Iohanni, presenti et recipienti, pro se et dicta domina Paula filia sua et futura uxore dicti Stephani, et mihi notario ut publice persone recipienti pro dicta domina Paula et ad ipsius domine Paule opus et utilitatem, otuaginta tres florenos auri et tertiam partem alterius floreni auri, sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis etc. et promisit dictus Stefanus dicto Iohanni, presenti et recipienti pro se et vice et nomine domine Paule, filie sue predictae et mihi notario recipienti pro ea, quod dicta bona superius obligata sunt ipsius Stephani et ad eum spectant et pertinent<sup>(h)</sup> pleno iure et quod nulli alii persone sunt vendita data donata etc. nec contractus vel quasi seu distractus cum aliqua alia persona seu loco factus est seu factus apparet in totum vel in partem in preiudicium presentis contracti et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum etc. pro quibus etc. et recepit etc. et promisit dictus Stefanus dicto Iohanni, presenti et recipienti, in predictis et quolibet predictorum facere consentire dictam dominam Iohannam, matrem suam, et omnem aliam personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad petitionem et requisitionem dicti Iohannis, pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et ad hec ad preces et instantiam dicti Stephani penes dictum Iohannem, presentem

f. 14r et recipientem pro se et quo supra nomine, et me notarium ut publicam personam recipientem pro ea, Stephanus Iohannis Rentionis de regione Columpne, Laurentius Nardi de Ameterninis et Iacobus Nicolai Oddonis de regione Montium, quilibet ipsorum in solidum, fideiusserunt et promiserunt, quod dicta bona superius obligata sunt ipsius Stephani et ad eum spectant et pertinent<sup>(i)</sup> pleno iure et quod nemini aliis sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione tantum, prout ipse principalis tenetur, pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. et si, ut dictum est, hec omnia adimpleta fuerint, tunc hec carta sit vacua et inanis et nullius valoris, alioquin liceat ipsi Iohanni et dicte domine Paule et heredibus et successoribus ipsorum dicta bona, superius obligata, capere tenere vendere etc. Insuper promiserunt dicti fideiussores in predictis et quolibet predictorum facere consentire dictam dominam Iohannam, matrem dicti Stephani, cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad petitionem et requisitionem dicti Iohannis et dicte domine Paule, pro quibus etiam obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. ad que omnia et singula supradicta et quolibet predictorum sapiens vir dominus Laurentius domini Petri, frater germanus dicti Stephani, consentiit et suum consensum prestitit et promisit se facturum et curaturum quod in dimidia parte dicti palatii, positi in contrada Caballi, inter suos confines superius designatos, ipse Stephanus et dicta domina Paula filia dicti Iohannis<sup>(j)</sup> et heredes et successores ipsorum

f. 14v per ipsum dominum Laurentium, dominam Paulam eius uxorem et heredes et successores ipsorum perpetuo non molestabuntur, nec per alium seu alios, eorum nomine, nec alterius eorumdem. Hunc autem consensum dictus dominus Laurentius dicto Stephano, fratri suo, et promissionem fecit propter amorem et dilectionem quem et quam in eum habet etc. pro quibus ipse dominus Laurentius obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato · M · <sup>(b)</sup> Omesso “posuit” <sup>(c)</sup> Depennato “vel si qui alii fuerit ad pred” <sup>(d)</sup> Depennato “florenos” <sup>(e)</sup> Depennato p <sup>(f)</sup> Depennato “futura uxore sua” <sup>(g)</sup> Depennato “ persona” <sup>(h)</sup> P “pertinet” <sup>(i)</sup> P “pertinet” <sup>(j)</sup> Depennato “per ipsum dominum”.

### 13.

1364, marzo 27

Stefano figlio del defunto Pietro *Cidimenuno* del rione Monti e Paola di Giovanni *de Serromanis* del rione Pigna, interrogati dal notaio Paolo *de Serromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio. Stefano infila l'anello d'oro con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Paola, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

Eodem anno, mense et die et coram supradictis testibus etc.

In presentia mei notarii etc. Stephanus domini Petri predictus interrogatus per me notarium si volebat in suam legitimam uxorem dictam dominam Paulam, qui sponte et ex certa scientia respondit “Volo” et versavice dicta domina Paula interrogata per me notarium si volebat in suum legitimum maritum dictum Stephanum, que respondit sponte “Volo”, et sic cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso dictus Stephanus per verba

de presente subarravit eandem dominam Paulam, immisso dictum anulum in digito dicte domine Paule anulari manus dextre intervenientibus verbis de futuro “Quod Deus coniunxit homo non separet” etc.

14.

1364, marzo 28

Pietro e Giovanni del defunto Nicola di Andrea *de Anibaldis* del rione Pigna, i quali si impegnano anche per il fratello Andrea, rilasciano una quietanza a Cecco Sabbatino dello stesso rione, in relazione al pagamento di 24 fiorini d'oro dovuti per la vendita delle erbe, come risulta da un atto rogato dallo stesso Paolo *de Serromanis*, che dichiarano di aver già ricevuti.

f. 15r

Indictione II<sup>a</sup> mense martii die XXVIII.

Testes: Petrus Francisci Iohannis Leonis, dominus Angelus Marronis et Cecchulus Cafari de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus et Iohannes, germani frates, filii olim Nicolai Andree de Anibaldis de regione Pinee, qui ambo iuraverunt etc. et qui ambo pro Andrea, frate eorum, sese principaliter obligaverunt et promiserunt de rato et rati abitione, sponte renumpsiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt Ceccho Sabbatino de regione Pinee, presenti et recipienti, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas, que et quas habent vel habere possint contra et adversus ipsum Cecchum et bona sua, pretestu et occasione XXIII florenorum auri, in quibus dictus Cecchus dictis fratribus tenebatur pro venditione erbarum, ut patet manu mei eiusdem notarii. Hanc autem refutationem dicti Iohannes et Petrus pro sese ipsis et dicto Andrea, frate eorum, dicto Ceccho, presenti et recipienti, fecerunt pro eo quod confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt se recepisse et habuisse ab ipso Ceccho dictos XXIII florenos auri de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. et promiserunt etc.

15.

1364, marzo 28

Il frate Agapito, monaco di S. Eusebio di Roma, esecutore testamentario del defunto nobile Giovanni *de Turri pertondata*, volendo dare esecuzione al suo mandato nomina suoi procuratori i notai Nicola di Filippo e Nicola *de Porcariis* per le cause relative all'attuazione del testamento e promette di ratificare il loro operato.

f. 15v

Eodem mense et die.

Testes: Cecchus domini Iohannis Castellani de regione Trastiberim Iohannes Bavirusus de regione<sup>(a)</sup> Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. frater Agapitus, monachus Sancti Eusepii de Urbe, executor testamenti et ultime voluntatis quondam nobilis viri domini Iohannis de Turri pertondata, volens pro expeditione dicte executionis, ut tenetur, atendere, sponte fecit suos procuratores Nicolaum Philippi notarium, presentem et recipientem, et Nicolaum de Porcariis notarium, licet absentem tamquam presentem, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas que et quas habet contra omnes personas, occasione executionis predicte etc. promictens se ratum habere etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato P.

16.

1364, marzo 29

Nuzio di Tommaso *Palguche*, con la garanzia di Andrea *Paluzepti* e di Antonio di Biagio, tutti del rione Trevi, riceve in deposito da Angela moglie del sarto Egidio *Sollacii* detto *Iencha* del rione Pigna e della contrada *Camilgiani* la somma di 14 libbre di provisini del senato e promette di restituirla entro la prossima festa di S. Angelo del mese di settembre.

f. 16r

Indictione II<sup>a</sup> mense martii die XXVIII.

Testes: Palonco Gallocie de regione Trivii et Lellus Luce Guilielmi de Orto de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Nucius Thomai Palguche, ut principalis debitor, Andreas Paluzepti et Anthonius Blaxii, fideiussores ipsius, qui iuraverunt etc. omnes de regione Trivii, quilibet ipsorum in solidum, uno solvente omnes liberentur, sponte ac die presente confessi sunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a domina Angela uxore Egidii Sollacii dicti alias Iencha de regione Pinee et contrada Camilgiani, presente et legitime stipulante, XIII libras provisinorum senatus, quas presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt in florenis de auro et pecunia numerata, de quibus post ipsam receptionem se bene quietos et contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non numeratorum pecunie etc. quas XIII libras et dictum depositum dicti depositarii tenere et salvos facere promiserunt ad omnem ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem domine Angele redere et restituere promiserunt hinc ad festum sancti

Angeli de mense septembris proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc.

17.

1364, aprile 29

Cecco di Sabbatino del rione Pigna si presenta nella chiesa di S. Maria in Via Lata davanti a Buzio di Pozzaglia, canonico e procuratore della chiesa, e in assenza degli altri canonici afferma che avendo ricevuto in affitto dal capitolo della chiesa due casali detti *Violata* e *Violatella*, situati fuori della porta \*\*\*\*\*, e non avendoli potuti coltivare a causa di una contesa dei Romani, avvenuta specialmente nella zona dove si trovano i casali, egli non è tenuto a dare alcuna corrisposta per tutto il tempo nel quale i tenimenti dei casali, per causa di forza maggiore, sono rimasti infruttuosi.

Cecco dichiara ancora che, essendo stato impedito da valide ragioni nel programma di coltivazione dei terreni, rinuncia alla loro locazione ed informa che il capitolo ed i canonici facciano quello che vogliono della loro proprietà.

f. 16v

Indictione<sup>(a)</sup> II<sup>a</sup> mense aprilis die XXVIII.

Testes: Lellus Corraducii, Alexius Petri Pauli Herrici et Colutia dictus alias Biancapeptorina de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Cecchus Sabbatini de regione Pinee in ecclesia Sancte Marie in Via Lata coram domino Butio de Pozaglia, canonico dicte ecclesie ac scyndico et comino et procuratore dicte ecclesie, cum copia aliorum canonicorum dicte ecclesie habere non possit, dixit et protestatus est quod cum ipse habuit ad locationem a canonicis et capitulo dicte ecclesie duo casalia quod vocantur *Violata* et *Violatella*, posita extra portam \*\*\*\*\*, inter suos confines, et ipsa casalia non possit nec valeat laborare propter brigam generalem quam nunc habent Romani et specialiter in illis partibus ubi dicta casalia posita sunt, quod ipse Cecchus non teneatur ipsis canonicis, pro ipsa locatione, respondere nisi tantum pro rata temporis et illo tempore quo ipse potuit ipsa casalia et eorum tenimenta fructificare etc. nec non sponte et ex certa scientia renumpiavit dictam locationem et dixit quod cum ipse sit multis iustis rationibus impeditus ipsam locationem renumpiavit expresse et quod ipsi canonici et capitulum dicte ecclesie de ipsa casalia et eorum tenimenta faciant velle eorum etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato un segno di croce in segno di richiamo.

18.

1364, maggio 5

Giovanni di Nicola *della Ciota* del rione Trevi, anche a nome della moglie Giovanna, nomina arbitri Nicola *Baracte* e Paolo di Nicola *Marronis* del rione Pigna per risolvere le controversie sorte con Nicola *dello Refredo* sarto, la moglie Angela e il fratello Troncolo del rione di S. Marco a causa delle contese che si sono verificate tra le due parti.

Gli arbitri sono invitati a stipulare un compromesso di pace perpetua o temporanea e ricevono ampio mandato per deliberare entro la fine del mese. Giovanni promette di osservare l'arbitrato, impegna tutti i suoi beni mobili ed immobili e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato. Il compromesso non avrà valore se non sarà ricambiato da un analogo compromesso stipulato dalla parte avversa.

Dietro preghiera e richiesta di Giovanni si offrono quali garanti per la convalida del diritto di proprietà Cecco di Nicola *Saxi*, Lello di Andrea di Bartelluzio e Paolo Giacobello *Gallocie* del rione Trevi.

f. 17r

Indictione II<sup>a</sup> mense maii die V.

Testes: Iohannes Liscus, Piczolante et Petrus Pauli Cicchani de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Nicolai della Ciota de regione Trivii pro se ipso et suo proprio nomine, ac vice et nomine domine Iohanne uxoris sue, pro qua promisit de rato et rati abitione et se et bona sua principaliter obligavit et promisit quod dicta domina Iohanna, uxor sua, hunc compromissum et omnia ex eo descendencia ratum et firmum habebit ad penam infrascriptam, ex una parte, sponte ac die presente compromisit et compromissum fecit in nobiles et discretos viros Nicolaum Baracte et Paulum Nicolai Marronis de regione Pinee, presentes et recipientes, tamquam in ipsorum, viri et uxoris, arbitros arbitratores et communes amicos de omni lite discordia controver[si]a briga et questione que est vel esse posset inter ipsos virum et uxorem, ex una parte, et Nicolaum dello Refredo sutorem, dominam Angelam uxorem eius et Troncolum fratrem dicti Nicolai de regione Sancti Marci, ex parte altera, dans<sup>(a)</sup> et concedens dictus Iohannes, pro se et quo supra nomine, dictis arbitris et arbitratoris plenam et liberam licentiam

f. 17v

et potestatem arbitrandi laudandi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de iure, semel et plures, pacem securitatem perpetuam vel ad tempus, cum satisfactione quacumque realem vel personalem vel sine partibus presentibus vel absentibus, una presente vel absente, una citata et alia non citata, ipsis arbitris stantibus

sedentibus vel ambulantis quomodocumque vel qualitercumque eis melius placuerit, promittens dictus Iohannes, pro se et nomine quo supra, omne arbitrium laudum arbitratum unum seu plura, ex dicto compromisso descendencia, semper ratum et firmum habere et tenere ac inviolabiliter observare et observari facere a dicta domina Iohanna, uxor sua, et ab eo non appellare supplicare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri sub obligatione bonorum ipsius mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinarum senatus, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti, et me notarium, ut publicam personam recipientem vice et nomine camere Urbis, pro quibus omnibus et singulis observandis etc. et renuntiavit etc. proviso tamen quod dictum compromissum non valeat nec teneat nisi simile compromissum factum fuerit per predictos supra nominatos, quod compromissum durare voluit per totum presentem mensem maii etc.

f. 18r et ad hec ad preces et instantiam dicti Iohannis penes me notarium, presentem et recipientem vice et nomine camere Urbis et parti, Cecchus Nicolai Saxi, Lellus Andree Barthellutii et Paulus Iacobelli Gallochie de regione Trivii, quilibet ipsorum in solidum fideiusserunt pro dicto Iohanne et dicta domina Iohanna, sese principaliter obligaverunt de rato et promiserunt sese facturum et curaturum quod predicti vir et uxor hunc compromissum et omne arbitrium de ipso descendencia, semper ratum et firmum habebunt et ab ipso non appellabunt supplicabunt seu petent reductionem ad arbitrium boni viri ad dictam penam, stipulatam ut supra, pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renuntiaverunt epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> P “dantes”.

19.

1364, maggio 5

Coluzia *dello Refredo* sarto del rione Pigna, anche a nome della moglie Angela e del fratello Troncolo, nomina arbitri Nicola *Baracte* e Paolo di Nicola *Marronis* del rione Pigna per risolvere la controversia sorta con Giovanni *della Ciota* e la moglie Giovanna del rione Trevi a causa delle contese che si sono verificate tra le due parti.

Gli arbitri sono invitati a stipulare un compromesso di pace perpetua o temporanea e ricevono ampio mandato per deliberare entro la fine del mese. Coluzia promette di osservare l'arbitrato, impegna tutti i suoi beni mobili ed immobili e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato. Il compromesso non avrà valore se non sarà ricambiato da un analogo compromesso stipulato dalla parte avversa.

Dietro preghiera e richiesta di Coluzia si offrono quali garanti per la convalida del diritto di proprietà Giovanni figlio del defunto Lello di Andrea *Rubei*, Giannolo di Matteolo *Infantis* e Benedetto *Franceschelle* del rione Pigna.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Nicolaus Iannocchiaro, Nicolaus Iohannis Francisci et Laurentius Ciatelle.

In presentia mei notarii et testium etc. Coluzia dello Refredo sutor de regione Pinee pro se et suo proprio nomine, ac vice et nomine domine Angele uxoris sue, et Troncoli fratris ipsius Nicolai, pro quibus et quolibet ipsorum promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit et promisit se facturum et curaturum quod dicta domina Angela, uxore sua,

f. 18v et dictus Troncolus frater suus hunc compromissum et omne arbitrium laudum seu arbitratum perpetuo ratum habebunt sub obligatione<sup>(a)</sup> bonorum ipsius et pena infrascripta, sponte ac die presente compromisit et compromissum fecit in nobiles et discretos viros Nicolaum Baracte et Paulum Nicolai Marronis de regione Pinee, licet absentes tamquam presentes, tamquam in eorum arbitros arbitratos et communes amicos de omni lite discordia briga controversia et questione que est vel esse posset inter ipsos Colam, dominam Angelam et Troncolum, ex una parte, et Iohannem Nicolai della Ciota et dominam Iohannam, eius<sup>(b)</sup>, usque in presentem diem dans et concedens dictus Cola, pro se et quibus supra nominibus, dictis arbitris et arbitratoribus plenam et liberam potestatem arbitrandi inter ipsas partes alte et basse de iure et de facto, semel et plures, pacem et securitatem perpetuam vel ad tempus, cum satisfactione quacumque mandandi inter ipsos realem vel personalem vel secundum quod ipsis arbitris melius placuerit, ipsis stantibus sedentibus vel ambulantis, partibus presentibus vel absentibus, una presente vel alia absente, una citata et alia non citata, ipsis citatis vel non, promittens dictus Coluzia, pro se et quibus supra nominibus, omne arbitrium arbitratum unum seu

f. 19r plura, ex dicto compromisso descendencia, ratum gratum et firmum habere et tenere et haberi et teneri facere a predictis domina Iohanna et Troncolo sub ypotheca obligatione omnium bonorum suorum et pena infrascripta et ab ipso non appellare supplicare seu petere restitutionem ad arbitrium alterius boni viri sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinarum senatus, pro medietate camere<sup>(c)</sup> Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti, et mihi notario, ut publice persone recipientem pro ipsa camera et parte, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Cola obligavit omnia bona sua etc. et renuntiavit etc. quod compromissum durare voluit per totum presentem mensem maii etc. et ad hec ad hec precibus et rogatu dicti Cole penes me

notarium, presentem et recipientem pro dicto Iohanne et domina Iohanna, uxore sua, Iohannes filius olim Lelli Andree Rubei, Iannolus Matheuli Infantis et Benedictus Franceschelle omnes de regione Pinee, qui omnes iuraverunt etc. sponte fideiusserunt predicto Colutia et sese et bona eorum principaliter obligaverunt de rato et rati abitione pro dicta domina Angela et Troncolo, penes me notarium, presentem et recipientem pro dicta camera Urbis et parte et promiserunt sese facturos et curaturos quod predicti Colutia, domina Angela et Troncolus hunc compromissum et omnia ex eo

f. 19v descendencia, semper et perpetuo rata grata et firma habere et tenere et ab eis non<sup>(d)</sup> suplicabunt appellabunt nec petent reductionem ad arbitrium alterius boni viri ad penam predictam, stipulatam ut supra, pro quibus dicti fideiussores obligaverunt omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc.

(a) Depennato “de” (b) Omesso “uxoris” (c) Depennato u (d) Depennato ab.

20.

1364, maggio 5

Nicola *Baracte* e Paolo di Nicola *Marronis* del rione Pigna eletti arbitri da Giovanni di Nicola *della Ciota* del rione Trevi e da Coluzia *dello Refredo* sarto del rione Pigna, seduti in un podio nella casa del defunto Cola *Marronis* del rione Pigna, deliberano di imporre una tregua alle due parti in contrasto, sotto pena di una sanzione prevista nei rispettivi compromessi e si riservano di emettere la sentenza.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Iacobellus Marronis, dominus Angelus Marronis et Macus aurifex de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. supradicti arbitri, sedentes pro tribunalibus in podiis in domibus quondam Cole Marronis de regione Pinee, mandaverunt treguam inter ipsas partes, durante compromisso, et mandaverunt dictis partibus quod ad penam in compromisso contentam non offendat nec offendi faciant sese ad invicem in persona vel bonis, durante compromisso, reservata eis potestate iterum et plures arbitrandi etc.

21.

1364, maggio 23

I nobili Giovanni, Pietro e Andrea figli del defunto Nicola di Andrea *de Aniballis* e lo stesso Pietro, procuratore degli altri fratelli Riccardo milite e Paolo, come risulta da una procura rogata dal notaio Nicola del giudice Tommaso di Matera, vendono a Ceccolello figlio del defunto Andreozio *Cafari* del rione Pigna 5 pezze di terra le cui vigne sono state locate allo stesso acquirente con un affitto annuale di 1 fiorino, situate fuori della porta Pinciana presso il ponte Salario, al prezzo di 19 fiorini e mezzo d'oro.

I venditori nominano loro procuratore il testimone Giovanni figlio del defunto Ceccolello *Cafari* del rione Pigna per l'insediamento dell'acquirente nella loro proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Giovanni, di Andrea e di Pietro, procuratore di Riccardo e di Paolo, si offrono quali garanti Giacobello figlio del defunto Lello di Pietro *Candulfi* ed Egidio Mazino figlio del defunto Lello *Marozini* del rione Pigna per la convalida del diritto di proprietà dei venditori.

f. 20r Indictione II<sup>a</sup> mense maii die XXIII<sup>o</sup>.

[Testes]<sup>(a)</sup>: Iohannes filius olim Cecchi Cafari, Iacobus filius olim Lelli Angeli Blaxii, Nucius dictus alias Campilgia et Paulus dictus alias Cimiera de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. nobiles viri Iohannes, Petrus et Andreas, germani frates, filii olim nobilis viri Nicolai Andree de Aniballis, qui omnes primo iuraverunt etc.<sup>(b)</sup> pro sese ipsis et ipsorum propriis nominibus, et dictus Petrus, ut procurator et persona legitima egregii militis domini Ricardi, fratris ipsorum militum, et Pauli, fratris ipsorum, filiorum quondam dicti Nicolai, prout de ipso procuratorio plene patet manu Nicolai iudicis Thomassi de Mathera publici notarii, a me notario viso et lecto, sponte ac die presente eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus et dictus Petrus, ut procurator predictorum, habens speciale mandatum, vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Ceccholello filio olim Andreotii Cafari de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Ceccholellus dare et concedere voluerit in perpetuum, idest V petias

f. 20v terrarum, in quibus habet vites ipse Ceccholellus, plus vel minus quante sunt, ad pentionem unius floreni auri redendi anno quolibet, que terre et vinee posite sunt extra portam Pincianam prope pontem Salarium, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Cecchi Francie, ab alio latere tenet Andreas Deodati, ante est via publica vel si qui etc. vendiderunt etiam dicti frates, pro sese ipsis et dictus Petrus, ut procurator predictorum domini Ricardi et Pauli fratrum ipsorum venditorum, omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas que et quas nunc habent et in futurum habere possent seu sperat in dictis terris quomodocumque vel qualitercumque nullum ius eis seu ipsorum cuiuslibet aliquo modo reservato<sup>(c)</sup> et per Iohannem filium olim Ceccholelli Cafari de regione Pinee, testem suprascriptum, presentem et recipientem, quem dicti venditores, pro se ipsis, et dictus Petrus, ut

f. 21r

procurator predictorum domini Ricardi et Pauli suum procurator constituerunt ad investiendum ipsum emptorem de predicta terra investiri voluerunt et mandaverunt et donec fuerit dictus emptor investitus constituerunt se dicti frates, nomine dicti emptoris, tenere et possidere etc. ad quam possessionem adimplendam dicti venditores, pro se ipsis, et dictus Petrus, ut procurator predictus, eidem Ceccholello Cafario plenam et liberam facultatem concesserunt ut, amodo in antea proprio nomine agat etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et dicuntur infra, prefati venditores et dictus Petrus, ut procurator predictus, eidem emptori, presenti et recipienti, pro se et heredibus et successoribus suis fecit pro pretio et nomine pretii decem novem florenos auri et dimidium, quos presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt a dicto emptore, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. et promiserunt dicti frates venditores predicti et dictus Petrus, ut procurator predictorum domini Ricardi et Pauli fratuum ipsorum, quod dicte terre seu ius locationis ipsarum terrarum sunt ipsorum fratuum et ad ipsos spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite date donate cesse concesse nec modo aliquo alienate in totum vel in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona factus est seu factus apparet et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione de aliis bonis ipsorum etc. pro quibus omnibus etc. et renumpiaverunt etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc. insuper promiserunt predicti frates venditores eidem emptori, presenti et recipienti, quod dicti frates ipsorum dictam venditionem semper et perpetuo ratam et firmam habebunt sub obligatione bonorum ipsorum, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

f. 21v

et ad hec ad preces et instantiam dicti<sup>(d)</sup> Petri, Iohannis, et Andree nec non dicti Petri procuratoris predictorum domini Ricardi et Pauli, Iacobellus filius olim Lelli Petri Candulfi et Egidius Mazinus filius olim Lelli Marozini de regione Pinee ambo, ipsi et quilibet ipsorum in solidum, fideiusserunt et promiserunt, quod dicte terre seu ius dicte locationis sunt ipsorum fratuum et ad ipsos spectant pleno iure et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso <sup>(b)</sup> Depennato “et dictus Petrus” <sup>(c)</sup> Depennato “Hanc aut” <sup>(a)</sup> P “dicto”.

22.

1364, maggio 23

Andrea di Cola di Mariano già di Alatri ed ora abitante nel *castrum Turricelle* nomina suo procuratore per le sue cause il nobile Buzio figlio di Paolo *Capucie de Capoccinis* del rione Pigna.

Indictione II<sup>a</sup> mense maii die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Nucius Petri Guictionis et Iacobellus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreas Cole Mariani dudum de Alatro nunc habitator castri Turricelle sponte fecit suum procuratorem ad causas nobilem virum Butium filium olim nobilis viri Pauli Capucie de Capoccinis de regione Pinee, presentem et recipientem, et ad sustituendum unum seu plures procuratores etc.

23.

1364, giugno 8

Cecco di Sabbatino del rione Pigna dà in soccida a Giovanni *della Luccia* del *castrum Masse* 11 bestie vaccine grosse, 5 bestie sopra i due anni e 5 bestie al di sopra di un anno per un periodo di 5 anni.

Le parti convengono che il soccidante non è tenuto a pagare l'erba nel periodo estivo e, alla scadenza della concessione, divideranno per metà le bestie.

f. 22r

Indictione II<sup>a</sup> mense iunii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Paulus et Cecchus filii olim Nicolai Marronis<sup>(a)</sup> et Candulfellus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(b)</sup> Cecchus Sabbatini de regione Pinee sponte dedit in soccitam, ad usum bone soccite, Iohanni della Luccia de castro Masse, presenti et recipienti, pro V annis proxime futuris XI bestias vaccinas grossas, quinque annotinas et V assecaticias, acto inter ipsas partes quod ipse Cecchus non teneatur solvere erbam<sup>(c)</sup>, tempore estatis<sup>(d)</sup> etc. et finitis dictis annis dictam soccitam dividant, ut moris est, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “de” <sup>(b)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato “mussum” <sup>(c)</sup> P “erbat” <sup>(d)</sup> P “statis”.

24.

1364, giugno 15

Il maestro Giacomo fisico del rione Colonna e Lorenzo *de Amedeis scribasenatus* del rione Pigna nominano loro procuratori Giacomo di Paolino, Giacomo *Numentane*, Vecchiarello figlio del defunto Cecco di Vecchio e Onofrio *de Magistris Luce* notaio, presenti, e Francesco di Puzio, Francesco *Rosani*, Tuzio *Seccaderii* e Saba del maestro Paolo notai, assenti, per le loro cause.

Indictione II<sup>a</sup> mense iunii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes de Cangiano notarius de regione Pontis et Laurentius Persone de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. magister Iacobus fisicus de regione Columpne<sup>(a)</sup>, Laurentius de Amedeis scribasenatus de regione Pinee sponte fecerunt suos procuratores ad causas discretos viros Iacobum Paulini, Iacobum Numentane, Vecchiarellum filium olim Cecchi Vecchi, Honofrium de Magistris Luce notarium, presentes et recipientes, Franciscum

f. 22v

Pucii, Franciscum Rosani, Tucium Seccaderii et Sabbam magistri Pauli notarios, licet absentes tamquam presentes, ad omnes ipsorum et cuiuslibet ipsorum causas lites et questiones etc. et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire etc. promictentes etc.

<sup>(a)</sup> Omesso “et”.

25.

1364, giugno 15

Vecchiarello figlio del defunto Cecco di Vecchio nomina suoi procuratori le persone indicate nel precedente atto oltre a Lorenzo *de Amedeis scribasenatus* per le sue cause e promette di ratificare il loro operato.

Eodem mense et die et coram dictis testibus.

Supradictus<sup>(a)</sup> Vecchiarellus sponte fecit omnes supradictos suos procuratores ad omnes suas causas etc. et Laurentium scribasenatum, promictens de rato etc.

<sup>(a)</sup> Depennato f.

26.

1364, giugno 17

Perna vedova di Antonio di Giovanni di Federico del rione Ripa ed ora moglie di Paolo *Milgiari* del rione Campitelli, con il consenso del marito, rilascia una quietanza a Lorenza vedova di Nello *Pistelli* del rione Pigna, in relazione ad un atto di deposito stipulato dal defunto Nello *Pistelli*, rogato dal notaio Paolo di Andrea di Buonanno, dopo aver ricevuto la somma di 30 fiorini d'oro che la debitrice aveva ricavato da una botte di vino e da altri beni a lei destinati dal marito.

f. 23r

Indictione II<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> iunii die XVII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Laurentius Iohannis presbiter de regione<sup>(b)</sup> Campitelli, Nicolaus Brenda et Cola Martellonis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Perna uxor olim Anthonii Iohannis Frederici de regione Ripe et nunc uxor Pauli Milgiari de regione Campitelli, que iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere, cum consensu et voluntate licentia et mandato dicti Pauli mariti sui, presentis et consentientis, et que domina Perna primo renumpsiavit quantum ad hec omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palaferorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus et autentice, si qua mulier<sup>(c)</sup> de ipsis per me eundem notarium primo certiorata, sua bona voluntate ac die presente renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit domine Laurentie uxori olim Nelli Pistelli de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se ac vice et nomine omnium

f. 23v

quorum interest nunc vel interesse poterit in futurum, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel intererit in futurum, idest omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas ipsa domina Perna habet vel habere posset in futurum contra et adversus ipsam dominam Laurentiam heredem et bonorum possestricem iuris et facti dicti olim Nelli et in bonis et hereditate dicti olim Nelli, pretestu et occasione cuiusdam publici istrumenti depositi, scripti manu Pauli Andree Bonianni publici notarii, continentis quantitatem triginta florenorum auri, plus vel minus, prout in ipso istrumento depositi plenius continetur, in quibus dictus Nellus eidem domine Perne apparebat principaliter obligatus. Hanc autem refutationem renumpsiationem et pactum de ulterius non petendo, dicta domina Perna eidem domine Laurentie, presenti et recipienti, pro se et quolibet supra nominibus, et mihi notario presenti et recipienti pro eis, fecit, cum consensu et voluntate dicti sui viri, pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipsa domina Laurentia dictos triginta florenos auri, quos ipsa domina Laurentia confessa fuit et asseruit se recepisse de bonis ipsius Nelli, scilicet de pretio unius vegetis vini, quod remansit de bonis dicti olim Nelli et de aliis bonis dicti olim Nelli, de quibus

f. 24r

dicta domina Perna se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum dictorum florenorum etc. exceptionis doli mali etc. et spei future numerationis etc. et promisit dicta domina Perna et dictus Paulus, eius maritus, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius domine Perne et ad eam



spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt predicti vir et uxor teneri de evictione de bonis propriis eorumdem, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt predicti vir et uxor penes dictam dominam Laurentiam et me notarium, recipientem ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantitate ad hec, nomine dicte domine Laurentie, tenere et possidere constituerunt, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

(a) Ripetuto mense (b) Depennato Pi (c) Depennato “et p”.

27.

1364, giugno 17

Paolo *Milgiorus*, Stefano di Giacomo *Ricii* e Giacobello di Cecco di Martino del rione Campitelli sono informati dal notaio Paolo *de Serromanis* che Perna vedova di Antonio di Giovanni di Federico ed ora moglie di Paolo *Milgiari* aveva venduto al defunto Nello *Pistelli* fabbro del rione Pigna due pezze di terra con vigneto, canneto, una parte di vasca, tino e una parte di un pozzo, situato dentro le mura di Roma nella località *Antingiano*, con la riserva del diritto di proprietà spettante alla chiesa di S. Martina, al prezzo di 30 fiorini d'oro che Perna dichiara di aver ricevuto, come risulta dall'atto rogato dal notaio Paolo di Andrea di Buonanno.

Dietro preghiera e richiesta di Perna le persone infomate dal notaio si offrono quali garanti nei confronti di Lorenza vedova di Nello *Pistelli* per la convalida del diritto di proprietà al tempo della vendita.

Eodem anno, mense et die et coram supradictis testibus etc.

In presentia mei notarii etc. Paulus Milgiorus, Stephanus Iacobi Ricii et Iacobellus Cecchi Martini omnes de regione Campitelli, ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte certiorati per me notarium quomodo domina Perna uxor olim Anthonii Iohannis

f. 24v Frederici et nunc uxor dicti Pauli Milgiari vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit quondam Nello Pistelli ferrario<sup>(a)</sup> de regione Pinee, presenti et recipienti in ius universum et in rem perpetuam, idest duas petias terrarum ad vineas, plus vel minus quante sunt, cum candeto, parte vasche vascalis et tini et parte putei in ea existentibus et cum introitibus et exitibus suis que vinee posite sunt infra menia Urbis in loco qui dicitur Antingiano, inter hos fines, ab uno latere tenet Colecta, ab alio latere tenet domina Francischa Cecchi iudei, ab alio Stingaza macellarius, ab alio viculus vecinalis vel si qui etc. salvo semper et reservato ius ecclesie Sancte Martine, cuius est proprietas et dictarum terrarum et vinearum, pro pretio et nomine pretii triginta florenorum auri, quos dicta domina Perna confessa fuit se recepisse de quibus se bene quietam et pacatam et contentam vocavit et renumpsiavit etc. et si plus valerent totum tunc dicta venditris dicto emptori inter vivos donavit etc. et promisit quod dicte vinee<sup>(b)</sup> erant ipsius domine Perne et ad eam spectabant pleno iure et quod nemini erant vendite etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout de hiis plene patet manu Pauli Andree Bonianni notarii, idcirco predicti Paulus, Stephanus et Iacobellus sponte ac die presente sponte ex certa scientia ad preces et instantiam dicte domine Perne penes<sup>(c)</sup> dominam Laurentiam uxorem olim dicti Nelli, presentem et recipientem, pro se et vice

f. 25r et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, et me notarium ut publicam personam, presentem et recipientem et recipientem vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, fideiusserunt et promiserunt predictae vinee vendite per ipsam dominam Pernam dicto olim Nelli, tempore venditionis predictae, erant dicte domine Perne et ad eam spectabant et pertinebant pleno iure et quod nulli erant vendite date donate cesse concesse nec aliquialiter alienate in totum vel in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona factus est nec factus<sup>(d)</sup> apparet in preiudicium dicte venditionis et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt teneri de evictione ipsi fideiussores et quilibet ipsorum in solidum de aliis bonis propriis eorumdem et promiserunt dicti fideiussores dicte domine omnia dampna et expensas de aliis bonis ipsorum reficere et resarcire ad ipsarum quantitatem vel numero stare et credere voluerunt<sup>(e)</sup> solo simplici sacramento dicte domine et heredum et successorum ipsius et dicti olim Nelli et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. pro quibus obligaverunt omnia bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

(a) P “ferrario” (b) Depennato “su” (c) Depennato “dictam” (d) P “factos” (e) Depennato “de e”.

28.

1364, giugno 28

Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna annulla i testamenti ed i codicilli da lui fatti allo scopo di migliorarli.

f. 25v Indictione II<sup>a</sup> mense iunii die vicesimo octavo.

Testes: presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Cecchus Sassi, Nutius Capucie, Paulus Manosella, Ceccholellus Cafari et dominus Laurentius de Serromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee sponte et ex certa scientia revocavit cassavit irritavit et annullavit<sup>(a)</sup> omnia et singula testamenta per ipsos actenus factas<sup>(b)</sup> et per quoscumque notarios scripta et pro cassis irritis et annullatis honeri voluit et mandavit tamquam irrita vacua et inana et prout si facta non fuissent et voluit et mandavit expresse quod nullus vigore dicti testamenti seu testamentorum aut codicellorum seu codicilli possit aliquid<sup>(c)</sup> petere de bonis nec in bonis ipsius<sup>(d)</sup> Pauli. Hanc autem revocationem fecit asserens se pro suo melioramento etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “testamentum” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> P “aliquit” <sup>(d)</sup> Depennata una seconda s finale.

29.

1364, giugno 30

Lorenzo di Martelluzio pozzolanaio del rione Pigna dona alla moglie Celletta due pezze di vigneto, situate fuori della porta Latina nella proprietà di Nunziello *de Cancellaris*, poiché ha ricevuto dalla donataria molto di più del valore attribuito al vigneto, ma si riserva l'usufrutto vita natural durante.

Lorenzo aggiunge la clausola che, se dovesse essere ridotto all'indigenza o dovesse essere incarcerato, si riserva ancora, in questo caso di vendere o di pignorare il vigneto con il consenso della moglie.

f. 26r Indictione II<sup>a</sup> mense iunii die ultimo.

Testes: Nicolaus Cafari et Paulus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Laurentius Marthellutii pozonarolus de regione Pinee, ac die presente donavit et donationis titulo dedit cessit et concessit inter vivos Collecte uxori sue, presenti et recipienti, pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, secundum infrascriptum vel cui seu quibus ipsa Collecta dare et concedere voluerit, idest duas petias vinearum, scilicet vites et arbores fructiferas et infructiferas cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus earumdem plus vel minus quante sunt, site super proprietate Nuciagie de Cancellaris salvo semper et reservato iure locationis et proprietatis dicti Nuciagie, posite extra portam Latinam, inter hos fines, ab uno latere tenet Biancapectorina, ab alio latere tenet ecclesie Sancte Lucie de Septesolgia, ab alio latere tenet Comera pozonarolus, ab alio latere ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani in Silce iure proprietatis, que dicte petia vinearum fuerunt olim Spangie vel si qui etc.

f. 26v donavit etiam dictus Laurentius dicte Collecte uxori sue, presenti et recipienti, omnia iura sibi competentia nunc et in futurum competitura in dictis vineis. Hanc autem donationem et que dicta sunt et infra dicentur, prefatus Laurentius dicte Collecte, presenti et recipienti, fecit causa amoris et dilectionis quem et quam in eam habet et in futurum habere sperat, Domino concedente, et quia confessus fuit se recepisse tantum a dicta Collecta quod bene ascendit ad valorem dictarum vinearum et multo plus, reservato ipsi Laurentio toto tempore vite sue, usufructum dictarum vinearum et quod liceat ipsi Laurentio quod si ad inopiam perveniret massimam vel esset in carcere mancipatus, quod liceat ipsi Laurentio<sup>(a)</sup> in dicto casu ipsas vineas posse vendere vel aliter et alio modo pignorare secundum consensum dicte Collecte uxoris sue, et aliter promisit dictam donationem nullatenus revocare, scilicet semper ratam et firmam habere sub obligatione<sup>(b)</sup> bonorum dicti Laurentii mobilia et immobilia presentia et futura etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc. reservata mihi potestate etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “Laurentio” <sup>(b)</sup> Depennato d.

30.

1364, luglio 3

Lella di Angelo lanaiolo del rione Pigna nomina suoi procuratori Giacobello di Gentile e Nuzio di Cola *Palelli* notai del rione Monti per tutte le sue cause e promette di ratificare il loro operato.

f. 27r Indictione II<sup>a</sup> mense iulii die III<sup>o</sup>.

Testes: Anestasellus tabernarius et Petrus Gazasare de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lella Angeli lanaroli de regione Pinee sponte fecit suos procuratores actores factores et numptios speciales, Iacobellum Gentilis et Nutium Cole Palelli notarios de regione Montium et quemlibet ipsorum in solidum et quod per unum<sup>(c)</sup> inceptum fuerit alter prosequi valeat et finire, licet absentes tamquam presentes, ad omnes suas causas etc. promictens se ratum habere omne et quicquid per dictos suos procuratores actum factum et procuratum fuerit etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(c)</sup> Depennata una s finale e sostituita con un segno abbreviativo per m.

Paolo di Rinaldo del rione Parione nomina suoi procuratori Giovanni Santo, Simeone di Giovanni di Simeone, Cecco di Cola *Nute* e Matteolo *Sassi* notai, Paolo sindaco detto *Lonigiao* e Buzio *Piscionis*, tutti del rione Parione, per stipulare la pace e la sicurezza perpetua o temporanea, come sarà disposto dai Banderesi, con Donato di Placido e con il figlio Cola, dello stesso rione Parione, con il bacio della vera pace ed ottenere da loro o dal loro procuratore un analogo impegno con la reciproca remissione delle ingiurie e delle offese scambiate tra le due parti e promette, infine, di ratificare il loro operato.

Indictione II<sup>a</sup> mense iulii die VI.

Testes: Anastasellus tabernarius, Egidius Sollacii dictus alias Ienca sutor et Dominicus Nicolai de Cioctis marmorarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Raynalli de regione Parionis, qui iuravit etc. ac die presente, sponte fecit<sup>(a)</sup> suos procuratores actores factores et numptios speciales seu quocumque alio nomine melius dici et<sup>(b)</sup>

f. 27v

conscribi potest a iure, habentes ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem, videlicet Iohannem Santum, Simeonem Iohannis Simeonis, Cecchum Cole Nute, Matheulum Sassi notarios, Paulum scyndicum dictum alias Lonigiao et Butium Piscionis omnes de regione Parionis et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quemlibet ipsorum in solidum et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad dandum et redendum pacem et securitatem perpetuam vel ad tempus, prout dominis Bandarensibus placuerit mandare Donato Placide et Cole filio suo de dicta regione Parionis, osculo vere pacis interveniente et similem pacem recipiendam ab eis seu eorum procuratore et ad remictendam omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas partes et similem remissionem recipiendum et ad promictendum de non offendendo perpetuo per dictos Donatum et Colam pro se vel alium, eius nomine, et similem promissionem recipiendum ab eis seu eorum procuratore pro eis sub quacumque pena quomodocumque vel qualitercumque stipulata et ad renumptiandum capitulo consuetudinum Urbis loquentibus de penis conventionalibus non exigendis et ad obligandum bona ipsius et ad dandum pro predictis ydoneam fideiussionem

f. 28r

et predicta omnia similiter recipienda nec non ad omnes suas causas lites et questiones<sup>(c)</sup> etc. et generaliter ad omnia alia et singula facienda que veri et legitimi procuratores facere possunt et debent et que ipsemet constituens facere posset si personaliter interesset et que in predictis et circa predicta merita causarum exigunt et requirunt, promictens se ratum gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid predictos suos procuratores seu ipsorum alterum actum factum gestum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsius etc. pro quibus etc. et renumptiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "suum" <sup>(b)</sup> Ripetuto "et" <sup>(c)</sup> P "questionis" <sup>(d)</sup> Depennato "do".

Lello di Andrea di Martelluzio, con la garanzia di Pietro di Cola *Muccinelli*, entrambi del rione Trevi, riceve in deposito da Anastasello oste già del rione Ponte e ora del rione Pigna la somma di 6 libbre di provisini del senato e promette di restituirla entro la prossima festa di s. Angelo del mese di settembre.

Indictione II<sup>a</sup> mense iulii die XI<sup>o</sup>.

Testes: Dominicus Nicolai de Cioctis, Petrus Gazasare et Sabbas Iohannis de Seromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Andree Marthellutii, ut principalis debitor, et Petrus Cole Muccinelli, ut fideiussor ipsius ambo de regione Trivii, uno tamen solvente ambo liberentur, quilibet ipsorum in solidum, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse habere et tenere ab Anastasello tabernario de regione Pontis

f. 28v

olim et nunc de regione Pinee, presente et recipiente ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, VI libras provisinorum senatus, de quibus presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt a dicto Anastasello LVII solidos provisinorum senatus in pecunia numerata, residuum autem confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese recepisse et habuisse et penes sese habere et tenere, de quibus etc. et renumptiaverunt etc. quas quidem VI libras provisinorum et dictum depositum, dicti depositarii et quilibet ipsorum tenere et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Anastasello redere et restituere promiserunt hinc ad festum sancti Angeli de mense septembris proxime futurum cum dampnis omnibus et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus obligaverunt omnia bona eorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi compelli et convenire omni tempore etiam ferriatis diebus, quibus ferriis et ferriatis diebus renumptiaverunt expresse et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et renumptiaverunt in predictis beneficio fori etc. et omnibus aliis iuribus quibus contra predicta venire posset, renumptiaverunt expresse etc.

Oddone di Pietro *Serromani* del rione Pigna, a nome della figlia Renzola, e Benedetto di Giannotto del rione di S. Eustachio stipulano una convenzione di parentela: Oddone promette a Benedetto di concedergli in moglie Renzola con la dote e gli ornamenti di 30 fiorini d'oro ed altri oggetti preziosi, Benedetto promette, a sua volta, ad Oddone di ricevere in moglie Renzola con la dote, gli ornamenti e gli altri oggetti preziosi e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro 6 mesi, con una pena pecuniaria di 100 libbre di provisini in caso di inosservanza.. Le parti si riservano di prolungare o di abbreviare il tempo concordato a loro discrezione e, per l'ossequanza dei patti, si scambiano il bacio della vera pace.

f. 29r

Indictione II<sup>a</sup> mense iulii die XV.

Testes: dominus Iacobus Pauli Gemme canonicus Sancte Marie Rotunde, Thomarocius de Astallis, Ceccholellus Cafari et Sabbas de Serromanis.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt conventiones et pacta parentele habita in Dei nomine et firmata inter Oddonem Petri Serromani de regione Pinee pro Renzola, filia sua honesta puella, et Benedictum Iannocti de regione Sancti Eustachii, videlicet quod dictus Oddo promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Benedicto, tunc presentem et recipientem, dare Renzolam, filiam suam, in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis triginta florenis auri et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis et dictus Benedictus promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Oddoni dictam Renzolam recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis predictis et aliis iocalibus inter eos conventis, quam parentelam ad effectum ducere promiserunt hinc ad sex menses proxime futuros, prolongando et abreviando terminum ut ipsis partibus placuerit, quam quidem parentelam attendere et observare promiserunt<sup>(a)</sup> sub pena C librarum provisinorum pro medietate camere Urbis et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti, vice et nomine camere Urbis et pro ipsa, et pro alia medietate parti fidem servanti etc. ad cautelam omnium predictorum, nomine sacramenti, dederunt unus alteri et alter alteri osculum vere pacis etc.

f. 29v

<sup>(a)</sup> Depennato "hinc".

Benedetto di Giannotto del rione di S. Eustachio contrae un'obbligazione dotale nei confronti di Oddone di Pietro *de Serromanis* del rione Pigna, presente per sé e per la figlia Renzola, futura sposa dello stesso Benedetto, su una casa con pianoterra, solario e camere, situata nel rione Pigna, che gli è stata venduta dallo stesso Oddone, come risulta dall'atto rogato dal notaio Lorenzo *Calcavecchia*, in cambio della dote di 20 fiorini d'oro.

Le parti convengono che se Renzola dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, Benedetto, entro sei mesi dalla morte di Renzola, dovrà restituire la dote ad Oddone se vivente, oppure alla persona demandata a tal fine, computando il valore della casa, se sarà stata conservata senza deterioramenti nella condizione nella quale è stata venduta, altrimenti dovrà versare l'equivalente in denaro contante; se invece Benedetto dovesse morire prima di Renzola, sia con figli legittimi o senza figli, gli eredi dovranno restituire a Renzola e ad Oddone, entro sei mesi dalla sua scomparsa, la dote con il valore equivalente della casa, sempre che sia stata conservata senza deterioramenti, altrimenti in denaro contante.

Inoltre Benedetto dona per le nozze ad Oddone, che riceve a nome di Renzola, la somma di 10 fiorini alla condizione che se egli dovesse morire prima della moglie, con figli legittimi procreati dal loro matrimonio, allora Renzola godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la sua morte, la somma sarà devoluta ai figli; se invece...

Eodem mense et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium<sup>(a)</sup> etc. Benedictus Iannocti de regione Sancti Eustachii, qui iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa, nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et in pignus dotale posuit Oddoni Petri de Serromanis de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se et suo proprio nomine ac vice et nomine Renzole, filie sue honeste puelle et in Dei nomine future uxoris dicti Benedicti et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti, pro ipsa Renzola, et ad ipsius Renzole opus et utilitatem, idest quemdam domum terrineam et solaratam cum cameris infra eam<sup>(b)</sup> ipsius Benedicti obligantis, positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Nicolaus frater dicti Oddonis muro communi mediante, ab alio

f. 30r

latere tenet Cecchus Cafari, ab alio retro tenet Iohannes de Serromanis ante est via publica vel si qui etc. sibi Benedicto hodie dicto die venditam per ipsum Oddonem, ut patet manu Laurentii Calcavecchia publici notarii. Hunc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Benedictus

eidem Oddoni, presenti et recipienti, pro se et dicta Renzola, filia sua, futura uxore, Domino concedente, dicti Benedicti<sup>(c)</sup> et mihi notario, ut publice persone presenti et recipienti pro ipsa Renzola, fecit pro dote et nomine dotis ipsius Renzole XX florenos auri<sup>(d)</sup>, quos a dicto Oddone confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus XX florenis auri seu de qua dote se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solute pecunie etc. sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat dictam Renzolam premori dicto Benedicto, futuro viro suo, sine filiis ex eorum matrimonio legitime natis, tunc promisit et convenit dictus Benedictus dicto Oddoni dictam dotem redere et restituere in dicta domo, si tunc penes eam reperiretur in ea qualitate in qua nunc est non deteriorata, alioquin in pecunia numerata et non in alia specie seu re, infra dimidii anni spatium a die obitus dicte Renzole computando, si dictus Oddo tunc visserit et si non visserit cui lex dederit, cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis; si vero contingat ipsum Benedictum premori dicte Rensole, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis legitime natis, tunc voluit et mandavit dictus Benedictus per heredes et successores ipsius dictam dotem, videlicet dictam domum, si tunc temporis reperiretur penes heredes ipsius in ea qualitate in qua nunc est non deteriorata, dicte Renzole et dicto Oddoni pro ea, redi et restitui, infra dictum spatium dimidii anni a die eius obitus computando, et si dicta domus non reperiretur penes eam vel reperiretur deterioratam, promisit voluit et mandavit quod restituatur eidem in pecunia numerata et non in alia specie seu re, infra spatium supra dictum, cum dampnis et expensis etc. Insuper dictus Benedictus super dictam domum donavit propter nuptias dicto Oddoni, presenti et recipienti, pro dicta Renzola, filia sua, et mihi notario, ut publice persone recipienti pro ea et ad eius opus et utilitatem, decem florenos auri sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat ipsum Benedictum premori dicte Renzole, future uxori sue, cum filiis ex eorum matrimonio legitime natis, tunc ipsa Renzola habeat dictam donationem ad usufructum toto tempore vite sue et, post eius mortem ad dictos communes filios libere revertatur; si vero contingat<sup>(e)</sup>

f. 30v

<sup>(a)</sup> Depennato “subscriberum” <sup>(b)</sup> Depennato “po” <sup>(c)</sup> Depennato f <sup>(d)</sup> Nell’atto precedente era prevista una dote di 30 fiorini d’oro  
<sup>(e)</sup> Il testo si interrompe per la perdita dell’ultimo foglio, applicato come incarto insieme al corrispondente f. 1, del primo quaderno del protocollo. L’ipotesi che si tratti della dispersione del solo foglio conclusivo è convalidata dal fatto che la successione cronologica degli atti non presenta interruzioni, come pure è analoga la sequenza ed il contenuto dei documenti predisposti dal notaio per la preparazione e la conclusione di un matrimonio avvenuti nello stesso giorno. Per un riferimento sullo sviluppo conclusivo del formulario del presente atto cfr. il precedente doc. 129.

35.

1364, luglio 15

Benedetto di Giannotto del rione di S. Eustachio e Renzola figlia di Oddone di Pietro *de Serromanis* del rione Pigna, interrogati dal notaio Paolo *de Serromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Benedetto infilò l’anello d’oro con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Renzola.

f. 1r<sup>(a)</sup>

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo sessagesimo quarto pontificatus domini Urbani pape V indictione II<sup>a</sup> mense iulii<sup>(b)</sup> XV.

Testes: dominus Iacobus Pauli Gemme canonicus Sancte Marie Rotunde, Thomarocius de Astallis de regione Sancti Eustachii, Ceccholellus Cafari de regione Pinee et Sabbas de Serromanis de dicta regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Benedictus Iannocti de regione Sancti Eustachii interrogatus per me Paulum notarium infrascriptum si volebat in suam legitimam uxorem Renzolam filiam Oddonis Petri de Sorromanis de regione Pinee, ibidem presentem, qui respondit “Volo”; et versavice interrogata dicta Renzola si volebat in suum legitimum maritum dictum Benedictum Iannocti de regione Sancti Eustachii, que respondit “Volo”, et tunc per verba de presente dictus Benedictus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso<sup>(c)</sup>, arravit ipsam Renzolam<sup>(d)</sup> mictendo sibi dictum anulum in digito anulari ipsius Renzole manus dextre etc.

<sup>(a)</sup> L’amanuense che ha proceduto alla numerazione dei fogli è stato probabilmente indotto in errore dall’invocazione premessa al documento seguente con il quale ha inizio il secondo quaderno del protocollo, ha annotato l’anno 1364 sul margine superiore del foglio ed ha cominciato di nuovo la numerazione dal f. 1 come per un nuovo protocollo, distinto dal precedente quaderno del quale è invece l’esatta continuazione. Sul margine inferiore, di mano più tarda, è stato pure annotato “Pars %” che sembra accreditare, ad opera di un archivist, la erronea valutazione di due distinti protocolli con due diverse segnature <sup>(b)</sup> Omesso “die” <sup>(c)</sup> Depennato i  
<sup>(d)</sup> Omesso il segno abbreviativo finale per m.

36.

1364, luglio 20

Lippo figlio del defunto Rosso *Riciutoli* del rione Pigna e Guglielmo figlio del defunto Andrea *Rubei* dello stesso rione stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il reciproco scambio del bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente con le parole e con i fatti e, per la conservazione della pace, impegnano tutti i loro beni mobili ed immobili e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

Dietro preghiera e richiesta di Lippo si offrono quali garanti per la conservazione della pace Luca *Mathari de Advocatis* del rione Campo Marzio, Cecco di Gregorio, Cola *Ficocia*, Nuzio di Chiarello, Giacomo *Panalfucii* di Falcone del rione Campitelli e Vello *Matheria* del rione S. Angelo; allo stesso modo dietro preghiera e richiesta di Guglielmo si offrono quali garanti Cecco di Giovanni *Cimini* e Silvestro di Giovanni di Stefano del rione Colonna, Giacobello di Pietro *Candulfi*, Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis*, Giovanni figlio del defunto Andrea *Vallerani* e Cecco *Peregrini* del rione Pigna.

- f. 1v Indictione II<sup>a</sup> mense iulii die XX<sup>o</sup>.  
[Testes]<sup>(a)</sup>: dominus Paulus Varani miles de regione Pontis, Lellus Butii Iohannis Rubei, Cecchus Sabbatini de regione Pinee et Anthonius Matheria de regione Campitelli.  
In presentia mei notarii et testium etc. Lippus filius olim Rubei Riciutoli de regione Pinee, ex una parte, et Guiliemus filius olim Petri Andree Rubei de dicta regione, qui Guilielmus primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosantis scripturis contra omnia et singula infrascripta non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa, nec restitutionem in integrum petere, ex alia parte, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, fecerunt inter sese ad invicem veram et mundam pacem et perpetuam securitatem osculo vere pacis interveniente inter eos et remiserunt ad invicem dicte partes, una pars alteri et altera alteri, omnem iniuriam et offensas factam et illatam inter ipsas partes, videlicet una pars alteri et altera alteri usque in presentem diem dicto seu facto usque in presentem diem sub pena legali et mille librarum provisinorum senatus, solvenda et exigenda a parte contra veniente pro medietate camere Urbis et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa et promiserunt dicte partes ad invicem una pars alteri et altera alteri
- f. 2r de cetero non offendere nec offendi facere una pars alteram et altera alteram, per sese vel alium seu alios in persona vel bonis sub pena legali et mille librarum provisinorum senatus, solvenda et exigenda a parte contra veniente pro medietate camere Urbis, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa camera, et pro alia medietate parti fidem servanti, actum et declaratum inter partes predictas quod dicta securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et voluerunt dicte partes quod totiens dicta pena tollatur a contra faciente quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis, nichilominus firmis manentibus, pro quibus omnibus et singulis observandis et plenarie adimplendis predictae partes, una pars alteri et altera alteri, obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, renumpiantes in predictis dicte partes capitulo statuti et consuetudinum Urbis loquentibus de penis conventionalibus non exigendis et omnibus et singulis aliis exceptionibus et defentionibus tam iuris quam facti, quibus contra predicta venire possent dicte partes renumpiaverunt expresse. Et ad hec ad preces et instantiam dicti Lippi, Lucas Mathari de Advocatis de regione Campimartis, Cecchus Gregorii, Cola Ficocia, Nutius Clarelli, Iacobutius Panalfucii domini Falconis [omnes] \* de regione Campitelli et Vellus Matheria de regione Sancti Angeli, omnes ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt pro dicto Lippo penes dictum
- f. 2v Guilielmum, presentem et recipientem, et me notarium ut publicam personam presentem et recipientem pro ipso Guilielmo et camera Urbis, et promiserunt quod dictus Lippus perpetuo dictam pacem et securitatem observabit inlesam et quod<sup>(b)</sup> ab inde in antea et perpetuo non offendet nec offendi faciet ipsum Guilielmum per se vel alium seu alios in persona vel bonis ad penam predictam stipulatam ut supra est expressum. Et versa vice ad petitionem et instantiam dicti Guilielmi, Cecchus Iohannis Cimini<sup>(c)</sup>, Silvester Iohannis Stephani de regione Columpne, Iacobellus Petri Candulfi, Paulus filius olim Nicolai Marronis, Iohannes filius olim Andree Vallerani et Cecchus Peregrini [omnes]\* de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum ad preces et instantiam dicti Guilielmi penes dictum Lippum, presentem et recipientem, et me notarium recipientem ut supra, sponte fideiusserunt et promiserunt quod dictus Guilielmus dictas pacem et securitatem perpetuo observabit inlesam et quod de cetero non offendet nec offendi faciet per se vel alium seu alios, eius nomine, et pro eo dictum Lippum in persona vel bonis sub pena
- f. 3r predicta stipulata pro medietate camere et mihi notario pro ipsa camera recipienti et pro alia medietate parti fidem servanti etc.<sup>(d)</sup> pro quibus omnibus et singulis observandis predicti omnes fideiusserunt utriusque partium obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, renumpiantes in predictis dicti fideiussores epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defentionibus iuris canonici et civilis statuto et consuetudinibus Urbis, quibus contra predicta venire possent, tam dicti principales quam dicti fideiussores renumpiaverunt expresse ex certa scientia, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc. Qua omnia et singula etc. reservata mihi potestate etc.

<sup>(a)</sup> Omesso <sup>(b)</sup> Depennato “de” <sup>(c)</sup> Omesso “et” <sup>(d)</sup> Depennato q.

Caterina figlia del defunto Tommaso *Capucie* e vedova del notaio Lello di Pietro di Gregorio di Pietro di Clemente del rione di Via Lata, con il consenso della madre Maria, nomina suo procuratore il fratello Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis*, canonico di S. Lorenzo in Lucina, per stipulare un atto di fidanzamento

con Marco *de Ciceronibus* del rione Pigna. Nella procura sono elencate dettagliatamente le varie disposizioni: Caterina promette di unirsi in matrimonio con la dote e gli ornamenti di 400 fiorini d'oro e gli altri oggetti preziosi; Marco a sua volta promette di riceverla in moglie con la dote da lei dichiarata, ad impegnare i suoi beni con il proposito di realizzare il vincolo di parentela entro il prossimo mese, con una pena di mille libbre di provisini del senato, ed a ratificare il patto con la cerimonia del bacio della vera pace. L'obbligazione di Marco, nella stipula della convenzione di parentela dovrà riguardare particolarmente le case ed i palazzi ed in generale tutti i suoi beni mobili ed immobili per la dote di Caterina di 266 fiorini ed un terzo d'oro.

Caterina, a sua volta, impegna per la dote e concede a Marco la quarta parte del casale detto *Torre delli Furoni* e del suo tenimento, unito con la quarta parte degli eredi del notaio Lello e con la metà della madre Maria e degli eredi di Cola di Tebaldo di Tivoli, situata fuori ponte Mammolo, al prezzo di 230 fiorini d'oro; impegna anche i diritti che vanta sull'altra quarta parte dello stesso casale degli eredi di Lello, in relazione ad una somma di 40 fiorini che le è stata lasciata dal defunto marito ad integrazione della dote, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni *Zucche*; impegna, infine, anche i diritti che vanta sui beni del defunto marito, in relazione ad una somma di 25 fiorini d'oro che le è stata lasciata nel testamento dello stesso Lello, come risulta dall'atto rogato dal notaio Cecco *Sassi*.

La delegante impegna inoltre il procuratore a richiedere a Marco una donazione per le nozze di 133 fiorini ed un terzo d'oro sui suoi beni ed a ricevere un'adeguata obbligazione nel caso di una loro perdita; promette infine di ratificare l'operato del procuratore e si sottopone, in caso di inosservanza, ad una pena di una libbra d'oro.

f. 3v Eodem anno, indictione, mense et die XX<sup>o</sup>.

Testes: Laurentius Cole Marci de regione Columpne, Colutia Ranucini calsolarius et Iohannes magistri Iohannis iubarellarius<sup>(a)</sup> de regione Vie Late.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherina filia olim Thome Capucie et uxor olim Lelli Petri Gregorii Petri Clementis notarii de regione Vie Late, cum consensu et voluntate licentia et mandato domine Marie, matris sue, et olim uxoris dicti Thome, que renumpsiavit quantum ad infrascripta omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus et autentice, si qua mulier etc. de ipsis per me eundem notarium primo certiorata, quid sit et quid dicat etc. ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate ex certa scientia, fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem negotiorum gestorem et numptium specialem seu quocumque alio nomine melius dici et censeri potest a iure, videlicet dominum Angelum filium olim Laurentii Marronis canonicum Sancti Laurentii in Lucina, germanum ipsius domine Catherine, presentem et recipientem et in se mandatum sponte suscipientem, habentem ad omnia et singula infrascripta ab ipsa domina Catherina speciale mandatum et plenariam potestatem ad contrahendum<sup>(b)</sup>

f. 4r cum Marcho de Ciceronibus de regione Pinee, ad facendum fidantias cum eodem et ad promittendum quod ipsa domina Catherina recipiat ipsum Marchum in suum legitimum maritum cum dote et guarnimentis IIII<sup>c</sup> florenorum auri et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis et similem promissionem recipiat ab ipso Marcho, quod ipse Marchus recipiat ipsam dominam Catherinam in suam legitimam uxorem cum dote guarnimentis et aliis iocalibus, ut dictum est, et ad obligandum pro predictis bona ipsius domine Catherine et ad promittendum ipsam parentelam ducere ad effectum hinc ad unum mensem proxime futurum, plus vel minus ut ipsis partibus placuerit, sub pena mille librarum provisinorum, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti et similem promissionem recipiat ab ipso Marcho et obligationem sub eadem pena et ad renumpsiandum capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et similem renumpsiationem recipiat ab eo et ad dandum, nomine sacramenti, dicto Marcho osculum vere pacis et similem recipiat ab eo, nec non ad recipiendum ab ipso Marcho curam et cautelam dotalem in omnibus bonis ipsius Marci, specialiter in domibus et palatiis ipsius et generaliter in omnibus aliis et singulis bonis dicti Marci mobilia et immobilia presentia et futura pro dote et nomine dotis ipsius domine CC<sup>(torum)</sup> sessaginta sex florenorum auri et duas tertias<sup>(c)</sup> partes alterius floreni auri et ad dandum dicto Marcho, pro dicta dote et pretium dotis predictae, quartam partem,

f. 4v ex quatuor principalibus partibus, domine Catherine cuiusdam casalis quod vocatur Turris delli Furoni, iunta pro indiviso cum alia quarta parte heredum dicti olim Lelli et cum alia medietate dicte domine Marie et heredum Cole Theballi de Tibure pro diviso, pro pretio et nomine pretii ducentorum florenorum auri et triginta florenos auri, quod totum casale positum est extra pontem Mamolum iner hos fines \*\*\*<sup>(d)</sup> vel si qui sunt ad dictum casale plures vel veriores confines cum quarta parte totius tenimenti dicti casalis et terris ac redimine et cum quarta parte iurium et pertinentiis eiusdem etc. Item ad dandum dicto Marcho pro soluto et pretio dicte dotis seu parte dicte dotis omnia et singula iura et actiones que et quas dicta domina Catherina nunc habet et in futurum habere posset seu sperat in alia quarta parte dicti casalis dictorum heredum dicti olim Lelli, pretestu et occasione XL florenorum auri<sup>(e)</sup>, qui fuerunt et sunt aumentum<sup>(f)</sup> dotis dicte domine Catherine facti per dictum olim Lellum, maritum dicte domine Catherine, ipsi domine Catherine, ut patet manu Iohannis *Zucche* publici notarii. Item omnia et singula iura ipsi domine competentia nunc et in futurum competitura in aliis



f. 5r

bonis dicti olim Lelli, pretestu et occasione XXV florenorum auri relictorum dicte domine Catherine per dictum olim Lellum, maritum suum, in suo ultimo testamento, ut patet manu Cecchi Sassi notarii et ad promictendum quod dicta iura et dicta quarta pars dicti casalis est et sunt dicte domine Catherine et quod nemini sunt vendita etc. et ad volendum quod dicta domina teneatur in casu evictionis et ad obligandum pro predictis bonis dicte domine Catherine et ad dandum pro predictis, ydoneam fideiussionem de evictione, nec non ad recipiendum<sup>(g)</sup> ab ipso Marcho, nomine ipsius domine Catherine et pro ea, donationem nuptias in bonis ipsius Marci de CXXXIII florenis auri et tertiam partem alterius floreni auri et ad recipiendum ab ipso Marcho fideiussionem de evictione bonorum predictorum ipsius Marci. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda procuranda et exercenda, que in premissis et circa premissa essent necessaria et oportuna et que ipsamet constituens facere posset, si personaliter interesse, et que in premissis et circa premissa essent necessaria et oportuna et que merita causarum exigunt et requirunt etc. promictens dicta constituens se ratum gratum et firmum habere omne quicquid per dictum suum procuratorem in predictis actis factis et procuratis fuerit sub obligatione bonorum ipsius et pena unius libre auri etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennata una b annotata erroneamente a metà del vocabolo tra “iuba e “rellarius” <sup>(b)</sup> P “conthaendum” <sup>(c)</sup> P “tertia” <sup>(d)</sup> Segue uno spazio bianco di una riga e mezza, evidenziata da un segno di croce sul margine sinistro del foglio <sup>(e)</sup> Depennato “relict” <sup>(f)</sup> Così P <sup>(g)</sup> P “recipientum”.

38.

1364, luglio 21

Marco figlio del defunto Nicola *de Ciceronibus* del rione di S. Marco e Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis*, procuratore e fratello di Caterina figlia di Tommaso *Capucie* e vedova del notaio Lello di Pietro di Gregorio di Pietro di Clemente del rione Via Lata, come risulta dall'atto di procura rogato dallo stesso notaio Paolo *de Serromanis*, stipulano una convenzione di fidanzamento: Caterina promette di ricevere Marco come marito con una dote e gli ornamenti di 400 fiorini d'oro e gli oggetti preziosi, Marco promette, a sua volta, di ricevere in moglie Caterina con la dote, gli ornamenti e gli altri oggetti preziosi e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro il prossimo mese, con una pena pecuniaria di mille libbre di provisini del senato in caso di inosservanza. Le parti si riservano di prolungare o di abbreviare, a loro discrezione, il periodo concordato e, per l'osservanza dei patti, si scambiano il bacio della vera pace.

f. 5v

Indictione II<sup>a</sup> mense iulii die XXI<sup>o</sup>.

Testes: magister Petrus magistri Francisci de regione Vie Late, Nicolaus Cafari, Paulus Marronis de regione Pinee, Cecchus Iudicis Pauli et Paulus Iudicis Angeli de Fuscis de Berta de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt fidantie conventiones et pacta habita, in Dei nomine, et firmata inter Marchum filium olim Nicolai de Ciceronibus de regione Sancti Marci, ex una parte, et dominum Angelum filium olim Laurentii Marronis, procuratorem et personam legitimam domine Catherine filie olim Thome Capucie et uxoris olim Lelli Petri Gregorii Petri Clementis notarii de regione Vie Late, sororem ipsius domini Angeli<sup>(a)</sup>, procuratorio nomine ipsius domine Catherine et pro ea, prout de ipso procuratorio plene patet manu mei eiusdem notarii, habens ad omnia infrascrita speciale mandatum, ex parte altera, videlicet quod dictus dominus Angelus procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Marcho, presenti et recipienti, quod ipsa domina Catherina recipiet ipsum Marchum in

f. 6r

suum legitimum maritum cum dote et guarnimentis IIII<sup>c</sup> florenorum auri et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis; et ipse Marchus promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto domino Angelo procuratori predicto, presenti et recipienti quo supra nomine, quod ipse Marchus recipiet in suam legitimam uxorem ipsam dominam Catherinam cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supra dictis, quam parentelam ipse Marchus et dictus procurator, quo supra nomine, ducere promiserunt ad effectum hinc ad unum mensem proxime futurum, prolongando et abreviando tempus prout ipsis partibus placuerit, sub obligatione bonorum ipsarum partium mobilia et immobilia presentia et futura et sub pena et ad penam mille librarum provisinorum pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc. et ad cautelam omnium predictorum, nomine sacro, dederunt sese ad invicem osculum vere pacis.

<sup>(a)</sup> P “Gangeli”.

39.

1364, luglio 21

Marco figlio del defunto Nicola *de Ciceronibus* del rione di S. Marco contrae un'obbligazione nei confronti di Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis*, procuratore della sorella Caterina figlia di Tommaso *Capucie* e vedova del notaio Lello di Pietro di Gregorio di Pietro di Clemente del rione Via Lata, come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Paolo *de Serromanis*, su palazzi, case e casamenti con pianoterra e solaro, sale, camere stalle, magazzini e loggia, con il diritto di vicinato, situati nel rione Pigna nella contrada *Ascese Proti*. L'obbligazione avviene in cambio della concessione fatta a Marco da Angelo,

procuratore di Caterina, della quarta parte del casale detto Torre *delli Furoni* e del suo tenimento, unita con la quarta parte appartenente ai pupilli Paolo ed Andreozia figli del defunto Lello e con la metà appartenente alla madre Maria ed agli eredi Cola di Tebaldo di Tivoli, situato fuori del ponte Mammolo, la cui proprietà è stimata concordemente 230 fiorini d'oro: lo stesso Angelo nomina suo procuratore il testimone Paolo *Iudicis Angeli* per l'insediamento di Marco nella quota parte del casale.

Inoltre Angelo concede a Marco i diritti che Caterina vanta sull'altra quarta parte dello stesso casale, in relazione ad una somma di 40 fiorini d'oro che le è stata lasciata dal defunto marito ad integrazione della dote, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni *Zucche*; concede, infine, anche i diritti che Caterina vanta sui beni del defunto marito, in relazione ad una somma di 25 fiorini d'oro che le è stata lasciata nel testamento dallo stesso Lello, come risulta dall'atto rogato dal notaio Cecco *Sassi*. Si concorda, comunque, che le somme di 40 e 25 fiorini d'oro sono da considerarsi un complemento della dote e la somma residua di 36 fiorini e due terzi d'oro sarà utilizzata da Caterina per gli ornamenti.

Le parti convengono che se Marco dovesse morire prima di Caterina, sia con figli legittimi o senza figli, gli eredi, immediatamente dopo la sua scomparsa, dovranno restituire a Caterina la quarta parte del casale ed i diritti sulle somme di 40 e 25 fiorini d'oro e se il patrimonio fosse deteriorato o alienato, allora gli eredi, entro sei mesi dalla sua morte, dovranno restituire l'equivalente della dote in denaro contante; se invece Caterina dovesse morire prima di Marco, senza aver procreato figli legittimi ma ancora viventi Paolo e Andreozia figli di primo letto di Caterina e del defunto Lello, Marco restituirà, immediatamente dopo la scomparsa della moglie, la quarta parte del casale ed i diritti già indicati a Paolo e ad Andreozia e se il patrimonio fosse deteriorato o alienato egli, entro sei mesi dalla scomparsa della moglie, dovrà restituire l'equivalente della dote in denaro contante ad entrambi o al superstite; se ancora Caterina dovesse morire prima di Marco, senza aver procreato figli legittimi dopo la morte di Paolo e di Andreozia, allora Marco, immediatamente dopo la scomparsa della moglie, restituirà il patrimonio dotale alla madre di lei, se vivente, oppure alla persona demandata a tal fine e se il patrimonio fosse deteriorato o alienato egli, entro sei mesi, dovrà restituire l'equivalente della dote in denaro contante.

Marco inoltre dona per le nozze ad Angelo, che riceve a nome di Caterina, la somma di 133 fiorini ed un terzo d'oro valutata sui suoi beni alla condizione che se egli dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli legittimi, allora Caterina diventerà proprietaria della donazione; se invece Marco dovesse morire prima della moglie ma con figli legittimi, allora Caterina godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la morte di lei, la somma sarà devoluta ai figli.

Dietro preghiera e richiesta di Angelo si offrono quali garanti del diritto di proprietà Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis*, Giacobello figlio del defunto Giovanni *Marronis* ed Andreozio di Lello di Angelo di Biagio del rione Pigna e Lorenzo di Nicola di Marco del rione Colonna; allo stesso modo dietro preghiera e richiesta di Marco si offrono quali garanti del diritto di proprietà Simeone di Egidio *Angelerii*, Giovanni Antonio figlio del defunto Lorenzo di Giovanni *Rubei*, Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *Rubei* e Giovanni *Vetralle* del rione Pigna.

Sull'accordo stipulato dà infine il suo consenso Maria, madre di Caterina, che rinuncia ad ogni diritto dotale.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram supradictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium etc.

f. 6v

Marchus filius olim Nicolai de Ciceronibus de regione Sancti Marci, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et loco pignoris dotalis et mihi pignus dotale posuit domino Angelo filio olim Laurentii Marronis, procuratori et persona legitima domine Catherine, sororis sue, filie olim Thome Capucie et uxoris olim Lelli Petri Gregorii Petri Clementis notarii de regione Vie Late, presenti et recipienti vice et nomine ipsius domine Catherine, et ad ipsius domine Catherine suorumque heredum et suorum opus et utilitatem, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa domina Catherine et ad ipsius domine Catherine opus et utilitatem ac heredum et suorum ipsius, videlicet palatia, domos et accasamenta ipsius Marci, similiter iunta, terrineas et solaratas cum salis cameris, stallis, statiis, lonio, infra se et ante se positis cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis et cum iure vicinantie et vicinorum ad ipsas domos spectante, que domos palatia, ac accasamenta, posite sunt in

f. 7r

regione Pinee in contrada Ascese Proti, inter hos fines, ab uno latere tenet \*\*\*\*\* ab alio latere tenet \*\*\*\*\* ab<sup>(a)</sup> duobus lateribus sunt vie publice vel si qui sunt ad dictas domos et palatia plures vel veriores<sup>(b)</sup> confines, liberas et esemptas ab omni nesso servitutis, iure reditus seu census, et generaliter omnia alia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum adquisiturus est, dum hoc pignus et hec obligatio dotalis durabunt. Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula que in hoc istrumento continentur dictus Marchus eidem domino Angelo, procuratori predicto, presenti et recipienti vice et nomine dicte domine Catherine et futurorum heredum et suorum, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti pro eis et ad ipsorum opus et utilitatem, fecit pro eo quod dictus Angelus, procuratorio predicto habens speciale mandatum et plenissimam

- potestatem, ut patet manu mei eiusdem notarii, dedit et tradidit dicto Marchi, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui seu quibus ipse Marchus dare et concedere voluerit, videlicet quartam partem ipsius domine Catherine eiusdem casalis quod vocatur Turrus delli Furoni, iuncta<sup>(c)</sup>
- f. 7v indiviso cum alia quarta parte dicti casalis Pauli et Andreotie pupillorum filiorum dicti olim Lelli Petri Gregorii notarii et pro diviso cum alia medietate dicti casalis domine Marie, matris dicte domine Catherine, et heredum quondam Nicolai Theballi de Tybure cum quarta parte redimnis et totius sui tenimenti cum introitibus et exitibus suis et cum quarta parte iuris et pertinentis dicti casalis, quod totum casale positum est extra<sup>(e)</sup> pontem Mamolum, inter hos fines ad totum dictum casale et eius tenimentum, ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(f)</sup> vel si qui sunt ad totum dictum casale, plures vel veriores confines, pro soluto et pro parte dotis extimatum de communi partium voluntate II<sup>c</sup>XXX florenorum auri et pro ipsis II<sup>c</sup> triginta florenis constituendo procuratorem dictus procurator ad investiendum ipsum Marchum de dicta quarta parte dicti casalis et et suis tenimenti et omnibus suis usibus, ut dictum est, Paulum Iudicis Angeli, testem predictum, presentem et recipientem,
- f. 8r et donec fuerit investitum constituit se dictus procurator, procuratorio nomine quo supra nomine ipsius Marci, tenere et precario possidere etc. ad quam possessionem adimplendam dictus procurator, quo supra nomine, eidem Marcho liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, proprio nomine agat etc. Item dictus procurator, quo supra nomine, dedit tradidit et concessit dicto Marcho omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones, que et quas dicta domina Catherina nunc habet in quarta parte supradicti casalis et in aliis bonis dicti olim Lelli, respectu et occasione XL florenorum auri, qui fuerunt et sunt augmentum dotis ipsius domine Catherine, sibi factum per dictum olim Lellum, ut patet manu Iohannis Zucche notarii pro ipsis XL florenis auri. Item simili modo et forma dictus procurator, procuratorio nomine dicte domine Catherine, dedit cessit et concessit dicto Marcho, presenti et recipienti ut supra, omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones que et quas dicta domina Catherina habet in aliis bonis et super aliis bonis dicti olim Lelli mariti sui, pretestu et occasione XXV florenorum auri relictorum per dictum olim Lellum dicte domine quod
- f. 8v de dictis quantitibus XL florenorum auri et XXV florenorum auri, XXXVI florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri sint et esse intelligantur pro complemento dicte dotis, residuum autem sit et esse debeant pro parte guarnimentorum dicte domine Catherine, quod sit actum et conventum estitit inter ipsas partes et sic expresse voluerunt<sup>(g)</sup>, de quibus omnibus et singulis supradictis dictus Marchus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni etc. sub hiis pactis et tenoribus quod si contingat ipsum Marchum premori dicte domine Catherine, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis legitime genitis, tunc in eo casu per heredes et successores suos, statim post mortem suam, dicta quarta pars dicti casalis et dicta iura dictorum XL florenorum auri et XXV florenorum auri ipsi domine Catherine restituentur, si tunc penes eum seu penes heredes suos dicta bona reperiantur non deteriorata in totum vel in partem vel vendita; et si dicta bona tunc temporis non reperirentur in bonis et heredibus ipsis voluit et mandavit expresse quam, infra dimidii anni spatium post eius mortem dicte domine Catherine, per heredes et successores suos dictam dotem redatur et restituatur
- f. 9r in pecunia numerata et florenis de auro et non in alia specie; et si dicta quarta pars dicti casalis et iura predicta in parte tunc temporis reperirentur distracta vel quomodolibet alienata in ea parte restituatur in pecunia numerata ut dictum est; si vero contingat ipsam dominam Catherinam premori dicto Marcho<sup>(h)</sup>, futuro viro suo, sine legitimis filiis ex eorum matrimonio legitime natis, et superviventibus Paulo et Andreotia filiis dicte domine Catherine et filiis dicti olim Lelli Petri Gregorii notarii seu altero ipsorum, tunc promisit et convenit dictus Marchus dicto domino Angelo, procuratori predicto, presenti et recipienti vice et nomine dictorum Pauli et Andreotie, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro eis, dicta quarta pars dicti casalis et dicta iura, sine diminutione aliqua, statim post mortem dicte domine Catherine, redere et restituere et si dicta quarta pars dicti casalis et iura predicta eo tempore reperirentur distracta vel deteriorata promisit dictus Marchus dicto procuratori, presenti et recipienti nominibus quibus supra, et mihi notario stipulanti et recipienti pro eis, infra dimidii anni spatium a die obitus dicte domine computando, redere et restituere
- f. 9v dotem predictam dictis<sup>(i)</sup> Paulo et Andreotie seu alteri ipsorum superstiti in pecunia numerata et florenis de auro et non in alia specie; si vero contingat ipsam dominam Catherinam premori dicto Marcho, futuro viro suo, sine filiis ex eis legitime natis et dictis<sup>(i)</sup> Paulo et Andreotie seu alteri ipsorum non superstitibus, tunc in eo casu promisit et convenit dictus Marchus dicto procuratori, presenti et recipienti, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ea, dictam dotem, videlicet dicta quarta pars dicti casalis et iura predicta, statim post mortem dicte domine Catherine, dare et resignare domine Marie, matris dicte domine Catherine, uxoris dicti olim Thome Caputie, si tunc visserit, alias cui seu quibus ipsa domina Maria commiserit et si non commiserit cui lex dederit, si vero dicta iura eo tempore non reperirentur penes eum et dicta quarta pars dicti casalis dictam dotem, infra dimidii anni spatium, ut dictum est, solvere et satisfacere dicte domine promisit in pecunia numerata et si in parte reperirentur distractis in ea parte, in qua reperirentur distractis promisit solvere in pecunia numerata. Insuper dictus Marchus donavit propter nuptias dicto domino Angelo,

- f. 10r procuratori predicto, presenti et recipienti<sup>(k)</sup> quo supra nomine et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti et legitime stipulanti, nominibus quibus supra, CXXXIII florenos auri et tertiam partem alterius floreni auri in boni suis sub hiis pactis, quod si contingat ipsum Marchum premori dicte domine Catherine, future uxori sue, sine filiis ex eis legitime natis, tunc dicta domina Catherine habeat dictam donationem ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit, si vero contingat dictum Marchum premori dicte domine Catherine, future uxori sue, cum filiis ex eorum matrimonio legitime natis, tunc dicta domina Catherine habeat dictam donationem ad usufructum toto tempore vite sue, et post eius mortem, ad dictos communes filios libere revertatur. Et ad hec ad preces<sup>(l)</sup> et instantiam dicti domini Angeli procuratoris dicte domine Catherine, procuratorio nomine ipsius et pro ea
- Paulus filius olim Nicolai Marronis
  - Iacobellus filius olim Iohannis Marronis, qui iuravit etc.
  - Andreotius filius Lelli Angeli Blaxii
- [omnes]\* de regione Pinee et
- Laurentius Nicolai Marci de regione Columpne
- quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt penes dictum Marchum, presentem et recipientem, et promiserunt quod dicta quarta pars dicti casalis et iura dictorum XL florenorum auri superius datis pro soluto et dotis extimatione ipsi Marcho per dictum procuratorem, procuratorio nomine dicte domine Catherine, sunt ipsius domine Catherine et ad ipsam dominam Catherinam spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione ut iura volunt et versa vice ad petitionem et instantiam supradicti Marci<sup>(m)</sup>
- Symeon Egidii Angeleri
  - Iohannes Anthonius filius olim Laurentii Iohannis Rubei
  - Guilielmus filius olim Petri Andree Rubei et
  - Iohannes Vetralle
- omnes de regione Pinee, qui Iohannes Anthonius et Guilielmus sponte fideiusserunt penes dictum procuratorem, presentem et recipientem quibus supra nominibus, et me notarium recipientem pro eis, et promiserunt quod dicte domus, accasamenta cum omnibus earum iuribus, ut dictum est, sunt ipsius Marchi obligantis et quod nemini sunt vendita<sup>(n)</sup> etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione secundum quod iura volunt etc. pro quibus dicti fideiussores<sup>(o)</sup>
- f. 29r utriusque partis et ipsi principales obligaverunt bona ipsorum et renumpriaverunt<sup>(p)</sup> epistule divi Adriani etc. et voluerunt dicti principales et fideiussores pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpriaverunt etc. et si, ut dictum est, predicta omnia observata fuerit per ipsum Marchum et heredes et successores suos, hoc carta sit inefficax et nullius valoris, alioquin liceat ipsi domine dicta bona superius obligata<sup>(q)</sup>, capere etc. donec fuerit sibi de predictis dote et donatione propter nuptias integre satisfacta cum effectu etc. pro quibus etc. et renumpriavit etc. ad que quidem omnia et singula supradicta domina Maria, mater dicte domine Catherine, sponte et ex certa scientia consensit et suum consensum prestitit et renumpriavit quantum ad hec omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti, quod est pro mulieribus introductus, et autentice, si qua mulier de ipsis per me eundem notarium primo certiorata ceteris aliis auxiliis pro ea faventibus quantum ad predicta, sponte et ex certa scientia renumpriavit espresse, pro quibus omnibus et singulis observandis obligavit bona sua etc. et renumpriavit etc.

(a) Così P (b) P “verios” (c) Omesso “pro” (d) Ripetuto “cum” (e) Ripetuto “extra” (f) Omessi i confini, segue uno spazio di 3 righe e mezza (g) Depennato “sub hiis pactis et tenoribus” (h) Ripetuto “dicto Marcho” (i) P “dicti” (j) P “dicti” (k) Depennato “pro se et” (l) P “preceps” (m) Depennato “procura” (n) P “vendata” (o) La numerazione dei fogli salta dal f. 10 al f. 29: si tratta evidentemente di errore dell’amanuense in quanto non vi è discontinuità nei formulari del testo (p) Depennato “elp” (q) P “oligata”.

#### 40.

1364, luglio 21

Marco figlio del defunto Nicola *de Ciceronibus* del rione di S. Marco e Caterina figlia del defunto Tommaso *Capucie* del rione di Via Lata, interrogati dal notaio Paolo *de Serromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Marco infila l’anello d’oro con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Caterina, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

- f. 29v Eodem anno, indictione, mense et die et coram supradictis testibus etc. In presentia mei notarii etc. supradictus Marchus Nicolai de Ciceronibus interrogatus per me notarium si volebat in suam legitimam uxorem dominam Catherinam filiam olim Thome Capucie, supra dicta, qui sponte respondit “Volo”, et versavice interrogata dicta domina Catherine per me eundem notarium si volebat ipsum Marchum in suum legitimum maritum, que respondit “Volo”, et sic, per verba de presente, dictus Marchus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso subarravit ipsam dominam Catherinam, mictendo dictum anulum in digito ipsius domine anulari manus destre, intervenientibus verbis, per me solempniter dictis “Quod Deus coniunxit homo non separet” etc.

41.

1364, luglio 23

Lello di Maddaleno mercante del rione Pigna nomina suo procuratore Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* dello stesso rione per comparire a suo nome, davanti ai Sette Riformatori eletti al comando della città e dichiarare che Cecco di Giordanello *Buccabelle*, il quale era stato eletto il giorno prima nel consiglio generale di Roma all'ufficio di caporione rionale del rione Pigna, non deve ricoprire l'incarico perché è suo nemico: tra di loro si sono verificate delle percosse e per questo Cecco è stato accusato da Lello, come risulta dagli atti. Qualora Cecco fosse eletto il suo incarico sarà ritenuto invalido, in quanto occorre conformarsi ai capitoli deliberati nel consiglio generale, proposti dai Sette Riformatori e annotati da Lorenzo *de Amedeis* scriba del senato, in cui è detto che nessuna persona ostile possa ottenere l'ufficio di caporione rionale: se i Riformatori ed i Rettori facessero altrimenti saranno tenuti a renderne conto, alla fine del loro incarico, al momento del sindacato.

f. 30r

Indictione II<sup>a</sup> mense iulii die vicesimo III<sup>o</sup>.

Testes: Lutius Philippi, Petrus Saragona et Cecchus Saragona de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Madaleni mercator de regione Pinee sponte fecit suum procuratorem actorem factorem et numptium specialem seu quocumque alio nomine melius dici et censiri potest a iure, videlicet Lellum Butii Iohannis Rubei de regione Pinee presentem et recipientem, ad comparandum, nomine ipsius et pro eo, coram dominis Septem Reformatoribus ad<sup>(a)</sup> regimen deputatis et ad petendum et protestandum coram ipsis dominis quod Cecchus Iordanelli Buccabelle, qui fuit pridie extractus ad officium capud regionis de regione Pinee in consilio generali Urbis, quod ad ipsum officium nullatenus amictatur cum ipse Cecchus sit inimicus dicti Lelli et inter eos interverunt percussiones, de quibus ipse Cecchus est accusatus per ipsum Lellum ut in actis apparet.

f. 30v

Et si secus fieret quod eius officium non valeat ullo iure et quod servientur capitula facta dicto die, in dicto consilio generali, de mandato dominorum Septem nunc presidentum, scripta per Laurentium de Amedeis<sup>(b)</sup> scribam sacri senatus, loquentem quod nullus inimicatus possit habere officium et si secus fieret per ipsos dominos Septem Reformatores et Rectores, quod tempore eorum scyndicationis, teneantur ad scyndicationem etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Urb" <sup>(b)</sup> P "Amedis".

42.

1364, luglio 23

Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna, procuratore di Lello di Maddaleno mercante dello stesso come risulta da un atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Serromanis*, costituitosi davanti ai Sette Riformatori eletti al rione, comando della città, dove deliberano, dichiara che Cecco di Giordanello *Buccabelle*, il quale era stato eletto il giorno prima nel consiglio generale di Roma all'ufficio di caporione rionale del rione Pigna, non deve ricoprire l'incarico poiché è nemico di Lello: tra di loro si sono verificate delle percosse e per questo Cecco è stato accusato da Lello e l'accusa è all'esame degli ufficiali dei malefici. Qualora Cecco fosse confermato nel suo incarico, il suo operato deve essere ritenuto invalido ed i Sette Riformatori saranno tenuti a renderne conto al momento del sindacato.

Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Tutius Nicolai de Trinca, Nicolaus dictus alias Biancapectorina marmorarius et Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Lellus Butii Iohannis Rubei de regione Pinee procurator et persona legitima Lelli Madaleni mercatoris de dicta regione Pinee et de ipso procuratorio patet manu mei eiusdem notarii, procuratorio nomine quo supra, coram dominis Septem Reformatoribus ad Urbis regimen deputatis in palatio Campitolei, ubi assensum consuetum est fieri, dixit et protestatus fuit quod Cecchus Iordanelli Buccabelle, qui pridie extractus fuit in consilio generali

f. 31r

ad officium caporionatus regionis Pinee, quod ipsum Cecchum ad dictum officium non amictant cum sit inimicus ipsius Lelli et interverunt inter eos percussiones, de quibus ipse Cecchus per ipsum Lellum estitit accusationem et accusa ipsa pendet coram officialibus maleficiorum et si secus fieret quod eius officium et gesta per eum non valeant et quod ipsi Septem ad scyndicationem penitus teneantur etc.

43.

1364, luglio 21

Lorenzo di Marcelluzio pozzolanaio del rione Pigna, con la garanzia di Nuzio detto *Campilgia* dello stesso rione, riceve in deposito da Anastasello oste del rione Pigna la somma di 6 libbre di provisini del senato e promette di restituirla entro il prossimo mese di ottobre.

Indictione II<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> iulii die vicesimo III<sup>o</sup>.

Testes: dominus Angelus Marronis, Cecchus Cafari et Iohannes Cafari.

In presentia mei notarii et testium etc. Laurentius Marcellutii pozonarolus de regione Pinee, ut principalis

debitor, et Nutius dictus alias Campilgia de dicta regione, ut fideiussor ipsius, et quilibet ipsorum in solidum sponte confessi sunt habere in depositum, nomine et causa depositi ab Anastasello tabernario de dicta regione Pinee, presente et legitime stipulante sex libras provisinorum senatus, quas confessi sunt sese recepisse, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. quas sex libras et depositum predictum dicti depositarii et quilibet ipsorum teneri et salvos facere promiserunt

f. 31v

ad omnem ipsorum et cuiuslibet ipsorum rescum periculum et fortunam, videlicet incendii etc. et eidem Anastasello redere et restituere promiserunt per totum mensem octubris proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiaverunt in predictis beneficio fori, pro quibus omnibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “mense”.

44.

1364, agosto 4

Cecco di Sabbatino del rione Pigna dà in locazione a Cinzio di Cola di Nino, a Lello di Nuzio di Giovanni di Nicola ed a Paolo di Lello *Bonoli* del rione Trastevere quattro rubbia di terreno da semina nel tenimento del casale Pantano del monastero di Donna Rosa, situato fuori della porta Pertusa, già concessogli in locazione dai canonici della chiesa di S. Maria del monastero di Donna Rosa, come risulta da un atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Serromanis*, per un periodo di due anni: i locatari promettono di seminare il lino e di corrispondere a Cecco, nel primo anno, mezzo fiorino d'oro per ciascun rubbio e, nel secondo anno, di seminare il grano e di corrispondergli la quinta parte del raccolto; se invece non coltiveranno il terreno a grano gli pagheranno mezzo fiorino per ciascun rubbio.

Le parti si impegnano ad osservare il contratto di locazione e si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 50 libbre di provisini del senato in caso di insolvenza.

Indictione II<sup>a</sup> mense augusti die III<sup>or</sup>.

Testes: Iohannes Lelli Butii Iohannis Rubei, Guilielmus Petri Andree de Rubeis et Colutia de Astallis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Sabbatini de regione Pinee ac die presente sponte locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit Cinthio Cole Nini, Lello Nutii Iohannis Nicolai et Paulo Lelli Bonoli de regione Transtiberim, presentibus et recipientibus, quatuor rubra terre sementaricie tenimenti casalis quod vocatur Pantano monasterii

f. 32r

Dompne Rose, positi extra portam Pertusi, inter hos fines \*\*\* <sup>(a)</sup> vel si qui etc. spectantes et pertinentes ad ipsum Cecchum locatorem iure locationis <sup>(b)</sup> sibi facte per canonicos dicte ecclesie Sancte Marie monasterii Dompne Rose, ut patet manu mei eiusdem notarii. Hanc autem locationem et que dicta sunt prefatus Cecchus predictis, supra nominatis, et cuilibet ipsorum fecit pro duobus annis proxime futuris completis et pro eo quod dicti locatarii promiserunt dicto Ceccho dictas terras sementare lino et ipsi Ceccho respondere pro primo anno medietatem floreni auri pro quolibet rubro dicte terre et II<sup>o</sup> anno promiserunt ipsas terras sementare grano et ipsi Ceccho respondere quintam partem totius grani quod exinde exiverit; quod si non fecerint et dictas terras non sementaverint grano teneantur ipsi locatarii dicto Ceccho respondere medietatem floreni auri pro quolibet rubro terre, ut supra dictum est etc. promicentes ad invicem predicta observare ad penam L librarum provisinorum, pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omessi i confini: segue uno spazio in bianco di una riga <sup>(b)</sup> Ripetuto “iure locationis”.

45.

1364, agosto 6

Francesca vedova di Giacobello di Paolo Grassi del rione di S. Angelo nomina arbitri Lorenzo *scribasenatus* e Tuzio *Coronerii* per risolvere la controversia sorta contro Pietro di Nuzio di Matteuzio di Paolo Grassi a causa di due banchi lapidei per la vendita del pesce, situati nel foro dei pesci di S. Angelo.

Gli arbitri sono invitati ad emettere un arbitrato tra le due parti: la richiedente promette di osservare ogni loro decisione, impegna i suoi beni e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

Francesca precisa che il suo compromesso sarà valido per un mese e non avrà valore se un analogo compromesso non sarà stipulato dalla parte avversa.

f. 32v

Indictione II<sup>a</sup> mense augusti die VI.

Testes: Nutius Vannis et Lellus dictus alias Monallectus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Francischa uxor olim Iacobelli Pauli Grassi de regione Sancti Angeli, que renumpsiavit etc. sponte compromisit et compromissum fecit in discretos viros Laurentium scribasenatum et Tutium Coronerii, presentes et recipientes, tamquam in eorum arbitros arbitratos et

communes amicos de omni lite discordia et questione que est vel esse possit inter ipsam dominam Francischam, ex una parte et Petrum Nutii<sup>(c)</sup> Mathutii Pauli Grassi, ex parte altera, pretestu et occasione duarum lapidum sive locorum ubi pisces venduntur, positarum in loco sive in foro piscium Sancti Angeli, inter earum confines, dans<sup>(d)</sup> et concedens dicta domina dictis arbitris et arbitratoribus arbitrandi laudandi difiniendi et mandandi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de iure, semel vel pluries, partibus presentibus vel absentibus, una presente et alia absente,

f. 33r

una citata et alia non citata, ipsis citatis vel non citatis, ipsis arbitris stantibus sedentibus vel ambulatibus prout et sicut ipsis melius visum fuerit, promictens dicta domina Francisca omne arbitrium seu arbitratum unum seu plura, ex dicto compromisso descendencia, ratum gratum et firmum habere et ab eo non appellare suplicare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri, scilicet ex nunc ipsos arbitros elegit in bonos et pro bonis viris sub obligatione bonorum ipsius domine et pena C librarum provisinorum, stipulata pro medietate camere Urbis et mihi notario, ut publice persone recipienti, vice et nomine camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti, renumpsiavit in predictis dicta domina capitolo consuetudinum Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis, actum et declaratum quod hunc compromissum non valeat nec teneat nisi simile compromissum factum fuerit per dictum Petrum, quod compromissum dicta domina Francisca durare voluit et promisit hinc ad unum mensem proxime futurum, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(c)</sup> Depennato "Pali" <sup>(d)</sup> P "dantes".

46.

1364, agosto 23

I garanti Lello figlio del defunto Cecco *Sassi*, Giovanni *Vallerani*, Santo di Vero calzolaio e Paolo di Tomassino calzolaio del rione Pigna, Paolo di Salvato detto *Palenche* sarto e Lello di Buzio *de Torre* detto *Pesce* del rione Trevi promettono che Anestasselto di Anastasio oste già del rione Ponte ed ora del rione Pigna non arrecherà danni in perpetuo a Canolfello, a Giacobello ed a Filippuzio, figli di Pietro Candulfo, ed a Paolo figlio di Canolfello ed impegnano i beni mobili ed immobili dello stesso Anestasselto ed i loro beni con una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato; allo stesso modo Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis*, Cecco suo fratello, Lello *Buccamoça* detto *Maccio* orefice, Nuzio *della Corte* sarto, Giannolo di Matteoli *Infantis* e Antonio figlio del defunto *Cinnere*, tutti del rione Pigna, promettono che Canolfello, Filippuzio e Giacobello, figli di Pietro Candulfo, e Paolo figlio di Canolfello del rione Pigna non arrecheranno danni in perpetuo ad Anestasselto di Anastasio oste già del rione Ponte ed ora del rione Pigna ed impegnano i loro beni con una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Si conviene tra le singole parti dei garanti che la pace non deve considerarsi infranta se Paolo figlio di Canolfello, minorene, dovesse arrecare offesa ad Anestasselto senza compagni, finché non abbia raggiunto la maggiore età; tuttavia se, durante il periodo della minore età e dell'adolescenza, Paolo dovesse arrecare offesa ad Anestasselto con compagni maggiorenni, allora la pace deve considerarsi infranta e potrà essere applicata la pena prevista.

f. 33v

Indictione<sup>(a)</sup> II<sup>a</sup> mense augusti die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Angelus Marronis, Iacobus filius olim Lelli Angeli Blaxii et Petrutius de Sancto Marcho de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.

- Lellus filius olim Cecchi Sassi

- Iohannes Vallerani

- Santus Veri calsolarius

- Paulus Thomassice calsolarius

[omnes]\* de regione Pinee,

- Paulus Salvati sutor dictus Palenche

- Lellus Butii de Torre dictus Pesce

[omnes]\* de regione Trivii, quilibet<sup>(b)</sup> ipsorum in solidum sponte sese et bona ipsorum principaliter, animo donandi, obligaverunt de rato et promiserunt sese facturos et curaturos quod Anestasselto Anestasio dudum de regione Pontis tabernarius nunc de regione Pinee, perpetuo per se vel alium seu alios, eius nomine, non offendet nec offendi faciet in persona vel bonis Canolfellum filium Petri Candulfi, Iacobellum et Philipputum,

f. 34r

eius frates, filios dicti Petri Candulfi<sup>(c)</sup> et Paulum filium dicti Canulfelli, nec aliquem ipsorum sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti offense et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti, vice et nomine camera Urbis et parti nec aliquem eorum perpetuo in persona vel bonis, sub obligatione bonorum ipsius Anestasselli et ipsorum fideiussorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus pro quolibet offendente vice et qualibet<sup>(d)</sup> et tollenda a parte contraveniente et fidem non servante, pro medietate parti fidem servanti et contra non facienti et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti, vice et nomine dicte camere et pro ea et parti predictae, et voluerunt dicte partes quod totiens dicta



f. 34v pena tollatur tolli et exigi possit quotiens contra factum fuerit  
securitatem predictam nichil homninus<sup>(e)</sup> firma manente, actum et declaratum inter ipsas partes quod dicta  
securitas non intelligatur fracta nec eo modo quo pax frangitur,  
pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti fideiussores et quilibet ipsorum  
sponte ex certa scientia, animo donandi, penes me notarium, ut publicam personam stipulantem et  
recipientem, pro camera et nominibus quibus supra, obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia  
presentia et futura et renumpsiaverunt epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et voluerunt pro  
predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc. Et versa vice

- Paulus filius olim Nicolai Marronis
- Cecchus, eius frater, filius olim dicti Nicolai, qui iuravit etc.
- Lellus Buccamoça dictus alias Maccio aurifex
- Nutius della Corte sutor
- Iannolus Matheuli Infantis, qui iuravit etc.
- Anthonius filius olim Cinnere, qui iuravit etc.

f. 35r omnes de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum ac die presente, ex certa scientia, sese et bona ipsorum  
obligaverunt de rato et promiserunt sese facturos et curaturos quod supradicti Canolfellus, Philipputius et  
Iacobellus,

f. 35r frates, filii olim Petri Candulfi de dicta regione Pinee et Paulus filius<sup>(f)</sup> dicti Canolfelli, nec aliquem ipsorum  
perpetuo per se vel alium seu alios eorum seu alterius ipsorum nomine, non offendet nec offendi faciet in  
persona vel bonis supradictum Anastasellum sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus  
applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti offense et mihi notario, ut publice persone  
stipulanti et recipienti, vice et nomine camera Urbis et partis pro quolibet offendente vice et qualibet et  
voluerunt dicti fideiussores quod totiens dicta pena eis tollatur, quotiens per aliquem predictorum contra  
factum fuerit securitatem predictam nichil homninus firma manente, actum et declaratum inter ipsas partes  
quod securitatem predictam non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, actum etiam et expresse  
conventum extitit inter eos, quod si Paulus filius dicti Candulfelli, minor, donec ad perfectam venerit etatem  
offenderet ipsum Anastasellum sine sociis qui perfectam haberentur etatem, quod dicta securitas non  
intelligatur fracta; si vero dictus Paulus offenderet ipsum Anastasellum, tempore sue pubertatis et minoritatis,  
cum sociis qui essent<sup>(g)</sup> de etate perfecta, quod dicta securitas intelligatur

f. 35v fracta et dicta pena ab eis tolli et exigi possit et debeat totiens quotiens contra factum fuerit securitatem  
predictam firma manente ut supra, quia sic actum et conventum estitit inter dictos fideiussores de partium  
voluntate, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti fideiussores et quilibet  
ipsorum sponte et ex certa scientia, animo donandi ut supra, penes me notarium ut publicam personam  
presentem et recipientem nominibus quibus supra, obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia  
presentia et futura et renumpsiaverunt epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et voluerunt pro  
predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Il formulario del contratto di pace che segue omette la consueta parte introduttiva riservata alle due parti in contrasto che richiedono la compilazione dell'atto e presenta direttamente i garanti con gli impegni da loro assunti: si ricavano implicitamente gli attori delle due parti in contrasto <sup>(b)</sup> P "quibet" <sup>(c)</sup> Depennato "nec" <sup>(d)</sup> Depennato "applicanda et" <sup>(e)</sup> Così P <sup>(f)</sup> Depennato "olim" <sup>(g)</sup> P "esset".

#### 47.

1364, agosto 24

Giovanni figlio del defunto Cecco *della Ciotola* del rione Trastevere, con il consenso della moglie Bionda, vende a

Paolo figlio del defunto Omodeo calzolaio del rione Pigna la metà di una casa con pianoterra, situata nel rione Pigna, unita con l'altra metà di Vanella vedova di Nuzio di Buzio *Çacchi* detto *Cellese* al prezzo di 9 fiorini e mezzo d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore il testimone Nicola *Truccholi* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Giovanni si offrono quali garanti Vannuzio di Cinzio calzolaio e Antonio di Tomeo del rione Trastevere per la convalida del diritto di proprietà.

Indictione II<sup>a</sup> mense augusti die XXIII<sup>or</sup>.

Testes: Laurentius Luce Iohannis Mathei de regione Transtiberim, Nicolaus Truccholi calsolarius et Stasi murator de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes filius olim Cecchi della Ciotola de regione Transtiberim, qui iuravit ad sancta Dei evangelia manu tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula

f. 3 6r non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione mode iure titulo sive causa nec restitutionis in integrum aliquo tempore petere, cum consensu et voluntate domine Blonde, uxoris sue, que

primo renumpiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus et autentice, si qua mulier de ipsis per me eundem notarium primo certiorata, quod sit et quod dicat, hunc autem consensum dicta<sup>(a)</sup> Blonda fecit pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene cautelata in aliis bonis dicti sui viri de dote et iuribus dotalibus ipsius domine, ac die presente sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Paulo filio olim Homodei<sup>(b)</sup> calsolario de regione Pinee, presenti ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipse Paulus dare et concedere perpetuo voluerit, idest medietatem cuiusdam domus ipsius venditoris terrineam cum omnibus usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus ad ipsam medietatem dicte domus spectantibus, que domus

f. 36v posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab<sup>(c)</sup> duobus lateribus sunt domus que olim fuerunt Iotii Sassi, ante est via publica, ab alio est viculus vecinalis vel si qui etc. iunta pro indiviso cum alia medietate Vonelle uxoris olim Nucii Çacchi dicti alias Cellese, vendit etiam et concessit dictus venditor, cum consensu dicte sue uxoris, dicto emptori, presenti et recipienti, omnia iura et actiones, iustitias et petitiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset in dicta medietate dicte domus nullumque sibi ius dictus venditor per directum vel per oblicuum aliquialiter reservavit et per Nicolaum Truccholi, testem predictum, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta medietate dicte domus investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum et in vacuam possessionem adeptus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, dictam medietatem dicte domus precario tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat et defendat

f. 37r et in locum et privilegium ipsius venditoris succedat ipsumque in rem suam procuratorem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, presenti et consentientis, dicto emptori, presenti ementi et legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, fecit pro pretio et nomine pretii VIII florenos auri et dimidium, quos dictus venditor a dicto emptore presentialiter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum etc. et spei future numerationis et traditionis et si plus dicto pretio dicta medietas dicte domus valeret vel valebit in futurum dictus venditor, cum consensu dicte sue uxoris, dicto emptori presenti et recipienti, inter vivos et inrevocabiliter, amoris causa, donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti, quod dicta medietas dicte domus est ipsius et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus omnibus observandis dictus venditor penes dictum

f. 37v emptorem, presentem et recipientem, obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpiavit etc. et ad hec ad preces et instantiam dicti Iohannis venditoris, penes dictum Paulum emptorem, presentem et recipientem pro se et suis heredibus et successoribus, ut dictum est, Vannutius Cincii calsolarius et Anthonius Thomei, qui iuravit etc. ambo de regione Transtiberim, sponte fideiusserunt et promiserunt quod medietas dicte domus vendite, est dicti venditoris et ad eum spectat et pertinent pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione de aliis bonis eorum etc. pro quibus obligaverunt omnia eorum bona etc. et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “dicta” <sup>(b)</sup> Depennato “de” <sup>(c)</sup> Depennato “uno”.

48.

1364, settembre 13

Paolo *Buccamoça* sarto del rione Pigna, con il consenso della moglie Perna, vende a Giovanna, figlia del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna e vedova del notaio Giovanni di Carlo del rione Colonna, una casa con pianoterra e solario, un orto retrostante, un porticato davanti e una parte di un pozzo, situata nel rione Pigna, al prezzo di 30 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Paolo si offre quale garante Matteolo figlio di Nicola *Quaranta* orefice del rione Pigna per la convalida del diritto di proprietà.

Indictione III<sup>a</sup> mense septembris die XIII.

Testes: Paulus Marronis, Andreotius Lelli Angeli Blaxii, Iohannes filius olim Cecchi Cafari de regione Pinee et Cacchius macellarius de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Buccamoça sutor de regione Pinee, cum consensu et voluntate domine Perne, uxoris sue, que renumpiavit quantum ad

f. 38r hec omnia iura causa ratione dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti et autentice, si qua mulier de ipsis per me

eumdem notarium primo certiorata, hunc autem consensum<sup>(a)</sup> et que dicta sunt dicta domina Perna dicto Paulo, viro suo, fecit pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene tantum de dote et iuribus dotalibus ipsius domine in aliis et super aliis bonis dicti Pauli, viri sui, ac die presente sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Iohanne filie olim Nicolai Marronis de regione Pinee et uxori olim Iohannis Carli<sup>(b)</sup> notarii de regione Columpne, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus dicta domina Iohanna dare et concedere voluerit in perpetuum, idest unam domum terrineam et solaratam cum orto post se statiis et porticali ante se, cum parte putei ipsius Pauli cum introitibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, que domus posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab

f. 38v

latere tenet Iacoba Lutii sutoris, ab alio latere tenet domina \*\*\*\*\*, uxor olim Tucii Andree Valentis vel si qui etc. vendidit etiam quoque dedit cessit et concessit dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti, pro se et quo supra nomine, omnia et singula iura et actiones que nunc habet et in futurum habere sperat in domo predicta et per Cecchum filium olim Nicolai Marronis, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam emptricem de dicta domo, investiiri voluit et mandavit et donec fuerit investita constituit se dictus venditor, nomine dicte emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplistendam dictus venditor liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, proprio nomine agat etc. nullumque sibi ius in predictis dictus venditor aliquo modo reservavit per directum nec per oblicuum. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur prefatus venditor, cum consensu dicte sue uxoris, fecit dicte emptrici, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, pro pretio et nomine pretii triginta florenorum auri, quos dictus venditor

f. 39r

a dicta emptrice presentialiter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio dicta domus valeretur vel valebit in futurum dictus venditor dicte emptrici inter vivos et inrevocabiliter, amoris honesti causa<sup>(c)</sup>, donavit cessit et concessit etc. et promisit dictus venditor dicte emptrici, presenti et recipienti, pro se et quo supra nomine, quod dicta domus est ipsius et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc. et ad hec ad preces et instantiam dicti Pauli, venditoris, penes dictam emptricem, presentem et recipientem pro se et quo supra nomine,

- Mactheolus filius olim Nicolai Quaranta aurifex de regione Pinee, qui iuravit etc.

sponte fideiussit et promisit quod dicta domus est dicti venditoris et ad eum spectat et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout ipse venditor tenetur, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P "consensu" <sup>(b)</sup> Depennato d <sup>(c)</sup> Ripetuto "inter viv".

## 49.

1364, settembre 15

Nardo di Pietro già di Ferentino ed ora di Roma, abitante nel rione Colonna, offre la sua opera di bifolco ad Angelo *Marronis* del rione Pigna per arare completamente le sue terre al prezzo di 3 libbre e 15 solidi di provisini del senato per ciascun mese, oltre le spese consuete.

Nardo riceve in conto del suo salario un fiorino d'oro e Cecca moglie di Guglielmo del rione Colonna e della contrada Monte *Granatorum* offre la sua garanzia.

f. s. n. <sup>(a)</sup>

Indictione III<sup>a</sup> mense septembris die XV.

Testes: presbiter Iacobus rector Sancti Stephani de Pinea, Iohannes Grossus et Gallus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nardus Petri dudum de Florentino nunc de Urbe<sup>(c)</sup>, morans in regione Columpne sponte et ex certa scientia locavit se ad bubulcum ad arandum cum domino Angelo Marronis de regione Pinee, presente et stipulante, hinc ad completam presentes segetes, pro pretio et nomine pretii trium librarum et XV solidorum provisinorum, mense quolibet et expensis consuetis etc.<sup>(d)</sup> Nardus, pro parte sui salarii, presentialiter et manualiter recepit ab ipso domino Angelo unum florenum auri et ad hec Ceccha uxor Guilielmi de regione Columpne et contrada Montis Granatorum sponte fideiussit in omnem causam et eventum etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue è scritto con l'identica grafia del protocollo sul retto di una striscia cartacea senza numero di cm. 21x 9,5, incollata sul lato inferiore della costola della piegatura di un "bifolium" del quaderno tra i ff. 41v e 42r: si tratta evidentemente di un'omissione e seguendo l'ordine cronologico osservato nella stesura dei documenti abbiamo ritenuto di inserirlo nella sua sede dopo il precedente f. 39r <sup>(c)</sup> Depennato "de regione" <sup>(d)</sup> Depennato "idem".

## 50.

1364, settembre 17

Nicola *de Astallis* figlio del defunto Paolo *de Astallis* del rione di S. Eustachio, rettore della chiesa di S. Nicola in Pescheria, vende a Roberto, figlio del defunto Roberto, inglese d'Inghilterra ed ora abitante a

Roma nel rione Pigna presso la chiesa di S. Stefano di Pigna la metà di una casa con pianoterra e solario, un orto retrostante con pozzi e davanti un magazzino, unita con l'altra metà degli eredi del defunto Giovanni *Astalli* del rione di S. Eustachio, situata nel rione Pigna, al prezzo di 21 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore il testimone Meolo di Eramo *Porcarii* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Nicola si offrono quali garanti Giovanni figlio del defunto Lorenzo *Benenati* e Giacomo di Puzio speciale del rione di S. Eustachio per la convalida del diritto di proprietà.

f. 39v

Indictione III<sup>a</sup> mense septembris die XVII.

Testes: Meolus Herami, Palellus calsolarius de regione Pinee et Stephanellus filius olim Madaleni de Serromanis, morans in regione Sancti Eustachii.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis vir dominus Nicolaus de Astallis filius olim Pauli de Astallis de regione Sancti Eustachii, rector ecclesie Sancti Nicolai de Piscaria, nomine suo proprio et non nomine dicte sue ecclesie, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Roberto filio olim Roberti anglico olim de Anglia nunc abitatori Urbis in regione Pinee prope ecclesiam Sancti Stephani de Pinea, presenti ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Robertus dare et concedere perpetuo voluerit, idest medietatem cuiusdam domus ipsius domini Nicolai terrinea et solarata cum orto post se, cum puteis seu parte

f. 40r

puteorum infra se et cum statio ante se, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis, iunta pro indiviso cum alia medietate heredum olim Iohannis Astalli de regione Sancti Eustachii, liberam et esemptam ab omni nesso servitutis, iure canonis seu census, que tota domus posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere est domus que olim fuit Cole Scarafesini, ab alio latere tenet ecclesia Sancti Stephani de Pinea, ante et retro sunt vie publice vel si qui etc. vendidit etiam quoque dedit cessit et concessit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, pro se et quo supra nomine, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas dictus venditor nunc habet et in futurum habere posset seu sperat in dicta domo quovis colore quesito contra quascumque personas et loca<sup>(a)</sup> et per Meolum Herami *Porcarii* testem predictum, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta domo, cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus et in vacuum possessionem adeptus constituit

f. 40v

se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictam domum possit intrare tenere possidere etc. nullumque sibi ius in premissis per directum nec per oblicuum aliquo modo reservavit ipsumque in rem suam procuratorem constituit, ita quod amodo et deinceps proprio nomine agat etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur prefatus dominus Nicolaus venditor, eidem Roberto emptori, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, fecit pro pretio et nomine pretii XXI florenorum auri, quos dictus venditor a prefato emptore presentialiter numeraliter et manualiter accepit et habuit in florenis de auro, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum<sup>(b)</sup> florenorum et pretii predicti non

f. 41r

habiti et non recepti exceptioni doli mali etc. et si plus dicto pretio dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valeret vel valebit in futurum totum illud<sup>(c)</sup> plus quod valeret vel in futurum valere posset dictus venditor eidem emptori, amoris causa, inter vivos et irrevocabiliter donavit cessit et concessit etc. et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti ementi et recipienti pro se et quo supra<sup>(d)</sup>, quod dicta medietas dicte domus cum omnibus suis<sup>(e)</sup>, ut dictum est, est ipsius domini Nicolai venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita in totum vel in partem<sup>(f)</sup> etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum de aliis suis bonis propriis etc. pro quibus omnibus et singulis dictus venditor obligavit omnia sua bona etc. et renumpsiavit etc. et ad hec Iohannes filius olim Laurentii *Benenati* et Iacobus *Putii* spetiarius de regione Sancti Eustachii, qui ambo iuraverunt etc. ad preces<sup>(g)</sup> et instantiam dicti domini Nicolai, venditoris, penes dictum Robertum, emptorem, presentem et recipientem ut supra, sponte fideiusserunt et promiserunt quod

f. 41v

dicta medietas dicte domus vendita<sup>(h)</sup> cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est dicti domini Nicolai, venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt teneri de evictione de bonis propriis eorumdem etc. pro quibus dicti fideiussores penes dictum emptorem, presentem et recipientem, obligaverunt omnia bona eorum etc. et renumpsiaverunt etc.

(a) Depennato "etc." (b) P "dicto" (c) P "illud" (d) Omesso "nomine" (e) Omesso "iuribus" (f) Depennato "de ali" (g) P "preceps" (h) P "ventia".

51.

1364, settembre 17

Meolo di Eramo *Porcarii* del rione Pigna eletto procuratore da Nicola *de Astallis* del rione S. Eustachio per l'insediamento di Roberto inglese nella metà della casa da lui acquistata nel rione Pigna, come risulta dall'atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Serromanis*, procede al trasferimento dell'immobile con la consueta cerimonia dell'apertura e della chiusura delle porte e la consegna di un pugno di terra in segno di vero possesso; il procuratore dichiara infine a Santurello, affittuario della casa, che dovrà corrispondere al nuovo proprietario la metà del prezzo della locazione.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Santurellus et Rubeus tessitores de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Meulus Herami *Porcarii* de regione Pinee, procurator constitutus per dictum Nicolaum venditorem supradictum ad investiendum ipsum Robertum, de dicta medietate dicte domus vendite per dominum Nicolaum dicto Roberto, ut patet manu mei eiusdem notarii, ac die presente sponte investivit ipsum de dicta medietate dicte domus cum omnibus suis usibus, ponens ipsum emptorem in corporalem possessionem dicte domus,

f. 42r claudendo et aperiendo hostia eiusdem, dando sibi de terra dicte domus, nomine vere possessionis, inibens ac significans dicto Santurello, pensionario dicte domus, quatenus de certo dicto Roberto, tamquam vero domino dicte domus, de pensione medietatem dicte domus debeat effectualiter respondere etc.

52.

1364, settembre 19

Lello figlio del defunto Andrea *Vallerani* del rione Pigna, con il consenso della sorella Giacobella, dà in locazione a Paolo di Nicola di Graziano detto Paolo *Talgialonto* del rione Pigna, per un periodo di 5 anni, la metà di una casa con pianoterra e solaro e con un orto retrostante, unita con l'altra metà dello stesso Paolo, situata nel rione Pigna, al prezzo annuale di 35 solidi di provisini del senato.

Lello riceve in anticipo due fiorini d'oro e Paolo promette di non affittare la casa, né di apportarvi alcuna modifica senza il consenso dei proprietari.

Indictione III<sup>a</sup> mense septembris die XVIII.

[Testes]<sup>(a)</sup>: Colassi mercator, Laurentius Martinelli de regione Montium et Cecchus Iordanelli de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus filius olim Andree Vallerani de regione Pinee, qui iuravit etc. pro se et vice et nomine Iacobelle, sororis sue, pro qua promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, ac die presente sua bona voluntate locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit Paulo Nicolai Gratiani dicto alias Paolo *Talgialonto* de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et<sup>(b)</sup>

f. 42v successoribus, pro infrascripto tempore, videlicet medietatem integram cuiusdam domus terrinee et solarate ipsorum Lelli et Iacobelle, cum orto post se, iniunta pro indiviso cum alia medietate dicti Pauli, posite in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Capoccese, ab alio latere tenet Tucius Iohannis *Porcarii*, ante est via publica vel si qui etc. ad habendum tenendum fructificandum habitandum seu habitari faciendum et de omnia faciendum quicquid sibi pro infrascripto tempore facere placuerit, proviso tamen quod ipsam domum fraude non possit nec debeat aliquo modo desactare vel deteriorare in totum vel in partem. Hanc autem locationem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Lellus, pro se et nomine quo supra, dicto Paulo, presenti et recipienti pro se et nomine quo supra, hinc ad VI<sup>(c)</sup> annos proxime futuros incipiendo a hodie et finiando ut sequitur et pro eo quod dictus Paulus promisit et convenit eidem Lello, presenti et recipienti pro se et nomine quo supra, respondere quolibet

f. 43r anno dictorum V annorum triginta quinque solidorum provisinorum senatus, de qua quidem tota quantitate dictus Lellus, pro se et quo supra nomine, a dicto Paulo presentialiter et manualiter recepit et habuit duos florenos auri, de quibus etc. et renumpsiavit etc. residuum autem totius dicte quantitatis, prout tangit, dictus Paulus eidem Lello dare et pacare promisit dictis quinque annis totaliter revolutis et pro eo etiam quod dictus Paulus promisit et convenit dicto Lello, presente et recipiente ut supra, ipsam domum non locare nec de ea aliquo modo mutationem facere, sine expressa licentia et consensu dicti Lelli et dicte Iacobelle, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes, hinc inde una pars alteri et altera alteri, obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso <sup>(b)</sup> Ripetuto "et" <sup>(c)</sup> Così P, ma nelle due successive ripetizioni è indicato "V" e "quinque".

53.

1364, settembre 21

Paolo di Pietro conciapelli del rione Pigna rilascia una quietanza a Nuzio di Pietro *Guictonis* dello stesso rione, presente anche a nome del fratello Paolo, in relazione ad un contratto dotale di 80 fiorini d'oro per la dote di Vannozia figlia dello stesso Paolo di Pietro e da lui concessa al defunto Cecco fratello di Nuzio e di Paoluzio, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, in quanto ha già ricevuto la somma della dote.

f. 43v Indictione III<sup>a</sup> mense septembris die XXI<sup>o</sup>.  
 Testes: Ceccolellus Cafari Capoccese de regione Pinee et Cola Iacobelli dictus alias Rubeus de regione Sancti Eustachii.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Petri<sup>(a)</sup> pelliparius de regione Pinee ac die presente sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit, et per pactum de ulterius non petendo, remisit Nutio Petri Guictonis de regione Pinee, presenti et recipienti, pro se ac vice et nomine Pauli fratris sui, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicti Pauli, et omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere sperat contra et adversus ipsos fratres et quemlibet eorum et eorum bona, pretestu et occasione cuiusdam istrumenti dotalis continentis in se quantitatem otuaginta florenis auri,

f. 44r qui fuerunt dos Vannotie filie ipsius Pauli, data per ipsum Paulum Ceccho dudum fratri dictorum<sup>(b)</sup> Nutii et Palutii, pro quibus otuaginta florenis auri dicti Nutius et Palutius et quilibet ipsorum dicto Paulo, ut fideiussoribus et principales expromissores pro dicto Ceccho frate eorum, vigore dicti istrumenti dotalis scripti manu Iohannis domini Iacobi publici notarii, sic vel aliter plus vel minus prout in ipso istrumento dotali sub quocumque verborum tenore consistat plenius continetur. Et generaliter et specialiter dictus Paulus renumpsiavit et refutavit pro<sup>(c)</sup> Nutio, presente et recipiente pro se et vice et nomine dicti Pauli, et mihi notario recipienti pro eo, omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas, que et quas nunc habet et in futurum habere posset contra eosdem quovis colore quesito, ita quod hec refutatio sit generalis et generalissima et nichil in ea intelligatur exceptio. Hanc autem renumpsiationem refutationem et pactum de ulterius non petendo dictus Paulus predicto Nutio, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicti Palutii, fratris sui, et mihi notario ut publice persone, fecit pro eo quod presentialiter

f. 44v numeraliter et manualiter recepit et habuit dictus Paulus a dicto Nutio, dante et solvente pro se et dicto Paulo frate suo, XLII florenos auri iusti et legalis ponderis, residuum autem usque in dictis octuaginta florenis auri confessus fuit et in veritate recongnovit dicto Paulo a dicto Nutio, dante et solvente ut supra, se in florenis de auro recepisse et habuisse et penes se habere et tenere<sup>(d)</sup>. Et generaliter confessus fuit dictus Paulus recepisse et habuisse a prefatis Paulo et Nutio omne et quicquid ab eis petere et exigere posset usque in presentem diem, de quibus omnibus et singulis octuaginta florenis auri et de omni eo quod ab eis petere posset usque in presentem diem quovis colore quesito, dictus Paulus Petri<sup>(e)</sup> a predictis<sup>(f)</sup> Nutio et Palutio se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum otuaginta florenorum auri et omne id quod ab eis petere posset usque in diem presentem non habiti et non recepti exceptis doli mali etc. et promisit dictus Paulus Petri<sup>(g)</sup> dicto Nutio, presenti et recipienti pro se et dicto Paulo, frate suo, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro eis et quolibet eorum,

f. 45r quod omnia supradicta iura sunt ipsius Pauli Petri<sup>(h)</sup> et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa nec aliquo modo alienata in totum vel in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona factus est nec factus apparet et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propterea dicti Nutius et Paulus seu aliter ipsorum vel eorum heredes et successores in dampnum venerint expensas fecerint vel evictio fuerit in totum vel in partem voluit dictus Paulus teneri de evictione de aliis bonis propriis ipsius, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Paulus Petri<sup>(i)</sup> obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc.

(a) P "Peti" (b) P "dicto" (c) Depennata una s finale (d) Depennato "de qu" (e) P "Peti" (f) Depennato "p Pal" (g) P "Peti" (h) P "Peti" (i) P "Peti".

## 54.

1364, ottobre 7

Caterina, figlia del defunto notaio Pietro *scrinarius* e della defunta madre Francesca, del rione Pigna nomina suo procuratore Giovanni di Consolino di Nicola di Cristoforo per la vendita a Santuccia moglie di Francesco di Martino ortolano dello stesso rione una casa, ereditata dai genitori, con pianoterra e solaro, con un orto retrostante ed una parte di pozzo, situata nel rione Pigna al prezzo di 80 libbre di provisini del senato. Caterina delega il procuratore a nominare Santi di Vero calzolaio per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà e promette di ratificarne l'operato.

Indictione III<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> octubris die VII<sup>o</sup>.

Testes: Paulellus calsolarius, Santus Veri calsolarius et Anestasellus tabernarius, omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc.

f. 45v Catherina filia olim Petri scrinariii notarii de regione Pinee, et domine Francisce olim uxoris dicti Petri scrinariii, que iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione mode iure titulo sive causa, nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere<sup>(b)</sup>, nec non ut heres dictorum patris et matris, et omni

f. 46r

modo iure et forma quibus melius potest et debet, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem negotiorum gestorem et certum numptium specialem, habentem ad omnia et singula infrascripta plenariam potestatem et speciale mandatum ad vendendum et venditionis titulo dandum cedendum et concedendum Santucie uxori Francisci Martini ortulani de regione Pinee<sup>(c)</sup> vel suo procuratori pro ea, quadam domum ipsius Catherine et ad eam spectantem et pertinentem, hereditate nomine dictorum patris et matris, terrineam cum orto post se et parte putei prope eam, que olim fuit dicti Petri, patris ipsius Catherine et expresse obligata pro dote dicte domine Francisce, matris ipsius Catherine, videlicet Iohannem Consolini Nicolai Christofani, ibidem presentem et recipientem et in se mandatum suscipientem, que domus posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Symeon magistri Petri calsolarius, ab alio latere tenet domina Golitia uxor olim Iacobelli Fusingiani, ante est via publica, retro tenet Iohannes mandatarius cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et ad vendendum sibi Santucie omnia iura ipsius Catherine nunc competentia et in futurum competitura in dicta domo et ad faciendum et constituendum procuratorem ad investendum ipsam emptricem<sup>(d)</sup> de dicta domo Santum Veri calsolarium, pro pretio et nomine pretii LXXX librarum provisiorum et ad recipiendum ipsum pretium, nomine ipsius constituentis et post receptionem se bene quietum vocandum etc. et ad donationem eidem emptrici inter vivos, si plus valeret, totum illud<sup>(e)</sup> plus quod valeret et ad promictendum de evictione et ad obligandum

f. 46v

pro predictis omnia bona ipsius Catherine mobilia et immobilia presentia et futura et ad notandum et promictendum pro predictis posse cogi omni tempore etc. et ad renumptiandum, nomine ipsius, omnibus renumpationibus oportunis et ad dandum, nomine ipsius, idoneos fideiussores de evictione prout iura volunt etc. et generaliter ad omnia et singula facienda, que ipsamet constituens facere posset si personaliter interesset et que in predictis et circa predicta merita causarum exigunt et requirunt et que ipsamet constituens facere posset si personaliter interesset, promictens dicta constituens se ratam gratam et firmam habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem factum fuerit in predictis et circa predicta, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit etc. reservata mihi potestate curandi ad sensum sapientis etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “septembris” <sup>(b)</sup> L’espressione che segue fino a “debet” è stata annotata nell’interlinea superiore e sul margine destro del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(c)</sup> Depennato “pro” <sup>(d)</sup> P “emptricem” <sup>(e)</sup> P “illud”.

55.

1364, ottobre 8

Giovanni di Consolino di Nicola di Cristoforo del rione Colonna, procuratore di Caterina figlia del defunto notaio Pietro *scriniarius* e della defunta madre Francesca, del rione Pigna, come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Paolo *de Serromanis*, vende a Santuccia moglie di Francesco di Martino ortolano del rione Pigna una casa con pianoterra, con un orto retrostante ed una parte di pozzo, che già fu del padre Pietro gravata da un pegno in cambio della dote di Francesca, situata nel rione Pigna al prezzo di 80 libbre di provisini del senato.

Il venditore nomina suo procuratore il testimone Santo di Vero per l’insediamento dell’acquirente nell’immobile.

Dietro preghiera e richiesta di Giovanni si offrono quali garanti Giovanni *Bonus*, Vetto *Pacçus*, Giovanni di Egidio *Acuti*, Bartolo detto *Ricius* di Paolo *Talgientis*, Cola *nevolarius*, Stefanello di Tuzio di Meo e Luca di Giovanni di Lorenzo, tutti del rione Colonna, per la convalida del diritto di proprietà.

f. 47r

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die VIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Santus Veri calsolarius et Paulellus calsolarius de regione Pinee.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii etc. Iohannes Consolini Nicolai Christofani de regione Columpne, qui iuravit etc. procurator et persona legitima Catherine filie olim Petri scriniarii notarii de regione Pinee, et domine Francisce olim uxoris dicti Petri scriniarii<sup>(b)</sup>, habens ad omnia et singula infrascripta specialem mandatum et plenissimam potestatem, ut patet manu mei eiusdem notarii, procuratorio nomine quo supra, primo et ante omnia renumpiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio iure ipsius Catherine, ac die presente, procuratorio nomine quo supra<sup>(c)</sup>, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Santucie uxor Francisci Martini ortulani de regione Pinee, presenti ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipsa Santucia dare et concedere voluerit in perpetuum, idest

f. 47v

quadam domum terrineam ipsius Catherine cum orto post se et parte putei prope eam, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis, que olim fuit dicti Petri patris dicte Catherine obligatam expresse pro dote dicte domine Francisce, matris ipsius Catherine, que tota domus posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Symeon filius olim magistri Petri calsolarius<sup>(d)</sup>, ab alio latere tenet domina Golitia uxor olim Iacobelli Fusingiani, ante est via publica, retro tenet Iohannes mandatarius vel si qui sint ad dictam domum plures vel veriores<sup>(e)</sup> confines et per Santum Veri, testem predictum, quem dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, suum procuratorem constituit ad



investiendum ipsam emptricem de dicta domo cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluit et mandavit et donec fuerit dicta venditris<sup>(f)</sup> investita et in vacua possessione inducta, constituit se dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, dictam domum, nomine dicte emptricis, tenere et possidere, ad quam possessionem

f. 48r adimplistendam dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, dicte emptrici, presenti et recipienti, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictam domum cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui etc. et de ipsa facere quicquid sibi perpetuo placuerit, vendidit etiam quoque dedit cessit et concessit dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas nunc dicta Caterina habet et in futurum habere posset seu sperat in dicta domo, nullumque ius in predictis dictus procurator, quo supra nomine, in dicta domo aliquo aliter reservavit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, eidem emptricis, presenti ementi et recipienti pro se et quo supra nomine, fecit pro pretio et nomine pretii otuaginta librarum provisinorum senatus, quas dictus procurator, procuratorio

f. 48v nomine quo supra, presentialiter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus post ipsam receptionem dictus procurator, quo supra nomine se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum et non ponderatorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis exceptionibus et defentionibus quibus contra predicta vel aliquod predictorum<sup>(g)</sup> venire posset dictus procurator, quo supra nomine, renumpsiaverunt expresse et si plus dicto pretio dicta domus valeret vel valebit quomodolibet in futurum dictus procurator, quo supra nomine, dicte emptrici, amoris causa, inter vivos donavit cessit et concessit quem quidem LXXX libras provisinorum senatus et pretium dicte domus sunt dos<sup>(h)</sup> dicte Santucie, presente et confitente dicto suo viro, sic verum esse et promisit dictus procurator, quo supra nomine, quod dicta domus est dicte Caterine et ad eam spectat et pertinet pleno iure et iure hereditatis dictorum patris et matris et quod nemini est vendita

f. 49r data donata cessa concessa etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione secundum formam iuris et consuetudinibus Urbis de aliis suis bonis propriis, pro quibus dictus procurator penes dictam emptricem presentem et recipientem, pro se et quo supra nomine, obligavit bona dicte Caterine mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit dictus procurator, quo supra nomine posse cogi omni tempore etc. renumpsiavit in hiis ferriis et diebus ferriatis etc. et in omni curia etc. renumpsiavit in hiis beneficio fori etc. et generaliter omnibus aliis exceptionibus et defentionibus quibus contra hec venire posset dictus procurator, quo supra nomine, renumpsiavit expresse. Et ad hec

- Iohannes Bonus
- Vectus Pacçus
- Iohannes Egidi Acuti, qui iuravit etc.
- Bartolus dictus Riccius Pauli Talgentis
- Cola nevolarius
- Stephanellus Tucii Mei
- Lucas Iohannis Laurentii

omnes de regione Columpne, quibus ipsorum in solidum sponte, precibus et rogatu dicti procuratoris, procuratorio nomine quo supra, penes dictam emptricem, fideiusserunt et promiserunt quod dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est dicte venditricis

f. 49v et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt<sup>(i)</sup> teneri de evictione et in omnem causam et eventum in quibus dicta venditris tenetur et obligata est et promiserunt insuper tam dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, quam dicti fideiussores et quilibet ipsorum in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus pro quibus obligaverunt omnia eorum bona etc. et renumpsiaverunt dicti fideiussores epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato “missum” <sup>(b)</sup> Depennato “qui procurator pro” <sup>(c)</sup> Depennato “renumpsiavit” <sup>(d)</sup> P “calorarius” <sup>(e)</sup> P “verios” <sup>(f)</sup> Così P e nei casi che seguono <sup>(g)</sup> Depennato “dictus” <sup>(h)</sup> P “dox” <sup>(i)</sup> P “voluit”.

## 56.

1364, ottobre 8

Santo di Vero calzolaio del rione Pigna procuratore di Giovanni di Consolino di Nicola di Cristoforo, procuratore a sua volta della sorella Caterina figlia del defunto Pietro *scriniarius* e di Francesca, mette in atto il suo mandato e procede all'insediamento di Santuccia moglie di Francesco di Martino nella casa da lei acquistata, come risulta dall'atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Serromanis*, con la consueta cerimonia

della consegna delle chiavi, con l'apertura e la chiusura delle porte e la consegna di un pugno di terra in segno di vero possesso.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Santus Veri calsolarius de regione Pinee, procurator et persona legitima Iohannis Consolini Nicolai Christofani, procuratoris et legitime persone Catherine, sororis ipsius, filie olim Petri scriniarii notarii de regione Pinee et domine Francisce, matris eorum, ad investiendum infrascriptam Santuciam uxorem Francisci Martini, emptricem de supradicta domo, vendita per supradictum procuratorem, procuratorio nomine dicte Caterine,

f. 50r

dicte Santucie, ut patet manu mei eiusdem notarii, ac die presente sua bona voluntate ipsam Santuciam de dicta domo cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investivit et in corporalem et vacuum possessionem induxit, ponendo in manibus ipsius feramina portarum dicte domus, claudendo aperiendo dictam domum, dando sibi de limo terre dicte domus, nomine vere possessionis etc.

57.

1364, ottobre 10

Bona figlia del defunto maestro Angelo di Giovanni di Andrea di Luca, vedova di Buzio di Nuzio *Çacchi* marmista del rione Pigna ed erede della madre Andrea, vende a Guglielmo figlio del defunto *Paricche* già di Scozia ed ora abitante a Roma nel rione Arenula una casa *sovinata* con pianoterra e solario, con una grotta sottostante, con diritto di locazione degli Orsini di Campo di Fiori ai quali è dovuto un canone annuo di 12 denari di provisini del senato, situata nel rione Arenula nella parrocchia della chiesa di S. Salvatore *Dompni Campi* al prezzo di 29 fiorini d'oro.

La venditrice nomina suo procuratore Roberto di Roberto inglese già d'Inghilterra ed ora del rione Pigna per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Bona si offrono quali garanti Buzio di Cola trombettiere e Paolo di Lello di Mancino fabbro, emancipato dal padre come risulta dall'atto rogato del notaio Biagio di Alessio di Giovanni di Paolo, per la convalida del diritto di proprietà.

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die decimo.

Testes: Nicolaus de Porcariis, Caffus Iohannis Deodati, Tucius casengus et Robertus anglicus, omnes de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Bona filia olim magistri Angeli Iohannis Andree Luce et uxor olim Bucii Nucii *Çacchi* marmorarii de regione Pinee, filia et heres quondam domine Andree matris sue uxoris olim dicti magistri Angeli, que dicta Bona primo et ante omnia renumpsiavit et refutavit quantum ad hec omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum palafernorum guarnimen

f. 50v

torum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti, quod est pro mulieribus introductus, certiorata de ipso per me eundem notarium, quid sit et quid dicat et autentice, "si qua mulier" etc. heres<sup>(a)</sup>, nomine dictorum patris et matris<sup>(b)</sup> sue et omni modo iure via et forma, quibus melius fieri potest et debet, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Guilielmo filio olim Paricche olim de Scotia nunc habitator Urbis in regione Arenule, presenti ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipse Guilielmus dare et concedere voluerit in perpetuum idest quamdam<sup>(c)</sup> domum terrineam, solaratam ac sovinatam cum quadam gripta suptus se posita, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis salvo semper et reservato iure locationis dominorum Ursinorum de Campofloris de filiis Ursi cui<sup>(d)</sup> est proprietati dicte domus, que domus posita est in regione Arenule, super proprietate dictorum dominorum ad annum pentionem XII denariorum provisinorum pro pentione dicte domus, in parrochia<sup>(e)</sup> ecclesie Sancti Salvatoris Dompni Campi,

f. 51r

inter hos fines, ab uno latere tenet Mathucius domini Goptifredi, ab alio latere tenet dicta ecclesia Sancti Salvatoris, retro tenet Paulus Gocii Capud de ferro, ante est via publica vel si qui etc. et per Robertum Roberti anglicum dudum de Anglia nunc de regione Pinee, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem, de dicta domo cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluit et mandavit et donec dictus emptor fuerit investitus investita et in vacuum possessionem inductus constituit se dicta venditris, nomine dicti emptoris, dictam domum tenere et precario possidere, ad quam possessionem adimplendam dicta venditris eidem emptori, presenti et recipienti, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictam domum cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria sua auctoritate posset intrare tenere possidere uti frui<sup>(f)</sup> vendere donare obligare alienare et de ipsa facere quicquid sibi suis heredibus et successoribus perpetuo placuerit, vendidit etiam quoque dedit cessit et concessit dicta venditris eidem emptori<sup>(g)</sup>, presenti ementi et recipienti, omnia et singula iura et actiones

f. 51v

iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas, que et quas nunc habet et in futurum habere posset in dicta domo nullumque sibi ius in predictis aliquoaliter

reservavit ipsum quam in rem suam procuratorem constituit etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur, dicta venditris dicto emptori, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, fecit pro pretio et nomine pretii viginti novem florenorum boni et puri auri iusti et legalis ponderis, quos florenos et pretium predictum dicta venditris a dicto emptore personaliter numeraliter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus florenis seu de quo pretio se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum etc. exceptioni doli mali et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis etc. et si plus dicto pretio dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valeret vel valebit in futurum dicta

f. 52r venditris eidem emptori, amoris [causa] inter vivos, donavit cessit et concessit et promisit dicta venditris eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, quod dicta domus est ipsius venditricis et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione de aliis propriis suis bonis etc. pro quibus obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiavit etc. promisit insuper dicta venditris eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicte venditricis penes dictum emptorem, presentem et recipientem pro se et quo supra, Butius Cole tubator et Paulus filius Lelli Mancini ferrarius, qui asserit se emancipatus a dicto suo patre, ut patere asserit manu Blaxii filii Alexii<sup>(h)</sup>

f. 52v Iohannis Pauli publici notarii et qui iuravit etc. quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicta domus, superius declarata, cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius domine Bone venditricis, et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii est vendita data donata cessa et concessa nec aliquo alio modo alienata in totum vel in partem etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt teneri de evictione de aliis propriis bonis ipsorum et in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum prout et sic dicta venditris tenetur et obligata est, pro quibus dicti fideiussores obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura, renumpsiaverunt in predictis epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia etc. renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “heredis” <sup>(b)</sup> P “matis” <sup>(c)</sup> P “quadam” <sup>(d)</sup> Come sembra, anche se grammaticalmente scorretto <sup>(e)</sup> P “parlochchia” <sup>(f)</sup> P “flui” per la consueta grafia convenzionale talvolta ripetuta in seguito <sup>(g)</sup> Corretto sul precedente “emprici” <sup>(h)</sup> Ripetuto “Alexii”.

58.

1364, ottobre 10

Pietro figlio del defunto Fosco mandatario della contrada Campo di fiori, procuratore degli Orsini, dà il suo consenso della casa ceduta a Guglielmo figlio del defunto *Paricche* dopo aver ricevuto un tributo di 5 soldi di provisini del senato, la promessa dell'acquirente di osservare i patti previsti nell'atto di vendita e di pagare annualmente nel mese di dicembre 12 denari di provisini del senato per il canone di terratico.

f. 53r Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Franciscus Felicelli de regione Arenule, Petrus Paulus Cecchi Pupi de regione Parionis et Lellus Tucii Iohannis Sabbe de regione Transtiberim.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus filius olim Fusci mandatarius de contrada Campifloris, procurator et persona legitima dominorum Ursinorum de Campofloris de filiis Ursi, ut asserit, sponte, procuratorio nomine quo supra, supradicta venditioni et omnibus et singulis in ea contentis consentiit et suum consensum prestitit et ipsam venditionem ratificavit emoluavit et acceptavit cum omnibus suis tenoribus et articulis. Hunc autem consensum et que dicta sunt dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, eidem emptori fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso Guilielmo emptore, presente et recipiente, pro consensu et comminu dicte venditionis facte de dicta domo V solidos provisinorum senatus et pro eo quod dictus Guilielmus, emptor promisit et convenit eidem procuratori, recipienti nominibus quibus supra, observare et adimplere omnia pacta habita in istrumento locationis facte de dicta domo et pro eo quod promisit omni anno de mense decembris solvere pro terraticu dicte domus XII denarios provisinorum senatus, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

59.

1364, ottobre 10

Roberto di Roberto inglese procuratore di Bona procede all'insediamento di Guglielmo figlio del defunto *Paricche* nella casa da lui acquistata con la consueta cerimonia della consegna delle chiavi, con l'apertura e la chiusura delle porte e la consegna di un pugno di terra in segno di vero possesso.

f. 53v Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Franciscus Graci de regione Arenule et Menicutius dudum de Viterbio nunc de dicta regione.

In presentia mei notarii et testium etc. Robertus anglicus, procurator et persona legitima dicte domine Bone ad omnia et singula infrascripta specialiter constitutus, habens ad hec speciale mandatum et plenariam potestatem, ut supra patet, ac die presente, sponte investivit dictum Guilielmum de dicta domo vendita cum omnibus suis usibus et pertinentiis universis, mictendo ipsum in dicta domo, ponens in manibus ipsius ianua et seramina dicte domus, aperiendo et claudendo dictam domum, dando sibi de terra dicte domus, nomine vere possessionis etc.

60.

1364, ottobre 10

Giovanni *de Serromanis* del rione Pigna rilascia una quietanza a Lorenzo figlio del defunto Nuzio *Amirate* macellaio del rione Trevi, presente anche per il padre scomparso, in seguito alla restituzione di una somma di 8 fiorini d'oro, avvenuta dopo una diffida ed una sentenza relativa ad un atto di deposito rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, e al rimborso delle spese sostenute per la causa.

Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Turribacca filius olim Lutii Iacobatii, Butius Theodischi et Tutius dictus Boccaccio de regione Trivii. In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes de Sorromanis de regione Pinee ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit

f. 54r

et per pactum de ulterius non petendo remisit Laurentio filio olim Nucii *Amirate* macellario de regione Trivii, presenti et recipienti, pro se et vice et nomine dicti Nutii patris, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti vice et nomine dicti Nutii, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas, que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsos Laurentium et Nutium, pretestu et occasione octo florenorum auri in quibus dicti Nucus et Laurentius eidem Iohanni tenebantur, vigore cuiusdam diffidationis facte de eis continentis dictam quantitatem, secute ex quadam<sup>(a)</sup> sententia seu termino contemptioso lato contra eos de dictis octo florenis auri, secuta ex quodam publico istrumento depositi scripto manu Iohannis domini Iacobi publici notarii, sic vel aliter plus vel minus prout ipsis diffidationis sententia et deposito plene constat<sup>(b)</sup>. Item pretestu et occasione expensarum in dicta causa factarum et generaliter de omni eo quod dictus Iohannes dicti Nucio et Laurentio et cuilibet ipsorum petere posset usque in presentem diem quovis colore quesito. Hanc autem refutationem et que dicta sunt, dictus Iohannes dicto Laurentio, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine<sup>(c)</sup>, et mihi notario recipienti pro eo,

f. 54v

fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicto Laurentio, dante et solvente pro se et vice et nomine dicti sui patris, dictos VIII florenos auri in dicta diffidationis sententia et deposito contentos et omnes expensas legitime factas in dicta causa et generaliter omne et quicquid ab ipsis petere posset usque in diem presentem quovis colore quesito usque in diem presentem et promisit dictus Iohannes dicto Laurentio, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, quod dicta iura sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus dictus Iohannes obligavit penes dictum Laurentium, presentem et recipientem pro se et nomine quo supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

(a) P "quamdam" (b) P "costat" (c)

61.

1364, ottobre 10

Il prete Giacomo rettore della chiesa di S. Stefano di Pigna stipula una convenzione con Pietro *Gaçasare* del rione Pigna e promette che Ruggero figlio del defunto Fiore già di Velletri ed ora del rione Pigna lo servirà nella sua arte per due anni e Pietro promette, a sua volta, di mantenere, di vestire e di calzare, a sue spese, la persona raccomandata. Le parti contraenti si impegnano a sottostare ad una pena di 25 libbre di provisini del senato.

f. 55r

Eodem anno, mense et die.

Testes: Bucius Raytini calsolarius et Francischus Resurelli lanarolus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, qui se et bona sua animo donandi principaliter obligavit de rato et promisit se facturum et curaturum quod infrascriptus Rogerius omnia premissa per eum firmiter observabit, sponte promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit Petro *Gaçasare* de regione Pinee, presenti et recipienti, quod Rogerius filius olim Floris dudum de Velletri et nunc de regione Pinee. legaliter<sup>(a)</sup> serviet ipsi Petro ad artem suam, hinc ad duos annos proxime futuros, incipiendo a die presentis contractus et finiendo ut sequitur, et dictus Petrus promisit et convenit dicto domino presbitero Iacobo, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicti Rogerii, pro dicto tempore ipsum Rogerium gubernare, vestire et calzare et ipsum recommendatum

habere omnibus ipsius Petri sumptibus et expensis, promictendum, dicte partes, predicta dicto tempore observare ad penam XXV libras provisinorum ad quam dictus presbiter Iacobus sponte obligavit, pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “ux”.

**62.**

**1364, ottobre 13**

Lello e Alterio figli del defunto Corraduzio *Mastronis* speciali del rione Pigna danno in locazione in perpetuo a Vannello di Ceccolo già di Montefalco e ora del rione Trastevere 4 pezze di terra da coltivare, situate fuori della porta Appia nella località Valle Appia, al prezzo annuale di 30 soldi di provisini del senato per ciascuna pezza da versare nel mese di agosto; se la scadenza non sarà rispettata il locatario dovrà versare il doppio dell'affitto.

Si conviene che il locatario potrà vendere, affittare in perpetuo o per un periodo temporaneo, ma non ai luoghi pii né ai potenti, il terreno e dovrà prima chiedere il consenso ai proprietari, ai quali sarà dovuto il tributo di 5 solidi di provisini del senato per ciascuna pezza di terra.

f. 55v Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die XIII.

Testes: Laurentius de Magistris Luce de regione Campitelli, Nucius Spene et Tucius marmorarius dictus Lupus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus et Alterius, germani frates, filii olim Corraducii Mastronis spetiarii de regione Pinee, qui ambo primo et ante omnia iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere, ac die presente eorum bona voluntate locaverunt et locationis titulo irrevocabiliter dederunt et concesserunt in perpetuum Vannello Ceccholi dudum de Montefalco nunc de regione Trastiberim, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, vel cui seu quibus ipse Vannellus dare redere cedere concedere ac locare in perpetuum vel ad tempus voluerit, idest quatuor petias terrarum, ipsorum fratuum, positas extra portam Apiam in loco qui dicitur Vallis Apie,

f. 56r

inter hos fines, ab uno latere tenent idem frates locatarii, ab alio latere tenet domina Costantia<sup>(a)</sup> soror domini Gregorii de Marganis causidici, ab alio ecclesie Sancti Sabe vel si qui etc. ad habendum tenendum laborandum seu fructificandum et de eis faciendum quicquid sibi perpetuo placuerit. Hanc autem locationem et que dicta sunt prefati frates eidem Vannello, presenti et recipienti, fecerunt pro eo et ex eo quod dictus Vannellus promisit et convenit prefatis fratribus omni anno annuatim de mense augusti, solvere et pacare ipsis fratribus et eorum heredibus et successoribus in perpetuum, pro qualibet petia dictarum quatuor petiarum dictarum terrarum triginta solidos provisinorum senatus, quos si non solverit per totum dictum mensem augusti duplum solvere promisit et ex pacto convenit et pro eo etiam quod dictus Vannellus promisit et convenit predictis fratribus, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et eorum heredibus et successoribus, ipsas terras non vendere dare locare nec concedere pro loco nec<sup>(b)</sup> potenti persone alicui alii persone sine voluntate et consensu ipsorum fratuum et heredum et successorum ipsorum, acto tamen et convento estitit inter

f. 56v

eos quod si dictus Vannellus vellet dictas terras quomodolibet alienare quod sit ei licitus cum consensu ipsorum fratuum et ipsi frates consentire sibi teneantur solute eis primo quinque solidos pro qualibet petio pro consensu et comminu etc. insuper promiserunt dicti frates in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem ad petitionem et requisitionem ipsius Vannelli cum curis et cautelis de iure sufficientibus, quam locationem predictae partes perpetuo atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum ipsarum partium etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt sub obligatione bona ipsarum partium etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “nec” <sup>(b)</sup> Ripetuto “nec”.

**63.**

**1364, ottobre 13**

Lello ed Alterio figli del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna danno in locazione in perpetuo ad Andrea di Angelo già di Spoleto ed ora del rione Trastevere 3 pezze di terra da coltivare, unite con le 4 pezze indicate nel precedente atto, situate fuori della porta Appia nella località Valle Appia, al prezzo annuale di 30 solidi di provisini del senato per ciascuna pezza da versare nel mese di agosto; se la scadenza non sarà rispettata il locatario dovrà versare il doppio dell'affitto.

Si conviene che il locatario non potrà vendere né alienare il terreno senza chiedere il consenso dei proprietari, ai quali sarà dovuto, secondo la consuetudine, un tributo di 5 solidi di provisini del senato per ciascuna pezza di terra.

Eodem anno, mense, indictione et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium etc. supradicti frates, qui simili modo iuraverunt etc. ac die presente sponte locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt in perpetuum Andree Angeli dudum de Spoleto nunc de regione Trastiberim, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in

f. 57r et concedere voluerit, idest tres petias terre ipsorum fratuum iuntarum pro indiviso cum supradictis III<sup>or</sup> petiis terrarum, que terre posite sunt extra portam Apiam in loco qui dicitur Vallis Apie, inter hos fines, ab uno latere tenent dicti frates, ab alio tenet dictus Menicutius, ab alio latere tenet monasterium Sancti Sabe, ab alio viculus vicinalis vel si qui etc. ad habendum tenendum fructificandum et de eis faciendum quicquid sibi, suis heredibus et successoribus perpetuo placuerit. Hanc autem locationem et que dicta sunt et infra dicentur prefati frates eidem Andree, presenti et recipienti, fecerunt pro eo quod dictus Andreas promisit et convenit dictis fratribus, presentibus et recipientibus etc. omni anno annuatim in perpetuum respondere dictis fratribus et heredibus et successoribus ipsorum de mense augusti triginta solidos provisinorum pro qualibet petia dictarum terrarum, quas si non solverit per totum dictum mensem augusti duplum solvere teneatur et sic voluit et promisit et pro eo etiam quod dictus Andreas promisit et convenit predictis fratribus, presentibus et recipientibus ut supra, ipsas

f. 57v terras nemini vendere nec alienare sine consensu et voluntate ipsorum fratuum, acto tamen et convento estitit inter ipsas partes quod si dicti frates teneantur predicto Andree totiens consentire, quotiens opus fuerit solum, primo eis V solidos per petiam, ut consuetum est. Item promiserunt dicti frates eidem Andree quod dicte terre locate sunt<sup>(a)</sup> ipsorum et ad eos spectant<sup>(b)</sup> pleno iure et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione ad duplum prout iura volunt, insuper promiserunt dicti frates in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “so” <sup>(b)</sup> P “pectant”.

64.

1364, ottobre 14

Caterina figlia del defunto \*\*\*\*\* del rione Arenula, già vedova di Lorenzo di Nicola di Paolo marmista del rione Campitelli ed ora moglie di Lorenzo di Nicola di Marco del rione Colonna, con il consenso del marito, rilascia una quietanza a Bartolomeo *de Arcarellis* ed a Ceccolo figlio del defunto Andreozio *Cafari* del rione Pigna, presenti anche a nome di Paola vedova di Cinzio *Raye*, esecutori del testamento del defunto Lorenzo suo primo marito come risulta dall'atto rogato dal notaio Giordano di Giacomo *de Çappis*, in relazione alle somme dovutele dagli esecutori testamentari.

La rivendicazione promossa da Caterina di 33 fiorini ed un terzo d'oro nei confronti degli esecutori era stata sottoposta all'arbitrato, a lei favorevole, dei notai Giovanni di Giacomo e Paolo *de Seromanis*, come risultava dall'atto rogato dal notaio Paolo di Andrea di Bonianno; lo stesso Lorenzo, vivente, aveva dichiarato che la somma faceva parte degli ornamenti di Caterina, come risultava dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo o da Giordano *de Zappis*.

Una seconda rivendicazione riguardava la somma di 16 fiorini d'oro, 31 solidi e 4 denari di provisini del senato, che facevano parte della donazione di nozze di Caterina, indicata in uno strumento dotale sia nel primo atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, sia nel secondo atto rogato dal notaio Giordano *de Zappis*.

Una terza rivendicazione riguarda la somma di 25 libbre di provisini del senato lasciata a Caterina dal defunto Lorenzo nel suo testamento, come risulta dal notaio Giordano *de Zappis*.

Una quarta rivendicazione riguarda, infine, il mantenimento di Caterina nel periodo trascorso prima della restituzione della dote e le spese da lei sostenute durante la controversia.

La quietanza è stata rilasciata in quanto Caterina ha ricevuto la somma di 30 fiorini d'oro, che rappresenta il residuo di quanto ha già ottenuto per le sue rivendicazioni.

Dietro preghiera di Caterina si offre quale garante il marito Lorenzo di Nicola di Marco per la convalida dei diritti della moglie.

Indictione tertia mense octubris die XIII.

Testes: Cecchus Tasca, Cecchus Cole Nasi et Cola Teuli et dominus Nicolaus filius olim Laurentii dello Trullo.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherina filia olim \*\*\*\*\* de regione Arenule et uxor olim Laurentii Nicolai Pauli marmorarii de regione Campitelli et nunc uxor Laurentii Nicolai

f. 58r Marci de regione Columpne, que domina Catherina quantum ad hec primo renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum parafernorum<sup>(a)</sup> guarnimentorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introducto, de ipso per me eundem notarium primo certiorata etc. ac die presente, cum consensu et voluntate dicti Laurentii viri sui, presentis et consentientis, sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit

domino Bartholomeo de Arcarellis et Ceccholello filio olim Andreotii Cafarii de regione Pinee, executoribus testamenti et ultime voluntatis dicti olim Laurentii Nicolai Pauli marmorarii, ut patet manu Iordani Iacobi de Cappis publici notarii, presentibus et recipientibus, pro sese ac vice et nomine domine Paule uxoris olim Cincii Raye, executricis una cum eis, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti vice et nomine dicte domine Paule et pro ea, idest omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecarias seu mistas que et<sup>(b)</sup>

f. 58v quas nunc habet et in futurum habere sperat seu posset contra et adversus ipsos executores et in bonis dicti olim Laurentii, mariti sui, tam pretestu et occasione triginta trium florenorum auri et tertiam partem alterius floreni auri, in quibus dicti executores tenebantur, executorio nomine quo supra, dicte domine Catherine vigore cuiusdam arbitrii seu arbitrati<sup>(c)</sup> inter ipsas dominam Catherinam, ex una parte, et dictos executores, ex alia, per Iohannem domini Iacobi et Paulum de Seromanis notarios, arbitros<sup>(d)</sup> inter ipsas partes, ut patet manu Pauli Andree Bonianni publici notarii, qui fuerunt et sunt guarnimentos ipsius domine Catherine, quos dictus olim Laurentii, mariti ipsius domine Catherine, in vita sua, confessus fuit se ab ea seu alio pro ea recepisse, ut patet manu Iohannis domini Iacobi seu Iordani de Zappis publici notariorum. Item pretestu et occasione<sup>(e)</sup> sedicem florenorum auri<sup>(f)</sup>, solidorum XXXI et denariorum III<sup>or</sup>, qui fuerunt et sunt donatio propter nuptias dicte domine Catherine in istrumento dotali ipsius, tam in primo scripto

f. 59r manu Iohannis domini Iacobi notarii, quam in secundo scripto manu Iordani de Zappis notarii contento et per ipsam licata<sup>(g)</sup> secundum pactum in dictis istrumentis dotalibus contempto. Item pretestu et occasione XXV librarum provisinarum relictarum ipsi domine Catherine per dictum olim Laurentium<sup>(h)</sup>, maritum suum, in suo ultimo testamento, ut patet manu dicti Iordani. Item pretestu et occasione alimentorum decursorum pro ipsa domina Catherina a die commissi consilii<sup>(i)</sup> alimentorum pro ea usque in diem quo fuit ipsi domine de dote integre satisfacta. Item pretestu et occasione expensarum factarum per ipsam dominam tam in litigio, quam extra rationibus supradictis. Et generaliter de omni eo quod dicta domina Catherina<sup>(j)</sup> petere posset dictis executoribus et cuilibet ipsorum occasione predictae executionis et in bonis dicti olim Laurentii, dudum mariti ipsius, tam rationibus supradictis, quam quibuscumque aliis quomodocumque et qualitercumque, ita quod hec refutatio sit generalis et generalissima et omnia in ea venient et venire intelligantur prout et si de eis facta esset

f. 59v mentio specialis et nichil in ea intelligatur exceptioni. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicta domina Catherina cum consensu dicti viri sui, predictis domino Bartolomeo et Ceccho, presentibus et recipientibus pro se et quo supra nomine et mihi notario recipienti pro ea, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et abuit<sup>(k)</sup> ab ipsis et vice executoribus, dantibus et solventibus pro sese ipsis et vice et nomine dicte domine<sup>(l)</sup> Paule, executricis predictae, triginta florenos auri in florenis de auro, residuum autem totius dicte quantitatis confessa fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere. Et generaliter confessa fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse ab ipsis executoribus, omne id et quicquid ab eis et in bonis dicti olim Laurentii petere posset usque in presentem diem, quovis colore quesito, de quibus omnibus et singulis supradictis se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod omnia supradicta iura sunt ipsius domine et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium aliquo tempore

f. 60r appareret et ea propterea dicti executores seu alter ipsorum seu bona dicti olim Laurentii in dampnum venire vel expensas fecerint seu evicti fuerint in totum vel in partem voluit teneri de evictione ad duplum etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc. et ad hec omnia et singula supradicta Laurentius Nicolai Marci, mariti dicte domine Catherine, sponte precibus dicte domine uxoris sue, fideiussit penes dictos executores, presentes et recipientes pro sese ipsis et nomine quo supra, et me notarium ut publicam personam recipientem pro ea, et promisit dicta omnia iura sunt ipsius domine Catherine et ad eam spectant pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione et in omnem causam et eventum in quibus ipsa domina Catherina tenetur et obligata est, pro<sup>(m)</sup> quibus obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “palafemorum” secondo la consueta forma grafica di r usata in altri vocaboli seguenti <sup>(b)</sup> Ripetuto “et” <sup>(c)</sup> P “albitratum” e così di seguito per un segno grafico di r di tipo convenzionale <sup>(d)</sup> P “albitros e così di seguito per un segno grafico di r di tipo convenzionale <sup>(e)</sup> Depennato p <sup>(f)</sup> L’espressione che segue fino a III<sup>or</sup> è annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(g)</sup> Come sembra <sup>(h)</sup> Depennato “ina” <sup>(i)</sup> Depennato d <sup>(j)</sup> P “Caterina” <sup>(k)</sup> Così P <sup>(l)</sup> Depennato “Catherine” <sup>(m)</sup> Ripetuto e depennato “pro”.

## 65.

1364, ottobre 15

Stasio muratore del rione Pigna, con il consenso della moglie Mariola, vende a Lello di Corraduzio *Mastronis* speciale dello stesso rione 12 salme di mosto, conservate in due botti nella stessa casa di Stasio, al prezzo di 6 libbre di provisini del senato per ciascuna salma.



Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die XV.

Testes: Ceccarellus Tyneosus casengus et Iohannes<sup>(a)</sup> filius Nicolai dicti alias Biancapectorina marmorarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Stasi murator de regione Pinee, cum consensu et voluntate Mariole uxoris sue, que renumpsiavit omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti et autentice, si “qua mulier” de ipsis per me eundem notarium primo certiorata, ac die presente, sua bona voluntate vendidit Lello Corraducii Mastronis spetiario de regione Pinee, presenti et recipienti, XII salmas musti, quod habet in domo ipsius Stasi in duabus vegetibus ad abendum<sup>(b)</sup> etc. Hanc autem venditionem dictus Stasi, cum consensu dicte sue uxoris, fecit dicto Lello, presenti et recipienti pro pretio et nomine pretii VI librarum provisinorum pro qualibet salma et si plus valeret seu valebit amoris causa inter vivos donavit etc. et promisit quod est ipsius et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de aliis bonis suis, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “Iohanne” <sup>(b)</sup> Così P ed in altri casi che seguono.

66.

1364, ottobre 16

Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna, presentatosi davanti a Nicola di Stabbia giudice palatino e camerario di Roma, non potendo avere copia dell'appello che è stato presentato, dichiara che la sentenza emessa dallo stesso giudice contro di lui su richiesta di Lello di Mattiolo del rione Pigna per il pagamento di 11 fiorini d'oro, in seguito ad una diffida scritta dallo stesso Lello, è da ritenersi nulla e rivolge un appello affinché il termine previsto per il pagamento non abbia corso finché non intervenga il capitano.

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die XVI.

Testes: Datus mandatarius, Pernabeus mandatarius et Iacobellus Rioli tabernarius.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Lellus Butii Iohannis Rubei de regione Pinee ad bancum domini Nicolai de Stabia iudicis palatini et camerarii Urbis, cum copia ipsius iudicis habere non possit pro infrascripta appellatione interponenda, dixit quam de sententia lata per ipsum dominum Nicolaum<sup>(a)</sup> contra ipsum Lellum Butii Iohannis Rubei ad petitionem<sup>(b)</sup> Lelli Mathioli de regione Pinee continente quantitatem XI florenorum auri, plus vel minus, prout in sententia continetur, secuta, ut dicitur, vigore cuiusdam apodisse, ut dicitur, scripte manu ipsius Lelli Butii Iohannis Rubei sic vel aliter, plus vel minus, prout in sententia continetur, dixit dictam sententiam fore et esse nullam et nullius valoris etc. set si qua est, sensiens se gravatus, appellat in hiis scritis et protestatur quod terminus non currat donec capitaneus veniat etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “ad petitionem” <sup>(b)</sup> Depennato “dicte”.

67.

1364, ottobre 19

Lorenzo *de Mutis* del rione Campo Marzio detta un codicillo con il quale annulla le indicazioni fatte nel testamento rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis* ed indica quali eredi universali i figli Cecilia e Giovanni.

Lascia alla figlia Cecilia la dote e i diritti dotali concessi al tempo del contratto di matrimonio con Sabuzio alle condizioni previste nell'atto dotale, la residenza e l'abitazione perpetua nelle sue case, cioè nella parte già posseduta da Francesco *de Mutis*, causidico, dal terreno fino alla sommità, con un ponte egualmente dal terreno fino alla sommità, oltre alla metà di un orto retrostante alle case; lascia al figlio Giovanni tutti i beni mobili ed immobili ad eccezione dei legati affidati ai suoi esecutori testamentari.

Dispone che se Giovanni dovesse morire senza figli legittimi, la metà del patrimonio sia devoluta a Cecilia ed ai suoi eventuali figli. Dispone inoltre che se Cecilia dovesse morire senza aver procreato figli legittimi, il lascito sarà destinato a Giovanni, se vivente, altrimenti la metà sarà devoluta, a suffragio della sua anima e dei suoi defunti, nel seguente modo: la metà dei beni sarà destinata alla riparazione della chiesa Lateranense, un quarto alla chiesa di S. Giacomo *de Setingiano* per l'ingrandimento dell'edificio sacro e un quarto ai poveri ed alle persone degne di compassione.

Stabilisce ancora, nel caso che Giovanni dovesse morire senza figli legittimi, che la parte delle case, che già furono di Nicola *de Mutis*, sia devoluta alla chiesa di S. Cecilia *de Mutis*, con la clausola di riservare alla moglie Ceccola, durante la sua vita vedovile, la residenza e l'abitazione perpetua; per quanto riguarda l'altra metà dei beni lasciati a Giovanni dispone che sia destinata, a suffragio della sua anima e dei suoi defunti, alle chiese ed ai poveri come già indicato in precedenza.

Lascia per il maltolto incerto 50 libbre e per le messe cantate, subito dopo la sua morte, 10 libbre di provisini del senato; alla chiesa di S. Cecilia *de Mutis* 50 libbre di provisini del senato, delle quali 15 sono destinate alle evidenti riparazioni dell'edificio sacro.

Lascia ancora alla moglie Ceccola la dote ricevuta al tempo del contratto matrimoniale, la residenza e

l'abitazione perpetua nelle sue case e l'usufrutto di tutte le masserizie per il tempo della vita vedovile; inoltre dispone che sia considerata padrona di tutti i suoi beni e che i figli debbono prestargli obbedienza assoluta, altrimenti decadranno dall'eredità paterna. Stabilisce ancora che debba avere dal figlio vitto e vestiti adeguati alle sue necessità.

Dispone infine che se Giovanni e Cecilia dovessero morire senza aver generato figli, la metà dei beni sarà destinata alla moglie Ceccola per tutto il tempo della vita e, dopo la morte di lei, sia destinata alle chiese ed ai poveri già sopra indicati.

Nomina esecutori testamentari il frate Giovanni *de Pinciaronibus* dell'ordine degli eremiti di Roma, Ciotto di Cecco di Andrea di Riccardo, Renzo di Giacobuzio, Tuzio Lucido, Agnese vedova di Buzio di Nicola *de Bulgaminis* e la propria moglie Ceccola.

f. 61v

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus frater Ambrosius de Senis lector conventus, frater Nicolaus de Sengia superior lector, frater Iohannes de Cellis, frater Andreas de Arsulis et frater Petrus de Furliveo ordinis heremitorum.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Laurentius de Mutis de regione Campimartis, sanus quidem corpore mente et conscientia pura, timens casum improvise mortis facio codicillum per quod<sup>(a)</sup> casso irrito et anullo testamentum per me atenus factum et scriptum per me notarium infrascriptum, in quo quidem meo codicillo mihi heredes universales istituo Ceciliam et Iohannem, filiam<sup>(b)</sup> et filium meos, cui Cecilie iure et institutione trebellianice debito iure nature

f. 62r

et pro omni suo iure sibi relinquo dotem et iura sua dotalia quam sibi dedit tempore contracti sui matrimonii cum Sabbutio, viro suo, sub illa conditione sicut in istrumento dotali plenius continetur. Item relinquo dicte Cecilie filie mee sedium et habitationem perpetuam in domibus meis, videlicet in ea parte que fuerunt<sup>(c)</sup> olim domini Francisci de Mutis causidici, a terrineo usque ad summum et cum ponte a terrineo usque ad summum et cum medietate orti, positi retro dictarum mearum domorum. Item relinquo Iohanni filio meo omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas habeo vel habere possem contra ones personas et loca preter quam infrascripta legata per me relicta, que volo per meos executores infrascriptos ad executionem mandari. Et si dictum Iohannes, filius meus, quocumque tempore sine legitimis filiis moriretur, volo quod moriatur in medietate omnium bonorum meorum dicte Cecilie filie mee, et filiis suis, si filios habuerit. Et si dicta Cecilia filia mea, quocumque tempore decederet sine filiis, quod moriatur dicto Iohanni, filio meo, si tunc visserit, alias in dicta successione medietatem bonorum meorum moriatur pro anima mea secundum modum et

f. 62v

seriem infrascriptos, videlicet pro medietate ecclesie Lateranensis pro reparatione ipsius et pro medietate alterius medietate ecclesie Sancti Iacobi de Setingiano pro augumento dicte ecclesie et pro alia quarta parte pauperibus et miserabilibus personis, pro anima mea et meorum omnium defunctorum; preter quam in alia parte dictarum mearum domorum, que olim fuerunt Nicolai de Mutis, in quibus si dictus Iohannes filius meus sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur ecclesie Sancte Cecilie de Mutis, pro anima mea et mortuorum meorum, salvo semper et reservato in omnibus supradictis domibus et in utraque parte sedium et habitationem perpetuam Cecchole, uxori mee, dum honeste et caste stare et sedere voluerit et de me viduilem vitam servare, quam habitationem sibi non possit per alicuius exceptionis oblectam<sup>(d)</sup> alicqualiter impediri; in alia vero medietate dictorum bonorum meorum, si dictus Iohannes filius meus sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur, pro anima mea et meorum mortuorum, ecclesiis et pauperibus<sup>(e)</sup> prout supra disposui de alia medietate. Item relinquo de bonis meis, pro anima mea pro incertis male ablatis L librarum provisinorum. Item et ultra dictas L libras relinquo pro missis cantandis statim post mortem meam X libras provisinorum.

f. 63r

Item relinquo ecclesie Sancte Cecilie de Mutis de dictis L libris, pro evidenti reparatione dicte ecclesie, XV libras provisinorum. Item relinquo dicte Cecchole, uxori mee<sup>(f)</sup>, dotem suam et iura dotalia, quam et que recepit ab ea seu alio pro ea, tempore contracti matrimonii inter nos et ultra dictam dotem relinquo sedium et habitationem perpetuam in dictis omnibus domibus meis et usufructum omnium massaritorum meorum toto tempore vite sue dum honeste sedere voluerit, ut supradictum est. Item volo quod dicta Cecchola, uxor mea sit domina et dominatrix dum sic stare voluerit, ut supra, omnium bonorum meorum et filiorum meorum et ipsi filii mei sibi prorsus<sup>(g)</sup> in omnibus obediant vel cadant ab hereditate paterna et sibi in hac parte succedat aliter. Item volo quod dicta Cecchola, uxor mea, habeat et habere debeat a dicto filio meo de bonis meis dum sic, ut supra, stare voluerit victum et vestitum ad condecenciam vite sue. Item volo et mando quod si ambo dicti filii sine filiis decederent, quod in medietate omnium bonorum meorum succedat dicta Cecchola, uxor mea, toto tempore vite sue si, ut supra, stare voluerit post

f. 63v

eius vero mortem, remaneat dicta medietas dictis ecclesiis et pauperibus, ut supra dictum est, et hoc est ultimum meum codicillum per quod casso irrito et anullo omne aliud testamentum per me actenus factum et per quemcumque notarium scriptum, quod codicillum valere volo et mando iure codicilli etc. Executores huius mei codicilli facio constituisco et ordino venerabilem virum dominum fratrem Iohannem de Pinciaronibus ordinis heremitarum de Urbe, Cioctum filium Cecchi Andree Ricardi, Rentium Iacobucii, Tutium Licidum, dominam Agnetem uxorem olim Butii Nicolai de Bulgaminis et dictam Ceccholam,

uxorem meam, quibus et cuilibet ipsorum<sup>(h)</sup> do et concedo plenam et liberam potestatem bona mea omnia capiendi etc.

<sup>(a)</sup> Depennata con tratti di penna incrociati l'espressione seguente "confirmo testamentum per me atenus factum et scriptum per Paulum de Seromanis notarium in omnibus suis tenoribus et articulis [depennato tamen] preter quam in infrascriptis relictis in quibus ipsum corigo dictum meum testamentum in hunc modum, videlicet quod si Iohannes filius meus" <sup>(b)</sup> Depennato l'ultima consonante di "filias" e sostituita con un segno abbreviativo per "filiam" <sup>(c)</sup> Depennato "que" <sup>(d)</sup> Come sembra <sup>(e)</sup> P "pauperius" <sup>(f)</sup> Depennato "sedium et habitationem perp" <sup>(g)</sup> P "prosus" <sup>(h)</sup> P "ipso".

68.

1364, ottobre 20

Tuzio di Pietro Frangiapane detto *Tucciopane* del rione Monti e Pietro figlio del defunto Nuzio di Teolo detto *Capoccia* del rione Trevi, insieme ad altri garanti, sono presentati dal nobile Paolo *de Pappaçuris* del rione Trevi a Paolo di Nicola di Graziano detto Paolo *Talgialonto* del rione Pigna per attestare il ricupero per diritto di evizione di 5 pezze di vignato, situate fuori della porta di S. Paolo nella località *La penna*, vendute al prezzo di 110 fiorini d'oro, come risulta nell'atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*.

Dietro preghiera di Paolo *de Pappaçuris* i garanti, informati delle condizioni della vendita, confermano la loro garanzia per la convalida del diritto di proprietà del venditore.

f. 64r

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die XX<sup>o</sup>.

Testes: Tucius Iohannis Porcarii et Nutius Cecchi Stati dictus alias Caroso de regione Pinee et Gaytanus mandatarius de dicta regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Tutius Petri Frangiapane dictus alias Tucciopane de regione Montium et Petrus filius olim Nucii Theuli dictus alias Capoccia de regione Trivii et quilibet ipsorum in solidum, una cum aliis fideiussoribus, dati per nobilem virum Paulum de Pappaçuris de regione Trivii Paulo Nicolai Gratiani dicto alias Paolo Talgialonto de regione Pinee de evictione V petiarum vinearum, plus vel minus, positarum extra portam Sancti Pauli in loco qui dicitur La Penna, inter suos confines venditarum per ipsum Paulum de Pappaçuris dicto Paulo Cole Gratiani pro pretio CX florenorum auri, prout in istrumento inde confecto scripto manu mei eiusdem notarii plene patet, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, una cum aliis fideiussoribus in dicto istrumento apposito, precibus dicti Pauli de Pappaçuris penes dictum Paulum Cole Gratiani, presentem et recipientem pro se et suis heredibus et successoribus, fideiusserunt et promiserunt quod dicte vinee cum omnibus suis usibus, prout in venditione continetur, per me eis particulariter nominatis, sunt ipsius Pauli venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini sunt vendite date donate cesse concesse nec quomodolibet alienate in totum vel in partem nec contractus vel quasi cum alia persona vel factus<sup>(a)</sup> est nec factus apparet et si contrarium appareret voluerunt dicti fideiussores et quilibet ipsorum teneri de evictione etc. pro quibus obligavit etc. et renumpsiaverunt etc.

f. 64v

<sup>(a)</sup> P "factis".

69.

1364, ottobre 20

Il nobile Paolo figlio del defunto Nicola *Capucie de Pappaçuris* del rione Trevi rilascia una quietanza a Paolo di Cola di Graziano detto Paolo *Talgialonto* del rione Pigna, in relazione ad un atto di deposito, rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, dopo aver ricevuto la somma di 50 fiorini d'oro ad integrazione della somma di 10 fiorini già restituitigli.

Eodem anno, mense et die et coram dictis<sup>(a)</sup> testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Paulus filius olim domini Nicolai Capucie de Pappaçuris de Trivii ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Paulo Cole Gratiani dicto alias Paolo Talgialonto de regione Pinee, presenti et recipienti idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas

f. 65r

et expressas ypotecaria seu mistas que et quas dictus Paulus nunc habet et in futurum habere sperat contra et adversus ipsum Paulum Talgialonto in eius bonis, pretestu et occasione LX florenorum auri in quibus Paulus Talgialonto eidem Paulo de Pappaçuris tenebatur et obligatus erat vigore cuiusdam publici istrumenti depositi, scripti manu mei eiusdem notarii continentis dictam quantitatem, plus vel minus, sic vel aliter, prout in dicto deposito continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Paulus domini Nicolai Capucie eidem Paulo Cole Gratiani dicto alias Paolo Talgialonto, presenti et recipienti fecit pro eo quod nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso Paulo Cole Gratiani, presenti et legitime stipulante, quinquaginta florenos auri in florenis de auro, X florenos auri residuos dicte quantitatis confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse ab ipso Paulo Cole Gratiani in florenis de auro, de quibus omnibus LX florenis auri dictus Paulus domini Nicolai se a dicto Paulo Cole Gratiani bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum et non habitorum

dictorum florenorum exceptis doli mali et in facto conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis etc.

f. 65v

et promisit dictus Paulus domini Nicolai Capucie quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum vel in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona factus est nec factus apparet et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione de aliis suis bonis etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Così P, ma intendasi “supradictis”.

**70.**

**1364, ottobre 27**

Tuzio figlio del defunto Nicola di [N]ardino e Caterina di Santurello tessitore del rione Pigna, interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Tuzio infila l’anello d’oro con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Caterina.

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die XXVII.

Testes: Ceccolellus Cafari, Nellolus lanarolus et Francischus ortolanus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Tucus filius olim Nicolai [N]ardini, qui iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere, interrogatus per me Paulum de Serromanis notarium si

f. 66r

volebat in suam legitimam uxorem Catherinam filiam Santurelli tessitoris de regione Pinee, qui Tucus sua bona voluntate respondit “Volo”; et versavice interrogata dicta Catherina, que simili modo iuavit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere<sup>(a)</sup>, si volebat in suum legitimum maritum dictum Tucium, que sua bona voluntate respondit “Volo”, et sic per verba de presenti dictus Tucus arravit eamdem Catherinam mictendo quodam<sup>(b)</sup> anulum aureum cum lapide pretioso, in manu seu in digito anulari manus destre dicte Catherine etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “qui” <sup>(b)</sup> Depennato “quo”.

**71.**

**1364, novembre 29**

Il prete Berardo rettore della chiesa di S. Angelo del *castrum Leonis* nomina suo procuratore il notaio Buzio di Cori per le sue cause.

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die XXVII.

Testes: Iohannes Mei et Angelus Bacchi de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus presbiter Berardus rector ecclesie Sancti Angeli de castro Leonis sponte fecit suum procuratores ad causas notarium Bucium de Cora<sup>(a)</sup>, presentem etc.

<sup>(a)</sup> Depennata la linea di abbreviazione annotata sul vocabolo.

**72.**

**1364, ottobre 30**

Egidio figlio del defunto Sollacio, sarto detto *Ienca* del rione Pigna e della contrada Camiliano, con il consenso della moglie Angela, vende a Matteo di Giovanni *Coni* del rione Campo Marzio due terze parti di una casa con pianoterra e solario, un orto retrostante, un magazzino ed un portico antistante, unite con una terza parte della chiesa di S. Stefano di Pigna, situata nel rione Pigna nella parrocchia di S. Stefano nella contrada Camiliano; vende ancora due pezze di vigneto con la corrisposta del quarto, situate fuori della porta di S. Paolo in località \*\*\*\*\*, nella proprietà del monastero di S. Alessio di Roma al quale sono riservati i diritti, e due botti di vino, una di 12 e l’altra di 7 cavallate, al prezzo complessivo di 140 fiorini d’oro.

Il venditore, con il consenso della moglie, nomina suo procuratore Cecco *Capudlongi* per l’insediamento dell’acquirente nelle sue proprietà.

Dietro richiesta di Egidio si offrono quali garanti Buzio *de Leolis* detto *Piccolante*, Antonio di Oddone *de Thedallinis* del rione Pigna e Paolo di Giacobello Gallocie detto *Palonco* del rione Trevi per la convalida del diritto di proprietà.

f. 66v

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die penultimo.

Testes: dominus presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, dominus Angelus Marronis canonicus Sancti Laurentii in Lucina de regione Pinee et Cecchus Capudlongi de regione Columpne et Rentius Anthonii de regione Campimartis.

In presentia mei notarii et testium etc. Egidius filius olim Sollacii sutor dictus alias Ienca de regione Pinee et contrada Camilgiani, cum consensu et voluntate domine Angele, uxoris sue, presentis et consentientis et renumpiantis quantum ad hec omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus et autentice, “si qua mulier “ de ipsis auxiliis et autentice per me notarium primo certiorata, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate liberoque suo arbitrio, vendidit et venditionis titulo

f. 67r dedit cessit et concessit Matheo Iohannis Coni de regione Campimartis, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipse Matheus perpetuo dare vendere et concedere voluerit, idest duas tertias partes, ex tribus principalibus partibus, cuiusdam domus ipsius Egidii ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberam et esemptam ab omni nesso obligationis canonis seu census, terrineam et solaratam cum orto post se, statio seu porticali ante se, cum omnibus suis usibus etc. et cum introitibus et exitibus suis, iuntas cum alia tertia parte ecclesie Sancti Stephani de Pinea, que tota domus posita est in regione Pinee in parrochia<sup>(a)</sup> Sancti Stephani de Pinea in contrada Camilgiani, inter hos fines, ab uno latere tenet Cecchus de Clerica, ab alio latere tenet Tutius Ubere, ante est via publica, retro tenent heredes quondam<sup>(b)</sup> Nicolai Marronis vel si qui sunt ad dictam domum plures vel veriores confines. Item simili modo et forma dictus Egidius, cum consensu et voluntate dicte domine, uxoris sue, presentis consentientis et renumpiantis ut supra etc. vendidit et venditionis titulo dedit

f. 67v cessit et concessit supradicto Matheo Iohannis Coni, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, idest vites et arbores fructiferas et infructiferas duarum petiarum vinearum, plus vel minus quante sunt cum omnibus earum usibus etc. et cum introitibus et exitibus earumdem ad quartam redendam, que vinee posite sunt extra portam Sancti Pauli in loco qui dicitur \*\*\*\*\* super proprietatem monasterii Sancti Alexii de Urbe, salvo semper et reservato iure dicti monasterii, inter hos fines, ab uno latere tenet Nutius dello Priore, ab alio latere tenet Zunica, ab alio latere est viculus vecinalis vel si qui sunt ad dictam domum et vineam plures vel veriores confines et per Cecchum Capudlongi quem dictus venditor, cum consensu dicte uxoris sue, suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de predicta domo et vinea, ut dictum est, investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus et in corporalem possessionem adeptus, constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere. Item simili modo et forma dictus Egidius venditor<sup>(c)</sup>, cum

f. 68r consensu et voluntate dicte sue uxoris, presentis et consentientis ut supra et renumpiantis etc. vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit eidem Matheo emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, idest duas vegetes plenas vino ipsius venditoris<sup>(d)</sup> videlicet unam XII caballatarum et aliam VII caballatarum ac ipsum vinum in eis existentem, ad quam possessionem omnium predictarum rerum adimplendam dictus venditor eidem emptori, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, propria auctoritate dictas domum, vineam et vinum ac vegetes possit capere apprehendere etc. dedit etiam et concessit dictus venditor, cum consensu dicte sue uxoris, presentis et consentientis ut supra, omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in predictis rebus venditis et quolibet eorumdem contra omnes personas et loca, ita quod amodo in antea proprio nomine agat petat etc. nullum sibi ius in predictis dictus venditor, aliquantulum reservavit ipsumque in rem suam procuratorem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et

f. 68v infra dicentur prefati Egidius venditor, cum consensu et voluntate dicte domine Angele, presentis et consentientis et renumpiantis ut supra, eidem emptori, presenti recipienti ac legitime stipulanti, pro se et quo supra nomine, fecit pro pretio et nomine pretii CXL florenorum boni auri, de quibus C presentialiter et manualiter recepit, XL autem confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus etc. et renumpiavit etc. et si plus dicto pretio omnes predictae res et vinum predictum valerent vel valebunt in futurum dictus venditor, cum consensu dicte sue uxoris presentis et consentientis, dicto emptori, amoris causa inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor dicto emptori, presenti recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod omnes supradicte res vendite, scilicet domus, vinea, vinum et vegetes sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendite date donate cesse et concesse nec quomodolibet alienate in totum vel in partem nec de eis seu aliqua earumdem contractus distractus vel quasi contractus cum aliqua

f. 69r persona factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis et plenarie adimplendis dictus Egidius obligavit penes dictum emptorem, presentem et recipientem ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiavit etc. et ad hec Bucius de Leolis dictus alias Picçolante, Anthonius domini Oddonis de Thedallinis de regione Pinee et Paulus Iacobelli Gallocie dictus alias Palonco de regione Trivii, qui Anthonius et Paulus primo iuraverunt etc. sponte quilibet ipsorum in solidum ad petitionem et instantiam dicti venditoris penes dictum emptorem, presentem et recipientem, fideiusserunt et promiserunt quod dicte res vendite, qualibet ipsarum sunt dicti venditoris et ad eum spectant pleno iure et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione et in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictarum, pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “parlochia“ per una forma grafica convenzionale della “r” ripetuta in seguito <sup>(b)</sup> P “codam” <sup>(c)</sup> Depennato “eidem” <sup>(d)</sup> P “sua”  
<sup>(e)</sup> Depennato “v”.

73.

1364, ottobre 31

Cecco *de Clerica* del rione Pigna e della contrada Camiliano e la moglie Giovanna nominano loro procuratori i notai Simeone di Giovanni di Simeone, Giovanni di Giacomo e Giacomo *Numentane*, oltre a Paolo di Cola *Marronis*, a Tuzio *Ubere* ed al figlio Antonio del rione Pigna per tutte le cause con Egidio di Sollacio detto *Iencha* relative al diritto di sicurezza che egli aveva richiesto.

f. 69v

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die ultimo.

Testes: Paulus Marronis sutor dictus alias Pellacio et Rentius filius Petri della Celsa de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus de Clerica de regione Pinee et contrada Camilgiani et domina Iohanna eius uxor cum consensu et voluntate dicti sui viri presentis et consentientis, ambo ipsi et quilibet ipsorum in solidum eorum bonis voluntatibus fecerunt constituerunt creaverunt et ordinarunt eorum et cuiuslibet ipsorum veros legitimos et generales procuratores actores factores et numptios speciales seu quocumque alio nomine melius dici potest, scilicet Symeonem Iohannis Symeonis, Iohannem domini Iacobi, Iacobus Numentane notarios, Paulum filium Cole, Lellum Corraducii Mastronis, Tucium Ubere et Anthonium, eius filium, de regione Pinee et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc. et specialiter ad causas quas habent cum Egidio Sollacii dicto Iencha, occasione securitatis per eos petite ab eodem etc. promictentes etc.

74.

1364, ottobre 31

Benedetto figlio del defunto Buzio di Sabino già di Bagnoregio detto *Maldiccone* del rione Pigna e Giacomella figlia del defunto Nicola di Tivoli ed ora del rione Pigna, interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Benedetto infila l'anello d'oro con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Giacobella, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

f. 70r

Indictione III<sup>a</sup> mense octubris die ultimo.

Testes: Lellus Corraducii, Iohannes de Valleranis, Guilielmus de Rubeis, Nutius Spene, Cola Meuli de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Benedictus filius olim Bucii Sabini dudum de Balneoregio dictus alias Maldiccone de regione Pinee interrogatus per me notarium si volebat in suam legitimam uxorem dominam Iacobellam filiam olim Nicolai de Tybure nunc de regione Pinee, qui respondit "Volo"; et versavice, illo istanti, interrogata dicta Iacobella si volebat in suum legitimum maritum dictum Benedictum, que Iacobella sponte respondit "Volo", et sic per verba de presenti dictus Benedictus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso arravit dictam Iacobellam mictendo dictum anulum in digito ipsius Iacobelle anulari manus dextre intervenientibus verbis, "Quod Deus coniunxit homo non separet" etc.

75.

1364, novembre 1

Benedetto figlio del defunto Buzio di Sabino già di Bagnoregio ed ora di Roma del rione Pigna, detto *Maldiccone*, contrae un'obbligazione nei confronti di Angela vedova di Nicola di Tivoli del rione Pigna, presente a nome della figlia Giacomella moglie dello stesso Benedetto dopo il precedente contratto matrimoniale, sui suoi beni mobili ed immobili e sui nomi dei debitori in cambio della dote di 200 fiorini d'oro di cui riceve 60 fiorini ed un pegno d'argento di altri 40 fiorini. Inoltre Angela, a nome della figlia Giacomella, procede all'insediamento di Benedetto in una casa con pianoterra e solaro, situata nel rione Pigna, valutata al prezzo di 40 fiorini d'oro, e gli assegna, ancora altri oggetti e masserizie valutati concordemente in 60 fiorini d'oro, che Benedetto dichiara di aver già ricevuti.

Le parti convengono che se Giacomella dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, Benedetto, entro sei mesi dalla morte di Giacomella, dovrà restituire la dote in denaro e gli oggetti equivalenti alle persone indicate dalla moglie; se invece Benedetto dovesse morire prima di Giacomella, sia con figli legittimi o senza figli, gli eredi dovranno restituire a Giacomella, entro sei mesi dalla sua scomparsa, la dote e gli oggetti equivalenti.

È infine omessa completamente la donazione di nozze.

f. 70v

Indictione III<sup>a</sup> mense novembris die primo.

Testes: Lellus Corraducii, Nutius Spene, Cola Pappaçuri et Alterius olim Corraducii de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Benedictus filius olim Butii Sabbini dudum de Balneoregio nunc de Urbe de regione Pinee dictus alias Maldiccone de regione Pinee ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et in pignus dotale et loco pignoris dotalis posuit Angela uxori olim Nicolai de

Tibure de dicta regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine Iacobelle filie sue uxoris dicti Benedicti, post contractum matrimonii inter eos, et mihi notario, ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicte Iacobelle et pro ipsa<sup>(a)</sup> et ad ipsius Iacobelle opus et utilitatem, idest omnia et singula bona ipsius Benedicti mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones ac nomine debitorum, que nunc habet et in futurum adquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis ac matrimonium

f. 71r durabunt. Hunc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur, prefatus Benedictus eidem Angele, presenti et recipienti pro dicta Iacobella, filia sua, et mihi notario ut publice persone, recipienti et stipulanti pro ipsa Iacobella et ad ipsius Iacobelle opus et utilitatem, fecit pro dote et nomine dotis ipsius Iacobelle ducentorum florenorum boni et puri auri iusti et legalis ponderis, de quibus ducentis florenis auri presentialiter et manualiter recepit et abuit<sup>(b)</sup> a dicta Angela, dante et solvente pro dicta Iacobella et eius nomine, sessaginta florenos auri in florenis de auro, pro<sup>(c)</sup> XL aliis presentialiter et manualiter recepit et habuit pignora argenti valentia dictos XL florenos auri. Item dicta Angela, nomine dicte Iacobelle, filie sue, dedit et assignavit eidem Benedicto, presenti et recipienti corporaliter investiens eidem, unam domum terrinam<sup>(d)</sup> et solaratam positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Perna Mataratii, ab alio latere tenet Nucius Spena, ab alio latere sunt vie publice, pro pretio extimatam a nomine pretii extimationis XL florenorum auri. Item et dictus Benedictus confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et abuisse a dicta Angela, pro dicta Iacobella filia sua, XL alios florenos auri in rebus et massariis<sup>(e)</sup> mobilibus extimatis de ipsarum partium voluntate, XL florenis auri, de quibus ducentis florenis auri et rebus predictis dictus Benedictus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum et non habitorum dictorum florenorum et rerum pignorum, domus et massariorum predictorum non abitorum non receptorum non extimatorum et non assignatorum eidem, exceptioni doli mali et in facto conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis exceptionibus et defentionibus<sup>(f)</sup> quibus contra predicta dictus Benedictus venire posset, ex certa scientia renumpsiaverunt expresse sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat dictam Iacobellam premori dicto Benedicto, viro suo sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc promisit dictus Benedictus dicte

f. 72r Angele, presenti et recipienti pro dicta Iacobella, et mihi notario ut publice persone pro ea recipienti, ipsam dotem redere et restituere cui ipsa Iacobella commiserit et si non commiserit cui lex dederit, infra dimidii anni spatium a die obitus dicte Iacobelle computando, videlicet dictam domum pro dictis XL florenis auri, residuum autem usque in dictis II<sup>c</sup> florenis auri, in florenis de auro et pecunia numerata et non in alia specie seu re; si vero contingat ipsum Benedictum premori dicte Iacobelle, filie dicte Angele et uxor sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis legitime natis, tunc promisit voluit et mandavit dictus Benedictus per heredes et successores suos dicte Iacobelle dictam dotem modo predicto redi et restitui, infra dictum spatium dimidii anni a die eius obitus computando, ipsi Iacobelle vel cui ipsa Iacobella commiserit et si non commiserit cui lex dederit, donationem propter nuptias penitus quiescentem, quia sic actum et conventum estitit inter partes. Et si ut dictum est, omnia observata fuerunt, tunc hec carta sit inefficax<sup>(g)</sup> et inanis alioquin liceat ipsi Iacobelle et heredibus et successoribus suis dictam domum et omnia alia bona ipsius Benedicti posse, propria auctoritate, capere

f. 72v intrare tenere possidere uti frui<sup>(h)</sup> vendere donare obligare et de eis facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus perpetuo placuerit, pro quibus omnibus et singulis observandis et plenarie adimplendis dictus Benedictus dicte Angele obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “idest” <sup>(b)</sup> Così P e in alcuni casi che seguono <sup>(c)</sup> Depennato “quatra” <sup>(d)</sup> P “terinneam” <sup>(e)</sup> P “massaris” <sup>(f)</sup> P “defectionibus” <sup>(g)</sup> Così P <sup>(h)</sup> P “flui” a causa di una espressione grafica convenzionale della r che si ripete nei casi successivi.

## 76.

1364, novembre 1

Angela vedova di Nicola di Tivoli del rione Pigna riceve in deposito da Benedetto figlio del defunto Buzio di Sabino già di Bagnoregio ed ora di Roma nel rione Pigna, detto *Maldiccone*, la somma di 9 fiorini d'oro che promette di restituire entro 8 giorni.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus etc.

f. 73r Supradicta Angela sua bona propria et spontanea<sup>(a)</sup> voluntate<sup>(b)</sup> confessa fuit et in veritate recongnovit sese in depositum, nomine et causa depositi recepisse et habuisse habere et tenere a supradicto Benedicto, presente et recipiente et legitime stipulante<sup>(c)</sup> et suis heredibus et successoribus vel seu cui quibus ipse Benedictus dare et concedere voluerit, idest novem florenos boni et puri auri iusti et legalis ponderis, quos dicta Angela confessa fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietam<sup>(d)</sup> contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. quos florenos et dictum depositum dicta Angela tenere et salvos facere promisit ad omne ipsius rescicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Benedicto redere et restituere promisit in pecunia numerata et non in alia specie seu re, hinc ad octo



dies proxime futuros cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta Angela obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse omni tempore cogi etc. et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “spontania” <sup>(b)</sup> Depennato “renumpiavit et refutavit et per pactum de ul” <sup>(c)</sup> Omesso “pro se” <sup>(d)</sup> P “quietatam”.

77.

1364, novembre 13

Giovanni di Tomeo asinaio del rione Trevi offre la sua opera di asinaio a Paolo *Marronis* del rione Pigna per condurre i somari fino alla ricorrenza della festa dell'Assunzione al prezzo di 50 solidi di provisini del senato per ciascun mese, di 15 solidi per il vino, di una rubiatella di grano e di una mezza decina di botte per ciascun mese.

Indictione III<sup>a</sup> mense novembris die XIII.

Testes: Andreotius Lelli Angeli Blaxii, Paulus Andree Bonianni notarius et Lellus Vallerani de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Thomei casengus de regione Trivii sponte locavit se et operas suas cum Paulo Marronis de regione Pinee ad ducendum somarios, hinc ad festum Sancte Marie de mense augusti pro pretio L solidorum provisorum mense quolibet, XV solidorum pro vino, una rubitella grani et dimidiam decinam buti mense quolibet etc.

78.

1364, novembre 15

Massimo, canonico tiburtino, presentatosi davanti a Giacomo *de Mutis*, vescovo della Marsica, ed a Guglielmo, abate del monastero di S. Paolo, espone come sia stato nominato canonico della basilica del Principe degli Apostoli con lettere apostoliche dirette al vescovo di Tivoli e come, trovandosi vacante la prebenda della basilica per la morte di Giovanni *de Lupis*, sia stata occupata da Leo figlio naturale di Buzio *de Sanguineis* di Roma con suo pregiudizio; rileva ancora che il vescovo tiburtino era intervenuto presso il capitolo ed egli non era stato in grado di presentare le lettere apostoliche ai canonici della basilica a causa del potere tirannico esercitato da Buzio *de Sanguineis* e dai figli che lo minacciavano di morte. Per questi motivi protesta e dichiara ai presenti che non sia accusato di negligenza e che si dia notizia delle lettere apostoliche che cominciano “Urbanus episcopus” e terminano “Datum Avinione III<sup>a</sup> idus septembris, pontificatus nostri anno primo”, come pure della lettera del vescovo tiburtino, munita del suo sigillo, che comincia “In Dei nomine amen. Frater Daniel” e termina “ideo me subscripsi et mei nominis signum fecit”.

Il canonico Massimo prega il vescovo Giacomo, l'abate Guglielmo ed i testimoni che diano notizia delle lettere ai canonici ed al capitolo della basilica del Principe degli Apostoli e si dichiara pronto a far redigere una copia a sue spese; prega infine il notaio Paolo *de Seromanis* di rogare un atto della sua dichiarazione.

f. 73v

Indictione III<sup>a</sup> mense novembris die XIII.

Testes: Silvester Romani de Mutis, Petrus Cortus de Mutis, dominus Petrus Cinthii, Nicolaus Zanulli, dominus Franciscus Guiddonis causidicus, dominus Iohannes Maffaronis, presbiter Bartholomeus rector ecclesie Sancti Pantaleonis<sup>(a)</sup>, Tucius Bucii Pandulfi, Nicolaus Thebaldi, Iohannes Piperis, dominus Laurentius de Seromanis, Iohannes de Mutis et quamplures alii.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus venerabilis vir dominus Maximus canonicus tyburtinus in presentia reverendorum virorum domini Iacobi de Mutis, episcopi marsicani, et domini Guilielmi, abbatis venerabilis monasterii Sancti Pauli de Urbe, proposuit et narravit quod cum ipse, auctoritate apostolica, sit factus canonicus basilice Principis Apostolorum de Urbe secundum formam apostolicarum licterarum super hoc directarum episcopo tyburtino et collationis dicti canonicatus sibi facte per eum eidemque debeat prebende, vacans in dicta basilica per obitum olim bone memorie domini Iohannis de Lupis de Urbe, predicta dudum ipsius

f. 74r

basilice canonice prebendati, quam dominus Leas, naturalis filius Butii de Sanguineis de Urbe, predicta dicitur occupatam tenere in suum preiudicium et dictas apostolicas collationis sibi facte, licteras et processum factum per dictum episcopum supradictum contra canonicos, capitulum dicte basilice et alios, quos contingit negotium nequiverunt et nequeant, ut asserit, presentare et publicare in eadem basilica ipsis dominis, capitulo et canonicis<sup>(b)</sup> et aliis supradictis propter tyrannidem et potentiam dicti Butii de Sanguineis et filiorum comminantium sibi mortem, ut asserit, protestatur et cum protestatione dixit quod sibi a suis iuribus non preiudicet nec ad eis negligentiam imputetur ad hoc, ut continentia dictarum licterarum apostolicarum et processum predictorum indicatorum canonicorum, capituli et aliorum, quos tangit negotium, notitiam deducatur, publicavit et perlegit dictis dominis et testibus supradictis, presentibus et audientibus, primo licteras apostolicas supradictas directas episcopo tyburtini predicto, que incipiebant<sup>(c)</sup> “Urbanus episcopus” etc. et terminabantur “Datum Avinione III<sup>o</sup> idus septembris, pontificatus nostri anno primo” deinde processum dicti domini episcopi tyburtini, sigillo munitum,

qui incohabat “In Dei nomine amen. Frater Daniel” etc. et terminabantur “ideo me subscripsi<sup>(d)</sup> et mei nominis signum feci” et rogavit dictus dominus Massimus dictos duos, episcopum et abbatem, et omnes alios ibidem abstantes, quod dictarum licterarum apostolicarum et processum continentiam et tenorem deducant ad notitiam dictorum duorum canonicorum et capituli basilice supradicte, offerens se paratum de predicto facere copiam cuilibet cuius interest et petierit suis sumptibus et expensis et rogavit me notarium infrascriptum ut de predictis publicationem et protestationem conficerem publicum istrumentum.

<sup>(a)</sup> P “Plantaleonis” <sup>(b)</sup> Depennato “propter” <sup>(c)</sup> P “incibiebant” <sup>(d)</sup> Così P.

79.

1364, novembre 17

Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna concedono “ad pomedium” a Lucarozio di Cecco di Lucarozio ed a Giovanni di Pietro *Abbatis* del rione Trevi due rubbia di grano da semina da utilizzare nel tenimento del loro casale detto *de Marronibus*, situato fuori del ponte Salario, con l’impegno di lavorarlo secondo la consuetudine dell’arte dei coltivatori.

Paolo e Cecco promettono di non richiedere indietro il grano ed i coltivatori Lucarozio e Giovanni promettono a loro volta di non rinunciare all’utilizzazione del grano da semina: le due parti contraenti si sottopongono, in caso di inosservanza, ad una pena di 50 libbre di provisini del senato.

Indictione III<sup>a</sup> mense novembris die XVII.

[Testes]<sup>(a)</sup>: Ceccolellus Cafari, Petrus casengus et Andreotius Sassi de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus et Cecchus, germani frates, filii olim Nicolai Marronis de regione Pinee sponte dederunt et concesserunt ad pomedium Lucarotio filio Cecchi Lucarotii de regione Trivii et Iohanni Petri *Abbatis* de dicta regione,

presentibus et recipientibus, duo rubra grani sementatorii per ipsos frates in tenimento casalis ipsorum fratuum quod vocatur casale de *Marronibus* positum extra pontem Salarium, inter suos confines, ad omnem usum et consuetudinem artis etc. et promiserunt dicti frates dictum granum nullo modo eis reaccipere et ipsi<sup>(b)</sup> promiserunt ipsum granum non renumpiare sub pena L librarum provisinorum, pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso <sup>(b)</sup> Depennato “ip”.

80.

1364, novembre 24

Nola vedova di Iuzitello di Tivoli nomina suo procuratore Andreozio figlio del defunto Lello di Angelo di Biagio del rione Pigna per tutte le sue cause, con la facoltà di sostituire uno o più procuratori o di revocarli e promette di ratificare il suo operato.

Indictione III<sup>a</sup> mense novembris die XXIII.

Testes: Petrus della Celsa et Iohannes casengus Pauli Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nola uxor olim Iuzitelli de Tybure sponte fecit suum procuratorem<sup>(a)</sup> Andreotium filium olim Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee, presentem et recipientem, ad omnes suas causas etc. et cum potestate sustituenti unum seu plures procuratores et ipsos revocandum etc. promictens se ratum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem factum fuerit etc.

<sup>(a)</sup> Corretto su “suos procuratores”.

81.

1364, novembre 27

Tuzio *Iardini* del rione Arenula contrae un’obbligazione nei confronti di Santarello tessitore del rione Pigna, presente a nome della figlia Caterina sponsa e non ancora data in moglie, sui suoi beni mobili ed immobili in cambio della dote di 16 libbre, 13 solidi e 4 denari di provisini del senato che egli ha già ricevuto.

Le parti convengono che se Caterina dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, Tuzio, entro sei mesi dalla morte di Caterina, dovrà restituire la dote in denaro contante a Santarello, se vivente, o alla persona indicata a tal fine; se invece Tuzio dovesse morire prima di Caterina, sia con figli legittimi o senza figli, gli eredi dovranno restituire, entro sei mesi dalla sua scomparsa, la dote a Santarello.

Tuzio inoltre dona per le nozze a Santarello, che riceve a nome di Caterina, la somma di 8 libbre, 6 solidi e 8 denari di provisini del senato alle condizioni consuete a Roma.

Indictione III<sup>a</sup> mense novembris die XXVII.

Testes: Nicolaus dictus alias Biancapepectorina, Finuochio<sup>(a)</sup> ortolanus et Guilielmus anglicus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Tucius *Iardini* de regione Arenule, qui iuravit etc. sua bona voluntate obligavit et pignore posuit Santarello tessitori de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et vice et nomine

Catherine filie sue, honeste puelle, sponse arrate et non trasducte uxorem ipsius Tucii, et mihi notario ut publice persone presenti stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Catherine et ad ipsius Catherine et suorum heredum et successorum opus et utilitatem, idest omnia et singula bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, que et quas nunc habet et in futurum habere contingerit dum hoc pignus et obligatio dotalis ac matrimonium inter eos duraverit, hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur, dictus Tucius Iardini

f. 76r dicto Santurello, presenti et recipienti pro se et dicta filia sua, et mihi notario ut publice persone recipienti pro ea, fecit pro dote et nomine dotis ipsius Catherine XVI libras provisinorum senatus, solidorum XIII et denariorum quatuor, quas a dicto Santurello confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus etc. et renumpsiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus, quod si contingat dictam Catherinam premori dicto Tucio, viro suo, sine filiis ex eis communiter genitis, tunc promisit et convenit dictus Tucius dicto Santurello, presenti et recipienti prose et suis heredibus et successoribus, dictam dotem redere et restituere promisit in pecunia numerata et non in alia specie, a die obitus ipsius Catherine computando<sup>(b)</sup>, ipsi Santurello, si tunc visserit, alias cui ipse commiserit et si non commiserit cui lex dederit; si vero contingat ipsum Tucium premori dicte Catherine, sue uxori, tam cum filiis quam sine filiis ex eis communiter genitis, tunc voluit et mandavit dictum Tucium quod per heredes et successores suos, infra dictum spatium, dicta dos dicte Catherine, uxori sue et dicto eius patri pro ea, in pecunia numerata redatur et restituatur, ut supradictum est. Insuper

f. 76v dictus Tucius<sup>(c)</sup> donavit dicto Santurello, presenti et recipienti pro dicta Catherina filia sua, et mihi notario recipienti pro ea et ad ipsius opus et utilitatem, propter nuptias, libras provisinorum octo, solidos VI et denarios VIII provisinorum senatus sub hiis pactis et tenoribus in Urbe consuetis etc. pro quibus dictus Tucius obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura. Et si, ut dictum est, hec omnia adimpleta fuerit per ipsum Tucium, heredes et successores suos, tunc hec carta sit inefficas et inanis, alioquin liceat dicto Santurello pro dicta Catherina filia sua, et ipsi Catherine et heredibus et successoribus ipsorum omnia bona dicti Tucii, capere aprehendere etc. et sibi retineri donec eis de dictis dote et donatione fuerit integre satisfactum, pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “si vero con” <sup>(c)</sup> P “Ducius”.

82.

1364, dicembre 4

Caterina moglie di Saba di Giovanni *de Seromanis* del rione Pigna, con il consenso del marito, nomina suoi procuratori Giovanni *de Seromanis* e Stefano di Pietro notaio per tutte le sue cause e promette di ratificare il loro operato.

f. 77r Indictione III<sup>a</sup> mense decembris die III<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Passalacqua et Anestasellus tabernarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherina uxor Sabbe filii Iohannis de Seromanis de regione Pinee, cum consensu dicti sui viri, sponte fecit suos procuratores Iohannem de Seromanis et Stephanum domini Petri notarium, licet absentes tamquam presentes, ad omnes suas causas etc. promictens se ratam habere omne et quicquid predictos suos procuratores seu ipsorum alterum factum fuerit, sub obligatione bonorum ipsius etc.

83.

1364, dicembre 5

La vedova Lorenza, dopo la morte del marito Nello figlio del defunto Giovanni di Federico scarpaio detto *Piscello* del rione Pigna avvenuta senza testamento mentre era incinta, aveva avuto una figlia Caterina rimasta senza tutela e poiché si propone di passare a seconde nozze si presenta davanti a Nicola *Scangi de Monteleone*, giudice palatino e collaterale del senatore, nel palazzo del Campidoglio, con l'intervento del notaio Paolo *de Seromanis* e dei testimoni, e racconta che la figlia Caterina non ha un tutore per la protezione della sua persona, delle sue cose e dei suoi beni e siccome intende passare a seconde nozze chiede, con il consenso della stessa pupilla Caterina, che le venga assegnato Pietro di Vanni oste del rione Campitelli.

Il giudice Nicola accoglie la richiesta di Lorenza ed affida a Pietro la tutela di Caterina e pronuncia la formula consueta per l'investitura; il tutore promette al giudice, in presenza del notaio, di proteggere le cose ed i beni di Caterina, di governarla e di compilare un inventario dei beni, dei debiti e dei crediti entro il termine stabilito dallo statuto, sotto pena di 100 libbre di provisini del senato, e, alla fine del mandato tutelare, di giustificare il suo operato.

Pietro contrae un'obbligazione sui suoi beni, con la garanzia di Giacobello figlio del defunto Cecco *Stati calzolaio* del rione Pigna.

Subito dopo Pietro dà notizia dell'inventario dei beni, dei debiti e dei crediti di Caterina e dichiara che fra i beni risulta una casa, situata nel rione Pigna, e una vigna, situata fuori della porta \*\*\*\*\*, inoltre risulta un

debito per la dote di Lorenza, madre di Caterina, di \*\*\*\*\* libbre di provisini del senato. Dichiara infine che se troverà altri beni, entro il termine stabilito, li farà annotare nell'inventario.

Il giudice, ascoltata la dichiarazione di Pietro, convalida il mandato con la sua autorità.

Indictione<sup>(a)</sup> III<sup>a</sup> mense novembris die XXVII.

Testes: Paulus Andree Bonianni, Nucius Arlocti, Santus Petri Berte et Thomas Frederici notarios.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum Nellus filius olim Iohannis Frederici scarparius dictus alias Piscello de regione Pinee decesserit intestatus, relicta domina Laurentia uxore sua pregnante,

f. 77v

que denuo<sup>(b)</sup> ex eo suscepit filiam unam pupillam, nullo habentem tutore, et dicta domina Laurentia intendat, suis loco et tempore, transire ad secunda vota, idcirco constituta coram sapienti viro domino Nicolao Scangi de Monteleone, iudice palatino et collateralis domini senatoris, et me notario et testibus supradictis sedentibus in palatio Campitolii pro tribunali ad iura redendum, dicta domina Laurentia, uxor dicti olim Nelli et mater dicte Catherine pupille filie sue et dicti olim Nelli, exposuit quod cum dicta Caterina, filia dicti olim Nelli et ipsius domine pupilla, tutorem non habeat per quem personam, res et bona ipsius pupille tueri, administrari, gubernari valeat et defendi et ipsa intendat, suis loco et tempore, transire ad secunda vota petiit, cum instantia dicte Catherine pupille filie sue et dicti olim Nelli, dari tutorem, videlicet Petrum Vannis tabernarium de regione Campitelli, qui personam, bona et res dicte pupille regat protegat, videat et gubernet; qui iudex, audita petitione dicte domine et videns et cognoscens ipsam

f. 78r

iusta fore, cum decreto et auctoritate suis quibus fulgitur in hac parte, pro tribunali sedens decrevit dictum Petrum, presentem et acceptantem, tutorem dicte pupille iuxta petitionem dicte domine, dicens<sup>(c)</sup> dictus iudex dicto Petro "Petre esto tutor dicte Catherine pupille ipsiusque personam, res gubernare etc. utilia fac et inutilia pretermicte", qui Petrus promisit dicto iudici et mihi notario, ut publice persone recipienti vice et nomine dicte pupille bene gubernare, utilia facere et inutilia pretermicere et de bonis, debitis et creditis dicte pupille facere inventarium infra terminum a statuto prefissum, sub pena C librarum provisorum, et tempore finite tutele redere rationem administrationis sue et ad utilitatem dicte pupille facere actores<sup>(d)</sup>, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et dedit infrascriptam fideiussionem, videlicet Iacobellum filium olim Cecchi Stati calcolarius de regione Pinee, qui sponte fideiussit etc. et renumpsiavit etc. et voluit teneri ad omnem id ad quod<sup>(e)</sup> dictus tutor tenetur et obligatus est, qui tutor illo instante incepit facere inventarium

f. 78v

de bonis et rebus, debitis et creditis dicte pupille, asserens se invenisse in bonis dicte pupille unam domum, positam in regione Pinee, inter hos fines<sup>(f)</sup>. Item unam vineam, positam extra portam \*\*\*\*\* inter hos fines \*\*\*<sup>(g)</sup>. Item invenisse debitum pro dote et iuribus dotalibus dicte domine Laurentie, matris dicte pupille, librarum provisorum \*\*\*\*\* et protestatur quod, si aliqua bona ad eius manus pervenerint, infra terminum supradictum<sup>(h)</sup>, in presente inventario scribi faciet ac etiam annotari et quod donec de bonis in presente inventario contentis habuerit possessionem sibi tutore nullum preiudicium generetur etc. Qui dominus iudex, omnibus et singulis supradictis, suam auctoritatem interposuit et decretum<sup>(i)</sup>.

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio "missum" <sup>(b)</sup> Depennato "susse" <sup>(c)</sup> Ripetuto "dicens" <sup>(d)</sup> Così P, cfr. l'espressione seguente del f. 79v <sup>(e)</sup> P "quot" <sup>(f)</sup> Omessi i confini <sup>(g)</sup> Segue uno spazio bianco di una riga e mezza <sup>(h)</sup> P "dictum" <sup>(i)</sup> Omesso etc.

84.

1364, dicembre 5

La vedova Caterina, dopo la morte del marito Lello di Paluzio *Mathelle* marmista del rione Pigna, era stata lasciata con i suoi tre figli pupilli Paolo, Renzo e Maria, rimasti senza tutela, e si presenta davanti a Nicola *Scangi*, dottore in legge, giudice palatino e collaterale del senatore, nel palazzo del Campidoglio e racconta che i suoi pupilli non hanno un tutore per la protezione delle loro persone, delle cose e dei loro beni e chiede che gli venga assegnata la tutela.

Il giudice Nicola accoglie la richiesta di Caterina e le affida la tutela pronunciando la formula consueta per l'investitura; la tutrice promette al giudice, in presenza del notaio Paolo *de Seromanis*, di adoperarsi a vantaggio dei beni, dei crediti e dei debiti dei suoi pupilli e di compilare un inventario, entro il termine stabilito dallo statuto, sotto pena di 100 libbre di provisini del senato e, alla fine del mandato tutelare, di giustificare il suo operato.

Caterina contrae un'obbligazione sui suoi beni, con la garanzia di Pietro di Cola di Benedetto del rione Campitelli.

Subito dopo Caterina dà notizia dell'inventario dei beni dei suoi pupilli e dichiara che tra i beni risulta una casa con pianoterra e solaro, situata nel rione Pigna.

Il giudice, ascoltate le dichiarazioni di Caterina, convalida il mandato con la sua autorità.

f. 79r

Eodem anno, indictione mense et die et coram dictis testibus etc.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum Lellus Palutii Mathelle marmorarius de regione Pinee decesserit<sup>(a)</sup>, relicta Catherine olim uxore ipsius Lelli, Paolo, Rentio et Maria pupillis filiis olim ipsius Lelli et dicte domine Catherine, nullo per ipsum relicto tutore, dictis pupillis, idcirco constituta dicta domina

Catherina coram nobili et sapienti viro domino Nicolao Scangi, legum doctore, iudice palatino et collaterali ipsius domini senatoris, sedente ad bancum pro tribunali in palatio Campitolii ad iura redendum, ut moris est, exposuit quod dicti pupilli tutorem non habeant per quem personam, res et bona ipsorum pupillorum tueri, ministrari, gubernari valeant ac regi et dicta tutela de iure debeat dictae domine Catherine, tamquam matri dictorum pupillorum, petiit per ipsum iudicem ipsam dominam Catherinam decrevi et declarari<sup>(b)</sup> dictis pupillis

f. 79v

qui iudex audiens petitionem dictae domine et cognoscens ipsam petitionem iustam fore et esse iustam et de iure deberi dictae domine, tamquam matri dictorum pupillorum, cum decreto et auctoritate ipsius quibus fulguit in hac parte, pro tribunali sedens etc. ut supra, decrevit ipsam dominam fore et esse tutricem dictorum pupillorum, presentem volentem et acceptantem, iuxta petitionem ipsius, dicens iudex dictae domine Catherine “ Esto tutris dictorum pupillorum filiorum tuorum et dicti olim Lelli viri tui et patris ipsorum eorumque personas, bona et res dictorum pupillorum videas, custodias et gubernas”, que tutris promisit dicto iudici, et mihi notario, ut publice persone recipienti pro dictis pupillis, utilia facere et inutilia pretermittere et de bonis, creditis et debitis dictorum pupillorum facere inventarium infra terminum a statuto prefissum, sub pena C librarum provisinarum senatus et tempore finite tutele redet dictis pupillis rationem administrationis sue et ad utilitatem dictorum pupillorum facere curatores, pro quibus obligavit bona sua etc. et dedit infrascriptum fideiussorem, videlicet Petrum Cole Benedicti de regione

f. 80v

Campitelli, qui sponte fideiussit pro dicta tutrice et voluit teneri ad omnem id ad quod dicta tutris tenetur et obligata est, renuntiavit in predictis dictus fideiussor epistule divi Adriani etc. pro quibus obligavit omnia bona sua et renuntiavit etc. que domina Catherina, tutris predicta, sciens se tenere ad inventarium conficiendum incepit facere inventarium de bonis dictorum pupillorum. In primis dixit se invenisse in hereditate dictorum pupillorum unam domum terrineam et solaratam, positam in regione Pinee, inter hos fines \*\*\*<sup>(c)</sup>, et protestatur etc. Qui iudex, omnibus supradictis, suam auctoritatem interposuit et decretum etc.

<sup>(a)</sup> P “decessit” <sup>(b)</sup> P “deklarari” <sup>(c)</sup> Segue uno spazio bianco corrispondente ad 8 righe e mezza. Seguono ancora i ff. 81r e v anch’essi bianchi.

## 85.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

f. 80v

Scriptum per me Paulum de Sorromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarium et meum signum apposui consuetum.

(S)

1.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1366 e comincia, secondo lo "stile della Natività", dal 25 dicembre 1365, con sette giorni di anticipo rispetto allo stile moderno; traccia inoltre il proprio segno monogrammatico e aggiunge la sottoscrizione notarile.

f. 1r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo CC[C]<sup>o</sup>LXVI pontificatus domini Urbani pape V, indictione quarta mensibus et diebus infrascriptis.  
Hic est liber sive cartularius contractuum sub brevitare compositus mei Pauli de Seromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarii, anno prefato composito.  
Signum mei Pauli notarii supradicti

(S)

Scriptus per me Paulum de Sorromanis notarium supradictum, anno predicto.

2.

1365, dicembre 25

Menico di Giovanni già di Orvieto e ora di Roma del rione Parione promette al nobile Buzio di Giubileo del rione Trevi di lavorare con un tiro di buoi per un anno il terreno del casale detto *Castiello* al prezzo di 4 fiorini d'oro.

Si concorda che Menico potrà rinunciare, a sua discrezione, al raccolto.

f. 1v

Indictione quarta mense decembris die XXV.

Testes: Lellus Iohannis Cinthei dictus alias Sclavus, Colutia dictus alias Biancapeptorina de regione Pinee et Lellus Vallerani de dicta regione.

In presentia mei notarii et testium etc. Menicus Iohannis dudum de Urbeveteri nunc de regione Parionis sponte promisit et per legitimam stipulationem convenit nobili viro Bucio Iubillei de regione Trivii, presenti et recipienti, laborare cum una presa bovum in tenimento casalis ipsius Bucii quod vocatur Castiello, isto presente anno, et unum laborerium facere. Hanc autem promissio[nem] fecit dictus Menicus dicto Bucio, presenti et recipienti, pro eo quod dictus Bucius dedit et solvit eidem pro dicto laborerio fiendo per eum, ut supra, quatuor florenos auri quos presentialiter et manualiter recepit, de quibus etc. et renumptiavit etc. liceat tamen ipsi Menico, tempore congruo, si voluerit, ipsi Bucio posse renumptiare culta, pro quibus etc. et renumptavit etc.

3.

1365, dicembre 27

Il maestro Lorenzo *Damangio* di Roma, abitante a Napoli ed ora domiciliato a Roma nel rione Pigna, nomina suoi procuratori per tutte le sue cause Cecco *de Chierica*, il nipote Egidio figlio del defunto Sollacio detto *Ienca*, Lorenzo di Egidio *Angelerii* e Nicola *Baracta* del rione di S. Marco e promette di ratificare il loro operato.

f. 2r

Indictione quarta mense decembris die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: Tucius Ubere, Tucius Scrintri de regione Pinee et Petrus Gallocie de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. magister Laurentius Damangio de Urbe oriundus, abitator civitatis Neapolim, nunc moram trahens Rome in regione Pinee, ac die presente sponte fecit suos procuratores Cecchum de Chierica et Egidium filium olim Sollacii dictum alias Ienca, nepotem suum, presentes et recipientes, et venerabilem virum dominum Laurentium Egidii Angelerii et Nicolaum Baractam de regione Sancti Marci, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finiri ad omnes suas causas etc. cum potestate substituendi unum vel plures procuratores etc. promictens se ratum habere omne et quicquid per dictos suos procuratores factum fuerit etc.

4.

1365, dicembre 31

Antonio di Tuzio *Cacchi* sarto del rione Pigna, emancipato dal padre come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, rilascia una quietanza a Giacobello di maestro Nicola *de Palgiacalsariis* orefice del rione Pigna, in relazione ad un atto di deposito, dopo aver ricevuto la somma di 5 fiorini d'oro.

f. 2v

Indictione quarta mense decembris die ultimo

Testes: Iannelle sutor et Benedictus lanarolus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius filius Tucii Cacchi sutor de regione Pinee, qui primo iuravit etc. asserens se emancipatum<sup>(a)</sup> a dicto Tucio, patre suo, ut patere asserit manu Iohannis domini Iacobi publici notarii, ac die presente sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Iacobello filio magistri Nicolai de Palgiacalsariis aurifici de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas<sup>(b)</sup> tacitas expressas ypotecar[ias] seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset contra et adversus ipsum Iacobellum

f. 3r et bona sua pretestu et occasione cuiusdam instrumenti depositi scripti manu eiusdem notarii continentis quantitatem quinque florenorum auri sic vel aliyter plus vel minus prout in ipso instrumento<sup>(c)</sup> plenius continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Anthonius dicto Iacobello, presenti et recipienti ut supra, fecit pro eo et ex eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso Iacobello dictos quinque florenos auri in florenis de auro, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit dictus Anthonius dicto Iacobello, presenti et recipienti ut supra, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius et quod nemini sunt vendita etc et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus Anthonius teneri de evictione et de dampnis et expensis etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit.

<sup>(a)</sup> P “emancipatum” e così in altri casi che seguono. <sup>(b)</sup> P “directa” <sup>(c)</sup> Depennato d.

5.

366, gennaio 2

Altera *Ciciliana* già serva del defunto Bonanno *Ricciutoli* ed ora serva di Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna rilascia una quietanza a Lippo *Ricciutoli* già del rione Pigna ed ora del rione Campitelli ed alla sorella Perna, esecutori testamentari di Buonanno, loro fratello, presenti anche a nome degli altri Andreozio, Ceccolo e \*\*\*\* pupilli, dopo aver ricevuto la somma di 12 fiorini d'oro assegnatale dal suo defunto padrone.

Il lascito faceva parte di una somma complessiva di 250 fiorini d'oro da distribuire a suffragio dell'anima del defunto Buonanno a cura degli esecutori testamentari, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo.

f. 3v Indictione III<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> ianuarii die II<sup>o</sup>.

Testes: Tutius Rubei de regione Campitelli, Lellus Bacalmus et Iohannes Rodini de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Altera Ciciliana dudum famula olim Bonianni Ricciutoli et nunc famula Guilielmi filii olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Lippo Ricciutoli de regione Pinee dudum et nunc de regione Campitelli et domine Perne<sup>(b)</sup>, sorori sue, executoribus testamenti et ultime voluntatis dicti olim Bonianni Ricciutoli<sup>(c)</sup>, fratris ipsorum, presentibus et recipientibus eorum propriis nominis et executorio nomine quo supra, idest et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas

f. 4r nunc dicta Altera habet et in futurum habere posset seu sperat contra et adversus ipsum Lippum et dictam dominam Pernam, sororem suam, executores predictos executorio nomine quo supra, nec non presentes et recipientes vice et nomine Andreotii, Ceccholi et \*\*\*\*, fratuum, filiorum et heredum dicti olim Bonianni, et mihi notario ut publice persone presenti stipulanti et recipienti vice et nomine dictorum pupillorum et pro eis nec non in bonis et supra bonis dicti olim Bonianni, pretestu et occasione XII florenorum auri, quos dictus olim Bonusannus dicte Altere relinquit<sup>(d)</sup> in suo ultimo testamento seu sua ultima voluntate. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dicta Altera prefato Lippo et domine Perne, presentibus et recipientibus ut supra, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti pro dictis pupillis, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab dicto Lippo Ricciutoli, dante et solvente de sua propria pecunia non repetendi et reabendi de II<sup>c</sup> florenis auri, quos dictus olim Bonusannus, in

f. 4v suo ultimo testamento pro anima sua, distribuendis per dictum olim Lippum et dictam dominam Pernam, sororem suam, executores predictos, ut patet manu Iohannis domini Iacobi publici notarii, dictos XII<sup>(e)</sup> florenos auri, de quibus XII florenis auri post ipsam receptionem dicta Altera se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum dictorum florenorum etc. et promisit dicta Altera prefato Lippo et domine Perne, presentibus et recipientibus ut supra, et mihi notario ut publice persone presenti stipulanti et recipienti ut supra, quod dicta iura dictorum XII florenorum auri sunt ipsius et quod nemini sunt vendita data donata etc et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dicta Altera tenere et obligata esse de evictione prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis et plenarie adimplendis dicta Altera obligata<sup>(f)</sup> omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpsiavit etc.



(a) Depennato di (b) Depennato e (c) Così P (d) Così P (e) Depennato il numero II<sup>c</sup> che precedeva XII (f)

## 6.

1366, gennaio 6

Il nobile Giovanni figlio del defunto Pietro *Meta* del rione Monti nomina suo procuratore il nobile Giovanni figlio del defunto Matteo *de Ylperinis* del rione S. Eustachio per stipulare un contratto di parentela con Giacomo di Giovanni *Cemini de Bulgaminis* del rione S. Maria *in Aquiro* e di promettere, a suo nome, di dargli in moglie la figlia Margherita con una dote di 400 fiorini d'oro e di altri oggetti preziosi convenuti fra le due parti; lo stesso procuratore è invitato a ricevere un'analogha promessa da Giacomo che accoglierà in moglie Margherita con la dote, gli ornamenti e gli oggetti preziosi convenuti, che realizzerà il contratto di parentela entro due mesi, prolungando o abbreviando il termine a discrezione delle due parti, sotto pena di mille libbre di provisini del senato per la parte inadempiente, e, a conferma dell'intesa, le parti si scambieranno il bacio della vera pace.

Il mandato prevede inoltre un'obbligazione di 266 fiorini d'oro sui beni di Giacomo in cambio della dote di Margherita, secondo la convenzione da inserire nell'atto dotale, ed una donazione di nozze, fatta dallo stesso Giacomo nei confronti di Margherita, di 133 fiorini ed un terzo d'oro, secondo i patti consueti a Roma.

Il procuratore ha infine l'incarico di ricevere il consenso dei fratelli Cecco e Nicola, figli del defunto Giovanni *Cemini* e delle loro mogli. Il mandante, a sua volta, promette di ratificare l'operato del procuratore.

f. 5r Indictione quarta mense ianuarii die sexto.

Testes: Tucius<sup>(a)</sup> domini Blaxii de regione Montium, Guilielmus quondam Petri Andree de Rubeis et Dominicus Agapiti de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Iohannes filius olim nobilis viri domini Petri Meta de regione Montium ac die presente sua bona voluntate fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem negotiorum gestorem et numptium specialem seu quocumque alio nomine melius dici et censeri potest<sup>(b)</sup> a iure habentem ad infrascripta omnia et singula speciale mandatum et plenariam potestatem, videlicet nobilem virum Iohannem filium olim nobilis viri Mathei de Ylperinis de regione Sancti Eustachii, licet absentem tamquam presentem, ad contrahendum parentelam

f. 5v per verba de presente, nomine ipsius Iohannis Mete, cum Iacobo Iohannis Cemini de Bulgaminis de regione Sancte Marie in Aquiro et ad promictendum ipsi Iacobo, procuratorio nomine quo supra, dare ipsi Iacobo in suam legitimam uxorem dictam dominam Margaritam filiam dicti Iohannis Mete et quod dictus Iohannes Meta faciet et procurabit ita et taliter quod dicta domina Margarita recipiat ipsum Iacobum in suum legitimum virum cum dote et guarnimentis inter ipsas partes conventis, videlicet IIII<sup>c</sup> florenos auri et alia iocalibus inter eos conventis, nec non ad recipiendum promissionem ab ipso Iacobo, nomine procuratorio quo supra<sup>(c)</sup>, et pro ipsa dominam Margaritam filiam dicti Iohannis Mete recipiet in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis et ad promictendum ipsam parentelam ducere ad effectum hinc ad duos menses proxime futuros, prolongando et abreviando terminum prout partibus placuerit, sub pena mille

f. 6r librarum provisinorum senatus, aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti, et mihi notario ut publice persone recipienti vice et nomine dicte camere et ad obligandum pro predictis omnibus et singulis observandis omnia bona dicti Iohannis, constituentis, mobilia et immobilia presentia et futura et ad cautelam et magioris<sup>(d)</sup> roboris firmitatem omnium predictorum, nomine iuramenti, ad dandum dicto Iacobo osculum vere pacis et similem promissionem recipiendum ab ipso Iacobo, deducendo ipsam parentelam ad effectum, ut supra, ad penam predictam stipulatam et applicandam ut supra, sub obligatione bonorum ipsius<sup>(e)</sup> Iacobi et ad recipiendum, nomine quo supra, ab ipso Iacobo, nomine iuramenti, osculum vere pacis nec non ad recipiendum, nomine procuratorio dicti Iohannis Mete et pro dicta domina Margarita eorumque heredibus et successoribus<sup>(f)</sup>, curam et cautelam ac obligationem dotalem in bonis et super bonis ipsius Iacobi ab ipso Iacobo de ducentis LXVI florenis auri cum pacatis et conventionibus in istrumento dotali conficiendo apponendis nec non adsolvendis dicto Iacobo ipsam dotem, videlicet dictos II<sup>c</sup>LXI florenos auri, nomine ipsius Iohannis,

f. 6v constituentis, et pro ipso ac vice et nomine dicte domine Margarite filie dicti Iohannis Mete et eorum heredum et successorum nec non ad recipiendum, vice et nomine dicti constituentis et dicte domine et pro eis, ad opus et utilitatem ipsius domine Margarite in bonis et super bonis dicti Iacobi donationem propter numptias de CXXXIII<sup>(g)</sup> florenis et tertiam partem alterius floreni auri sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, nec non ad recipiendum, quo supra nomine, promissionem ab ipso Iacobo quod bona obliganda per ipsum pro dictis dote et donatione sunt ipsius et quod nemini sunt vendita etc. nec non ad recipiendum, nomine quo supra, pro predictis de evictione ydoneam fideiussionem, qui obligantes bona ipsorum in forma consueta etc. nec non ad recipiendum consensum a Ceccho et Nicolao, germanis fratibus, filiis dicti olim Iohannis Cemini de dictis bonis et promissionem ab eis faciendo consentire \*\*\*\*\* dominas eorum uxores

f. 7r

et omnem aliam personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus et generaliter ad omnia alia et singula facienda procuranda et exercenda, que in predictis et circa predicta et quolibet essent necessaria et oportuna et que ipsemet constituens, pro se et vice et nomine dicte domine filie sue, facere posset si personaliter interesset, promictens se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid predictum suum procuratorem in predictis et circa predicta actum factum gestum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum dicti constituentis etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc. reservata mihi potestate etc.

<sup>(a)</sup> Depennato p <sup>(b)</sup> Depennata una erronea e finale <sup>(c)</sup> Depennato quod <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> Depennato p <sup>(f)</sup> P “sucessoris” <sup>(g)</sup> Depennato L tra C e XXXIII.

7.

1366, gennaio 6

Il nobile Giovanni figlio del defunto Matteo *de Ylperinis* del rione S. Eustachio, procuratore del nobile Giovanni figlio del defunto Pietro *Mete* del rione Monti e della figlia Margherita, come risulta dall'atto di procura rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, stipula una convenzione di fidanzamento con Giacomo figlio del defunto Giovanni *Cimini de Bulgaminis* del rione di S. Maria *in Aquiro*, in presenza dei causidici Lorenzo di Pietro *de Ocidimennunis* e di Pietro di Gregorio: Margherita promette di ricevere Giacomo *Mete* come marito con una dote e gli ornamenti di 400 fiorini d'oro e gli altri oggetti preziosi, Giacomo promette, a sua volta, di ricevere in moglie Margherita con la dote, gli ornamenti e gli altri oggetti preziosi e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro i prossimi due mesi, con una pena pecuniaria di mille libbre di provisini del senato in caso di inosservanza. Le parti si riservano di prolungare o di abbreviare, a loro discrezione, il periodo concordato e, per l'osservanza dei patti, si scambiano il bacio della vera pace.

Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Petrus domini Fulci, Palotius Iudicis Angeli, Cecchus Iudicis Pauli de regione Montium, Franciscus Rosani, Lellus Petri Rose de regione Columpne, Iohannes domini Iacobi, Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee.

In presentia<sup>(a)</sup> sapientium virorum dominorum Laurentii domini Petri de Occidimennunis et Petri Gregorii causidicorum, mei notarii et testium etc.

f. 7v

Hec sunt fidantie conventiones et pacta parentele habita in Dei nomine et firmata inter nobilem virum Iohannem de Ylperinis filium olim Mathei de Ylperinis de regione Sancti Eustachii, procuratorem et personam legitimam nobilis viri Iohannis filii olim nobilis viri domini Petri Mete de regione Montium habentem ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patet manu mei eiusdem notarii, procuratorio nomine dicti Iohannis domini Petri Mete ac vice et nomine dicte domine Margarite filie dicti Iohannis Mete, ex una parte, et Iacobum filium olim Iohannis Cimini de Bulgaminis de regione Sancte Marie in Aquiro, ex parte altera, suo proprio nomine, videlicet quod dictus Iohannes de Ylperinis procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Iacobo, presenti et recipienti suo proprio nomine, dare<sup>(b)</sup> in suam legitimam uxorem dictam dominam Margaritam filiam dicti Iohannis Mete cum dote et guarnimentis IIII<sup>c</sup> florenorum boni et puri auri iusti et legalis

f. 8r

ponderis et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis et facere et procurare cum effectum, quo supra nomine, quod ipsa domina Margarita recipiet ipsum Iacobum in suum legitimum virum cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis et versa vice dictus Iacobus promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicto Iohanni<sup>(c)</sup> de Ylperinis, procuratori predicto, presenti et recipienti vice et nomine dicti Iohannis Mete, cuius procurator est, et dicte domine Margarite, et mihi notario ut publice persone dicti Iohannis Mete et dicte domine Margarite, recipere ipsam dominam Margaritam in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis, quam parentelam dictus procurator, quo supra nomine, ex una parte, et dictus Iacobus suo proprio nomine ex alia parte, ad effectum ducere promiserunt hinc ad duos menses proxime futuros, prolongando et abbreviando terminum, ut partibus ipsis placuerit, sub pena et ad penam

f. 8v

mille librarum provisinorum senatus, solvenda pro medietate camere Urbis, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicte camere et pro alia medietate parti predictae servanti etc. et ad cautelam omnium predictorum dictus procurator, quo supra nomine et dictus Iacobus, suo proprio nomine, sese dederunt ad invicem, nomine iuramenti, osculum vere pacis, renumpsiantes dictus procurator, quo supra nomine, et dictus Iacobus capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “mei notarii et testium” <sup>(b)</sup> Ripetuto “dare” <sup>(c)</sup> Depennata una s finale.

Giacomo figlio del defunto Giovanni *Cemini de Bulgaminis* del rione di S. Maria *in Aquiro*, con il consenso dei fratelli Cecco e Nicola, contrae un'obbligazione nei confronti di Giovanni figlio del defunto Matteo *de Ylperinis*, procuratore del nobile Giovanni figlio del defunto Pietro *Mete* del rione Monti e della figlia Margherita, futura sposa di Giacomo, sulla terza parte del casale *Quinto*, con la terza parte dei casamenti, della torre, dei palazzi, delle terre coltivate ed incolte e dei ruscelli del tenimento, situato fuori del ponte Milvio; inoltre sulla terza parte delle case, dei palazzi e dei casamenti con pianoterra e solario, sale, camere, stalle ed un porticato antistante, dove abita egli stesso ed il fratello Cecco, situate nel rione Colonna nella contrada di S. Maria Rotonda presso la piazza; sulla terza parte di alcune case e casamenti con pianoterra e solario, con macelli sottostanti, dette *Lomoccone*, situate nello stesso rione e nella stessa contrada; sulla terza parte di una casa con pianoterra e solario, dove si trova la bottega di Nicola di Firenze e dei suoi soci, situata nello stesso rione e nella stessa contrada; sulla terza parte di un'altra casa con pianoterra e solario, tenuta in affitto da Ottaviano di Firenze, situata nello stesso rione e nella stessa contrada; infine sulla terza parte di un'altra casa con pianoterra e solario con sale e camere, situata nel rione di Campo Marzio.

L'obbligazione avviene in cambio della concessione fatta a Giacomo da Giovanni *de Ylperinis*, procuratore di Giovanni *Mete*, della dote di Margherita per la somma di 266 fiorini e due terzi d'oro.

Le parti convengono che se Margherita dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, Giacomo restituirà, entro sei mesi dalla morte della moglie, la dote in denaro contante a Giovanni *Mete*, se vivente, o alla persona demandata a tal fine; se invece Giacomo dovesse morire prima della moglie, sia con figli legittimi o senza figli, gli eredi, entro sei mesi dalla sua morte, dovranno restituire la dote a Giovanni *Mete*, che riceve a nome di Margherita.

Giacomo inoltre dona per le nozze al procuratore, che riceve a nome di Giovanni *Mete* e della figlia Margherita, la somma di 133 fiorini ed un terzo alla condizione che se egli dovesse morire prima della moglie, avendo procreato figli legittimi, allora Margherita godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la morte di lei, la somma sarà devoluta ai figli; se invece Giacomo dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli legittimi, allora Margherita diventerà proprietaria della donazione. Qualora si debba procedere alla restituzione della donazione di nozze Giacomo assicura di adempiere l'impegno, su richiesta di Giovanni *Mete* o del suo procuratore o di Margherita, e di assumere su di sé le eventuali spese alla condizione che diano il loro consenso le mogli di Cecco di Giovanni *Cemini* e di Cola di Giovanni *Cemini*.

Dietro preghiera e richiesta di Giacomo si offrono quali garanti Donato *de Ylperinis*, Giovanni *de Cafarellis* milite del rione di S. Eustachio, Silvestro di Giovanni di Stefano *de Bulgaminis* e Antonio *Paloscii* del rione Colonna per la convalida del diritto di proprietà.

Eodem anno, mense, indictione et die et coram supradictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobus filius olim Iohannis Cemini de Bulgaminis de regione Sancte Marie in Aquiro qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo

f. 9r tempore petere de effectu iuramenti et restitutionis in integrum per me eundem notarium primo certioratus, ac die presente cum consensu et voluntate Cecchi et Nicolai, germanorum fratuum ipsius Iacobi, filiorum dicti olim Iohannis Cemini, presentium et ad infrascripta omnia et singula consentientium, et renumptiaverunt quantum ad infrascripta omnia et singula eorum iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas nunc habent et in futurum habere possent seu sperant in infrascriptis tertiis partibus infrascriptorum bonorum, hunc autem consensum et que dicta sunt dicti Cecchus et Nicolaus prefato Iacobo, frati eorum et nobili viro Iohanni de Ilperinis, procuratori et persone legitime nobilis viri Iohannis Mete de regione Montium, presenti et recipienti, procuratorio nomine ipsius Iohannis Mete, ac vice et nomine<sup>(a)</sup> domine Margarite filie ipsius Iohannis Mete, oneste puelle sponse et future uxoris in Dei nomine dicti Iacobi, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicte domine Margarite, fecerunt propter amorem et dilectionem quem et quam habent in predictos Iacobum, eorum fratrem, et dictum Iohannem Metam et in futurum

f. 9v habere sperant, Domino anuente<sup>(b)</sup>, sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et in pignus posuit dicto Iohanni de Ilperinis, procuratori predicto, presenti et recipienti pro dicto Iohannes Meta filio olim domini Petri Mete de regione Montium ac vice et nomine dicte domine Margarite filie dicti Iohannis Mete, sponse et future uxoris, Domino concedente, ipsius Iacobi, et pro eorum heredibus et successoribus, et mihi notario tamquam publice persone recipienti et stipulanti pro ea et eis et ad ipsius domine opus et utilitatem, idest omnia et singula infrascripta bona, videlicet in primis integram tertiam partem unius casalis ipsorum fratuum, quod casale vocatur Quinto cum integra tertia parte totius rediminis accasamentorum, turris et palatiorum et cum integra tertia parte totius sui tenimenti terrarum cultorum et incultorum montium vallium collium planitiarum stirpium et stirpariorum pratorum et pratarinorum pedicarum ad dictum casale adiuntarum,

- emptarum per dictum olim Iohannem Cemini seu per ipsos fratres, fontium rivorum aquarum et aquarum decursium, quod casale cum toto suo tenimento predicto positum est extra pontem Milvum, inter hos fines ad totum dictum casale et suum tenimentum, ab uno latere tenet
- f. 10r basilica Principis apostolorum de Urbe, ab alio latere tenet ecclesia Sancti Eustachii, ab alio latere est tenimentum Trium Columnarum, ab alio latere tenet Franciscus Rosani. Item integram tertiam partem domorum, palatiorum et accasamentorum terrinearum et solatarum cum salis, cameris et stabulis, infra se, et cum porticali ante se, que nunc habitavit predicti<sup>(c)</sup> Cecchus et Iacobus, positarum in regione Columnne in contrade Sancte Marie Rotunde prope plateam, inter hos fines, ab uno latere tenet Lellus Petri Rose, ab alio latere tenet Petrutius Mielis, ante est via publica, retro tenet Petrutius mandatarius. Item integram tertiam partem certarum domorum et accasamentorum terrinearum et solatarum cum macellis suptus se, que vocantur Lomoccone, positarum in dictis regione et contrada, inter hos fines, ab uno latere tenet Nellus Iohannis Stephani, ab alio latere tenet domina Agnes uxor olim Bucii Nicolai de Bulgaminis, ante est via publica. Item integram tertiam partem unius domus terrinee et solarate, in qua nunc retinet apothecam Nicolo<sup>(d)</sup> de Florentia et socii sui, posite in dictis regione et contrada, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Nellus ab alio latere
- f. 10v Iannoctus Cecchi Marchi, ante se est via publica. Item integram tertiam partem unius alterius domus terrinee et solarate, quam tenet ad pensionem Otavianus de Florentia, posite in dictis regione et contrada, inter hos fines, ab uno latere tenet heredes Petronis merciarii, ante est via publica. Item integram tertiam partem unius alterius domus terrinee et solarate cum salis et cameris, posite in regione Campimartis, inter hos fines, a duobus lateribus tenet Iohannes Vinalti, ante est via vel si qui sunt ad predicta omnia et singula plures vel veriores confines antiqui vel moderni cum omnibus ipsarum et cuiuslibet ipsarum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus earumdem et cuiuslibet ipsarum et generaliter omnia alia et singula bona sua mobilia et immobilia presentia et futura que nunc habet et in futurum aquisiverit dum hoc pignus et obligatio et matrimonium durabunt inter eos. Hoc autem pignus et obligatio et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur dictus Iacobus prefato Iohanni de Ylperinis, procuratori predicto, presenti et stipulanti,
- f. 11r procuratorio nomine quo supra ac vice et nomine dicte domine Margarite filie dicti Iohannis Mete, sponse et future uxoris, Domino concedente, ipsius Iacobi, et mihi notario tamquam publice persone recipienti et stipulanti pro ea, fecit pro eo quod in presentia mei notarii et testium predictorum presentialiter et manualiter recepit et abuit<sup>(e)</sup> a dicto Iohanne, procuratore predicto, dante et solvente de propria pecunia dicti Iohannis Mete cuius procurator est, presente et legitime stipulante, procuratorio nomine quo supra, pro dote et nomine dotis ipsius domine Margarite filie dicti Iohannis Mete, ducentos sessaginta sex florenos boni et puri auri iusti et recti ponderis<sup>(f)</sup> et duas tertias partes unius alterius floreni auri, de quibus florenis et dote predicta dictus Iacobus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non ponderatorum dictorum florenorum et dotis predictae non habite et non recepte exceptioni doli mali metu et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis sub pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat dictam dominam Margaritam premori dicto Iacobo, futuro viro suo, sine filiis ex eis
- f. 11v communiter genitis, elapso dimidio anno a die obitus ipsius domine Margarite, computando dictam dotem, videlicet dictos II<sup>c</sup>LXVI florenos auri et tertias duas partes<sup>(g)</sup> unius alterius floreni auri in pecunia numerata et non in alia specie seu re dictus Iacobus dicto Iohanni Mete et dicto Iohanni procuratori predicto, presenti et legitime stipulanti vice et nomine dicti Iohannis Mete, redere et restituere promisit, si tunc dictus Iohannes Mete visserit, alioquin cui seu quibus ipse Iohannes Mete commiserit et si non commiserit cui lex dederit; si vero contingat dictum Iacobum premori dicte domine Margarite, future uxoris sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis communiter genitis, tunc elapso dimidio anno a die obitus eius computando, dictam dotem videlicet dictos II<sup>c</sup>LXVI florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri dicto Iohanni Mete, patri dicte domine Margarite pro ipsa domina Margarita, per heredes et successores suos in florenos de auro et pecunia numerata et non in alia specie seu re redi et restitui voluit et promisit, et ipsi domine
- f. 12r Margarite et mihi notario tamquam publice persone stipulanti et recipienti pro dictis Iohanne Meta et domina Margarita. In superfluo autem dicti pignoris dictus Iacobus de aliis bonis suis propter numptias donavit et concessit dicto Iohanni de Ylperinis, procuratori predicto, presenti stipulanti et recipienti, vice et nomine dicti Iohannis Mete, patris dicte domine ac vice et nomine dicte domine Margarite et pro ipsa, et mihi notario tamquam publice persone stipulanti et recipienti pro dictis Iohanne Meta et domina Margarita suorumque heredibus et successoribus, centum trigintatres florenos auri et tertiam partem unius alterius floreni auri sub pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat dictum Iacobum premori dicte domine Margarite, future uxoris sue, filiis communibus existentibus, tunc dictam donationem domina Margarita habeat et habere debeat ad usufructum toto tempore vite sue, ea vero mortua dicta donatio ad communes filios libere revertatur; si vero sine filiis communibus tunc, in eo casu, dicta domina Margarita dictam donationem liberam habeat pleno iure ad faciendum de ea

- f. 12v quicquid sibi placuerit, quia sic actum et conventum estitit inter eos. Que quidem omnia et singula supradicta, si ut dicta sunt, estiterit adimpleta, tunc hoc carta sit inefficax, vacua et inane<sup>(h)</sup> et nullius valoris existat, alioquin voluit dictus Iacobus quod dictus Iohannes Mete et dicta domina Margarita et heredes et successores eorum per sese ipsos et alios eorum vel alterius ipsorum, nomine eorum, propria auctoritate et sine curie proclamatione et suorum iurium lesione, possint dicta bona obligata pro dictis dote et donatione libere capere apprehendere intrare tenere possidere uti frui vendere donare alienare pretium recipere et sibi retinere et de eis facere quid<sup>(i)</sup> eis perpetuo placuerit, donec de dictis dote et donatione ac de dampnis et interesse fuerit eisdem integre satisfactus, promictens dictus Iacobus dicto Iohanni, procuratori predicto, presenti et recipienti, procuratorio nomine quo supra et pro dicta domina Margarita filia dicti Iohannis et futura uxore dicti Iacobi, et mihi notario ut
- f. 13r publice persone presenti stipulanti et recipienti pro ea, quod dicta bona superius obligata fuerunt et sunt dicti Iacobi obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco in totum vel in partem sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et quod licebit dicto Iohanni Mete et dicte domine Margarite et heredibus et successoribus suis, si casus restitutionis dotis predicte eveniret, dicta bona superius obligata cum iuribus et pertinentiis earumdem libere pacificeet quietam apprehendere intrare tenere possidere uti frui vendere donare obligare alienare, pretium recipere fructificare fructum recipere et sibi retinere et de eis facere quicquid eis ac heredibus et successoribus eorum perpetuo placuerit, donec de predicta dote et donatione ac dampnis expensis et interesse fuerit integre persolutis et si contrarium aliquo
- f. 13v tempore appareret et prefati Iohannes Mete et domina Margarita, eius filia, vel heredes et successores eorum molestarentur in predictis vel aliquod predictorum in iudicio vel extra iudicium, promisit dictus Iacobus ad simplicem compellationem et requisitionem ipsorum vel alicuius eorum ipsum, ipsam et ipsos defendere et defendi facere in iudicio, suis propriis sumptibus et expensis, sumendo in se ipsum iudicium et defensionem contra omnes turbatores et volentem ipsos patrem et filiam vel eorum heredes et successores et usque ad finem cause exbrigare, tali quidem pacto quod nullum dampnum patiantur in eos et in hiis omnibus et singulis ad requisitionem dicti Iohannis Mete vel dicti procuratoris aut dicte domine Margarite, dominam \*\*\*\*\* uxorem dicti Cecchi Iohannis Cemini et dominam uxorem dicti Cole Iohannis Cemini promiserunt<sup>(j)</sup> facere consensum<sup>(k)</sup> et quod renumpsiaverunt omne iura eis competentia et in futurum competitura in dictis bonis obligatis quoquomodo et omnem aliam personam pertinentem et adiacentem et finaliter si predicti<sup>(l)</sup> Iohannes et domina Margarita, filia sua, vel eorum
- f. 14r heredes et successores in totum vel in partem evincerentur de iure promisit dictus Iacobus dicto Iohanni, procuratori predicto, presenti et recipienti quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone recipienti pro dicta domina Margarita solvere et restituere duplum dicti pretii, si in totum fuerunt evicti, vel duplum pretii parti rei evicte, si in partem fuerit evicti, quoniam confessus fuit talem vigere consuetudinem in Urbe Romana aprobatam on promissionibus evictionum, quod duplum rei vel partis evicte restituatur evicto et nichil hominus dapna et expensas predictas, pro quibus dampnis expensis interesse et evictione que et quas fecerit seu incurrerint et de ipsorum quantitate numero vel valore stare et credere voluerunt solo simplici iuramento ipsorum Iohannis Mete et domine Margarite predictis aut heredum et successorum eorum cuius vel quorum iuramentum haberi voluit et promisit pro plena et sufficiente probatione absque<sup>(m)</sup> tassatione, aebitrio seu arbitrato alicuius boni viri, modo aliquo procedente. Ad hec precibus et rogatu dicti Iacobi et pro eo, nobiles viri Donatus de Ylperinis, dominus Iohannes de Cafarellis miles de regione Sancti Eustachii, Sylvester Iohannis
- f. 14v Stephani de Bulgaminis et Anthonius Paloscii, qui Anthonius primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX annorum seu qualibet alia ratione modo iure ratione sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere, ambo de regione Columpne, quilibet ipsorum in solidum eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fideiusserunt penes dictum Iohannem, procuratorem predictum, presentem et recipientem procuratorio nomine quo supra, ac vice et nomine dicte domine Margarite suorumque heredum et successorum in infrascripto casu, videlicet quod dicta bona obligata pro dicta dote et donatione totaliter spectat et pertinet ad dictum Iacobum obligantem et quod nulli alii persone loco seu universitate sunt vendita data donata cessa concessa obligata, largo sumpto vocabulo, nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona loco seu universitate factus est vel factus apparet in preiudicium presentis contractus
- f. 15r et si contrarium aliquo tempore appareret, in casu predicto, tantum de evictione voluerunt dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum teneri de evictione et obligati esse dicto Iohanni Mete et dicte domine prout et sicut ipse Iacobus tenetur et obligatus est in presente contractu, pro quibus omnibus et singulis supradictis firmiter observandis et pleniter adimplendis tam dictus Iacobus quam predicti eius fideiussores, supra nominatis, et quilibet eorum in solidum prefato<sup>(n)</sup> Iohanni, procuratore predicto, presenti et recipienti procuratorio nomine quo supra, ac vice et nomine dicte domine Margarite filie dicti Iohannis Mete, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti pro ea, obligaverunt et pignori posuerunt omnia eorum et

- f. 15v cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et ea, quantum ad hec, constituerunt sese, nomine dicti Iohannis Mete et dicte domine Margarite possidere, ad quam possessionem adimplendam et aquirendam eisdem patri et filie et cuilibet ipsorum liberam potestatem et facultatem concesserunt quod eorum propria auctoritate et sine alicuius curie proclamatione et suorum iurium lesione possint dicta bona obligata libere capere apprehendere intrare tenere possidere uti frui vendere donare alienare pretium recipere et sibi retinere dominium, pro possessione in alium transferre et sibi retinere et de eis facere quicquid eis facere placuerit donec de dictis evictione dampnis expensis et interesse fuerit eisdem<sup>(o)</sup> Iohanni Mete et domine Margarite, eius filie, integre satisfactis, volentes tam dictus principalis quam fideiussores et quilibet ipsorum in solidum pro predictis omnibus et singulis posse cogi et conveniri omni tempore etiam ferriato, quibus ferris et ferriatis diebus renumpsiaverunt et refutaverunt expresse, renumpsiantes etiam causis positis et ponendis privilegio fori nove constitutionis beneficio de duobus vel plures reis debendis tradendis et dividendis actiones beneficio cessionis bonorum epistule divi Adriani nove constitutionis beneficio<sup>(p)</sup>, capitulo statuti
- f. 16r Urbis loquenti de simulatione contractus et illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum argentum pecuniam vel rem mobilem ex quibus possit satisfacere creditori suo quod possit obferre de stabilibus, scilicet de predictis satisfacere promiserunt in propria et mera et numerata pecunia et non in alia specie et generaliter omnibus aliis exceptionibus iuribus et facti defentionibus, remediis auxilio canonici et cuilibet statuto consuetudini Urbis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum sese iurare possent, vel quomodolibet se tuere renumpsiaverunt expresse, que quidem omnia et singula supradicta tam dictus Iacobus, principalis, quam prefati fideiussores eius, superius nominatis et quilibet eorum in solidum pro sese ipsis et heredibus et successoribus eorum dicto Iohanni, procuratore predicto, presenti et recipienti procuratorio nomine quo supra et pro dicta Margarita, et mihi notario ut<sup>(q)</sup> publice persone stipulanti et recipienti pro ea et eis ac eorum heredibus et successoribus promiserunt et per solempnem et legitimam stipulationem convenerunt perpetuo atendere observare adimplere rati et firmum habere et contra
- f. 16v nullo modo facere vel venire sub obligatione omnium bonorum ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena dicte dotis duple, qua pena soluta vel non hec firma semper perdurent.
- (a) Depennato “dicte” (b) Intendasi in riferimento al soggetto “et dictus Iacobus” (c) Depennata una s finale (d) Così P (e) Così P (f) Depennato d (g) P “parte” (h) Così P (i) P “quit” (j) P “promisit” (l) P “consentum” (m) Depennato “dominus” (n) P “abque” (o) P “prefacto” (p) Depennato “domino Andree” (q) Depennato “de fid”.

## 9.

1366, gennaio 6

Giacomo di Giovanni *Cemini de Bulgaminis* del rione di S. Maria in Aquiro e Margherita figlia di Giovanni di Pietro *Mete* del rione Monti, interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Giacomo infila l’anello d’oro con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Margherita, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

Eodem anno, mense, indictione et die et coram supradictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobus filius olim Iohannis Cemini, predictus, interrogatus per me notarium si volebat in suam legitimam uxorem supradictam dominam Margaritam filiam Iohannis Mete, presentem, qui sponte respondit “Volo”; et versa vice dicta domina Margarita interrogata si volebat in suum legitimum maritum dictum Iacobum Iohannis Cemini, que sponte respondit “Volo”, qui Iacobus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso arravit eandem mictendo sibi dictum anulum in digito anulari manus destre ipsius domine, intervenientibus<sup>(b)</sup> verbis per me notarium dictis “Quod Deus coniunxit homo non separet” etc.

(a) Depennato “per” (b) Depennato “vrb”.

## 10.

1366, gennaio 8

Paolo Manosella del rione Ripa rilascia una quietanza a Nicola Cafari del rione Pigna in relazione ad un atto di deposito, rogato dallo stesso notaio Paolo de Seromanis, dopo aver ricevuto la somma di 4 fiorini d’oro.

f. 17r

Indictione quarta mense ianuarii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Ianniconus de regione Trivii et Cintius ciabattarius de regione Ripe.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Manosella de regione Ripe sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Nicolao Cafari de regione Pinee, presenti et recipienti, idest omnia iura<sup>(a)</sup> que et quas habet contra eum pretestu et occasione cuiusdam depositi, scripti manu mei eiusdem notarii, continentis quantitatem quatuor florenorum auri, plus vel minus, prout in ipso deposito continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Paulus eidem Nicolao, presenti et recipienti, fecit pro eo



quod presentialiter et manualiter habuit et recepit ab ipso Nicolao unum florenum auri, residuum autem, videlicet tres florenos auri, confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit dictus Paulus dicto Nicolao, presenti et recipienti, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “iure”.

11.

1366, gennaio 8

Il nobile Buzio di Giubileo *de Cintheis* ed il figlio Petruzio, con il consenso del padre, nominano loro procuratori i nobili Buzio *de Sanguineis* del rione Ponte, Saba di Gozio del rione Monti e Giacomo di Lello di Angelo di Buzio del rione Pigna, insieme ai notai Pietro di Giovanni *Ciole* e a Giacomo di Gentile del rione Colonna, per le loro cause e promettono di ratificarne l'operato.

f. 17v

Indictione quarta mense ianuarii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus presbiter Petrus della Celça, Lucas Palecti calsolarius et Guilielmus de Rubeis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. nobiles viri Bucius Iubillei de Cintheis et Petrucius eius filius, cum consensu et voluntate dicti Bucii patris sui, qui Petrucius iuravit etc. sponte quilibet ipsorum in solidum fecerunt constituerunt creaverunt et ordinauerunt eorum et cuiuslibet ipsorum veros legitimos et generales procuratores actores factores, negotiorum gestores et numptios speciales seu quocumque alio nomine a iure melius dici et censeri potest, videlicet nobiles viros Bucium de Sanguineis de regione Pontis, Sabbam Gocii de regione Montium, Iacobum Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee et discretos viros Petrum Iohannis Ciole, Iacobum Gentilis notarios de regione Columpne,

f. 18r

licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes ipsorum et cuiuslibet ipsorum causas lites et questiones<sup>(a)</sup> etc. que et quas habent vel habere sperant cum quacumque persona et loco in quacumque curia ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice etc. promictens quilibet ipsorum dictos eorum procuratores et quemlibet ipsorum relevare ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti cum potestate substituendi unum vel plures procuratores etc. promictentes sese ratum habere omne et quicquid per dictos eorum procuratores seu alterum ipsorum factum fuerit vel per substituendum ab eos etc.

<sup>(a)</sup> P “questionis”.

12.

1366, gennaio 13

I nobili Caffo *de Tedallinis*, Antonio figlio del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi* del rione Colonna, Buzio di Giubileo *de Cintheis* del rione Trevi ed Onofrio *de Tineosis* del rione Pigna nominano loro procuratori Francesco di Puzio del rione Campitelli, Andrea Romani, Tuzio *Seccaderii* del rione Parione, Simeone di Giovanni di Simeone del rione Parione, Giovanni di Giacomo e Cola Iannoctari del rione Pigna per le loro cause e promettono di ratificarne l'operato.

Indictione III<sup>a</sup> mense ianuarii die XIII.

Testes: Iohannes Vallerani, Andreotius Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee et Alexius Petri Pauli Herrici de regione Trivii.

f. 18v

In presentia mei notarii et testium etc. nobiles viri Caffus<sup>(a)</sup> de Thedallinis, Anthonius filius olim Laurentii Iacobi Surdi de regione Columpne, Bucius Iubillei de Cintheis de regione Trivii et Heunufrius de Tineosis de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum eorum bonis voluntatibus fecerunt eorum et cuiuslibet ipsorum procuratores ad causas Franciscum Pucii de regione Campitelli, Andream Romani notarium de regione Campitelli, Tucium Seccaderii notarium de regione Parionis, Symeonem Iohannis Symeonis notarium de regione Parionis, Iohannem domini Iacobi et Colam Iannoctari notarios de regione Pinee, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes ipsorum et cuiuslibet ipsorum causas etc. et promiserunt de rato etc. pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> È stata annullata con una macchia d'inchiostro la vocale posta tra la C e la a.

13.

1366, gennaio 18

Pietro di Giovanni di Oddone di Monte Gentile, che si obbliga per i nipoti Petruzio e Giacomo figli del defunto Cola *Dorisci* posti sotto la sua tutela, Giovanni *Pulsonis* figlio dello stesso Pietro, Cola *montanarius* e Pietro *Cicilianus*, da una parte, e Petrolo, Cola e Filippo figli del defunto Luca mercante del *castrum*



*Turricelle*, dall'altra parte, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il reciproco scambio del bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente sia con le parole che con i fatti e, per la conservazione della pace, impegnano tutti i loro beni mobili ed immobili e, in caso di inadempienza si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro preghiera e richiesta di Pietro e dei nipoti, di Giovanni Pulsonis, di Cola *montanarius* e di Pietro Cicilianus si offrono quali garanti Meolo detto lo *çuoppo*, Andrea di Martino *Meonis*, Cola *massarius* e Angelo di Stefano tutti di Monte Gentile; allo stesso modo, su preghiera e richiesta di Petrolò, di Cola e di Filippo si offrono quali garanti Giovannetto di Petruzio, Giovanni di Cecco, Giovanni *Fallus* e Andrea di Colacchia del *castrum Turricelle*.

f. 19r Indictione quarta mense ianuarii die XVIII.  
Testes: nobilis vir Bucius Capucie de regione Columpe, Macthiolus Cole, Arcolanus Palutii de regione Columpne et Nardus Beneacaduto de castro Montis Gentilis.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus Iohannis Oddonis de castro Montis Gentilis, suo proprio nomine nec non ut tutor et persona legitima Petrucii et Iacobi, germanorum fratuum, filiorum pupillorum quondam Cole Dorisci filii ipsius Petri, pro quibus promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, et promisit se facturum et curaturum quod dicti Petrus et Iacobus infrascripti pacem et securitatem perpetuam perpetuo observabunt inlesam ad penam infrascriptam, Iohannes Pulsonis filius dicti Petri Iohannis Oddonis, Cola montanarius et Petrus Cicilianus omnes de dicto castro Montis Gentilis, ex una parte, et Petrolus, Cola et Philippus, frates germani, filii quondam Luce mercatantis de castro Turricelle, ex parte altera, qui Philippus

f. 19v primo iuravit etc. ac die presente eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus<sup>(a)</sup> fecerunt rediderunt et prestiterunt ad invicem, una pars alteri et altera alteri, veram mundam et perpetuam pacem et securitatem osculo vere pacis interveniente inter eos de ore ad os et remiserunt inter sese ad invicem dicte partes omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas partes usque in presentem diem, dicto, facto seu opere et promiserunt ad invicem dicte partes de certo, una pars alteri et altera alteri, non offendere nec offendi facere per sese ipsos vel alium seu alios vel alium seu alios eorum nomine, nec alterius eorumdem unus alterum et alter alterum sub obligatione bonorum ipsarum partium et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate offenso et voluerunt dicte partes quod totiens dicta pena tollatur, tolli et exigi possit quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis, nichil homninus firmis manentibus, actum et declaratum

f. 20r inter ipsas partes quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes obligaverunt bona ipsorum et renumpsiaverunt capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis et generaliter omnibus aliis exceptionibus et defensionibus, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent dicte partes renumpsiaverunt expresse et ad hec ad petitionem et instantiam predictorum Petri Iohannis Oddonis, suo proprio nomine et tutorio nomine dictorum<sup>(b)</sup> pupillorum et pro ipsis pupillis, pro quibus pupillis se et bona ipsorum principaliter obligaverunt et promiserunt de rato et rati abitione, nec non ad petitionem et instantiam prefati Iohannis Pulsonis filii dicti Petri, Cole Montanarii et Petri Ciciliani et pro quolibet ipsorum, Meus dictus alias lo *çuoppo*, Andreas Martini Meonis, Cola massarius et Angelus Stephani omnes de castro Montis Gentilis, quilibet ipsorum in solidum fideiusserunt sponte penes prefatos Petrolum, Colam et Philippum, presentes et recipientes vice et nomine camere Urbis et pro ea in omnem causam et eventum

f. 20v omnium et singulorum predictorum et voluerunt teneri et obligati esse ad dictam penam prout ipsi principales tenentur et obligati sunt et versa vice ad petitionem et instantiam predictorum Petrolì, Cole et Philippi, germanorum fratuum, filiorum dicti quondam Luce mercatantis et pro eis et quolibet ipsorum, Iohannictus Petrutii, Iohannes Cicchi, Iohannes Fallus et Andreas Colacchie de castro Turricelle, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt penes prefatum Petrum, tutorem predictum, presentem et recipientem suo proprio nomine et tutorio nomine quibus supra, nec non penes dictos Iohannem Pulsonis, Colam montanarium et Iohannem Cicilianum et quemlibet ipsorum et promiserunt quod predicti Petronus, Cola et Philippus et quilibet ipsorum dictam pacem et securitatem perpetuam perpetuo observabunt inlesam et quod de certo non offendent nec offendi facient in personis vel bonis predictos Petrum, tutorem predictum, Iohannes Pulsonis, Colam montanarium et Iohannem Cicilianum nec aliquem ipsorum nec supradictos pupillos in personis vel bonis per sese vel alium seu alios eorum

f. 21r seu alterius ipsorum nomine ad penam predictam stipulatam ut supra, pro quibus omnibus et singulis observandis predicti principales et fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia eorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi<sup>(c)</sup> omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P "voluntatibus" <sup>(b)</sup> P "dicto" <sup>(c)</sup> Depennata la prima consonante g e corretta con c.

Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, con il consenso della moglie Lorenza figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus*, rilascia una quietanza ad Oddone figlio del defunto Paolo *de Cerronibus* del rione Monti in relazione ad un atto di deposito, rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, dopo aver ricevuto la somma di 100 fiorini d'oro su un totale di 200 fiorini a suo tempo depositati.

Indictione quarta mense ianuarii die XXII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Lelli Bucii Iohannis Rubei et Colutia Troppe de regione Pinee et Iohannes Lelli Andree de Rubeis de dicta regione.

In presentia mei notarii et testium etc. Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX annorum seu aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere occasione predicta, cum consensu et voluntate

f. 21v domine Laurentie, uxoris sue, filie olim Petri de Ciceronibus, presentis et consentientis et renumpiantis quantum ad infrascripta omni suo iure dotis donationis propter nuptias palafernorum alimentorum guarnimentorum et omni alio iure suo<sup>(a)</sup> et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti et autentice "si qua mulier" de ipsis per me eundem notarium primo certiorata, sponte renumpiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit Oddoni filio olim Pauli de Cerronibus de regione Montium, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas etc. que et quas nunc dictus Guilelmus habet et in futurum habere posset contra ipsum Oddonem, presentem, et bona sua, pretestu et occasione C florenorum auri, qui sunt de summa et quantitate ducentorum florenorum auri in quibus dictus Oddo dicto Guilielmo tenetur vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis dictam quantitatem ducentorum florenorum auri, scripti manu Iohannis domini Iacobi publici notarii seu cuiuscumque alterius notarii appareret, salvo semper et reservato ipsi Guilielmo iure residui, videlicet C alios florenos auri contra Oddonem et bona sua et quo

f. 22r ad dictos C florenos auri, residuos de dicta summa et quantitate dictorum II<sup>c</sup> florenorum auri in dicto istrumento contenta, hec refutatio non vindicet sibi locum. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Guilielmus, cum consensu et voluntate dicte domine Laurentie, uxoris sue, dicto Oddoni, presenti et recipienti ut supra, de dictis C florenis auri, reservato sibi iure residui, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicto Oddone dictos C florenos auri tantum, de quibus C florenis auri tantum se bene quietum contentum pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non habitorum etc. dictorum C florenorum auri tantum, semper salvo iure residui, videlicet aliorum C florenorum auri exceptis doli mali etc. et promisit dictus Guilielmus quod dicta iura dictorum C florenorum auri nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit ipse Guilielmus teneri de evictione prout iura volunt etc. pro quibus omnibus observandis dictus Guiliemus obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Corretto sul precedente sue.

Agapita vedova di Pietro *de Ciceronibus* del rione Monti aveva convenuto con Oddone figlio del defunto Paolo *de Cerronibus* dello stesso rione di esonerarlo dall'obbligazione fatta nei confronti di Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, in relazione alla somma di 200 fiorini d'oro, e poiché Oddone aveva già ricevuto una quietanza, come risulta dal documento precedente, per la somma di 100 fiorini pagata con il denaro di Lorenza figlia di Agapita, egli rinuncia ad ogni diritto sulla convenzione stipulata dalla stessa Agapita per la somma già versata di 100 fiorini, ma si riserva invece il diritto di esonero dall'obbligazione per la somma residua degli altri 100 fiorini.

f. 22v Eodem anno, indictione, mense et die et coram supradictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum domina Agapta uxor olim Petri de Ciceronibus de regione<sup>(a)</sup> Montium promiserit et per legitimam et solempnem stipulationem convenerit Oddoni filio olim Pauli de Cerronibus de regione Montium, supradicto, tunc presenti et recipienti, exonerare et conservare ipsum indempnem ab illa obligatione, quam idem Oddo fecit penes dictum Guilielmum filium olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, de II<sup>c</sup> florenis, ut patere dicitur manu publicorum notariorum et ipse Oddo iam habeat refutationem a dicto Guilielmo de C florenis auri, ut supra apparet, et ipse Oddo solvit dictos C florenos auri de pecunia domine Laurentie filie dicte domine Agapte et non de sua pecunia, idcirco sua bona propria et spontanea voluntate renumpiavit et refutavit dicte domine Agapte, presenti et recipienti, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas habet vel habere posset contra ipsam, occasione promissionis et obligationis predictae,

f. 23r asserens et confitens ac etiam recognoscens dictus Oddo fore extractum indenpne ab ipsa domina Agapta de dictis C florenis auri solutis dicto Guilielmo, pro eo quod soluti<sup>(b)</sup> fuerunt de pecunia dicte domine Laurentie, promictens dictus Oddo ac liberans ipsam dominam Agaptam, presentem et recipientem, a promissione et obligationem predictis, quo ad dictos C florenos auri, reservato ipsi Oddoni iure C aliorum florenorum in dicto istrumento promissionis contentorum, cassans irritans et annullans dictus<sup>(c)</sup> Oddo dictum istrumentum promissionis, quo ad dictos C florenos auri tantum et pro casso irritato et annullato haberi voluit et mandavit, semper salvo sibi iure residui etc. renumptiavit in predictis dictus Oddo omnibus exceptionibus quibus contra predicta venire posset, pro quibus omnibus observandis obligavit bona sua etc. et renumptiavit etc.

(a) Depennato “Pinee” (b) P “soluti” (c) Depennato “Guilielmus”.

## 16.

1366, gennaio 25

Giovanni figlio del defunto Lorenzo di Leonardo *Ricii* detto Giovanni *Liscius* del rione Pigna della contrada Camilgliano, a nome della figlia Caterina, stipula una convenzione di fidanzamento con Buzio detto *Picçolante* ed il figlio Angelo: Giovanni promette di dare in moglie ad Angelo la figlia Caterina con una dote e gli ornamenti di 140 libbre di provisini del senato e gli altri oggetti preziosi. Angelo, con il consenso del padre Buzio, promette, a sua volta, di ricevere in moglie Caterina con una dote, gli ornamenti e gli altri oggetti preziosi e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro la prossima festa di Pasqua, a tal fine impegnano i loro beni e si sottopongono ad una pena pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato in caso di inosservanza.

f. 23v Indictione quarta mense ianuarii die XXV.

Testes: Cannofellus, Philippucius et Iacobellus filii olim Petri Candulfi, Andreotius Lelli Angeli Blaxii, Cecchus de Chierica et Topposus de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Hec sunt fidantie conventiones et pacta habita in Dei nomine et firmata inter Iohannem filium olim Laurentii Leonardi Ricii dictum alias Iohannem Liscium de regione Pinee et contrada Camilgiani pro Caterina, filia ipsius Iohannis honesta puella, ex una parte, et Bucium dictum alias Picçolante et Angelum, filium suum, cum consensu et voluntate dicti Bucii patris suis, presentis et consentientis, qui Angelus primo iuravit etc. ex parte altera, videlicet quod dictus Iohannes promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dictis Bucio et Angelo, filio suo, dare ipsi Angelo, filio ipsius Bucii, ipsam Caterinam, filiam suam, in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis CXL librarum provisinorum senatus et aliis iocalibus, inter ipsas partes conventis,

f. 24r et versa vice dictus Angelus, cum consensu et voluntate decreto et auctoritate dicti Butii patris sui, promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit dicti Iohanni, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicte Caterine filie sue, et mihi notario tamquam publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicte Caterine et pro ipsa, ipsam Caterinam recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis et dictus Bucius dictus alias Picçolante promisit et per legitimam et solempnem stipulationem<sup>(a)</sup> convenit dicto Iohanni, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone stipuanti et recipienti ut supra<sup>(b)</sup>, se facturum et curaturum cum effectu quod dictus Angelus filius suus recipiet dictam Caterinam filiam dicti Iohannis in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis quam parentelam dicte partes promiserunt ducere ad effectum hinc ad festum Pasce Resurrectionis Domini nostri Yesu Christi proxime futurum, sub obligatione bonorum ipsarum partium et pena C librarum provisinorum, auferenda pro medietate etc. a parte contraveniente prolongando et abbreviando terminum prout ipsis partibus placuerit, renumptiantes dicte partes etc. et ad cautelam omnium predictorum, nomine iuramenti, dederunt se dicte partes ad invicem osculum vere pacis etc. pro quibus etc. et renumptiaverunt etc.

(a) P “stipulantem” (b) Depennato “facere”.

## 17.

1366, gennaio 25

Il maestro Giacomo medico figlio del defunto maestro Giovanni medico del rione Colonna, rilascia una quietanza a Matteolo figlio del defunto Cola *Quarante* orefice del rione Pigna, presente anche a nome del garante Paolo Buccamoçe sarto dello stesso rione, in relazione ad un atto di deposito, rogato dal notaio Romanuzio, dopo aver ricevuto la somma di 100 fiorini d'oro.

f. 24v Indictione quarta mense ianuarii die XXV.

Testes: Nicolaus Stephani de regione Pinee, Bernardus Locii et Anthonius Nardi della Fara de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. magister Iacobus fisicus filius olim magistri Iohannis fisici de regione Columpne ac die presente sua bona propria et spontanea<sup>(a)</sup> voluntate renumptiavit et refutavit et, per pactum

de ulterius non petendo remisit Mactheulo filio olim Cole Quaranta aurifici de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum ac vice et nomine Pauli Buccamoçe tutoris de dicta regione Pinee fideiussoris ipsius Matheuli, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas vel expressas ypotecaria seu mistas, que et quas nunc ipse magister Iacobus habet et in futurum habere posset seu sperat habere contra ipsum Mactheolum, principalem debitorem, et dictum Paulum, fideiussorem eius, et quemlibet ipsorum pretestu et occasione

f. 25r et Paulus et quilibet ipsorum in solidum eidem magistro Iacobo tenentur et obligati sunt vigore cuiusdam instrumenti depositi continentis dictam quantitatem, scripti manu Romanucii \*\*\*\*\* publici notarii. Hanc autem refutationem renumpationem et pactum de ulterius non petendo dictus magister Iacobus et eidem Matheulo, presenti et recipienti pro se ac vice et nomine dicti Pauli eorumque heredum et successorum in perpetuum, et mihi notario tamquam publice persone presenti et recipienti vice et nomine dicti Pauli et pro ipso, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicto Matheulo dictos C florenos auri in dicto instrumento depositi contentos, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non ponderatorum dictorum florenorum et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus iuris canonici et civilis, statuti et consuetudinis Urbis quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset, dictus magister Iacobus renumpiavit et refutavit expresse et promisit dictus magister Iacobus eidem Mactheulo, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, et mihi notario tamquam publice persone presenti et recipienti quo supra nomine, quod dicta iura

f. 25v dictorum C florenorum auri sunt ipsius magistri Iacobi et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit ipse magister Iacobus teneri de evictione prout et sicut iura volunt etc. cassans irritans et annullans dictus magister Iacobus dictum instrumentum depositi cum omnibus suis tenoribus et articulis et pro casso irritato et annullato ac nullius valoris efficacie vel momenti haberi voluit et mandavit etc.

<sup>(a)</sup> P “spontania”.

18.

1366, gennaio 25

Matteolo figlio del defunto Cole *Quarante* del rione Pigna rilascia una quietanza a maestro Giacomo medico figlio del defunto maestro Giovanni medico del rione Colonna in seguito alla restituzione di alcuni pegni consegnati in cambio di una certa quantità di denaro circa la vendita di alcune vigne fatta dalla moglie dello stesso Giacomo, come risulta dall'atto rogato dal medesimo Paolo *de Seromanis*.

Eodem anno, mense et die et coram supradictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Matheolus filius olim Cole Quarante de regione Pinee, qui iuravit etc. sponte renumpiavit omnia et singula actiones iustitias et petitiones que et quas habet nunc et in futurum habere posset contra ipsum magistrum Iacobum, presentem et recipientem, pretestu et occasione certorum pignorum datorum et assignatorum ipsi magistro Iacobo pro certa quantitate pecunie, que sunt pretium seu pars pretii certarum vinearum venditarum per dominam \*\*\*\*\* uxorem ipsius magistri Iacobi, cum ipsius magistri Iacobi consensu, ipsi Matheulo,

f. 26r ut patet manu mei notarii et generaliter de omni eo quod dictus Matheolus dicto magistro Iacobo petere posset usque in presentem diem. Hanc autem refutationem dictus Matheolus dicto<sup>(a)</sup> magistro Iacobo, presenti et recipienti ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se dicta pignora recepisse et habuisse et sibi tradita et assignata fuisse integraliter sine diminutione aliqua<sup>(b)</sup> et generaliter omne aliud id que quicquid sibi petere posset usque in diem presentem, de quibus omnibus dictus Matheolus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato p <sup>(b)</sup> Depennato de.

19.

1366, febbraio 6

Lorenzo figlio del defunto Giordanello *Buccabelli* del rione Pigna e Napoleone *Bucciaronis* del rione Campitelli nominano arbitri Francesco di Puzio e Giovanni di Giacomo per risolvere la controversia sorta tra di loro. Gli arbitri ricevono ampio mandato di deliberare entro il corrente mese di febbraio ed i richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e, a tal fine, impegnano i loro beni e si sottopongono, in caso di inosservanza, ad una sanzione pecuniaria di 200 libbre di provisini del senato.

Indictione quarta mense februarii die VI.

Testes: Cecchus Iohannis Pauli Rose, Iacobus Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee et Nicolaus Gemme de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Laurentius filius olim Iordanelli Buccabelli de regione Pinee, qui primo iuravit etc. et Neapoleonus Bucciaronis de regione Campitelli, fideiussor \*\*\*\*\* sponte compromiserunt in discretos viros Franciscum Pucii et Iohannem domini Iacobi, licet absentes tamquam presentes,

f. 26v tamquam in eorum arbitros arbitratores et amicabile compositores de omni lite discordia et questione que esset inter ipsas partes, pretestu et occasione \*\*\*<sup>(a)</sup> et generaliter de omni eo quod unus alteri petere posset usque in diem presentem quovis colore quesito, dantibus et concedentibus dicti Laurentius et Neapuleo<sup>(b)</sup> dictis eorum arbitris et arbitratoribus plenam et liberam potestatem arbitrandi laudandi et definiendi inter ipsos alte et basse de iure et de facto, semel et plures,

f. 27r partibus citatis vel non citatis, presentibus vel absentibus, una presente et alia absente, una citata et alia non citata, diebus ferriatis vel non ferriatis prout et sicut eis melius visum fuerit promittentes dicte partes et quilibet ipsarum omne arbitrium laudum seu mandatum, ex presente compromisso descendencia, semper ratum gratum et firmum habere et tenere et ab ipso non appellare suplicare nec reductionem petere ad arbitrium boni viri, scilicet ex nunc ipsos eligunt in bonos viros et pro bonis viris sub pena et ad penam II<sup>c</sup> librarum provisinarum senatus, pro medietate etc. renumpsiaverunt etc. quod compromissum dicte partes durare voluerunt per totum presentem mensem february etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Segue uno spazio bianco corrispondente a 13 righe <sup>(b)</sup> Così P.

20.

1366, febbraio 7

Cola di Santo di Giovanni *Cicolani*, con la garanzia di Martelluzio di Andrea *Recchiuti*, entrambi del rione Trevi, riceve in deposito da Pietro Paolo calzolaio detto *Lociocto* del rione Pigna la somma di 4 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

Indictione quarta mense february die VII<sup>o</sup>.

Testes: Butius Capucie de regione<sup>(a)</sup> Pinee et Matheolus Leonardelli Iohannis Larocca de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Cola Sancti Iohannis Cicolani, ut principalis debitor, et Martellutius Andree Recchiuti, ut fideiussor ipsius, ambo<sup>(b)</sup>

f. 27v regione Trivii, quilibet ipsorum in solidum eorum bonis voluntatibus, uno tamen solvente ambo liberentur<sup>(c)</sup>, confessi sunt se recepisse in depositum nomine et causa depositi a Petro Paulo calzolaio dicto alias Lociocto de regione Pinee, presente et legitime stipulante, quatuor florenos boni et puri auri iusti et legalis ponderis<sup>(d)</sup>, quos presentialiter et manualiter recepisse, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. quos florenos et depositum predictum dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum eidem Petro Paulo tenere et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum rescium periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Petro Paulo redere et restituere promiserunt ad omnem ipsius petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis abinde in antea faciendis<sup>(e)</sup>, pro quibus dicti depositarii obligaverunt omnia eorum bona etc. et iuraverunt etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etiam ferriato et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore, renumpsiaverunt in hiis feriis et ferriatis diebus etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato Trivii <sup>(b)</sup> Omesso de <sup>(c)</sup> Depennato s <sup>(d)</sup> Depennato de <sup>(e)</sup> Depennato q.

21.

1366, febbraio 10

Cecco di Cola di Leonardello detto *Groptacupa* del rione Colonna, con la garanzia di Tuzio *Ricii* detto *Apostolus* del rione Pigna, riceve in deposito da Egidio *Sollacii* sarto detto *Ienca* del rione Pigna la somma di 4 libbre di provisini del senato e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 28r Indictione quarta mense february die X<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Talgialonto et Iacobellus calzolaris de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Cole Leonardelli dictus alias Groptacupa de regione Columpne, ut principalis debitor, et Tutius Ricii dictus alias Apostolus de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ambo liberentur, eorum bonis voluntatibus confessi sunt habere in depositum, nomine et causa depositi, ab Egidio Sollacii de regione Pinee sutore dicto alias Ienca quatuor libras provisinarum senatus, quas confessi sunt se recepisse, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. quas III<sup>or</sup> libras et depositum predictum dicti depositarii tenere promiserunt ad omne ipsorum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem redere et restituere promiserunt ad omnem ipsius petitionem volumptatem etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

22.

1366, febbraio 13

Buzio di Giubileo del rione Trevi e il figlio Petruzio, con il consenso del padre, nominano loro procuratori, ad integrazione di quelli già designati, Onofrio *de Tyneosis*, Guglielmo *de Rubeis* e Andreozi di Lello di Angelo di Biagio del rione Pigna per tutte le loro cause e promettono di esonerarli da ogni onere e di ratificare il loro operato.

Indictione quarta mense february die XIII.

Testes: Iohannes de Anibaldis et Iacobellus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.

f. 28v

Bucius Iubillei de regione Trivii et Petrutius eius filius, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate dicti Bucii patris sui, presentis et consentientis, quilibet ipsorum in solidum, non revocando alios procuratores per eos iam factos scilicet eos potius confirmando, sponte fecerunt eorum et cuiuslibet ipsorum veros et legitimos procuratores et numptios speciales videlicet Eunufrum de Tyneosis, Guilielmum de Rubeis, Andreatium Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee, presentes et recipientes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas civiles et criminales etc. promittentes ipsos et quemlibet ipsorum relevare ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo, promittentes se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictos eorum procuratores seu alterum eorum actum factum gestum et procuratum fuerit, sub obligatione bonorum ipsorum etc.

23.

1366, febbraio 26

Paolo di Nicola *Capucie de Pappaçuris* e Paolo di Angelo *de Fuscis de Berta*, ambasciatori del popolo Romano e consoli dell'Arte dei Bovattieri di Roma, erano stati eletti arbitri da Stefano figlio del defunto Stefano *de Columpna*, da un lato, e da Giovanni *de Comite* e dalla sorella Maria vedova di Giovanni *de Columpna* fratello di Stefano, dall'altra parte, per risolvere le controversie sorte tra le due parti in relazione alla dote ed alla donazione di nozze che Giovanni e Maria chiedevano a Stefano, come appariva in due compromessi rogati il primo dal notaio Nicola di Giovanni di Angelo *de Fuscis de Berta* e il secondo dal notaio Stefano di Lorenzo *Baroncelli*. Gli arbitri avevano deliberato che Stefano doveva pagare a Maria per la dote e la donazione di nozze la somma di 2.200 fiorini d'oro oltre al versamento annuale degli alimenti, come risulta dal lodo arbitrale rogato dal notaio Nicola di Giovanni di Angelo *de Fuscis de Berta*.

Dietro richiesta di Stefano si erano offerti come garanti nei confronti di Francesco *Iudicis* di Paolo, procuratore di Giovanni e Maria, Buzio Giubileo del rione Trevi, Renzo di Giacomo *Surdi* già di Gallicano ed ora del rione Colonna, Stefano *de Bocçi* notaio del rione Pigna, Onofrio di Mattia *de Tyneosis* del rione Pigna, Gozio *Scandriglie* del rione Colonna, Ciaffo *de Thedallinis* del rione Colonna e Lello *de Sobactariis* del rione S. Marco, come risulta dall'atto rogato dal notaio Nicola di Giovanni di Angelo *de Fuscis de Berta*.

In relazione a queste premesse la nobildonna Sanzia Gaetana vedova di Stefano *de Columpna* milite e figlio del defunto Stefano *de Columpna* del rione Colonna, tutrice dei figli pupilli Petruzio, Giovanni e Nicola eredi di Stefano, riconosce che il debito spetta ai defunti Giovanni e Stefano ma rivendica ora che i beni di Stefano spettano a lei ed ai suoi figli pupilli e non possono essere garantiti dalle persone a suo tempo indicate; decide perciò di esonerarle dall'obbligazione contratta in relazione al credito rivendicato da Maria e, con decreto di Angelo di Foligno, dottore in legge, giudice palatino e collaterale del senatore di Roma Giovanni *de Rodio*, vende ai nobili Ciaffo *de Thedallinis* del rione Colonna, a Buzio di Giubileo del rione Trevi, ad Onofrio *de Tyneosis* del rione Pigna, e ad Antonio figlio del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi* del rione Colonna, presenti anche a nome di Gozio *Scrantilie*, di Petruzio e di Giacobello figli del defunto Lello *de Sobactariis* e delle altre persone indicate nel lodo arbitrale, il casale detto \*\*\*\*\*, appartenente a lei e ai suoi figli, situato fuori della porta Maggiore, con tutto il tenimento, le terre coltivate ed incolte, i prati, le sorgenti ed i ruscelli al prezzo di 2.200 fiorini d'oro che gli acquirenti debbono versare a Maria vedova di Giovanni *de Columpna* per i diritti dotali.

La venditrice nomina suo procuratore il testimone Alessio di Petruzio di Paolo di Enrico del rione Trevi per l'insediamento degli acquirenti.

Sanzia, diligentemente interrogata in relazione alla tutela dei figli, dichiara di non aver avuto un'offerta di una somma maggiore di quella pagata dagli acquirenti e promette che quando i figli avranno raggiunto la maggiore età daranno il loro consenso alla vendita e ratificheranno l'atto con tutti i suoi capitoli.

Il giudice Angelo, presente nella casa di Sanzia, convalida l'atto con l'autorità del suo ufficio, mentre Sanzia rinunzia al decreto già da lui emanato.

f. 29r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo sessagesimo sexto pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione quarta mense february die XXVI.

Testes: dominus Thadeus iuris peritus de regione Sancti Marci, Bucius Oddonis Archionis de regione



Montium, Alexius Petri Pauli HERRICI de regione Trivii et Andreotius<sup>(a)</sup> Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee. In presentia mei notarii et testium etc. Cum Paulum domini Nicolai Capucie de Pappaçuris et Paulum domini Angeli de Fuscis de Berta, Romani populi ambasciatores et nobilis artis bobacteriorum Urbis consules, arbitros arbitratores et amicabile compositores electos<sup>(b)</sup> a mangnifico viro Stephano quondam Stephani de Columpna, ex una parte, et mangnificis viro et muliere Iohanne de Comite et domina Maria, sorore sua, relicta quondam mangnifici viri Iohannis de Columpna, germani fratris dicti Stephani, ex parte altera, de omni et super omni discordia et questiones que tunc erat inter dictas partes occasione dotis et donationis propter nuptias

f. 29v et omnium iurium dotalium alimentorum guarnimentorum bonorum iocalium et donamentorum dicte domine Marie, que dicti Iohannes et domina Maria petebant a supradicto Stephano, ut patet duobus compromissis in dictis arbitramentis factis et scriptis per Nicolaum Iohannis Angeli de Fuscis de Berta uno et alio per Stephanum Laurentii Baroncelli notarios, fuerit arbitratum laudatum et mandatum quod dictus Stephanus daret et solveret cum effectu dicte domine Marie pro dote et donatione dicte domine propter nuptias guarnimentorum iocalibus donamentorum preter alimentos et omnibus quibuscumque suis iuribus dotalibus duo milia ducentos florenos boni et puri auri, qui sunt et esse intelligantur pro dote dicte domine Marie et pro ipsa dote et quod pro ipsis duobus milibus florenis auri et ducentis florenis auri et alimentis annuatim solvendis, secundum quod in ipso arbitrio scripto manu dicti Nicolai Iohannis Angeli de Fuscis de Berta notarii plenius continetur, pro quibus omnibus et singulis in dicto arbitrio laudo seu mandato contento, Bucius Iubillei de regione Trivii, Rentius Iacobi Surdi dudum de Gallicano nunc de regione Columpne, Stephanus de Bocçi notarius de regione Pinee, Gocius Scrandriglie de

f. 30r regione Columpne, Ciaffus de Thedallinis de regione Columpne et Lellus de Sobactariis de regione Sancti Marci sponte fideiusserunt penes Franciscum Iudicis Pauli, procuratorem et personam legitimam dictorum Iohannis et domine Marie, ad petitionem et instantiam dicti Stephani in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et promiserunt sese facturum et curaturum cum effectu quod dictus dominus Stephanus observabit omnia et singula in dicto arbitrio contenta et voluerunt teneri et obligati esse, personaliter et realiter, ad omnia et singula ad que ipse Stephanus tenetur et obligatus est, ut de predictis plene patet manu dicti Nicolai Iohannis Angeli publici notarii; idcirco mangnifica domina domina Sançia Gaytana, relicta olim mangnifici viri domini Stephani de Columpna militis filii olim Stephani de Columpna de regione Columpne, tutris et persona legitima Petrucii Iohannis et Nicolai germanorum fratuum pupillorum filiorum et heredum dicti olim domini Stephani de Columpna et ipsius domine Sançie, tutorio nomine ipsorum pupillorum et pro ipsis pupillis, renumptiavit dicta domina Sançia, tutris predicta, beneficio Velleiani senatus consulti, a me notario infrascripto

f. 30v certiorata primo quid<sup>(c)</sup> sit et quid inportet et autentice “si qua mulier”, volens recongnoscere bona fide supradictum debitum fuisse olim mangnifici viri Iohannis de Columpna, germani fratris dicti olim domini Stephani de Columpna, et per consequens ipsius domini Stephani et nunc per consequens spectare et pertinere ad prefatos Petrucium, Iohannem et Nicolaum tamquam ad filios et heredes ac bonorum possessores iuris et facti dicti olim domini Stephani de Columpna militis<sup>(d)</sup> ad ipsam tutricem, tutorio nomine ipsius<sup>(e)</sup> et pro eis et non ad prefatos Ciaffum, Bucium, Heunufrium, Gocium, Lellum et alios supranominatos et volens dicta domina Sançia<sup>(f)</sup>, tutris predicta, tutorio nomine quibus supra, ipsos fideiussores et quemlibet ipsorum exhonerare a fideiussione predicta, idcirco pro<sup>(g)</sup> exhoneratione dicti debiti et ut dicte domine Marie sit de dote et iuribus dotalibus<sup>(h)</sup> ipsius, secundum tenorem dicti arbitri integre persolute, sua bona propria et spontanea voluntate, tutorio nomine quibus supra, cum decreto et auctoritate sapientis viri domini Angeli de Fulgineo, legum doctoris iudicis palatini et collateralis presentis domini Iohannis de Rodio senatoris Urbis, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit supradictis nobilibus viris Ciaffo de Thedallinis de regione Columpne, Bucio Iubillei de regione Trivii, Eunufrio de Tyneosis de regione Pinee, Anthonio filio olim Laurentii Iacobi

f. 31r de regione Columpne et cuilibet ipsorum, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et heredibus et successoribus ipsorum in perpetuum nec non vice et nomine dicti Gocii Scrantilie, Petrutii et Iacobelli filiorum et heredum dicti olim Lelli de Sobactariis et aliorum in dicto arbitrio contentorum fideiussorum, una cum eis in causa predicta, et mihi notario ut publice persone presenti et recipientis pro dictis absentibus vel cui seu quibus ipsi dare et concedere voluerunt perpetuo, idest quod casale ipsorum pupillorum filiorum dicti olim domini Stephani et ipsius tutricis quod vocatur casale \*\*\*\*\*<sup>(i)</sup>, positum extra portam Magiorem, inter hos fines, ad quod quidem casale et eius tenimentum ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(i)</sup> vel si qui sunt ad predictum casale et eius tenimentum plures vel veriores confines ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberam et esemptam ab omni nesso servitutis iure canonis seu census cum toto suo tenimento redimine terris cultis et incultis, magensibus montibus vallibus planitiis collibus pratis pratarinis stirpis stirpariis rivis fontibus

f. 31v aquis et aquarum decursibus nec non cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis ad habendum tenendum fructificandum possidendum et de eis faciendum quicquid eis eorumque heredibus et sucessoribus aut cui seu quibus ius eorum dare seu concedere voluerint



et per Alexium Petrutii Pauli Errici de regione Trivii, testem infrascriptum, quem dicta mangnica domina domina Sançia, tutris predicta, tutorio nomine quibus supra, suum procuratorem ad investiendum ipsos emptores de dicto casale<sup>(j)</sup> et eius tenimento cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, ut dictum est, seu ipsorum procuratorem pro eis et ipsorum nomine, investiri voluit et mandavit et donec fuerit investiti et in vacuum et corporalem possessionem adempti constituit se dicta tutris, tutorio nomine quibus supra, nomine dictorum emptorum et pro eis, precario<sup>(k)</sup> tenere et possidere ad quam possessionem adimplistendum dicta tutris venditris, pro se et tutorio nomine quibus supra<sup>(l)</sup> pro eis, eisdem emptoribus, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et quibus supra nominibus, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti pro eis, plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictum casale cum toto suo redimine et tenimento et cum omnibus singulis suis iuribus utilitatibus

f. 32r pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui, aliis vendere donare obligare alienare fructificare recipere et de eis facere quicquid eis heredibus et successoribus eorum etiam in rem perpetuo placuerit, dedit etiam quoque cessit et concessit dicta venditricis, tutorio nomine quibus supra et pro eis eisdem emptoribus, presentibus et recipientibus ut supra, omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas dicta tutris, tam suo nomine quam tutorio nomine quibus supra, que et quas dicti pupilli nunc habent et in futurum habere possunt seu sperant in dicto casale<sup>(m)</sup> cum toto suo tenimento ac iuribus et pertinentiis eorundem, quocumque modo iure titulo sive causa contra quascumque personas universitates et loca, ita quod, amodo in antea, dicti emptores, pro se ipsis et nominibus quibus supra, proprio nomine agant petant excipiant recipiant defendant, utantur experiantur ita quod in locum ius et privilegium ipsius venditricis et dictorum pupillorum succedant et succedere volint et mandavit nullumque sibi ius dicta tutris venditricis nec dictis pupillis aliquid reservavit per directum nec per oblicum aliquo colore quesito. Hanc autem

f. 32v dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur dicta mangnica domina domina Sançia predicta, tutris dictorum pupillorum, tam suo proprio nomine quam tutorio nomine quibus supra, prefatis Ciaffo, Butio, Eunufrio et Anthonio, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et heredibus et successoribus eorum et nominibus quibus supra, fecit pro pretio et nomine pretii duorum milium ducentorum florenorum boni et puri auri iusti et legalis ponderis, quos II<sup>m</sup> II<sup>c</sup> florenos auri dicta domina Sançia, tutris predicta, confessa fuit et in veritate recongnovit ipsos Ciaffum, Eunufrium, Bucium et alios fideiussores predictos solvisse seu solvi debere dicte domine Marie uxori dicti olim Iohannis de Columna pro dote et iuribus dotalibus ipsius domine Marie, pro quibus II<sup>m</sup> II<sup>c</sup> florenis auri ipsi apparebant et apparent principaliter obligati, quos II<sup>m</sup> ducentos florenos auri pro exoneratione dicti debiti confessa fuit dicta tutris dicte domine Marie solvi debere per dictos emptores, de qua solutione fienda dicta tutris, quibus supra nominibus, se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit omnibus et singulis exceptionibus et defensionibus tam iuris quam facti, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset renumpsiavit expresse, asserens et confitens dicta domina Sançia, tutris

f. 33r predicta, diligenter inquisita et discussionem fecisse pro vendendo dictum casale, et non invenisse nec repertum fuisse ab aliquo magius<sup>(n)</sup> pretium quam a dictis emptoribus et pro quo dicti emptores emerentur dictum casale et promisit etiam dicta domina Sançia, tutris predicta, tutorio nomine quibus supra, quod dictum casale cum toto suo tenimento iuribus et pertinentiis suis universis, fuit et est ipsorum pupillorum et ipsius tutricis et ad eos spectat et pertinet pleno iure et promisit etiam dicta venditris, quibus supra nominibus, dictis emptoribus, quibus supra nominibus, et pro sese ipsis recipientibus et ipsorum heredibus et successoribus ut supra, de fraude et collodio videlicet quod nulli alii persone universitati seu loco per ipsam tutricem, suo nomine nec tutorio nomine dictorum pupillorum, est vendita data donata cessa concessa alienata pignorat nec quomodolibet distracta, nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contracti et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter dicti emptores vel aliqui ex eis vel eorum seu alterius ipsorum heredibus et successoribus

f. 33v in dampnum venerint seu expensas fecerint aut evicti fuerint in totum vel in partem vel interesse aliquod paterentur, dicta tutris venditricis, tutorio nomine quibus supra, dictis emptoribus, presentibus et recipientibus ut supra, de aliis bonis suis et dictorum pupillorum propriis reficere et cum effectu reservare promisit in pecunia numerata et non in alia specie et de ipsarum quantitate vel numero stare et credere, tutorio nomine quibus supra, voluit et promisit dicta venditris solo simplici sacramento ipsorum emptorum vel alterius eorundem vel habentem causam ab eis absque iudice tassatione et alicuius curie proclamatione arbitrio seu arbitrato alterius boni viri et pro evictione duplum pretii rei evicte quocumque ex causa ipsa evictio sequeretur, asserens et confitens dicta venditris talem esse et vigore in Urbe consuetudinem de evictione aprobatam, quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto quod sacramentum habere voluit et promisit pro plena et sufficiente probatione, certis aliis probationibus et defensionibus renumpsiavit et refutavit dicta tutris, ex certa scientia expresse, promisit etiam dicta tutris venditris, tutorio nomine quibus supra,

f. 34r eisdem emptoribus, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus in predictis et quolibet predictorum, facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem cum curiis et cautelis de iure sufficientibus ad petitionem et requisitionem dictorum emptorum, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicta tutris, quo supra nomine, dictis emptoribus, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et nominibus quibus supra, obligavit omnia bona sua et dictorum pupillorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et ea, quantum ad hec, tutorio nomine dictorum pupillorum tenere et possidere precario recongnovit, pro quibus voluit etiam posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari quocumque iudice vel auditore non obstante feriis et feriatis diebus, quibus ferris dicta tutris, quo supra nomine, renumpsiavit et refutavit expresse et, ex certa scientia, renumpsiavit etiam dicta tutris, quo supra nomine, beneficio cessionis bonorum legitime cruce signatorum, beneficio fori cedendarum et dividendarum actionum et illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum argentum nec aliqua mobilia nec possit solvere creditori suo, quod possit obferre creditori suo de stabilibus, immo promisit creditori quo supra nomine, satisfacere in pecunia numerata et non

f. 34v in alia specie et omnibus aliis et singulis legibus capitulis statutis consuetudinibus Urbis ac privilegiis quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset renumpsiavit et refutavit expresse et, ex certa scientia, promisit insuper dicta mangnifica domina domina Sançia, tutris predicta, tutorio nomine quibus supra, predictis emptoribus, presentibus et recipientibus, pro sese ipsis et heredibus et successoribus eorum ac quibus supra nominibus in perpetuum pro predictis omnibus et singulis firmiter observandis et adimplendis dare ydoneam fideiussionem de evictione tantum, secundum quod ipsa domina Sançia, tutris venditris predicta, promisit ad omnem petitionem voluntatem ac requisitionem dictorum emptorum ac suorum heredum et successorum cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis ipsorum emptorum, promisit etiam dicta tutris venditris dictis emptoribus, presentibus et recipientibus ut supra, quod quando dicti pupilli, filii dicti domini Stephani de Columpna et ipsius domine, ad etatem pervenerunt huic venditioni consensientibus et eam, cum omnibus suis capitulis articulis et tenoribus, ratificabunt et acceptabunt et si et in quantum expediens fuerit de novo facientes venditionem predictam cum omnibus et singulis curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis

f. 35r ad omnem ipsorum petionem et voluntatem, sub obligatione omnium bonorum ipsius domine mobilium et immobilium presentium et futurorum et ipsorum pupillorum, que quidem omnia et singula supradicta, dicta tutris venditris pro se et suo proprio nomine nec non tutorio nomine dictorum pupillorum et pro eis, dictis emptoribus, presentibus et recipientibus ut supra dictum est, atendere et observare promisit et contra nullo modo facere vel venire sub obligatione omnium supradictorum bonorum suorum et dictorum pupillorum mobilium et immobilium presentium et futurorum sub pena et ad penam unius libre auri, qua pena soluta vel non hec firma semper perdurent; qui dominus Angelus, iudex predictus, sedens pro tribunali in domo dicte domine Sançie, in predictis omnibus et singulis et quolibet predictorum suam et dicti officii auctoritatem interposuit et decretum renumpsiavit in predictis dicta tutris, quo supra nomine, capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio exigendis \*\*\*<sup>(o)</sup>

(a) P “Andreotio” (b) P “eleptos” (c) P quic (d) Depennato et (e) Corretto sul precedente “ipsorum” (f) P “Ciancia” (g) Depennato h (h) Depennato d (i) Segue uno spazio bianco corrispondete a due righe e mezza (j) P “casali” (k) P “plecario” per un segno convenzionale ripetuto in seguito (l) Segue “et pro” non depennato: per un confronto con il formulario cfr. l’espressione successiva all’inizio del f. 32r (m) P “casali” (n) Così P (o) Il formulario dell’atto é interrotto, segue uno spazio bianco fino alla fine del foglio corrispondente a 5 righe.

## 24. 1366, febbraio 28

Nicola di Lello di Francesco di Omodeo già del rione Trevi ed ora del rione Pigna, nomina suo procuratore Giovanni di Pietro *Guictonis*, canonico di S. Pietro in Vincoli, del rione Pigna per ricevere una somma dovutagli da Pietro Paolo figlio del defunto Tommaso di Paolo *Profici* del rione Ponte, come risulta da un atto di accusa dello stesso Nicola e dai registri della camera di Roma, in seguito alle percosse subite.

Nicola invita inoltre il procuratore a rilasciare, dopo il pagamento della somma, la relativa quietanza e promette di ratificare il suo operato.

f. 35v Indictione quarta mense<sup>(a)</sup> februarii die XXVIII.

Testes: Petrus Paulus Roscolini lanarolus, Paulus Petri Guictonis et Symon magistri Petri de regione Pinee. In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus Lelli Francisci Hominisdei dudum de regione Trivii et nunc de regione Pinee, sua bona voluntate, fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem negotiorum gestorem et numptium speciale seu quocumque alio nomine melius dici potest venerabilem virum dominum Iohannem Petri Guictonis canonicum Sancti Petri ad Vincula de regione Pinee, licet absentem tamquam presentem, ad recipiendum<sup>(b)</sup> omnem et quamcumque quantitatem pecunie a Petro Paulo filio olim Thome Pauli Proci<sup>(c)</sup> de regione Pontis, in quo dictus Petrus Paulus dicto Nicolao quondam apparet ex accusa istituta per ipsum Nicolaum contra dictum Petrum Paulum, ut in libris quondam camere Urbis plenius continetur, seu a quacumque alia persona, dante et solvente pro ipso Petro

Paulo de percussione et aliis exceptionibus commissis per ipsum Petrum Paulum in persona dicti Nicolai et post receptionem ad vocandum se, quo supra nomine, bene quietum contentum et pacatum et finem quietationem et generalem refutationem et pactum de

f. 36r

ulterius non petendo post receptionem faciendum et ad promictendum quod dicta iura dicte quondam sunt ipsius Nicolai et quod nemini sunt vendita data donata etc. et ad promictendum, si contrarium appareret, de evictione et ad obligandum pro predictis omnibus observandis omnia bona ipsius Nicolai etc. et renumpsiavit omnibus et singulis, renumpsiavit oportunis etc. et generaliter ad omnes suas causas etc. et promisit de rato etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato maii <sup>(b)</sup> P recipientem <sup>(c)</sup> Depennata una terza i finale.

## 25. 1366, marzo 2

Perna vedova di Lello di Ceccarello del rione di S. Angelo, esecutrice testamentaria insieme al fratello Lippo, dell'altro fratello defunto Buonanno *Ricciutoli*, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, rilascia una quietanza allo stesso Lippo *Riciutolus* già del rione Pigna ed ora del rione Campitelli, tutore di Ceccolo, di Andreozio e di Caterina figli pupilli ed eredi del defunto Buonanno, che riceve per sé, per Agapita, coattrice, e per i pupilli, per il pagamento della somma di 250 fiorini d'oro lasciatale da Buonanno nel suo testamento da distribuire, a suffragio della sua anima, secondo la volontà dello scomparso. Il pagamento della somma era stato preventivamente autorizzato da Francesco *de Picaloctis* di Fermo, giudice palatino e collaterale del senatore di Roma, con una deliberazione emessa davanti la chiesa di S. Maria in Araceli nella quale si dava mandato al mercante Cecco di Luzio *de Rogeriis* di versare a Perna i 250 fiorini d'oro depositati presso di lui.

Indictione quarta mense martii die II<sup>o</sup>.

Testes: dominus Iohannes de Ilperinis de regione Montium, Iohannes Lelli Andree de Rubeis de regione Pinee et Cecchus Cioptus de regione Pontis.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Perna uxor olim Lelli Ceccharelli de regione Sancti Angeli, germana soror olim Bonianni Ricciutoli, de regione Pinee, executris testamenti et ultime voluntatis dicti olim Bonianni fratris ipsius, una cum infrascripto Lippo, ut patet manu Iohannis domini Iacobi publici notarii, sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo, remisit Lippo Ricciutolo dudum de regione Pinee et nunc de regione Campitelli, tutore et persone legitime Ceccholi, Andreetii et Catherine pupillorum filiorum et heredum dicti olim Bonianni fratris ipsius Lippi, presentis et recipientis pro se ac vice et nomine domine Agapte coactricis<sup>(a)</sup>, una cum ipso, ipsorum pupillorum et pro ipsis pupillis, et mihi notario, ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine ipsius domine Agapte et ipsorum pupillorum, idest omnia et singula iura actiones iustitias et petitiones que et quas dicta domina Perna nunc habet et in futurum habere posset contra dictos tutores et contra dictos pupillos et in bonis dicti olim Bonianni, pretestu et occasione II<sup>o</sup>L florenorum auri relictorum per dictum olim Bonianni, pro anima sua in dicto suo ultimo testamento, distribuendorum per ipsam dominam Pernam, pro anima ipsius Bonianni, prout sibi videbitur expedire secundum quod in ipso testamento plene constat. Hanc autem refutationem et que dicta sunt, dicta domina Perna prefato Lippo, presenti et recipienti nominibus quibus supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro a Ceccho Lutii de Regoriis<sup>(b)</sup> mercatore, penes quem depositatos fuerunt, de mandato domini Francisci de Picaloctis de Firmo iudicis

f. 36v

palatini et collateralis presentis domini senatoris, dictos II<sup>o</sup>L florenos auri de propria pecunia, que remansit post mortem dicti olim Bonianni in hereditatem dictorum pupillorum, de quibus se bene quietam vocavit etc. et renumpsiavit etc. quos II<sup>o</sup>L florenos auri dicta domina Perna solvere et distribuere promisit pro anima ipsius olim Bonianni, prout et sicut sibi melius visum fuerit secundum tenorem dicti testamenti, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. qui dominus Franciscus iudex predictus, sedens pro tribunali ante ecclesiam Sancte Marie in Araceli, mandavit dicto Ceccho Lutii, presenti et intellgenti quatenus dictos II<sup>o</sup>L florenos auri depositatos penes eum cum dicta occasione det et solvat dicte domine<sup>(c)</sup> Perne distribuendos per eam, ut supradictum est, qui Cecchus Lutii<sup>(d)</sup>, vigore dicti mandati sibi facti, solvit dicte domine Perne dictos II<sup>o</sup>L florenos auri, qui<sup>(e)</sup> depositum fuerit penes eum mandato dicti domini iudicis occasione predicta ipsam dominam Pernam, presentem et recipientem, a dicto Ceccho dictam quantitatem II<sup>o</sup>L florenorum auri, ut supra dictum est, de quibus a dicto Ceccho se bene quietam contentam et pacatam vocavit etc. et renumpsiavit etc.

f. 37r

<sup>(a)</sup> P coactrici <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Depennato Francisce <sup>(d)</sup> Depennato sua <sup>(e)</sup> Corretto il precedente quos.

## 26. 1366, marzo 4

Cecco di Sabatino del rione Pigna vende a Donato di Pietro lanarolo del rione Colonna 100 rubbia di lana carfagnina *cum toto allevo* da consegnare a Roma alla prossima tosatura al prezzo di 44 solidi per ciascun rubbio e riceve un acconto di 25 fiorini d'oro. L'acquirente promette di versare la somma restante al momento della consegna.

Dietro richiesta di Cecco si offre quale suo garante Nicola di Lello di Francesco del rione Pigna.

f. 37 v

Indictione quarta mense martii die quarta.

Testes: Iohannes Liscius, Iacobus Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee et Iacobus mandatarius.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Sabbatini de regione Pinee sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Donato Petri lanarolo de regione Columpne C rubla lane cum toto allevo, de pecunia ipsius Cecchi, carfanginis, quam lanam dictus Cecchus dicto Donato, presenti et recipienti, dare et assignare promisit isto toso<sup>(a)</sup> proxime fututo in Urbe. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus Cecchus eidem Donato, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii XLVIII solidorum provisiorum pro quolibet rublo lane predicte, pro qua tota dicta lana dictus Cecchus presentialiter manualiter recepit et habuit a dicto Donato, pro arris et parte pacamenti totius dicte lane, XXV florenos auri, de quibus etc. et renumptiavit etc. residuum autem totius dicti pretii dictus Donatus dicto Ceccho dare et solvere promisit tempore assignationis dicte lane, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumptiavit etc. et ad hec ad petitionem dicti Cecchi penes dictum Donatum, presentem et recipientem, Nicolaus Lelli Francisci de regione Pinee sponte fideiussit in omnem causam omnium predictorum et renumptiavit etc.

<sup>(a)</sup> Così P.

## 27. 1366, marzo 5

Lippo *Ricciutoli* già del rione Pigna ed ora del rione Campitelli e Agapita vedova di Pietro *de Ciceronibus*, nonna materna, tutrice di Ceccolo, di Andrea e di Vannozia figli pupilli ed eredi del defunto Buonanno *Ricciutoli*, in presenza di Francesco *de Picaloctis* di Fermo, dottore in legge, giudice palatino e collaterale del senatore di Roma, dello stesso notaio Paolo *de Seromanis* e dei testimoni, rilasciano una quietanza a Lorenza figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus*, vedova di Buonanno *Ricciutoli* ed ora moglie di Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis*, relativa alla restituzione dei beni e delle masserizie elencati in un inventario compilato nel periodo in cui ebbe l'incarico di tutrice dei figli del primo marito Buonanno, come risuta dall'atto rogato dal notaio Paolo *de Rogeriis*, ad eccezione di una veste scarlatta, insieme al computo amministrativo sulla tutela.

Il giudice Francesco *de Picaloctis*, che delibera davanti la chiesa di S. Maria in Araceli, conferma l'atto con l'autorità del suo ufficio.

f. 38r

Indictione quarta mense martii die quinto.

Testes: Andreotius de Buccamatiis notarius, Cecchus Lutii de Rogeriis, Iohannes Catinus et Martinus Iohannis Cemini.

In presentia sapientis viri domini Francisci de Picaloctis de Firmo, legum doctoris iudicis palatini et collateralis presentis domini senatoris, et mei notarii et testium etc.

Lippus Ricciutoli dudum de regione Pinee nunc de regione Campitelli et domina Agapta uxor olim Petri de Ciceronibus, avia materna infrascriptorum pupillorum, tutores et persone legitime Ceccholi, Andree et Vannotie pupillorum filiorum et heredum quondam Bonianni Ricciutoli, tutorio nomine ipsorum pupillorum et pro eis, et omnimodo et iure quibus melius fieri potest et debet, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, renumptiaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt domine Laurentie filie olim Petri de Ciceronibus olim uxori dicti olim Bonianni Ricciutoli et nunc uxori Guilielmi filii olim Petri Andree de Rubeis, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias

f. 38v

et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecara seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere sperat tam tutorio nomine quibus supra quam etiam ipse Lippus, ut executor testamenti et ultime voluntatis dicti olim Bonianni, contra et adversus<sup>(a)</sup> ipsam dominam Laurentiam et bona sua, pretestu et occasione omnium et singulorum bonorum et rerum contentorum<sup>(b)</sup> inventario facto per ipsam dominam tempore quo fuit tutris supradictorum pupillorum, scripto manu Pauli de Rogeriis publici notarii, rauba autem de scarleto dumtaxat excepta et quod in presente refutatione non veniat eo quia remansit impendentem. Hanc autem refutationem et que dicta sunt predicti Lippus et domina Agapta, tutores predicti, tutorio nomine quibus supra, et dictus Lippus, ut executor omnimodo et iure quibus melius fieri potest, eidem domine Laurentie, presenti et recipienti ut supra, fecerunt pro eo quod confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese, pro dictis pupillis, recepisse et habuisse a dicta domina Laurentia omnes et singulas res,

f. 39r bona et massaritias in dicto inventario per eam confecta, tempore sue acceptationis tutele, scripto contento et annotato, dicta rauba de scarleto dumtaxat excepta, nec non integraliter calculum rationis aministracionis ipsius domine Laurentie, quas omnes supradictas res confessi sunt penes se habere et tenere, de quibus omnibus et singulis supradictis se, tutorio nomine quibus supra, bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. ad que quidem omnia et singula suprascripta nobilis et sapiens vir dominus Franciscus de Pisaloctis de Firmo, legum doctor iudex palatinus et collateralis presentis domini senatoris, sedens ante ecclesiam Sancte Marie de Araceli suam et dicti sui officii auctoritate interposuit et decretum.

<sup>(a)</sup> Depennato “heredes et bonorum possessiones iure” <sup>(b)</sup> Omesso in.

28.

1366, marzo 5

Lorenza figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus* vedova di Buonanno *Ricciutoli* ed ora moglie di Guglielmo figlio di Pietro di Andree *de Rubeis* del rione Pigna, con il consenso del marito, rilascia una quietanza a Lippo *Ricciutoli* e ad Agapita vedova di Pietro *de Ciceronibus*, tutori ....

Eodem mense, indictione et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Laurentia filia olim Petri de Ciceronibus uxor olim Bonianni Ricciutoli et nunc uxor Guilielmi filii olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, cum consensu et voluntate dicti Guilielmi viri sui, que domina Laurentia primo renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum palaferorum guarnimentorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti, de ipso per me notarium primo certiorata, quid sit et quid dicat, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Lippo Ricciutoli et domine Agapte uxori olim Petri de Ciceronibus, presenti et recipienti in tutoribus

\*\*\*<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> L'annotazione del formulario dell'atto è stato interrotto: segue il f. 39v bianco.

f. 39v

29.

1366, marzo 6

Buzio di Giubileo del rione Trevi ed il figlio Petruzio, con il consenso del padre, nominano loro procuratori Andreozio di Lello di Angelo di Biagio, Matericata *Oculi* e Nannolo figlio del defunto Giovanni *Oculi* del rione Trevi per stipulare un atto di pace e di sicurezza perpetua o temporanea con il notaio Saba del maestro Paolo del rione Trevi, con Cecco suo fratello, con Cola di Giovanni *Sciarre* del rione Colonna e con Giovanni *de Scangialemosinis* del rione Campo Marzio, o con un loro procuratore, e di rimettere le ingiurie e le offese arretrate reciprocamente sia con le parole che con i fatti. I procuratori sono invitati a ricevere, a loro volta, un analogo impegno dalla parte avversa e, per la conservazione della pace, le parti debbono impegnare tutti i loro beni mobili ed immobili e, in caso di inadempienza, debbono sottostare ad una pena di 1000 libbre di provisini del senato.

I mandanti promettono infine di ratificare l'operato dei loro procuratori.

f. 40r

Indictione quarta mense martii die VI<sup>o</sup>.

Testes: Cecchus filius olim Cecchi Sassi et Eunufrius de Tyneosis de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Bucius Iubillei de regione Trivii et Petrutius eius filius, cum consensu et voluntate dicti Bucii patris sui, qui Petrutius iuravit etc. ambo ipsi et quilibet ipsorum eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt eorum et cuiuslibet ipsorum veros legitimos et generales procuratores actores factores negotiorum gestores et numptios speciales seu quocumque alio nomine melius dici et censeri potest a iure, videlicet Andreotium Lelli Angeli Blaxii de regione Trivi, Matericatam Oculi et Nannolum filium olim Iohannis Oculi de regione Trivii et quemlibet ipsorum licet absentes tamquam presentes, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad dandum redendum et prestandum pacem et securitatem perpetuam vel ad tempus cum ydoneis fideiussoribus vel sine Sabbe magistri Pauli notario de regione Trivii, Ceccho eius frati, Cole Iohannis Sciarre de regione Columpne, domino Iohanni<sup>(a)</sup> de Scangialemosinis de regione Campimartis et cuilibet ipsorum vel eorum seu alterius ipsorum procuratores

f. 40v

pro eis vel altero ipsorum recipientes pro eis vel altero, nomine, et pro eis ad remictendum, nomine ipsorum patris et filii et cuiuslibet ipsorum, dictis supra nominatis, vel alteri ipsorum et cuiuslibet ipsorum vel eos seu alterius eorum procuratori pro eis vel altero ipsorum recipientibus<sup>(b)</sup> omnem iniuriam et offensam factam et illatam per ipsos supra nominatos vel alterum ipsorum in persona seu rebus ipsorum constituentium vel alterius ipsorum dicto facto seu opere usque in presentem diem et similem pacem et securitatem ac remissionem recipiendam ab eis et quolibet ipsorum seu alterius eorum vel eorum procuratore pro eis ad hec

legitime constituente et ad promictendum, nominibus quibus supra, de non offendendo nec offendi faciendo perpetuo in persona vel bonis ipsos<sup>(c)</sup> Sabbam et Cecchum, Nicolaum et dominum Iohannem et quemlibet ipsorum seu alterium ipsorum in persona vel bonis perpetuo sub obligatione bonorum ipsius Bucii et Petrutii, eius filii, mobilia et immobilia presentia et futura et pena mille librarum provisinorum aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti offense et similem promissionem cum adiectione pene<sup>(d)</sup> recipiendum ab ipsis supra nominatis et quolibet ipsorum seu alterius eorumdem vel ab eorum seu alterius procuratori pro eis et ad obligandum pro predictis omnibus et singulis observandis et plenarie adimplendis omnia et singula bona ipsorum

f. 41r patris et filii et ad dampnum pro predictis ydoneos fideiussores et renumpiaverunt capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis et similem obligationem recipiendam et fideiusserunt et renumpiaverunt, nomine ipsorum et pro eis, ab ipsis supra nominatis et quolibet ipsorum seu alium eorumdem vel eorum procuratorem pro eis seu altero ipsorum. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda procuranda et exercenda, que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum essent necessaria et oportuna et que ipsimet constituentes facere possent, si personaliter interessent, promictentes se ratum gratum dictos eorum procuratores seu altero ipsorum actum factum gestum et procuratum fuerit, in predictis seu aliquo predictorum sub obligatione bonorum ipsorum patris et filii et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

(a) P “Iohannis” (b) Depennato “pacem sec.” (c) Depennato a (d) Così P, ma intendasi “dandum”.

30.

1366, marzo 7

Egidio figlio del defunto Sollacio detto *Ienca*, sarto, eletto arbitro da Luzio *Ciccha* e da Giacomo di Benedetto detto *Rubeus*, tessitore del rione Pigna, per risolvere la controversia ed il litigio intervenuto tra le due parti. L'arbitro, seduto su un podio per un giudizio, delibera che Giacomo debba recarsi presso la chiesa di S. Biagio *de Olivis* con un bastone in mano datogli dallo stesso arbitro e lo offrirà a Luzio, presente presso la chiesa, al quale chiederà in ginocchio umilmente perdono: Luzio lo percuoterà una volta sulle spalle senza ferirlo. Dopo questo gesto riparatore saranno rimesse le colpe e sarà ripristinata la pace tra le due parti. L'arbitro si riserva di indicare il giorno della cerimonia riparatrice.

Indictione quarta mense martii die<sup>(a)</sup> VII<sup>o</sup>.

Testes: Santus Neri, Palellus calsolarius et Iannelle sutor de regione Pinee.

f. 41v In presentia mei notarii etc. Egidius filius olim Sollacii dictus alias Iencha sutor arbiter arbitrator et amicabile compositor electus et ordinatus inter Lutium Ciccham, ex una parte, et Iacobum Benedicti de regione Pinee dictum alias Rubeum tessitorem, ex alia, de omni et super omni lite discordia et questione ac briga que fuit et est inter ipsas partes per viam arbitrationis respicientem, pro bono pacis et concordie ipsarum partium, sedente pro tribunali in podio, arbitramus precipimus et mandamus hoc nostro arbitrio firmo manente, quatenus ad penam in dicto compromisso contentam quod dictus Rubeus veniat et venire debeat in ecclesia Sancti Blaxii de Olivis cum quodam baculo in manu dandum sibi per ipsum Egidium, ubi tunc dictus Lutius stabit, dicendo hec verba “Lucco ben si trovato, Dio te da vita, ecco lo caccone, se cosa avessi facto che non devessi, pilgia de mi quella menda che te piace” cum genis flexibus coram ipso et liceat ipsi Lutio cum dicto baculo ipsum Iacobum semel percutere in spatulis sine sanguine et hiis adimpletis fiat pax et remissio inter eos, diem autem pacis fiendi nostro arbitrio reservamus etc.

(a) Depennato “primo”.

31.

1366, marzo 13

Maria moglie di Bartolomeo già di Perugia ed ora del rione Pigna, con il consenso del marito, nomina suo procuratore Giacomo di Lello di Angelo di Biagio del rione Pigna per tutte le sue cause, promette di esonerarlo da ogni obbligo e di ratificare il suo operato.

f. 42r Indictione quarta mense martii die XIII.

Testes: Andreas Vanni et Paulus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Maria uxor Bartholomei dudum de Perusio nunc de regione Pinee, cum consensu et voluntate dicti Bartholomei mariti sui, presentis et consensientis, sponte fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem et numptium speciale discretum virum Iacobum Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee, presentem et recipientem, ad omnes et singulas suas causas lites et questiones, que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra omnes personas universitates et loca et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore ad agendum petendum etc. promictens dictum suum procuratorem relevare ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo, promisit mihi notario ut publice persone

recipenti et stipulanti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse posset in futurum se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratore actum factum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsius etc.

32.

1366, marzo 17

Savino di Cecco del rione Colonna riceve in deposito da Egidio di Sollacio detto *Ienca* del rione Pigna, sarto, la somma di 2 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 42v

Indictione quarta mense martii die XVII.

Testes: Rossellus de castro Viturchiani et Angelus Raymundi de regione Pontis.

In presentia mei notarii et testium etc. Savinus Cecchi de regione Columpne sua bona voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum recepisse et habuisse habere et tenere ab Egidio Sollacii dicto alias Ienca de regione Pinee sutore, presente et recipiente, duos florenos auri, quos confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. quos tenere et salvos facere promisit ad omne ipsius rescicum periculum fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Egidio redere et restituere promisit ad omnem ipsius petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia et coram quocumque iudice etc. renumpsiavit in predictis ferris et diebus feriatis etc. et renumpsiavit etc.

33.

1366, marzo 18

Buzio di Giubileo del rione Trevi vende a Luca *Palecti* calzolaio già del rione Colonna ed ora del rione Pigna i diritti che vanta sui beni di Natolo *Cesari* del rione Colonna, in relazione alle spese da lui sostenute nella curia del Campidoglio e a quella del capitano a causa di un'azione giudiziaria intentata dallo stesso Natolo e di altre accuse contenute negli atti del notaio dei malefici Luzio al prezzo di 25 fiorini d'oro.

f. 43r

Indictione quarta mense martii die XVIII.

Testes: presbiter Petrus della Celsa, Iohannes della Celsa et Andreotius Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Bucius Iubillei de regione Trivii sua bona propria et spontanea voluntate<sup>(a)</sup>, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Luce Palecti calsolario dudum de regione Columpne et nunc de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et qua nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra et adversus Natolum Cesari de regione Columpne et bona sua, pretestu et occasione quarumcumque expensarum factarum per ipsum Bucium in curia Campitolii et domini capitanei, occasione et pretestu accusatione istituta per ipsum Natolum contra ipsum Bucium in curia Campitolii, de mandato, ut dicebatur, facto per ipsum Bucium Petrutio filio, ut procuratore, ipsum Natolum

f. 43v

rati abitione et de aliis in accusa contentis, ut patet per acta Lutii notarii maleficiorum et generaliter de omni eo quod ipsi Natolo petere posset usque in presentem diem occasione dictarum expensarum. Hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Bucius dicto Luce, presenti et recipienti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii XXV florenorum auri, quos confessus fuit se recepisse et habuisse a dicto Luca et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum dictorum florenorum et pretii predicti, exceptioni doli mali metu et in factum conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis etc. et promisit dictus Bucius dicto Luce, presenti et recipienti ut supra, quod dicta iura sunt ipsius Bucii et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato d.

34.

1366, marzo 18

Luca *Palecti* calzolaio già del rione Colonna ed ora del rione Pigna nomina suoi procuratori Pietro di Giovanni *Ciole*, Giacomo di Gentile e Nuzio *de Bulgaminis*, i notai romani Giacobello di Lello di Angelo di Biagio e Giovanni di Giacomo per tutte le sue cause, promette di esonerarli da ogni obbligo e di ratificare il loro operato.

f. 44r

Eodem anno, mense et die et coram supradictis testibus.



In presentia mei notarii et testium etc. Lucas Palecti calsolarius dudum de regione Columpne et nunc de regione Pinee ac die presente, sua bona voluntate, fecit constituit creavit et ordinavit suos veros legitimos et generales<sup>(a)</sup> procuratores actores factores et numptios speciales seu quocumque alio nomine melius dici potest, videlicet discretos viros Petrum Iohannis Ciole, Iacobum Gentilis et Nucium de Bulgaminis, Iacobellum Lelli Angeli Blaxii et Iohannem domini Iacobi notarios de Urbe et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finiri ad omnes suas causas etc. promictens dictos suos procuratores et quemlibet ipsorum relevare ab omni onere satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo, promisit mihi notario ut publice persone recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum et sese ratum gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per dictos suos procuratores factum fuerit, sub obligatione bona ipsius etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P generale.

35.

1366, marzo 22

Lorenzo *Peccioli* carpentiere del rione Pigna riconosce che al tempo del matrimonio contratto con la moglie Caterina, figlia del defunto Cinzio di Pietro *Lamandi* detto Cinzio *Campangiani* non fu stipulato alcun atto dotale e poiché vuole che la moglie non rimanga senza dote, obbliga nei confronti di Caterina, in cambio della dote già da lui ricevuta di 150 libbre di provisini del senato, tutte le terre che possiede nel *castrum* di Pozzaglia ed una casa con pianoterra e in parte con solaro situata nel rione Pigna.

La dote è concessa alle seguenti condizioni: nel caso di premorienza di Caterina, senza che alcun figlio sia sopravvissuto, allora l'intera dote sarà devoluta al marito; nel caso di premorienza di Lorenzo, in presenza dei figli sopravvissuti, allora Caterina potrà rivendicare la dote di 150 libbre di provisini del senato dai beni obbligati dal marito.

Inoltre la donazione delle nozze è stata omessa per volontà delle parti.

f. 44v

Indictione quarta mense martii die XXII<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Bucii Iohannis Rubei, Iohannes Lelli Andree Rubei, Petrus Alesantri et Bartholomeus Petri de Piperno de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Laurentius Peccioli carpentarius de regione Pinee, volens recognoscere bona fide quod tempore contracti matrimonii inter ipsum et Catherinam, uxorem suam, filiam olim dicti Cincii Petri Lamandi dicti alias Cincii Campangiani, non fuit factum aliquod istrumentum dotale inter ipsos et si factum fuisset quod non credit non reperitur, idcirco volens quod dictam suam uxorem non remaneat indotata, sua bona propria et spontanea voluntate, post contractum matrimoni inter eos, obligavit et pignore et loco dotalis posuit supradicte Catherine uxori sue, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, omnes et singulas suas terras, quas ipse Laurentius habet in tenimento castrum Putealee, inter hos fines, ab uno latere tenet<sup>(a)</sup> Petia de ferro, ab alio est via publica, a duobus lateribus tenet Odo Pelle. Item unam domum terrineam

f. 45r

et pro parte solaratam salvo iure proprietatis, positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Bonianni Riciutoli, ab alio Lellus Bucii Iohannis Rubei, ante est via publica vel si qui sunt ad predicta plures vel veriores confines antiqui vel moderni cum omnibus et singulis earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et generaliter et specialiter omnia alia et singula bona sua mobilia et immobilia presentia et futura que nunc habet et in futurum aquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt. Hoc autem pignus et obligatio et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur dictus Laurentius dicte Catherine uxori sue, presenti et recipienti ut supra fecit pro eo et ex eo quod confessus fuit et in veritate recognovit se recepisse et abuisse<sup>(b)</sup> tempore contracti dicti matrimonii inter eos<sup>(c)</sup> pro dote et nomine dotis ipsius Catherine CL librarum provisinorum senatus, de quibus tunc et nunc se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus quod si contingat ipsam Catherinam premori dicto Laurentio, futuro viro suo<sup>(d)</sup>, sine communibus filiis ex<sup>(e)</sup>

f. 45v

eis remanentibus, quod tunc dicta dox, ut supradictum est, ad ipsum Laurentium libere et sine diminutione aliqua libere revertatur; si vero contingat ipsum Laurentium premori dicte Catherine, future uxori sue<sup>(f)</sup>, sine filiis tamen cum<sup>(g)</sup> filiis ex eis natis<sup>(h)</sup> remanentibus, quod dicta Catherina habeat et petere possit dictam dotem, videlicet dictas CL libras provisinorum senatus in bonis predictis superius obligatis et ipsa bona libere capere tenere possidere uti frui vendere donare obligare et de eis facere quicquid sibi perpetuo placuerit donec de dicta dote, videlicet de dictis CL libris provisinorum fuerit integre satisfacta, donatio propter nuptias penitus quiescentem de ipsarum partium voluntate et quia sic actum et conventum fuit inter ipsos, ut supra est expressum. Et promisit insuper dictus Laurentius dicte Catherine, presenti et recipienti ut supra dictum est, quod dicta bona superius obligata, ut supradictum est, sunt ipsius Laurentii obligantem et ad eum spectant et pertinent peno iure et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “tente” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Depennato C <sup>(d)</sup> Il notaio ripete il formulario consueto relativo ai “pacta” prematrimoniali, ma in questo caso si tratta, come è precisato nell’introduzione dell’atto di un matrimonio già celebrato <sup>(e)</sup> Ripetuto “ex” <sup>(f)</sup> Vedi la precedente nota <sup>(a)</sup> <sup>(g)</sup> Come sembra <sup>(h)</sup> Depennato “lib”.

36.

1366, aprile 12

Il nobile Nuzio *Branche* del rione Colonna rilascia una quietanza a Lorenzo di Giovanni *Palombarie* del rione Colonna, presente a nome di Andrea di Oddone *de Palonbaria*, dei sindaci e degli uomini dei *castra* di *Podii Donadei*, di Stazzano e di Moricone, in relazione a 24 rubbia di grano, facenti parte di un quantitativo di 60 rubbia, che Andrea gli doveva per un atto di locazione biennale stipulato da Giacoma vedova di Pietro *Cambronis* del rione Colonna, come risulta dallo strumento rogato dal notaio Pietro di Giovanni *Ciole*, che aveva ceduto a lui i suoi diritti; la cessione era stata seguita da una sentenza e da una diffida emessi contro Andrea e da una disposizione inviata ai suoi vassalli, alla comunità, ai sindaci ed agli uomini dei *castra* già indicati, come risulta dagli atti notarili e da Lorenzo *de Amedeis* scribasenato.

Inoltre Nuzio rilascia una quietanza a Lorenzo, presente a nome di Cecco di Falcone del rione Monti, di Cordesco del rione di S. Angelo e degli altri soci, in relazione ad una scadenza di 24 rubbia di grano e di una certa quantità di denaro, come risulta dall’atto rogato dal notaio Lorenzo di Pietro *scrinari*.

Le quietanze sono state concesse in quanto Nuzio ha ricevuto da Lorenzo per le 24 rubbia di grano e per le spese da lui fatte la somma di 58 fiorini d’oro.

f. 46r

Indictione quarta mense aprilis die XII.

Testes: Laurentius Nicolai Petri scrinari, Iohannes Nicolai Malabrance dictus alias Iohannes Rafanelle et Laurentius Peregrini de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir<sup>(a)</sup> Nucius Branche de regione Columpne ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Laurentio Iohannis Palombarie de regione Columpne, presenti et recipienti pro magnifico viro Andrea domini Oddonis de Palonbaria et omnium quorum interest vel interesse poterit nunc et in futurum, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicti Andree et omnium quorum nunc interest vel interesse poterit in futurum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsum Andream coram scyndicos et homines<sup>(b)</sup> castrorum Podii Donadei, Staçani et Moriconis et personas speciales ipsorum

f. 46v

et dictis L[aurenti]o<sup>(c)</sup> et mihi notario, ut persone publice recipienti pro eis et cuilibet ipsorum tunc, pretestu et occasione XXIII rubrorum grani, de summa et quantitatem LX rubrorum grani, in quibus dictus Andreas dicto Nucio tenebatur et obligatus erat vigore cuiusdam istrumenti locationis facti per dominam Iacobam uxorem quondam Petri Cambronis in regione Columpne dicto Andree, videlicet pro censu et pentione dicte locationis duorum annorum proxime preteritorum, ut de dicta locatione patet manu Petri Iohannis Ciole publici notarii, que iura dicte locationis pervenerant ad ipsum Nucium vigore donationis sibi facte per dictam Iacobam, scripta manu publici notarii, nec non vigore sententie inde secute contra ipsum Andream quam etiam diffidationis facte de dicto Andrea vigore dicte sententie in dicta quantitate<sup>(d)</sup>, quam etiam vigore investmenti et reductionis in possessione inde secuti vigore dicte diffidationis, quam etiam mandato facti<sup>(e)</sup> vassallis dicti Andree nec non communitatibus, scyndacis et hominibus dictorum castrorum de scomorando dictum investmentum et diffidationis secute et facte de dictis vassallis et dictis communitatibus pretestu et occasione dicti mandati, ut patet manu publicorum notariorum et Laurentii de Amedeis scribasenatus. Item simili modo et forma

f. 47r

renumpsiavit et refutavit dictus Nucius dicto Laurentio, presenti et recipienti vice et nomine Cecchi Falconis de regione Montium, Cordeschi de regione Sancti Angeli et aliorum sociorum eorum, quorum nomina pro specificatione sint et esse intelligatur, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti pro eis, idest omnia iura que habet contra eos et quolibet ipsorum, pretestu et occasione cuiusdam termini contentiosi, sponte per eos recepti, continentem quantitatem XXIII rubrorum grani et certas quantitate pecunie, prout in ipso termino scripto manu Laurentii Petri scrinari publici notarii et generaliter de omni eo quod dictus Nucius, predictis omnibus supra nominatis, in supradictis sententiis termino diffidationis mandatis investmentum et aliis iuribus predictis contentis. Hanc autem refutationem et que dicta sunt Nucius prefatus, supra nominatus, et dicto Laurentio, presenti et recipienti pro eis et quolibet ipsorum, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti pro eis, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Laurentio, dante et solvendo de sua pecunia animo repetendi, pro pretio et ex termino dictarum<sup>(f)</sup> XXIII rubrorum grani et, pro expensis factis occasionibus<sup>(g)</sup> omnibus supradictis, LVIII florenos boni et puri auri iusti et legalis ponderis, quos

f. 47v

presentialiter et manualiter receperint<sup>(h)</sup> et habuit in florenis de auro, de quibus se bene quietum contentum pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit dicto Nucius quod omnia supradicta<sup>(i)</sup> iura sunt ipsius Nucii

et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Nicolaus" <sup>(b)</sup> Depennato "dicto" <sup>(c)</sup> Il nome è coperto da una macchia di inchiostro <sup>(d)</sup> Depennato "tunc"  
<sup>(e)</sup> Depennata una s finale <sup>(f)</sup> Depennato L <sup>(g)</sup> P "occasionibus" <sup>(h)</sup> Corretto sul precedente "receperunt" <sup>(i)</sup> Ripetuto "dicto".

37.

1366, aprile 21

Teolo figlio del defunto Tommaso *Canulli* del rione di Via Lata, con il consenso della moglie Mascia, vende a Tuzio di Buzio di Pandolfo del rione Colonna, 4 pezze di vigna, con la corrisposta del quarto da destinare a Saba di Paolo *Cupelle* ed a Canca muratore del rione Colonna, situata fuori della porta Pinciana nella località Vicolo dell'Olmo, al prezzo di 65 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Stefano di Iozio di Pandolfo del rione Colonna per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro richiesta di Teolo si offrono quali garanti Pietro di Paolo *Cicchani* del rione Pigna e Renzo *Ciccatelle* del rione Trevi per la convalida del diritto di proprietà.

Indictione quarta mense aprilis die XXI<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Sancti notarius de regione Columpne, Petrus Paulus Roscolini, Matheolus Cole Quarante de regione Pinee et Matheolus Cole Mei de regione Vie Late.

In presentia mei notarii et testium etc. Theolus filius olim Thome Çanuli de regione Vie Late, cum consensu et voluntate domine Mascie uxoris eius, que domina Mascia primo renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarimentorum relictorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, certiorata primo per me eundem notarium de ipso auxilio quid

f. 48r sit et quid dicat, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Tucio Butii Pandulfi de regione Columpne, presenti ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest quatuor petias vinearum, videlicet terras plus vel minus quanta sunt, ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberas et esemptas ab omni nesu servitutis iure canonis seu census, in quibus habet vites ad quartam redendam Sabas Pauli Cupelle et Canca murator de regione Columpne, positarum extra portam Pincianam in loco qui dicitur viculus dellolmo, inter hos fines, ab uno latere tenet ecclesia Sancte Marie in via Lata, ab alio latere tenet ecclesia Sancte Agapte, ab alio est viculus vecinalis vel si qui etc. cum omnibus eorum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus earumdem et per Stephanum Iotii Pandulfi de regione Columpne, quem dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem seu eius procuratorem pro eo de dictis terris venditis cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiiri voluit et mandavit et donec

f. 48v fuerit investitum et in corporalem possessionem adeptus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, et pro eo tenere et possidere, ad quam possessionem adimplistendum dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictas res venditas propria auctoritate possit intrare tenere possidere etc. et de eis facere quicquid sibi placuerit, dedit etiam quoque cessit et concessit dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, omnia iura nunc competentia et in futurum competitura in dictis rebus venditis contra quascumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat et defendat et in locum ius et privilegium ipsius venditoris succedat nullumque sibi ius in predictis dictus venditor aliquo tempore reservavit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii LXV florenorum auri boni et puri, iusti et legalis ponderis quos LXV florenos auri, pretium

f. 49r dicte vinee, dictus venditor a dicto emptore presentialiter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum non ponderatorum et non electorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti et spes future numerationis et receptionis<sup>(a)</sup> etc. et si plus quod valeret dictus venditor eidem emptori, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, inter vivos et inrevocabiliter donavit<sup>(b)</sup> cessit et concessit et promisit insuper dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, quod dicta iura et dicte terre vendite sunt ipsius emptoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum vel in partem et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus venditor teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et ad hec ad petitionem dicti venditoris penes dictum emptorem, presentem et recipientem ut supra, Petrus Pauli Cicchani de regione Pinee et Rentius

f. 49v Cicatelle de regione Trivii quilibet ipsorum in solidum ad petitionem et instantiam supradicti venditoris et pro eo penes dictum emptorem<sup>(a)</sup>, presentem et recipientem pro se et suis heredibus et successoribus ut dictum est, sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicte terre vendite cum omnibus eorum usibus, ut dictum est, sunt dicti venditoris et ad eum spectant<sup>(b)</sup> et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione de aliis propriis bonis ipsorum prout ipse venditor teneri et obligatus est, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura renumpiantes in predictis<sup>(c)</sup> dicti fideiussores epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et voluerunt pro predictis dicti fideiussores et quilibet ipsorum posse cogi omni tempore etc. et renumpnaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Hanc autem" <sup>(b)</sup> Depennato d <sup>(a)</sup> Corretto sul precedente "dictam empticem" <sup>(b)</sup> P "spenctant" <sup>(c)</sup> P "predicti".

38.

1366, aprile 21

Il defunto Buzio di Pandolfo *de Thedallinis* del rione Colonna aveva lasciato alcuni debiti ed in particolare non aveva fatto fronte ad un legato di 100 fiorini d'oro concesso alla figlia naturale Mascia per la dote e gli ornamenti, come risulta dall'atto rogato dal notaio Nicola di Pietro di Sante; e poiché nell'eredità non erano rimasti denari per soddisfare i debiti, secondo l'affermazione di Tuzio figlio di Buzio, esecutore testamentario, questi vende al prete Antonio, rettore della chiesa dei SS. Cosma e Damiano di Pigna, presente per sè e per i suoi successori e per la cappella di S. Andrea istituita nella chiesa, 4 pezze di vigna, acquistate con il precedente documento con la corrisposta del quarto da destinare a Saba di Paolo *Cupelle* ed a Canca muratore del rione Colonna, situate fuori della porta Pinciana nella località Vicolo dell'Olmo, al prezzo di 90 fiorini d'oro pagato con il denaro della chiesa e con quello della cappella lasciato dalla defunta Marsibilia.

Il venditore nomina suo procuratore Pietro Paolo *Roscolini* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà e promette inoltre di ottenere il consenso della moglie Margherita.

Dietro richiesta di Tuzio si offre quale garante Stefano di Iozio di Pandolfo del rione Colonna per la convalida del diritto di proprietà.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc.

f. 50r Cum in bonis et hereditate quondam Bucii Pandulfi de Thedallinis de regione Columpne remanserint certa debita et specialiter legatum factum per ipsum Bucium Mascie, filie sue naturali, de centum florenis auri pro dote et guarnimentis ipsius, secundum quod patet manu Nicolai domini Petri Sancti, presentis et fidei facientis, et in dicta hereditate non sint floreni auri nec argenti pro satisfatione dicti debiti, secundum quod Tucius filius dicti Bucii asseruit, et tacto manu sacrosanctis scripturis cum effectu iuravit idcirco, pro satisfaciendo dictum debitum, dictus Tucius, filius et heres ac ut executor testamenti et ultime voluntatis dicti olim Bucii patris sui et omnimodo iure modo et forma quibus melius fieri potest et debet, ac die presente sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit presbitero Anthonio rectori ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani de Pinea, presenti et recipienti pro se<sup>(a)</sup> ac vice et nomine aliorum in dicta ecclesia successores et pro cappella Sancti Andree in dicta ecclesia constituta, idest supradictas quatuor petias terrarum in quibus habent vites ad quartam redendam Canca murator et Sabbas Pauli Cupelle de regione Trivii<sup>(b)</sup>, plus vel minus quante sunt

f. 50v cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis, que terre posite sunt extra portam Pincianam in loco qui dicitur viculus dellolmo, inter hos fines, ab uno latere tenet ecclesia Sancte Marie in Via Lata, ab alio latere tenet ecclesia Sancte Agapte, ab alio latere est viculus vecinalis vel si qui aliis sunt ad predicta plures vel veriores confines antiqui vel moderni ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberas et exemptas ab omni nesso servitutis iure canonis sive census et per Petrum Paulum Roscolini, presentem et recipientem, quem dictus Tucius venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem, pro se et quo supra nomine, investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus et in corporalem possessionem inductus dictus venditor, nomine dicti presbiteri et dicte cappelle<sup>(c)</sup>, tenere et possidere constituit et precario recongnovit ad quam possessionem adimplendum dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictas terras venditas propria auctoritate cum omnibus suis usibus, ut dictum est, possit intrare tenere possidere uti frui vendere

f. 51r donare obligare alienare et de eis facere quicquid sibi perpetuo placuerit, dedit etiam quoque cessit et concessit dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, plenam et liberam potestatem et speciale mandatum ut<sup>(d)</sup>, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat<sup>(e)</sup> utatur fruatur experiatur et in locum ipsius venditoris succedat et succedere voluit et mandavit aliquialiter reservavit per directum nec per oblicuum. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus venditor dicto emptori presenti et recipienti, ut supra dictum est, fecit pro pretio et nomine pretii LXXXX florenorum auri, de quibus nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto

emptore, dante et solvente de pecunia dicte ecclesie<sup>(f)</sup> dicte cappelle relicte per olim dominam Marsibiliam uxorem olim Iocçi Sassi et per consequens Palocchi de Pappazuris, LXXX florenos boni et puri auri iusti et legalis ponderis<sup>(g)</sup>, residuos autem X florenos auri dictus venditor confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse pro arris et parte pacamenti

f. 51v dictarum terrarum, de quibus LXXXX florenos auri et pretium dictarum terrarum dictus venditor se bene quietum contentum pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non electorum et non ponderatorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali metu et in factum conditioni indebite ob causa et sine causa et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus tam iuris quam facti quibus contra predicta<sup>(h)</sup> vel aliquod predictorum venire posset dictus venditor renumpiavit et refutavit expresse et ex certa scientia et si plus dicto pretio dicte terre valerent totum illud plus quod valerent dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, ob reverentiam gloriosum martirum Cosme et Damiani et ob amorem et dilectionem quem et quam in eum habet et in futurum habere sperat inter vivos et inrevocabiliter donavit<sup>(i)</sup> cessit et concessit et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, quod dicte terre sunt ipsius venditoris et ad eum spectant

f. 52r et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum vel in partem nec contractum vel quasi contractum cum aliqua alia persona universitate seu loco factus est seu factus apparet in preiudicium presenti contracti et si contrarium aliquo tempore appareret<sup>(j)</sup> voluit dictus venditor teneri de evictione prout iura volunt, promisit insuper dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, in predictis et quolibet predictorum facere consentire dominam Margaritam, uxorem suam, et omnem aliam personam pertinentem et adiacentem ad petitionem et requisitionem dicti emptoris vel suorum in dicta ecclesia successorum ad sensum sapientis ipsius cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ad hec, ad petitionem et instantiam dicti Tucii, venditoris, penes dictum emptorem, presentem et recipientem ut supra, et me notarium ut publicam personam presentem et recipientem ac legitima stipulantem pro dicta ecclesia et capella, Stephanus Iotii Pandulfi de regione<sup>(k)</sup>

f. 52v qui iuravit etc. sua bona voluntate fideiussit et promisit se facturum et curaturum quod dicte terre sunt ipsius<sup>(l)</sup> Tucii venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione et in omnem casum causam et eventum in quibus dictus principalis venditor tenetur et obligatus est, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus venditor et dictus fideiussor eius penes dictum emptorem, presentem et recipientem ut supra, sponte obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine dicti emptoris et dicte ecclesie, tenere et possidere constituerunt et precario recongnoverunt et voluerunt pro predictis dictus<sup>(m)</sup> venditor et dictus fideiussor et quilibet ipsorum posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam diebus feriatis et in omni curia renumpiaverunt in predictis beneficio fori, ferris etc. et omnibus aliis exceptionibus quibus contra facere possent etc.

<sup>(a)</sup> Depennato e aggiunto poi, nell'interlinea superiore, l'espressione che segue fino a nomine <sup>(b)</sup> Nel documento precedente i destinatari della corrisposta, indicati in ordine inverso nel f. 48r, risultano residenti nel rione Colonna <sup>(c)</sup> Depennato "investiri voluit et mandavit" <sup>(d)</sup> Depennato "dictas terras" <sup>(e)</sup> P "redendat" <sup>(f)</sup> Omesso et <sup>(g)</sup> Depennato d <sup>(h)</sup> Ripetuto predicta <sup>(i)</sup> Ripetuto donavit <sup>(j)</sup> P apparet <sup>(k)</sup> Omessa l'indicazione del rione, ma intendasi Columpne come si desume dal precedente documento 38 al f. 48r <sup>(l)</sup> Depennato B <sup>(m)</sup> Depennato "fideiussor et".

### 39.

1366, aprile 12

Cola detto *Fragna* figlio del defunto *Galgioffo* del rione di S. Angelo nomina suo procuratore Giovanni detto *Panegallina* del rione Colonna per tutte le sue cause con Giovanni Paolo carpentiere del rione Ponte, per ricevere da lui una somma di denaro e per rilasciargli la relativa quietanza.

Il delegante promette infine di ratificare l'operato del procuratore.

f. 53r Indictione quarta mense aprilis die XXII.

Testes: Paulus Nardi Granecti et Petrus Pauli Singiorilis de regione Pontis.

In presentia mei notarii et testium etc. Cola dictus alias *Fragna* filius olim *Galgioffi* de regione Sancti Angeli sponte fecit suum procuratorem actorem factorem et numptium specialem Iohannem dictum alias *Panegallina* de regione Columpne, presentem et recipientem, ad omnes et singulas suas causas que et quas habet vel habiturus est cum Iohanne Paulo carpentario de regione Pontis et ad recipiendum ab ipso Iohanne Paulo quamcumque quantitatem pecunie et sibi finem et quietationem faciendum, promictens dictus constituens se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem in predictis et circa predicta actum factum gestum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsius constituentis mobilia et immobilia presentia et futura, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

40. 1366, maggio 9

Andrea di Nuzio di Romano detto *Carleo* del rione Pigna, con la garanzia del notaio Nicola *de Porcariis*, di Nicola *Baracte* del rione Pigna e di Stefano di Riccardo *de Buccamatis* del rione di S. Angelo riceve in deposito da Nuzio *Massaroli* del rione Arenula la somma di 200 libbre di provisini del senato e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 53v

Indictione quarta mense maii die VIII.

Testes: Nucius Petri scrinariii [et]<sup>(a)</sup> Petrutius eius filius, notarios de regione Trivii, Butius Pauli Croppe de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreas Nucii Romani dictus alias Carleo de regione Pinee, ut principalis debitor, Nicolaus de Porcariis notarius, Nicolaus Baracte de regione Pinee et<sup>(b)</sup> Stephanus Riccardi de Buccamatis de regione Sancti Angeli, ut fideiussores ipsius, et quilibet ipsorum in solidum, uno solvente alii liberentur, quilibet ipsorum in solidum eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes sese habere et tenere a Nucio Massaroli de regione Arenule, presente et legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus vel cui se quibus ipse dare et concedere voluerit, idest ducentas libras provisinorum senatus, quas ducentas libras dicti depositi et quilibet ipsorum in solidum a dicto

f. 54r

Nucio confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese recepisse et habuisse et penes sese habere et tenere, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. quas quidem II<sup>c</sup> libras provisinorum dicti depositari et quilibet ipsorum tenere et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum et cuiuslibet ipsorum rescium periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Nucio redere et restituere promiserunt<sup>(c)</sup> ad omnem petitionem et voluntatem ipsius Nucii cum dampnis et expensis ab<sup>(d)</sup> inde in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti principalis et fideiussores et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt penes dictum Nucium, presentem et recipientem ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec nomine dicti Nutii, tenere et possidere constituerunt<sup>(e)</sup> et precario recongnoverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiaverunt in hiis beneficio fori, ferris et ferriatis diebus et omnibus aliis exceptionibus, quibus contra predicta venire possent renumpsiaverunt expresse etc.

<sup>(a)</sup> Omessa la congiunzione in seguito al segno di una graffa sul lato destro del foglio che indica i due personaggi quali residenti nel rione Trevi <sup>(b)</sup> Depennato "Andreas" <sup>(c)</sup> Depennato "hinc" <sup>(d)</sup> Depennato t <sup>(e)</sup> P "contituit".

41.

1366, maggio 10

Lello di Filippino, procuratore di Natolo di Cesario del rione Colonna, come risulta dalla procura rogata dal notaio Giovanni di Nicola Coffi, rilascia una quietanza al notaio Giovanni di Giacomo del rione Pigna, procuratore di Petruzio di Giubileo del rione Trevi, ed ai garanti presentatisi nella camera di Roma, in merito ad una condanna riportata dallo stesso Petruzio, come risulta dagli atti di Lucio notaio dei malefici, dopo aver ottenuto il pagamento della somma di \*\*\*\*\* libbre di provisini del senato.

f. 54v

Indictione quarta mense maii die X<sup>o</sup>.

Testes: Sabas magistri Pauli de regione Columpne, Nicolaus de Porcariis notarius de regione Pinee, Iohannes Amistade notarius de regione Arenule.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Philippini de regione \*\*\*\*\* procurator et persona legitima Natoli Cesarii de regione Columpne, habens ad omnia et singula infrascripta speciale madatum et plenariam<sup>(a)</sup> potestatem, ut patet publico istrumento procurationis scripto manu Iohannis Nicolai Coffi publici notarii, procuratorio nomine ipsius Natoli, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Iohanni domini Iacobi notario de regione Pinee, procuratori et persone legitime Petrucii filii Bucii Iubillei de regione Trivii, presenti et recipienti vice et nomine dicti Petrucii et pro ipso, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Petrucii et pro ipso Petrucio, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expresas ypotecaria seu mistas que et quas nunc dictus Natolus habet et in futurum

f. 55r

habere posset seu sperat contra et adversus ipsum Petrucium et bona sua ac contra et adversus fideiussores datos per ipsum Petrucium in camera Urbis et bona ipsorum fideiussorum, pretestu et occasione cuiusdam condemnationis de ipso Petrucio facte ipsi Natolo secute ex accusa istituta contra ipsum Petrucium per ipsum Natolum, ut patet ex actis Lucii notarii maleficiorum, continentis quantitatem \*\*\*\*\* librarum provisinorum plus vel minus prout in ipsa condemnationis plenius continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Lellus, procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, eidem Iohanni, procuratori predicto presenti et recipienti<sup>(b)</sup>, procuratorio nomine quo supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti

et recipienti vice et nomine dicti Petrucii et pro ipso ac pro dictis fideiussoribus, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Iohanne, dante et solvente pro dicto Petrucio dictas \*\*\*\* libras provisinorum senatus in ipsa quondam contentas, de quibus dictus Lellus, procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutarum et non habitaram dictarum \*\*\*\* librarum provisinorum senatus in dicta quondam contentarum etc. et promisit dictus Lellus, procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, dicto Iohanni, presenti et recipienti nomine quo supra, et mihi notario ut publice persone recipienti pro eis, quod dicta iura dicte condemnationis sunt ipsius Natoli et ad eum spectant et pertinent

f. 55v

pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum vel in partem et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus Lellus, procurator predictus quo supra nomine, teneri de evictione, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Lellus, procurator predictus, nomine quo supra, dicto Iohanni et mihi notario recipienti ut supra, obligavit omnia bona dicti Natoli, cuius procurator est, mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis dictus Lellus, procurator predictus, quo supra nomine, tenere<sup>(c)</sup> et cogi posse omni tempore etiam diebus feriatis, quibus ferris renumpsiavit expresse etc.

<sup>(a)</sup> P “plenaria” <sup>(b)</sup> Depennato “pro” <sup>(c)</sup> Depennato “de evict”.

#### 42. 1366, giugno 24

Pietro di Ventura del rione Monti e Antonio *Fidananzini* del rione Pigna nominano loro arbitri Angelo *Bacchi* del rione Monti e Pietro asinaio del rione Pigna per risolvere la controversia intercorsa tra le due parti a causa di un asino, concesso da Pietro ad Antonio, che era morto in seguito ad una caduta in un pozzo. Gli arbitri ricevono ampio mandato di deliberare ed i richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e, a tal fine, impegnano i loro beni e si sottopongono, in caso di inosservanza, ad una sanzione pecuniaria di 25 libbre di provisini del senato.

Indictione quarta mense iunii die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Bucius Iubillei et Alexius Petrutii Pauli Herrici de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus Venture de regione Montium, ex una parte, et Anthonius Fidananzinii de regione Pinee, ex alia parte, ac die presente sponte compromiserunt et compromissum fecerunt de omni lite discordia et questione vertenti

f. 56r

et que verti posset inter eos, pretestu et occasione cuiusdam somarii, ut asseritur mutuati per ipsum Petrum dicto Anthonio, quem dictus Anthonius asseruit cecidisse in quodam puteo et mortuum fuisse, in discretos viros Angelum Bacchi de regione Montium et Petrum casengus de regione Pinee, absentes tamquam presentes, tamquam in eorum arbitros arbitratores et communes amicos electos et ordinatos inter ipsas partes, dantes et concedentes dicte partes dictis<sup>(a)</sup> eorum arbitris et arbitratoribus plenam et liberam potestatem arbitrandi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de iure, semel et plures, ipsis presentibus et absentibus citatis vel non, una presente et alia absente, prout et sicut eis melius placuerit<sup>(b)</sup>, promictens dicte partes ad alterutrum omne arbitrium seu arbitratum, unum seu plura ex dicto compromisso descendencia ratum et firmum habere et ab ipso non suplicare, nec petere reductionem ad arbitrium boni viri, scilicet ex nunc ipsos eligerunt pro bonis viris sub pena et ad penam XXV librarum provisinorum senatus pro medietate etc. pro quibus omnibus observandis obligaverunt dicte partes omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “dicti” <sup>(b)</sup> Depennato d.

#### 43.

1366, giugno 26

Ceccolello *Cafari* e Simeone di maestro Pietro, entrambi del rione Pigna, stipulano una convenzione: Simone promette di trasportare il mosto con due asini dalla vigna alla casa di Ceccolello, al tempo della vendemmia, al prezzo di 7 solidi di provisini del senato per ciascuna cavallata; Ceccolello dovrà stabilire il giorno della vendemmia e Simeone dovrà recarsi alla vigna una prima volta di sera per preparare la vasca per il mosto e il giorno seguente per prendere il mosto. Qualora l'impegno non dovesse essere mantenuto Ceccolello potrà ricorrere ai vetturali a spese di Simone che incorrerà inoltre in una pena pecuniaria di 10 libbre di provisini del senato.

f. 56v

Indictione quarta mense iunii die XXVI.

Testes: Laurentius Palonbarie et Dominicus Petri de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt conventiones et pacta habita et firmata inter Ceccholellum Cafari de regione Pinee, ex una parte, et Symonem magistri Petri de dicta regione, ex parte altera, videlicet quod dictus Symon promisit et convenit carriare mustum ipsius, presente anno, a vinea ipsius Cecchi ad



domum suam cum duobus somariis pro pretio et nomine pretii VII solidorum per caballatam, videlicet quod dictus Cecchus debeat ipsi Symoni predicere per diem quando voluerit vendemiare et ipse Symon debeat ire de sero semel pro amostatura et die sequente pro musto, quod, si non fecerit liceat ipsi Ceccho recolligere vecturales et pretium eis dare, quod pretium ipse Symon de sua pecunia solvere teneatur ad penam X librarum pro medietate etc. pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpiavit etc.

44.

1366, luglio 10

Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, procuratore di Lorenza figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus* vedova di Buonanno *Ricciutoli* del rione Pigna ed ora moglie dello stesso Guglielmo, presentatosi davanti la porta della sala seconda del Campidoglio e non potendo avere accesso presso il \*\*\*.

f. 57r

Indictione quarta mense iulii die X<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Marronis, Iacobellus Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee et Cecchus de Allis de regione Campitelli.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, procurator et persona legitima domine Laurentie filie olim Petri de Ciceronibus et uxor olim Bonianni Ricciutoli de regione Pinee et nunc uxor ipsius Guilielmi, ante ostium sale secunde palatii Campitolii cum aditus ad magnificus virum \*\*\*<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> L'atto è stato interrotto: segue, in bianco, la metà del foglio inferiore.

45.

1366, luglio 16

Fiore moglie di Giorio taverniere del rione Pigna, con il consenso del marito, fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* e a 6 testimoni, e nomina erede il marito Giorio al quale lascia la dote ed ogni altro bene mobile ed immobile.

Lascia inoltre allo stesso Giorio la casa a pianoterra con solario e magazzino davanti, situata nel rione Pigna, che fu acquistata con il suo denaro durante il loro matrimonio, come risulta dall'atto rogato dal notaio Nicola di Cecco di Martino; in questa casa, a pianoterra, dovrà risiedere Margherita, zia della testatrice, vita natural durante e se essa dovesse opporre un rifiuto Giorio sarà tenuto, con i proventi ricavati dall'affitto della casa e con gli altri redditi della testatrice, a pagare annualmente a Margherita l'affitto di una casa adeguata alle condizioni di lei.

Nomina esecutore testamentario lo stesso marito Giorio.

f. 57v

Indictione quarta mense iulii die XVI.

Testes: Iohannes Vallerani, Petrus Paulus Roscolini, dominus Franciscus Guarcellona, Tucius Iohannis Porcarii, Nicolaus Truccoli et Anthonius calsolarius de regione Pinee omnes.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Flos uxor Giorii tabernarii de regione Pinee, sana quidem corpore mente et conscientia pura, timens future et improvisae mortis periculum, nollens decedere intestata, idcirco constituta coram Paulo de Seromanis notario et testibus supradictis, hunc nuncupativum testamentum, cum consensu et voluntate dicti Giorii viri mei, presentis et consentientis, facere cupio in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo dictum Gorium, virum meum, cui relinquo iure institutionis et pro omni suo iure dotem meam et iura mea dotalia et omnia alia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habeo vel habere possem in futurum contra quascumque personas et loca. Item relinquo et volo quod in domo mea quam emi, costante matrimonio inter nos, de mea propria pecunia, ipso Giorio sic confitente, terrinea et solarata cum statio ante se, posita in

f. 58r

regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Paulus Alisantri, ab alio Rubeus tessitor, ante est via publica, de qua venditione patet manu Nicolai Cecchi Martini publici notarii, habeat et habere debeat sedium et habitationem perpetuam domina Margarita cia mea, toto tempore vite sue, in terrinea, videlicet de supert() post eius vero mortem proprietas ipsius domus et ipsa tota domus ad dictum Gorium libere et pure remaneat, facturum de ea quicquid sibi placuerit, et si ipsa domina Margarita ipsam domum habitare recusaret quoque, quod de fructibus ipsius domus et de aliis bonis meis, ipse Gorius teneatur et debeat anuatim sibi domine Margarite solvere pensionem domus concedentis, secundum qualitatem sue persone et hoc est ultimum meum testamentum etc. executorem huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio constituisco et ordino dictum Gorium, virum meum, cui do plenam potestatem bona mea omnia capiendi etc. cassans irritans et annullans omne aliud testamentum<sup>(a)</sup> seu codicillum per me atenus factum et per quemcumque notarium scriptum et hoc est ultimum eum testamentum quod valere volo et mando tam iure testamenti quam codicilli vel donationis causa mortis et omni alio iure quo melius valere possit et debet etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “per”.

46.

1366, luglio 19

I nobili Ruggero di Lello *de Tosectis* e Angelotto figlio del defunto Andreozio di Normando del rione Colonna ricevono in deposito da Giovanni di Ferrante, canonico di Burgos, del rione di Via Lata la somma di 500 fiorini d'oro e promettono di restituirla a richiesta del depositante.

f. 58v

Indictione quarta mense iulii die XVIIIII.

Testes: Nucius Spene de regione Pinee, Iohannes Carboncelli notarius de regione Columpne, presbiter Silvester rector Sancti Salvatoris in Pesulis de Apothecis.

In presentia mei notarii et testium etc. nobiles viri Rogerius Lelli de Tosectis et Angeloctus filius olim Andreetii Normandi<sup>(a)</sup> de regione Columpne, qui ambo iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere etc. ac die presente, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a venerabile viro domino Iohanne Ferrantis, canonico burgensis, de regione Vie Late, presente et legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse dominus Iohannes dare et concedere voluerit, idest quingentos florenos boni et puri auri iuxti et legalis ponderis, quos V<sup>c</sup> florenos auri presentialiter et manualiter ac numeraliter receperunt et habuerunt in florenis de auro, de quibus

f. 59r

V<sup>c</sup> florenis auri et depositum predictum dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum sese bene quietos contentos pacatos vocaverunt et renumptiaverunt exceptioni non solutorum non habitorum non ponderatorum dictorum V<sup>c</sup> florenorum auri et dicti depositi non habiti et non recepti et spei future numerationis et traditionis, quos quidem V<sup>c</sup> florenos auri et depositum predictum dicti depositarii et quilibet ipsorum tenere et custodire et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum et cuiuslibet ipsorum rescum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii furti et rapinie<sup>(b)</sup> et cuiuslibet alterius casus fortunarum et ipsi domino Iohanni, presenti et legitime stipulanti, redere et restituere promiserunt in florenis de auro et non in alia specie seu re ad omnem ipsius domini Iohannis petitionem et voluntatem cum dampnis omnibus et expensis abinde in antea faciendis<sup>(c)</sup>, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt eidem domino Iohanni, presenti et stipulanti omnia bona ipsorum et cuilibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam diebus feriatis, quibus ferris renumptiaverunt expresse et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore renumptiaverunt in predictis beneficio fori legi cedo bonis epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et generaliter omnibus aliis exceptionibus quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posse renumptiaverunt expresse etc.

<sup>(a)</sup> Depennato una s finale <sup>(b)</sup> Così P e nei casi seguenti <sup>(c)</sup> Depennato “et voluerunt pro predictis dicti fideiussores”.

47.

1366, luglio 19

Il nobile Buzio figlio del defunto Paolo *Capucie de Capoccinis* del rione Pigna riceve in deposito da Giovanni di Ferrante, canonico di Burgos, la somma di 575 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 59v

Indictione quarta mense iulii die XVIIIII<sup>o</sup>.

Testes: Odo quondam Normandi de Thedallinis de regione Columpne et Andreas Iohannecti calsolarius de regione<sup>(a)</sup> Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Bucius filius olim nobilis viri Pauli Capucie de Capoccinis de regione Pinee, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia e singula non venire ratione minoris etatis XXV seu XX annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec<sup>(b)</sup> restitutionem in integrum aliquo tempore petere occasione predicta et infrascripta, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a venerabile viro domino Iohanne Ferrantis, canonico Burgensis, presente et recipiente pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse dominus Iohannes dare et concedere voluerit, idest quingentos<sup>(c)</sup> LXXV florenos boni et puri auri iuxti et legalis ponderis, quas V<sup>c</sup>LXXV florenos auri dictus Butius, in presentia mei notarii et dictorum testium, confessus fuit se a dicto domino Iohanne recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus V<sup>c</sup>LXXV florenis auri et deposito predicto, dictus Bucius se bene quietum

f. 60r

contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum et non ponderatorum dictorum V<sup>c</sup>LXXV florenorum auri et depositi predicti non habiti et non recepti et spei future numerationis et receptionis, quos quidem V<sup>c</sup>LXXV florenos auri dictus Bucius tenere custodire et salvos facere promisit ad omne ipsius rescicum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii exfortiamenti furti rapinie et cuiuslibet alterius casus fortunarum et ipsos V<sup>c</sup>LXXV florenos auri et depositum predictum eidem domino Iohanni dictus Bucius dare et restituere promisit in florenis de auro et non in alia specie ad omnem petitionem et voluntatem ipsius domini Iohannis cum damnis et expensis ac tunc in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Bucius eidem domino Iohanni obligavit et pignore posuit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones et voluit, pro predictis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam ferriatis diebus, renumpiavit in hiis ferriis et diebus ferriatis<sup>(d)</sup> et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram<sup>(e)</sup> quocumque iudice vel auditore renumpiavit in hiis beneficio fori legi cedo bonis epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et generaliter omnibus aliis exceptionibus quibus contra predicta venire posset renumpiavit expresse etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Columpne” <sup>(b)</sup> Ripetuto nec <sup>(c)</sup> Depennato “quinqueginta quinque” <sup>(d)</sup> Depennato “quibus ferris” <sup>(e)</sup> Depennato ipsius.

48.

1366, luglio 20

Mattia figlio di Gregorio *de Marganis* dottore in legge del rione Campitelli, emancipato dal padre come risulta da un atto rogato dal notaio \*\*\*\*\*, possedeva due case a pianoterra sotto le case del nobile Buzio *Capucie de Capoccinis* del rione Pigna e voleva venderle allo stesso Buzio che era disposto ad acquistarle ad un prezzo equo, ma nelle valutazione del compenso si era manifestato un dissenso sicché le due parti nominano loro arbitro Stazio muratore del rione Pigna per risolvere la controversia. L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare, i richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e si sottopongono, in caso di inosservanza, ad una sanzione pecuniaria di 50 libbre di provisini del senato.

Inoltre Matteo promette di vendere a Buzio le due case al prezzo che sarà stabilito dall'arbitro e, a sua volta, Buzio promette di acquistarle entro sei mesi dalla redazione dell'arbitrato.

f. 60v

Indictione quarta mense iulii die XX<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Truccholi calsolarius, Tucius Petri dudum de Ariano nunc de Urbe de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum Mathias filius sapientis viri domini Gregorii de Marganis legum doctoris de regione Campitelli habeat duas domos terrineas sup<sup>tus</sup> domos<sup>(a)</sup> nobilis viri Bucii Capucie de Capoccinis de regione Pinee, inter suos confines, et ipse Mathias vult et paratum se offerit ipsas domos vendere et ipse Bucius vult et paratum se offerre ipsas domos hemere pro pretio condecente et de pretio et conventionem sit aliquis discordia inter eos, idcirco dictus Mathias, qui asserit se emancipatus a dicto suo patre ut patere asserit manu \*\*\*\*\* publici notarii, ex una parte, et dictus Bucius, ex alia parte, qui ambo primo iuraverunt etc. eorum bona voluntate de dicta discordia dicti pretii compromiserunt et compromissum fecerunt in discretum virum Staxi murem de regione Pinee, licet absentem tamquam presentem, tamquam in eorum arbitrum arbitratorem et commune amicum, dantibus et concedentibus dicte partes dicto arbitro et arbitratori plenam licentiam et liberam potestatem arbitrandi

f. 61r

inter ipsas partes de pretio prelibato dictarum domorum alte et basse, de facto et de iure semel vel plures, partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non citatis, una presente et alia absente, una citata et alia non citata, stando sedendo etc. diebus ferriatis vel iuriticis<sup>(b)</sup> etc. promictens dicte partes ad alterutrum omne arbitrium laudum sive mandatum, unum seu plures ex presente compromisso descendencia ratum et firmum habere et ab ipso non appellare suplicare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri, set ipsum ex nunc eligerunt pro bono viro ad penam L librarum provisinorum pro medietate etc. renumpiaverunt in hiis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc. insuper promiserunt dicte partes ad alterutrum, videlicet dictus Mathias dicto Butio ipsas domos vendere pro eo pretio quo dictus Staxi arbitratus fuerit et versa vice ipse Bucius promisit dicto Mathie ipsas domos hemere pro eo pretio quo dictus Staxi arbitratus fuerit, infra dimidii anni spatium, a die lati arbitrii computando, ad penam predictam stipulatam<sup>(c)</sup> et applicandam pro medietatem etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et omni curia etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “ipsius” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> P “stipulantem”.

Martelluzio di Cola *Ocilende* del rione Arenula, padre e amministratore del figlio Cola offre l'opera dello stesso Cola a Pietro Paolo lanaiolo del rione Pigna per un anno per esercitare l'arte della lana al prezzo di 6 fiorini d'oro.

Martelluzio, a nome del figlio, riceve in anticipo 3 fiorini per il prossimo semestre e Pietro Paolo promette di versare la somma restante all'inizio del secondo semestre; a sua volta Martellutius promette a Pietro Paolo che il figlio lo servirà secondo la consuetudine dell'arte della lana e si sottopone, in caso di inosservanza, ad una pena di 10 libbre di provisini del senato.

f. 61v

Indictione quarta mense iulii die XXV.

Testes: Bucius Raytini et Matheolus Cole Quaranta de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Marthellutius Cole Ocilende de regione Arenule, tamquam pater et legitimus aministrator Cole filii sui, ipso Cola presente et volente, ac die presente sponte plativit dictum Colam filium suum cum Petro Paulo lanarolo de regione Pinee, ipso Petro Paulo presentem et recipiente, ad artem lane, hinc ad unum annum proxime futurum, ad omnem usum et consuetudinem artis predictae, pro pretio et nomine pretii VI florenorum auri pro dicto anno, de quibus dictus Marthellutius, nomine dicti filii sui, presentialiter et manualiter recepit et habuit tres florenos auri pro dimidio anno proxime futuro, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. residuum autem dictorum VI florenorum auri, videlicet tres florenos auri dictus Petrus Paulus eidem Marthellutio, predicto suo filio, dare et pacare promisit, finito dicto dimido anno successive, cum dampnis et expensis etc. et ipse Marthellutius promisit dicto Petro Paulo quod ipse Cola, filius suus, dicto anno bene et legaliter sibi serviet secundum consuetudinem dicte artis ad penam X librarum provisinorum, pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

## 50.

1366, agosto3

Giovanni figlio del defunto Giacobello *Gallocie* macellaio del rione Trevi, con il consenso della moglie Angela, vende a Giovanna moglie di Buzio detto *Piccolante* del rione Pigna e della contrada Camigliano 3 pezze di vigneto con la corrisposta del quarto da consegnare al monastero di S. Agnese fuori le mura di Roma, situate fuori della porta Pinciana nella proprietà dello stesso monastero di S. Agnese, con una parte di vasche e di tini e con un canneto al prezzo di 80 fiorini d'oro pagato con il denaro della dote dell'acquirente.

Il venditore nomina suo procuratore Cecone della contrada Camigliano per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà e promette di ottenere il consenso del capitolo del monastero di S. Agnese.

Dietro richiesta di Giovanni si offre quale garante Cecone di Giovanni conciapelli del rione Pigna per la convalida del diritto di proprietà.

f. 62r

Indictione quarta mense augusti die III<sup>o</sup>.

Testes: Alexius Petri Pauli Herrici de regione Trivii, Anthonius Tucii Ubere de regione Pinee et Cola Syniballi de dicta regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes filius olim Iacobelli Gallocie macellarius de regione Trivii, cum consensu et voluntate domine Angele uxoris sue, presentis et consentientis ac renumpiantis omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio iure, si quod petere posset in infrascriptis vineis, quovis colore quesito et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, de ipso auxilio per me eundem notarium primo certiorata, hunc autem consensum dicta domina Angela dicto Iohanni, viro suo, fecit pro eo et ex eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene cautelata de dote sua et iuribus suis dotalibus et aliis suis iuribus quibuscumque in aliis et super aliis bonis dicti Iohanni viri<sup>(a)</sup>, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate<sup>(b)</sup> vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Iohanne uxori Bucii dicti alias Piccolantis de regione Pinee et contrada Camilgiani, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se

f. 62v

suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Iohanna emptris dare et concedere perpetuo voluerit, idest tres petias vinearum, plus vel minus quante sunt, videlicet vites et arbores fructiferas et infructiferas ad quartam redendam monasterio Sancte Agnetis<sup>(c)</sup> extra muros Urbis, cum introitibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis, que vinee posite sunt extra portam<sup>(d)</sup> Pincianam in proprietate monasterii Sancte Agnetis extra Urbis muros, inter hos fines, ab uno latere tenet Paulus Iohannis Carli, ab alio Cecchus Bonianni, ab alio Petrus Cola, ab alio est via publica vel si qui etc. cum partibus vascarum vascalium et tyneorum et cum candeto, dedit etiam quoque cessit et concessit dictus venditor, cum consensu dicte sue uxoris, dicte emptrici, presenti e recipienti ac legitime stipulanti ut supra, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat in dictis vineis et per Cecchonum de contrada Camilgiani, que dictus venditor suum procuratorem

constituit ad investiendum ipsam emptricem de dictis vineis cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluit et mandavit et donec fuerit de dictis vineis investita et in vacuum et corporalem possessionem adeptam constituit se dictus venditor, nomine<sup>(e)</sup>

f. 63r dicte emptricis, tenere et precario possidere, ad quam possessionem adimplendum dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti ut supra, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictas vineas cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis propria auctoritate sine curie proclamatione et suorum iurium lesione possit intrare tenere possidere uti frui fructificare alii vendere, dominium per possessionem in alium transferre et sibi retinere et de eis facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus etiam in rem perpetuo placuerit ipsamque in rem suam procuratricem constituit nullumque sibi ius in predictis aliquo modo reservavit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, presentis et consensientis ac renumpiantis ut supra, dicte emptricis, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, fecit pro pretio et nomine pretii octuaginta florenorum auri, de quibus nunc presentialiter et manualiter recepit et abuit<sup>(f)</sup> a dicta emptrice LX florenos auri in florenis de auro, residuum autem dictarum octuaginta florenorum auri, videlicet XX florenos auri confessus fuit dictus venditor a dicta emptrice se recepisse et habuisse<sup>(g)</sup>, qui quidem floreni et pretium dictarum vinearum sunt dox seu pars dotis dicte domine Iohanne, presente et confitente dicto Bucio viro suo sic verum esse, de quibus<sup>(h)</sup> quidem LXXX florenoris auri pretium dictarum vinearum dictus venditor a dicta emptrice se bene quietum

f. 63v contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non receptorum et non ponderatorum ditorum LXXX florenorum auri et pretii<sup>(i)</sup> dictarum vinearum non vineatarum non habiti et non recepti et spei future numerationis et receptionis quibus contra predicta venire posset renumpiavit expresse. Et promisit insuper dictus venditor dicte emptrici, presenti et recipienti ut supra, quod dicte vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est, sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendite date donate cesse concesse pignorate largo sumpto vocabulo nec contractum vel quasi contractum cum aliqua alia persona factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contracti et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus venditor teneri de evictione prout iura volunt et ipsam emptricem defensare in iudicio et extra iudicium suis sumptibus et expensis et sumere in se iudicium et defensionem ad simplicem requisitionem ipsius etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Iohannis venditoris penes dictam emptricem, presentem et recipientem pro se et quo supra nomine, Cecchonus Iohannis pelliparii de regione Pinee sponte fideiussit et promisit quod dicte vinee sunt dicti venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod

f. 64r nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione et in omnem causam et eventum premissorum prout ipse<sup>(j)</sup> venditor teneri et obligatus est, insuper promisit dictus venditor dicte emptrici in premissis facere consentire capitulum et conventum monasterii Sancte Agnetis predictae ad petitionem et requisitionem dicte emptrici cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus venditor et dictus fideiussor obligaverunt dicte emptrici omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia tam ecclesiastica quam civili etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso "sui" <sup>(b)</sup> Segue una riga sottolineata in segno di cancellazione "renumpiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit": infatti l'espressione si riferisce al formulario della "refutatio" e non a quello della "venditio" <sup>(c)</sup> Depennato d <sup>(d)</sup> Depennato "Domine" <sup>(e)</sup> Ripetuto "nomine" <sup>(f)</sup> Così P <sup>(g)</sup> L'espressione che segue fino ad "esse" è annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(h)</sup> Depennato "se b" <sup>(i)</sup> Corretto sul precedente "pretium" <sup>(j)</sup> Depennato p.

## 51.

1366, agosto 3

Buzio figlio del defunto \*\*\*\*\* detto *Picçolante* conciapelli del rione Pigna e della contrada Camilgiano, con il consenso della moglie Giovanna, contrae una obbligazione nei confronti di Giovanni figlio del defunto Lorenzo di Nardo *Ricci* detto Giovanni Liscio del rione Pigna e della contrada del Collegio dei Britanni, che riceve a nome della figlia Caterina futura sposa di Angelo figlio di Buzio, sulla metà di 3 pezze di vigneto con la corrisposta del quarto, unite all'altra metà del vigneto di Giovanna moglie di Picçolante, situate fuori della porta Pinciana nella proprietà del monastero di S. Agnese fuori delle mura di Roma, con una parte di vasche e di tini.

Inoltre Angelo, con il consenso del padre Buzio, contrae un'obbligazione su tutti i suoi beni mobili ed immobili, in cambio della dote di Caterina di 100 libbre di provisini del senato.

Le parti convengono che se Caterina dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, Buzio ed Angelo restituiranno, entro sei mesi dalla morte della moglie, la dote in denaro contante a Giovanni o ai suoi eredi; se invece Angelo dovesse morire prima della moglie, sia con figli legittimi o senza figli, i

suoi eredi, ed eventualmente quelli di Buzio, entro sei mesi dalla sua morte, dovranno restituire la dote a Giovanni ed a Caterina.

Inoltre Buzio ed Angelo donano per le nozze a Giovanni, che riceve a nome di Caterina, la somma di 50 libbre di provisini del senato alle condizioni consuete a Roma che se Angelo dovesse morire prima della moglie, avendo procreato figli legittimi, allora Caterina godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la morte di lei, sarà devoluta ai figli; se invece Angelo dovesse morire prima della moglie senza aver procreato figli legittimi, allora Caterina diventerà proprietaria della donazione.

Eodem<sup>(a)</sup> anno, indictione, mense et die et coram supradictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Bucius filius olim \*\*\*\*\* dictus alias Piccolante pellarius de regione Pinee et contrada Camilgiani, cum consensu et voluntate domine Iohanne uxoris sue, presentis et consentientis ac renumpiantis omni suo<sup>(b)</sup> dotis donationis propter numptias alimentorum garnimentorum palafernorum et omnia alio suo

f. 64v iure, si quod habere in infrascripta medietate<sup>(c)</sup> infrascriptarum vinearum et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti<sup>(d)</sup> quod est pro mulieribus introductus, certiorata per me notarium de ipso auxilio quid sit et quid dicat, hunc autem consensum fecit dicta domina dicto viro suo et infrascripto Iohanni, recipienti pro se et infrascripta Caterina filia sua, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ea, pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene cautelata de dote sua et iuribus suis dotalibus et aliis quibuscumque iuribus in aliis et super aliis bonis dicti Piccolantis mariti sui, ac die presente sua bona voluntate obligavit et pignore et loco pignoris dotalis posuit Iohanni filio olim Laurentii Nardi Ricii dicto alias Iohanni<sup>(e)</sup> Liscio de regione Pinee et contrada Scole de Brectonis, presenti recipienti ac legitime stipulanti pro se ac vice et nomine Catherine filie sue honeste puelle sponse et in Dei nomine future uxoris<sup>(f)</sup> Angeli, filii ipsius Piccolantis, et mihi notario ut publice persone presenti stipulanti et recipienti vice et nomine dicte Catherine ac ipsius heredum et successorum ac ad ipsorum opus et utilitatem, idest integram medietatem trium petiarum vinearum, plus vel minus quante sunt, scilcet vitum arborum ad quartam redendam cum omnibus usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis ad dictam medietatem dictarum

f. 65r vinearum spectantium et pertinentium, que vinee iunte sunt pro indiviso cum alia medietate domine Iohanne uxoris dicti Piccolantis, que tote vinee posite sunt extra porta Pincianam in proprietate monasterii Sancte Agnetis extra muros Urbis, inter hos fines, ab uno latere tenet ad omnes supradictas vineas Paulus Iohannis Carli, ab alio Cecchus Bonianni, ab alio Petrus Cola, ante est via publica, cum parte vascarum vascalium et tinorum ad dictam medietatem dictarum vinearum spectantium, cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus earum et generaliter et specialiter dictus Angelus, cum consensu<sup>(g)</sup> et voluntate dicti Bucii patris sui, presentis et consentientis obligantis, et pignore et loco pignoris dotalis posuit dicto Iohanni, presenti et recipienti ac legitime stipulanti quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti, nomine quo supra, et ad ipsius opus et utilitatem omnia alia et singula bona ipsius Angeli mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum aquisiturus est dum hoc pignus obligatio dotalis ac matrimonium duraverit inter eos. Hoc

f. 65v autem pignus et obligatio et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur dictus Bucius et Angelus, eius filius, et quilibet ipsorum dicto Iohanni, presenti et recipienti pro se et dicta Catherine, filia sua futura uxore Domino concedente dicti Angeli, e mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicte Catherine suorumque heredum et successorum in perpetuum et ad ipsorum opus et utilitatem fecerunt, pro dote et nomine dotis ipsius Catherine, C libras provisinorum senatus, quas C libras provisinorum dictus Bucius et Angelus a dicto Iohanne, presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt pro dote et nomine dotis dicte Catherine, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt etc. sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam Catherinam premori dicto Angelo, futuro viro suo, sine filiis ex eorum matrimonio legitime natis, tunc in eo casu promiserunt et convenerunt dicti Bucius et Angelus et quilibet ipsorum dicto Iohanni, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, ipsam dotem, videlicet dictas C libras provisinorum senatus in pecunia numerata et non in alia specie, infra dimidii anni spatium, a die ipsius Catherine aliter computando, redere et restituere;

f. 66r si vero contingat ipsum Angelum premori dicte Catherine, future uxoris sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis communiter procreatis, tunc in eo casu voluerunt et mandaverunt dicti Angelus et Bucius et quilibet ipsorum per heredes et successores eorum, ipsi Iohanni et dicte Catherine, filie sue, dictam dotem, videlicet dictus C libras provisinorum senatus in pecunia numerata et non in alia specie, ut supra dictum est, infra dictum spatium dimidii anni, redi restitui voluerunt et mandaverunt; in superfluo autem dicti pignoris dicti Bucius et Angelus et quilibet ipsorum donaverunt propter nuptias dicto Iohanni, presenti et recipienti vice et nomine dicte Catherine, filie sue, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti pro ipsa, L libras provisinorum senatus sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat ipsum Angelum premori dicte Catherine, future uxori sue, cum filiis ex eis legitime procreatis, tunc in eo casu dicta Catherine dicte donationis habeat et habere debeat usufructum toto tempore vite sue, ea vero mortua, ad communes filios libere revertatur; si vero contingat dictum Angelum premori dicte Catherine,

future uxori sue, sine filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc in eo casu dicta Catherina prefatam donationem<sup>(h)</sup> habeat et

f. 66v

habere debeat liberam ad proprietatem ad faciendum de ipsa quicquid sibi perpetuo placuerit, quia sic actum et conventum estitit inter partes predictas; promisit insuper dictus<sup>(i)</sup> Angelus et Bucius et quilibet ipsorum dicto Iohanni, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti pro dicta Catherina suorumque heredibus et successoribus, quod medietas dictorum vinearum sunt ipsius Bucii obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret et ea propter dictus Iohannes a dicta Catherina seu eorum heredes et successores molestarentur in iudicio seu extra, promiserunt ipsos exhonerare et in se ipsos primum, secundum et tertium iudicium sumere contra omnes, volentes ipsos quomodolibet impedire et finaliter si evinceretur in totum vel in partem voluerunt teneri de evictione ad duplum pretii rei evicte etc. et si, ut dictum est, hec omnia firmiter adimpleta fuerit, tunc hec carta sit inefficax vacua et inane alioquin liceat ipsi Iohanni et ipsi Catherine dicta bona superius obligata et alia bona dicti Angeli mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque existentia libere capere apprehendere tenere possidere uti frui obligare vendere donare et de ipsis facere quicquid eis perpetuo placuerit

f. 67r

donec fuerit eisdem de dictis dote et donatione ac de dampnis expensis et interesse integraliter persolutis, pro quibus dampnis et expensis ac interesse stare et credere voluerunt et promiserunt solo simplici sacramento ipsius Catherine et dicti Iohannis suorumque heredum et successorum sine alterius honore probationis iudicis cassatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri etc. pro quibus omnibus et singulis observandis voluerunt posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt ferris beneficio fori epistule divi Adriani etc. pro quibus obligaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato “missum” <sup>(b)</sup> Omesso “iure” <sup>(c)</sup> Depennato “dicto” <sup>(d)</sup> P “consuliti” <sup>(e)</sup> P “Iohannem”  
<sup>(f)</sup> Depennato d <sup>(g)</sup> P “consensum” <sup>(h)</sup> Depennata la s finale della precedente annotazione “donationes” <sup>(i)</sup> Così P al singolare.

52.

1366, agosto 3

Giovanni *Liscius* del rione Pigna riceve in deposito da Angelo figlio di Buzio detto *Picçolante* la somma di 6 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

Indictione quarta mense et die supradictis et coram supradictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Liscius prefatus sponte confessus fuit habere in depositum a dicto Angelo filio dicti Bucii dicti Picçolantis VI florenos auri, quos confessus fuit se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. quos tenere promisit ad omnem ipsius periculum et fortunam et sibi redere et restituere promisit ad omnem ipsius petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit etc.

53.

1366, agosto 3

Caterina vedova di Covello *Sabelle* di Marino era stata lasciata incinta dal marito ed aveva partorito una figlia chiamata Giacobella, priva di un tutore, e si presenta davanti a Pietro di Ascoli, giudice palatino della camera di Roma, convenuto per deliberare nella piazza antistante il palazzo del Campidoglio. Caterina riferisce che la figlia Giacobella non ha un tutore e che, secondo la legge, non può chiederne la tutela in quanto ha una età inferiore ai 25 anni, informa inoltre che intende contrarre un secondo matrimonio: chiede perciò che la tutela sia affidata alla madre Paola, nonna materna di Giacobella.

Il giudice Pietro, con l'autorità del suo ufficio, accoglie la richiesta e nomina Paola tutrice di Giacobella. Il magistrato si rivolge direttamente a Paola, presente al giudizio, alla quale ricorda gli obblighi derivanti dall'assunzione dell'incarico tutelare: la tutrice promette di assolvere il suo mandato, di nominare dei procuratori a difesa dei beni mobili ed immobili della pupilla, di compilare l'inventario dei beni entro i termini giuridici e di presentare alla stessa Giacobella, quando sarà diventata adulta, il resoconto della sua amministrazione.

Comincia intanto a notificare l'inventario dei beni mobili ed immobili, dei debiti e dei crediti e dichiara che tra i beni si trova una vigna, situata nel territorio di Marino ...

Dichiara inoltre che se avrà notizia di altri beni li annoterà nell'inventario, ma non potrà inventariarli finché non ne prenderà possesso.

Dietro richiesta di Paola si offrono quali garanti Nicola *Biancapectorina* marmista e Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna.

Il giudice Pietro convalida infine il proprio mandato.

f. 67v

Eodem anno, mense, indictione et die et coram<sup>(a)</sup> infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium infrascriptorum etc. cum Covellus Sabelle de castro Mareni decesserit, relicta domina Catherina uxore sua pregnante, que post mortem dicti Covelli, viri sui, peperit filiam



nomine<sup>(b)</sup> Iacobellam, nullo relicto tutore, idcirco constituta coram sapiente viro domino Petro de Esculo, iudice palatino et camere Urbis, sedente pro tribunali in platea ante palatium Campitolei, exposuit et narravit quod cum dicta<sup>(c)</sup> Iacobella pupilla, filia sua, et dicti olim<sup>(d)</sup> Covelli, mariti sui, tutorem non habeat per quem per personam res et bona ipsius pupille tueri gubernari valeant et defendi et ipsa domina Catherine sit minor XXV annorum et de iure tutris esse non possit et etiam intendat suis loco et tempore transire ad secunda vota, petiit, cum instantia a dicto domino Petro iudice predicto, dicte<sup>(e)</sup> Iacobelle, filie sue et dicti olim Covelli olim mariti sui, tutricem dari, videlicet dominam Paulam aviam maternam ipsi<sup>(f)</sup> Iacobelle, matrem ipsius domine Catherine, ipsa domina Paula presente, per quam personam res et bona dicte pupille gubernari regi protegi valeant et defendi, qui dominus Petrus, iudes predictus, anuens dicte petitioni et cogn-

f. 68r scens ipsam iuxtam fore et dictam tutelam de iure deberi, dicte domine Paule, tamquam avie materne dicte pupille et magis ascripte in gradu, cum decreto et auctoritate ipsius et dicti sui officii, pro tribunali sedens ut supra, fecit constituit declaravit et ordinavit ac decrevit ipsam dominam Paulam tutricem dicte pupille neptis sue, ipsa domina Paula presente volente et acceptante dictam tutelam et officium tutele predictae, iuxta petitionem dicte domine Catherine matris dicte Iacobelle pupille, dicens dictus iudes dicte domine Paule “Domina Paula esto tutris dicte Iacobelle pupille, necessitate tue filie dicte domine Catherine, filie tue ipsius, quam personam res et bona inde rege protege gubernare et defende universaliter et particulariter aministra et ipsam indefesam nullatenus preterire”, que domina Paula, tutris predicta, promisit dicto iudici et mihi notario ut publice persone, stipulanti et recipienti vice et nomine dicte Catherine pupille et omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, utilia predicta pupilla facere et inutilia pretermictere ipsiusque pupille personam bona et res regere defendere gubernare generaliter et particulariter aministrare et ipsam indefensam nullatenus pretermictere sub obligatione bonorum ipsius domine Paule mobilia et immobilia presentia et<sup>(g)</sup>

f. 68v futura, promisit insuper dicta tutris ad utilitatem dicte pupille facere actores ad lites et de bonis et rebus mobilibus et immobilibus dicte pupille, infra tempus a iure premissis, inventarium facere et tempore finite tutele predictae et ipsa pupilla facta adulta redere ipsi pupille rationem syndicationis<sup>(h)</sup> sue que domina Paula, tutris predicta, sciens se teneri ad inventarii confectionem, premissis signo sancte crucis + de bonis et rebus mobilibus et immobilibus, debitis et credentiis dicte pupille inventarium facere inchoavit. In primis dixit se invenisse in bonis dicte pupille unam vineam positam in territorio castris Mareni, inter hos fines, \*\*\*<sup>(i)</sup>

f. 69r et protestatur quod si aliqua bona ad eius notitiam pervenerint in presente vel alio inventario scribi faciet et annotari et protestatur etiam quod donec de predictis rebus et bonis corporalem possessionem habuerit quod de eis non teneatur redere rationem etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicte domine Paule, tutricis predictae, penes dictum dominum iudicem, et me notarium ut publicam personam presentem et<sup>(j)</sup> vice et nomine dicte pupille et omnium quorum interest vel interesse poterit<sup>(k)</sup> in futurum, Nicolaus dictus alias Biancapeptorina marmorarius et Paulus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee sponte fideiusserunt et voluerunt teneri et obligati esse ad omnia et singula ad que dicta tutris tenentur et obligata est, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti fideiussores obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc. qui dominus Petrus iudes predictus, sedens pro tribunali ut supra in loco predicto, in predictis omnibus et singulis et quolibet predictorum suam et dicti sui officii auctoritatem interposuit et decretum.

(a) Depennato supradictis (b) Depennato Catherinam (c) Depennato Catherine (d) Depennato Laurentii (e) Depennato Catherine (f) Depennato Catherine (g) Ripetuto et (h) P vindicationis (i) I confini e gli eventuali altri beni dell’inventario sono stati omessi ed è stata lasciata in bianco la metà inferiore del foglio: il formulario riprende all’inizio del f. 69r (j) Depennato rec (k) P poteri.

#### 54. 1366, agosto 3

Paola, tutrice della nipote Giacobella, nomina suoi procuratori il notaio Giovanni di Ugolino del rione Parione e Nicola detto *Biancapeptorina* per tutte le cause nell’interesse della pupilla tutelata con l’incarico di consegnare, dopo la conclusione della vertenza, tutti gli strumenti che riusciranno a recuperare.

Dietro preghiera dei procuratori si offre quale garante Paolo *Marronis* nei confronti del giudice Pietro di Ascoli e del notaio Paolo *de Serromanis*.

f. 69v Eodem anno, mense, indictione et die<sup>(a)</sup> et coram dictis testibus.

In presentia supradicti iudicis, mei notarii et testium etc. domina Paula tutris predicta, cum decreto et auctoritate supradicti domini iudicis, presentis, et suam et dicti sui officii decretum et auctoritatem interponentem, sponte ad opus et utilitatem supradicte pupille, fecit constituit creavit et ordinavit actores factores procuratores etc. ad lites Iohannem Ugolini notarium de regione Parionis et supradictum Nicolaum dictum alias Biancapeptorina, presentes et recipientes, et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis et quos unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes et singulas causas dicte pupille etc. qui actores predicti iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis

utilia pro dicta pupilla facere et inutilia pretermictere et ipsam indefensam nullatenus preterire et, tempore finiti litigii, sibi tutrici resignare predicta pupilla omnia et singula istrumenta que ad ipsorum manus pervenerit, pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et ad hec ad preces et instantiam dictorum actorum et cuiuslibet ipsorum penes dictum iudicem et me notarium, recipientibus ut supra, Paulus Marronis de regione Pinee sponte fideiussit in omnem causam et eventum omnium predictorum, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “In”.

55.

1366, agosto 5

Angelo figlio di Buzio detto *Picçolante* e Caterina figlia di Giovanni di Lorenzo di Nardo *Ricii* detto Giovanni *Liscius*, entrambi dello stesso rione Pigna, interrogati dal notaio Paolo *de Serromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Angelo infila l’anello d’oro con pietra preziosa di zaffiro nel dito anulare della mano destra di Caterina, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

f. 70r

Indictione quarta mense augusti die quinto.

Testes: Nicolaus Iohannis Stephani, Bucius dictus alias Picçolante de regione Pinee, Iohannes filius olim Iacobelli Gallocie de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Contractus fuit<sup>(a)</sup> matrimonium, per verba de presenti, inter Angelum filium Picçolantis de regione Pinee, ex una parte, et Catherinam filiam Iohannis Laurentii Nardi Ricii dicti alias Iohannes Liscius de dicta regione Pinee, ex alia, qui Angelus interrogatus per me notarius si volebat pro sua legitima uxore dictam Catherinam filiam dicti Iohannis, qui sponte respondit “Volo”; et versa vice dicta Catherina interrogata si volebat pro suo legitimo marito dictum Angelum filium dicti Picçolantis, que sponte respondit “Volo” et tunc intervenientibus verbis “Quod Deus coniunsit homo non separet” dictus Angelus, cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso çaffiro, arravit ipsam Catherinam, mictendo ipsum anulum in digito anulari ipsius Catherine manus destre etc.

<sup>(d)</sup> Depennato “In”.

56. 1366, agosto 6

Il nobile Paolo di Pietro di Andrea *de Rofredis* del rione Parione rilascia una quietanza al nobile Buzio di Giubileo del rione Trevi ed ai suoi garanti i nobili Andreozio di Lello di Angelo di Biagio e Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna, in relazione ad un atto di deposito di 175 fiorini d’oro, rogato dal notaio Lorenzo di Giacomo di Andrea *de Calcavecchis*, ad una successiva sentenza di 151 fiorini d’oro, rogata dal notaio Cecco *Coccirole*, seguita da una diffida per 121 fiorini d’oro, rogata dal notaio e scribasenato Lorenzo de Amedeis ed infine in relazione alle spese da sostenere per il procedimento giudiziario.

La quietanza è stata concessa in quanto Paolo ha ricevuto la somma di 116 fiorini d’oro ad integrazione di un precedente versamento sia per il deposito che per le spese.

f. 70v

Indictione quarta mense augusti die VI.

Testes: dominus Petrus de Cosciaris legum doctor, Amicus Bellihominis, Symeotius Pauli Hominisdei et Ciocus Cole Nute notarius de regione Parionis.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Paulus Petri domini Andree de Rofredis de regione Parionis ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit nobilibus viris Butio Iubillei de regione Trivii, Andreotio Lelli Angeli Blaxii et Ceccho filio olim Nicolai Marronis de regione Pinee, et cuiuslibet ipsorum presentium et recipientium pro sese ipsis et eorum heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas ipse Paulus nunc contra ipsos Bucium, ut principalem debitorem, et predictos Andreotium et Cecchum, eius fideiussores et quemlibet ipsorum, pretestu et occasione cuiusdam publici istrumenti depositi continentis quantitatem CLXXV florenorum auri, scripti manu Laurentii

f. 71r

Iacobi Andree de Calcavecchis publici<sup>(a)</sup> notarii, sicut vel aliter plus vel minus prout in ipso istrumento depositi, scripto manu dicti notarii dicitur continere. Item pretestu et occasione cuiusdam sententie secute, vigore dicti istrumenti continentis quantitatem centum LI florenorum auri, scripti manu Cecchi Coccirole publici notarii. Item pretestu et occasione cuiusdam diffidationis secute vigore dicte sententie, scripture manu Laurentii de Amedeis publici notarii et scriba sacri senatus continentis quantitatem CXXI<sup>(b)</sup> florenos auri, prout in dictis diffidationis et sententia scripta manu dictorum notariorum plenius<sup>(c)</sup> continetur. Item pretestu et occasione expensarum factarum in dicta causa, dictis occasionibus, per dictum Paulum contra prefatum

Bucium, Andreotium et Cecchum et quemlibet ipsorum et generaliter de omni eo quod dictus Paulus prefato Bucio, Andreotio et Ceccho petere posset occasionibus<sup>(d)</sup> supradictis et qualibet ipsorum usque in presentem diem. Hanc autem refutationem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur prefatus Paulus eisdem

f. 71v

sucessoribus in perpetuum, fecit pro eo quod presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a ipso Bucio centum XVI florenos boni et puri auri, iuxta et legalis ponderis, residuum autem totius dicte quantitatis in dictis deposito, sententia et diffidatione contentis prefatus Paulus a supradictis Butio, Andreotio et Ceccho confessus fuit se recepisse et habuisse ac omnes expensas legitime factas in causis supradictis, de quibus omnibus et singulis et quolibet predictorum prefatus Paulus a dictis Bucio, Andreotio et Ceccho se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum et non ponderatorum dictorum florenorum in dictis deposito, sententia et diffidationis contentis et expensis predictis et spei future numerationis et receptionis etc. et promisit etiam dictus Paulus supradictis Bucio, Andreotio et Ceccho, quod dicta iura dicti depositi, sententie et diffidationis sunt ipsius Pauli et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout<sup>(e)</sup> iura volunt, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. pro quibus voluit posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Corretto sul precedente “CLI” <sup>(b)</sup> Corretto sul precedente “CLI” <sup>(c)</sup> P “plemius” <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> P “pro”.

### 57. 1366, agosto 16

Ritola moglie di Giovanni *de Florentino* del rione Colonna colloca il figlio Giacobello, nato dal primo matrimonio, ad esercitare l'arte di sartoria presso il sarto Egidio *Sollacii* per un anno al prezzo di 4 libbre di provisini del senato.

L'offerente riceve in anticipo 40 solidi di provisini ed Egidio promette di consegnare i restanti 40 solidi dopo 6 mesi. Si conviene inoltre che Giacobello potrà avere 6 giorni liberi per la prossima vendemmia, a sua discrezione, ma finito l'anno dovrà ricuperarli.

f. 72r

Indictione quarta mense augusti<sup>(a)</sup> die XVI.

Testes: Bucius Iubillei et Bucius Capucie.

In presentia mei notarii et \*\*\*<sup>(b)</sup> Ritola uxor Iohannis de Florentino de regione Columpne sponte plativit Iacobellum filium suum ex primo matrimonio, ad artem sartorie cum Egidio Sollacii de regione Pinee sutore, uti solito pro uno anno proxime<sup>(c)</sup> et pro pretio et nomine pretii IIII<sup>or</sup> librarum provisinorum pro dicto anno, de quibus nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit quatragesimo solidos provisinorum, residuos autem XL solidos dictus Egidius dicte domine dare et assignare promisit hinc ad VI menses proxime futuros, liceat tamen ipsi Iacobello istas futuras vendemias posse habere VI dies, pro velle quod suo, quos finitum annum debeat restaurare<sup>(d)</sup> etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “auugusti” <sup>(b)</sup> È stato lasciato in bianco lo spazio di una riga e mezza: la sospensione nel formulario deriva presumibilmente dal fatto che solo in un secondo tempo il notaio ha aggiunto, alla fine della prima riga e nella successiva interlinea, i due testimoni <sup>(c)</sup> Omesso “futuro” <sup>(d)</sup> Così P.

### 58. 1366, agosto 16

Stazio muratore del rione Pigna, eletto arbitro dal nobile Buzio Capucie de Capoccinis del rione Pigna e da Mattia di Gregorio *de Marganis* del rione Campitelli, il quale si impegna anche per la moglie, per dare una valutazione su due case a pianoterra, situate nel rione Pigna, che Mattia intende vendere allo stesso Buzio, come risulta dal compromesso rogato da Paolo *de Seromanis* (ved. doc. 48), seduto su un podio davanti la casa di Lello di Maddaleno, emette l'arbitrato e stabilisce che le due case hanno il valore di 14 fiorini d'oro. Stabilisce inoltre che Mattia per un periodo di tre mesi, deve vendere a richiesta di Buzio le due case al prezzo stabilito ed ottenere il consenso della moglie.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Laurentius Poncelli accimatoris et Anthonius Benedicti calsectarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Stasi murator de regione Pinee, arbiter arbitrator et communis amicus electus et ordinatus inter

f. 72v

nobilem virum Bucius Capucie de Capoccinis de regione Pinee, ex una parte, et Mathiam filium domini Gregorii de Marganis de regione Campitelli, ex alia parte, qui<sup>(a)</sup> Mathias pro domina \*\*\*\*\* uxore sua se et bona principaliter obligavit et promisit de rato, ad extimandum duas domos terrineas, positas in regione Pinee suptrus domibus ipsius Bucii, inter confines earum, et pro quanto pretio ipse Bucius ipsas domos debeat hemere ab ipso Mathias seu dicta eius uxor vendere, prout de compromisso in nos facto et potestate nobis

concessa ab ipsis partibus patet manu Pauli de Sorromanis publici notarii, bene<sup>(b)</sup> nos Stasi arbiter supradictus, sedens pro tribunali ante domum Lelli Madaleni, via arbitrationis respicientem dicimus declaramus ac determinamus dictas domos fuisse et esse valore XIII florenorum auri et non ultra et<sup>(c)</sup> mandamus quod ad penam in dicto compromisso contentam hoc nostro arbitrio firmo manente, quod dictus Mathias, ad petitionem et requisitionem dicti Bucii, infra tres menses tantum, teneatur et debeat ipsi Bucio seu cui ipse Bucius voluerit vende-

f. 73r

re dictas domos seu iura, que habet in eis<sup>(d)</sup>, pro pretio XIII florenorum auri et in hiis facere consentire dictam eius uxorem et omnem personam pertinentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus et ipse Bucius tenere et debeat infra dictum terminum ipsos XIII florenos auri solvere pro dictis domibus, facta sibi venditione de eis, ut supra est expressum, et predicta dicimus et declaramus omni via<sup>(e)</sup> iure et modo quibus melius possumus et debemus, reservata nobis potestate iterum arbitrandi etc.

(a) Depennato p (b) Così sembra (c) Depennato “quod” (d) Corretto sul precedente “eos” (e) P vuia.

59.

1366, agosto 18

Matteolo figlio del defunto Nicola *Quarante* del rione Pigna rilascia una quietanza a Francesco *Frede* lanciere del rione Ponte, in relazione a 15 braccia di panno cappadeciolo, che lo stesso Francesco aveva nella credenza della bottega nella quale il defunto Nicola *Quarante* era in società con Michele *de Barga*. La quietanza é concessa dopo che Matteolo ha ricevuto il pagamento del panno; Francesco, a sua volta, rilascia una analoga quietanza di rinuncia ad ogni rivendicazione futura.

Indictione quarta mense augusti<sup>(f)</sup> die XVIII.

Testes: Bucius Cole tubator et Andreas Iohannecti calsolarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Matheolus filius olim Nicolai Quarante de regione Pinee ac die presente, sua bona voluntate, renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Francischo Frede lanciaro de regione Pontis, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura et actiones etc. que et quas nunc habet et in futurum habere posset contra ipsum, pretestu et occasione XV brachiorum panni cappadeciolo et eius valore, quod dicitur ipsum Franciscum in credentia abuisse<sup>(g)</sup> de apotheca, quam olim Nicolaus Quarante commune faciebat cum Michele de Barga et generaliter de omni eo quod sibi petere posset usque in diem presentem, tam dicta occasione quam quocumque alia. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Matheolus dicto Francischo, presente et recipiente ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit se recepisse et habuisse ab ipso pretium dicti panni et generaliter omne id in quo sibi teneretur usque in diem presentem etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et voluit, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc. versa vice dictus Franciscus fecit refutationem generalem dicto Matheulo, presenti et recipienti, de omni eo quod sibi petere posset usque in diem presentem etc.

f. 73v

(f) P “aAugusti” (g) Così P.

60.

1366, agosto 18

Matteolo figlio del defunto Nicola *Quarante* del rione Pigna e Michele *de Barga* lanaiolo del rione \*\*\*\*\* nominano loro arbitro Pietro di Paolo *Roscolini* lanaiolo del rione Pigna per risolvere la controversia sorta tra le due parti a causa della società per l'arte della lana formata dallo stesso Michele e dal defunto Nicola *Quarante*. L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare ed i richiedenti promettono di osservare l'arbitrato, impegnano i loro beni e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

Il compromesso raggiunto tra le due parti avrà la durata di 6 mesi.

f. 74r

Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. supradictus Matheulus, ex una parte, et Michele de Barga lanarolus de regione \*\*\*\*\* sponte compromiserunt in discretum virum Petrum Paulum Roscolini lanarolum de regione Pinee, presentem et recipientem, tamquam in eorum arbitrum arbitratorem et commune amicum de omni lite et questione que est vel esset inter ipsas partes, pretestu et occasione societatis artis lane iuncte et facte inter ipsum Michelem, ex una parte, et dictum olim Colam Quarante, ex alia parte, et generaliter de omni et super omni eo quod una pars alteri petere posset usque in diem presentem, quovis colore quesito, dantibus et concedentibus predicte partes dicto eorum arbitro et arbitratori plenam et liberam potestatem arbitrandi inter ipsas partes, alte et basse, de facto et de iure, semel et plures, partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non, una citata et alia non etc. promicentes dicte partes omne arbitrium laudum seu mandatum unum seu plura semper ratum et firmum habere et ab ipso non appellare etc. sub pena et ad penam C librarum

provisinorum, pro medietate etc. pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc. duraturum hinc ad VI menses proxime futuros etc.

61.

1366, agosto 20

Lello figlio del defunto Lello *Sassi* del rione Pigna rilascia una quietanza a Francesco *de Guarcellonis* canonico della chiesa di S. Maria *in Cosmedin*, il quale rappresenta Saba e Nuzio figli di Giovanni di Saba del rione Arenula, in relazione ad un quantitativo di 14 rubbia d'orzo che Saba e Nuzio gli dovevano con un atto rogato dal notaio Tuzio *de Lonbardis*.

La quietanza è concessa dopo che Lello ha ricevuto l'orzo da lui richiesto.

f. 74v

Indictione quarta mense augusti<sup>(a)</sup> die XX<sup>o</sup>.

Testes: Bucius Capucie<sup>(b)</sup>, Madalenus mercator et Paulus Andree Bonianni notarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus filius olim Cecchi Sassi de regione Pinee ac die presente sponte renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit domino Francisco de Guarcellonis, canonico ecclesie Sancte Marie in Cosmedin, presenti et recipienti vice et nomine Sabbe et Nucii filiorum Iohannis Sabbe de regione Arenule, et mihi notario tamquam publice persone presenti et stipulanti pro eis, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas nunc ipse Lellus habet et in futurum habere posset seu sperat contra prefatos fratres et quemlibet ipsorum, pretestu et occasione XIII rubrorum ordei in quibus dicti Sabas et Nucius<sup>(c)</sup> eidem Lello apparent obligati vigore cuiusdam publici istrumenti depositi continentis dictam quantitatem, scripti manu Tucii de Lonbardis publici notarii et generaliter omne id et quicquid<sup>(d)</sup> eis petere posset usque in presentem, tam dicta occasione quam quocumque alia usque in presentem diem. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Lellus dicto domino Francisco, presenti et recipienti ut supra, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dictis fratribus dicta XIII rubra ordei et omne id quod ab eis petere posset usque in diem presentem, de quibus etc. et renumpiavit etc. et promisit dictus Lellus dicto domino Francisco, presenti et recipienti ut supra, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti pro eis, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Lellus obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

f. 75r

<sup>(a)</sup> P "auugusti" <sup>(b)</sup> Depennato "Lello" <sup>(c)</sup> P "Nucio" <sup>(d)</sup> Depennato "sibi".

## 62. 1366, agosto 24

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma riunitesi presso la grata del convento ed in particolare la badessa Francesca *de Comitibus* e le monache di S. Eufemia, Lucia, Biagia, Caterina, Agnese, Clara, Petenziana, Marta, Leonarda, Angelica, Amadea e Antonia, per loro e per le monache assenti, nominano loro procuratori il prete Angelo di terra d'Abruzzo, cappellano della chiesa del monastero, e Pietro *Presbiteri Iohannis* del rione S. Maria *in Aquiro* per le loro cause ed in particolare per ricevere la donazione dei beni di Giovanni di Stefano *Rubei* di Velletri e promettono di esonerarli da ogni spesa.

f. 75v

Indictione quarta mense augusti<sup>(a)</sup> die<sup>(b)</sup> XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Stephanus Mei et Nellus Petri de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregate et coadunate simul humiles et venerabiles domine moniales monasterii Sancte Eufemie de Urbe de mandato infrascripte domine abatisse ad gratam ferream dicti monasterii ad sonum campanelle, ut moris est, videlicet humilis et venerabilis domina Francischa de Comitibus humilis abbatissa dicti monasterii, soror Lucia, soror Blaxia, soror Catherina, soror Agnes, soror Clara, soror Petentiana, soror Marta, soror Leonarda, soror Angelica, soror Amadio et soror Anthonia, pro sese ipsis et vice et nomine aliarum monialium absentium a dicta grata ferrea, ipsa domina abbatissa cum consensu et voluntate dictarum dominorum monialium et dicte moniales, de voluntate licentia et mandato dicte domine abatisse, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, earum et cuiuslibet ipsarum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt earum et dicti monasterii veros legitimos et generales scyndicos, procuratores, yconomos seu quocumque alio nomine melius dici potest, videlicet presbiterum Angelum de terre Abruçina cappellanum dicte ecclesie et Petrum Presbiteri Iohannis de regione Sancte Marie in Aquiro, presentes et recipientes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes ipsarum et cuiuslibet ipsarum et dicti monasterii causas lites et questiones, que et quas habent vel habere possent in quacumque curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel

f. 76r

auditore ad agendum petendum etc. nec non ad recipiendum donationem seu quomodolibet cessionem a Iohanne Stephani Rubei de Vellestro de bonis seu parte bonorum ipsius et a quacumque alia persona dicto monasterio seu dicte domine abbatisse pro ipso monasterio aliquid donare seu concedere volentes etc. promicentes ipsos relevare ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo, promiserunt mihi notario ut publice<sup>(c)</sup> recipienti<sup>(d)</sup> vice et nomine quorum interest vel interesse poterit in futurum, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “auggusti” <sup>(b)</sup> Depennato “VII” <sup>(c)</sup> Omesso “persone” <sup>(d)</sup> Ripetuto “recipienti”.

63.

1366, agosto 27

Paolo di Lello *Mancini* fabbro del rione Pigna, emancipato dal padre come risulta dall'atto rogato dal notaio Biagio di Alessio di Giovanni di Paolo *de Rosa*, dà in locazione al fratello Cola per un anno la metà di una casa, situata nel rione Pigna nella contrada Minerva, al prezzo di 3 fiorini d'oro.

Il locatario versa due fiorini e promette di pagare l'altro fiorino quando la casa sarà sistemata; Paolo, a sua volta, promette di pagare la metà delle spese che saranno sostenute per la sistemazione della casa entro 15 giorni ed a non revocare la locazione, nel corso dell'anno, anche si verificasse la venuta del papa o dell'imperatore nel territorio o in Roma.

f. 76v

Indictione quarta mense augusti die XXVII.

Testes: dominus Francischus Guarcellona et Carosus tabernarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus filius Lelli Mancini ferrarius de regione Pinee, emancipatus a dicto patre suo ut patere dicitur manu Blaxii Alexii Iohannis Pauli de Rosa publici notarii, et qui iuravit etc. sponte locavit ad pensionem Cole, frati suo, pro uno anno proxime futuro ab hodie in antea numerando, medietate cuius domus ipsius Pauli, posite in regione Pinee in contrada Minerbe, inter hos fines, ab uno latere tenet quondam Nicolai Guarcellona, a duobus lateribus sunt vie publice et alios fines ad habitandum tenendum et possidendum etc. Hanc autem locationem dictus Paulus<sup>(a)</sup> eidem Nicolao frati suo, presenti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii trium florenorum auri, de quibus nunc presentialiter et manualiter dictus Paulus recepit et habuit a dicto Nicolao, frate suo, duos florenos auri, alium autem florenum unum dictus Cola eidem Paulo dare promisit facto apparatu in domo predicta, quam

f. 77r

dictus Paulus promisit per medium apparare suis sumptibus et expensis hinc ad die proxime futuros, quam locationem dictus Paulus dicto Cole predicto uno anno nullatenus revocare nec quomodolibet impedire etiam si adventum pape aut imperatoris ad partem acideret vel ad Urbem, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “Paulo”.

64.

1366, agosto 27

Perna moglie di Pietro di Paolo calzolaio detto *Cioctus* del rione Pigna, con il consenso del marito, rilascia una quietanza a Renzo di Tuzio di Tebaldo fabbro del rione Pigna in relazione ad un'obbligazione da lui assunta in un atto di deposito dotale, rogato dal notaio Nicola *de Porcariis*.

La quietanza è concessa dopo che Perna ha ricevuto la somma di 12 fiorini d'oro.

Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Palellus calsolarius et Colutia Pauli Talgialonto de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Perna uxor Petri Pauli calsolarii dictus alias Ciocti calsolarii de regione Pinee, que renumpsiavit quantum ad hec omni suo iure dotis donationis propter numptias etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti, de ipso per me eundem notarium primo certiorata, cum consensu et voluntate dicti sui viri, presentis et consentientis, sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Rentio Tutii Theballi ferrario de

f. 77v

regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas, que et quas<sup>(a)</sup> nunc ipsa domina Perna habet et in futurum habere posset contra ipsum Laurentium et bona sua pretestu et occasione XII florenorum auri in quibus ipse Laurentius dicte domine Perne apparet obligatus vigore cuiusdam istrumenti depositi dotalis, scripti manu Nicolai de Porcariis publici notarii, plus vel minus prout in ipso deposito continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicta domina Perna, cum consensu et voluntate dicti sui viri, eidem Laurentio, presenti et recipienti, fecit pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit se a dicto Laurentio dictos XII florenos auri recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit

teneri de evictione et de dampnis expensis et interesse etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “quam”.

65.

1366, agosto 31

Cecco di Giovanni calzolaio del rione campo Marzio colloca il figlio Coluzia presso Egidio *Sollacii* detto *Ienca*, sarto, del rione Pigna per esercitare l'arte di sartoria per due anni; Egidio promette, a sua volta, che gli consentirà di apprendere l'arte e gli donerà una tunica e un guarnello.

f. 78r

Indictione quarta mense augusti<sup>(a)</sup> die ultimo.

Testes: Grabiele murator de regione Trivii, Nucius Petri Bonianni de regione Arenule.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Iohannis calsolarius de regione Campimartis sponte plativit Colutiam, filium suum, Egidio Sollacii dicto alias Ienca sutori de regione Pinee, presenti et recipienti, ad artem sartorie pro duobus annis proxime futuris, ab hodie in antea computando, pro eo quod dictus Egidius promisit sibi adiscere proposse artem predictam et sibi dare, infra dictos duos annos, unam tunicam et unum guarnellum etc.

<sup>(a)</sup> P “auugusti”.

66.

1366, agosto 31

Paolo di Stefanuzio di Giacobello di Domenico notaio del rione Campo Marzio rilascia una quietanza a Giacobello figlio del defunto Cecco di Stazio calzolaio del rione Pigna, presente anche a nome dei garanti Giovanni *Boccafresate* e Sabba *Pucchi* del rione Monti, in relazione ad un atto di deposito rogato dal notaio Giovanni di Nicola *Coffi*.

La quietanza è concessa dopo che Paolo ha ricevuto la somma di 66 fiorini e due terzi d'oro.

Indictione quarta mense augusti<sup>(a)</sup> die ultimo.

Testes: Nucius Lulli, Petrutius Iohannis Pauli de Rosa notarius et Nicolaus Pauli Talgialonto de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus filius Stephanucii Iacobelli Dominici notarius de regione Campimartis, qui iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV seu XX annorum seu

f. 78v

quolibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere, ac die presente sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum<sup>(b)</sup> de ulterius perpetuo non petendo, remisit Iacobello filio olim Cecchi Stati calsolario de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, nec non presenti et recipienti vice et nomine Iohannis Boccafresate et Sabe Pucchi de regione Montium fideiussorum eius eorumque heredum et successores, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti vice et nomine dictorum Iohannis et Sabe eorumque heredum et successorum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas nunc dictus Paulus habet et in futurum habere posset seu sperat contra prefato Iacobellum, Iohannem et Sabam et quemlibet eorum, pretestu et occasione cuiusdam istrumenti depositi continentis quantitatem sessaginta sex florenos auri et duas tertias partes unius floreni auri, scripti manu Iohannis Nicolai Coffi publici notarii, in quo dictus Iacobellus, ut principalis, et

f. 79r

dicti Iohannes et Sabas, ut fideiussores eius<sup>(c)</sup>, dicto Paulo apparent principaliter obligati sicut vel aliter plus vel minus prout in dicto istrumento depositi, scripto manu dicti notarii seu cuiuscumque alterius notarii appareret plenius continere. Hanc autem refutationem renumpsiationem et pactum de ulterius non petendo dictus Paulus prefato Iacobello, presenti et recipienti pro se et nominibus quibus supra, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti pro eis, fecit et abuit<sup>(d)</sup> a dicto Iacobello dictos LXVI florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri in dicto istrumento depositi contentos, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum etc. dictorum florenorum et spei future numerationis etc. et promisit dictus Paulus dicto Iacobello, presenti et recipienti ut supra, et mihi notario ut publice persone recipienti pro eis<sup>(e)</sup>, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt ac de dampnis et expensis in quibus dictus Iacobellus et fideiussores vel eorum heredes et successores seu alterius eorumdem incurrere possint dicta occasione, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Paulus obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.



<sup>(a)</sup> P “auugusti” <sup>(b)</sup> Depennata la seconda p della precedente annotazione “papctum” <sup>(c)</sup> Depennato a <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> Corretto sul precedente “eos”.

67. 1366, agosto 31

Francesca vedova di Renzo di Giacobono del rione Trevi e Giovanni *Scrosce* detto Giovanni *surdus* o Giovanni *povero* del rione Pigna nominano loro procuratori i notai Francesco di Puzio e Pietro di Giovanni *Ciole*, Oddarello di Pietro di Enrico, Lorenzo di Franco e Lippo di Renzo di Pietruzio di Nicola per tutte le cause e promettono di esonerarli da ogni spesa e di ratificare il loro operato.

f. 79v

Eodem die.

Testes: Santurellus tessitor de regione Pinee, Tucius, eius gener, molendinarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Francischa uxor olim Rentii Iacobonis de regione Trivii et Iohannes Scrosce dictus alias Iohannes surdus seu Iohannes pover de regione Pinee, ambo ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt eorum et cuiuslibet ipsorum veros legitimos et generales procuratores actores factores et numptios speciales Franciscum Putii, Petrum Iohannis Ciole notarios, Oddarellum Petri HERRICI, Laurentium Franchi<sup>(a)</sup>, absentes tamquam presentes, et Lippum Rentii Petrucii Nicolai, presentem et recipientem, et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc. promittentes dictos eorum procuratores et quemlibet ipsorum relevare ab omni honore satisfationis de iudicio Sisti et iudicato solvendo, promisit mihi notario ut publice persone stipulanti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum et sese ratum et firmum habere omne et quicquid per dictos eorum procuratores seu alter in ipso acto, factum fuerit sub obligatione bonorum ipsorum, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Lippum”.

68.

1366, settembre 7

Francesca vedova di Nardolo *Golini* marmista già del rione Pigna ed ora del rione Monti, presente per sé e per la figlia Meola da lei tutelata, rilascia una quietanza a Paolo *Taglialongto* figlio del defunto Cola di Graziano in relazione ad una garanzia da lui concessa un tempo, su richiesta del defunto marito Nardolo, insieme a Nicola di maestro Angelo sulla metà di una casa, situata nel rione Pigna, obbligata per la sua dote e per i suoi diritti dotali, inoltre per una botte da lei rivendicata ed infine per un arbitrato emesso tra le due parti dal notaio Paolo *de Seromanis* che le attribuiva 20 libbre di provisini del senato per l'obbligazione e la rivendicazione della botte, come risulta nell'atto rogato dal notaio Francesco di Martino.

La quietanza è concessa dopo che Francesca ha ricevuto la somma di 20 libbre di provisini del senato in fiorini d'oro: promette inoltre, dietro richiesta di Paolo, di ottenere il consenso di Cola di Ciro, marito di Meola, e precisa infine che il rilascio della quietanza non dovrà pregiudicare i diritti nei confronti di Nicola del maestro Angelo.

f. 80r

Indictione quinta mense septembris die VI<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Mathioli, Sabbas flasconarius et Cola Raynonis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Francischa uxor olim Nardoli Golini marmorarii dudum de regione Pinee et nunc de regione Montium, que primo renumpsiavit omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, de ipso auxilio per me eundem notarium primo certiorata, ac die presente sua bona voluntate, tam suo proprio nomine quam tutorio nomine Meule filie sue, pro qua etiam promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Paulo Talgialonto filio olim Cole Gratiani, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas dicta domina, tam suo nomine quam tutorio nomine quo supra, eidem Paulo et in bonis suis nunc habet et in futurum petere posset, tum pretestu et occasione fideiussionis facte per dictum Paulum penes dictam dominam seu alium pro ea recipientem, ad petitionem dicti olim Nardoli de evictione una cum Nicolao magistri Angeli, medietatis cuiusdam domus expresse obligate pro dote et iuribus dotalibus dicte domine Francisce, posite in regione Pinee, inter suos confines, tum etiam pretestu

f. 80v

et occasione cuiusdam vegetis quam dicta domina petebat a dicto Paulo, tum etiam vigore cuiusdam sententie arbitrii seu arbitrati late inter ipsas partes per me Paulum de Seromanis notarium, arbitrum et arbitratores inter eos, continentis in se quantitatem XX librarum provisinorum pro dicta fideiussione et vegete predictis, prout in arbitrio seu laudo scripto manu Francisci Martini plenius continetur. Et generaliter de omni eo quod dicta domina Francisca eidem Paulo et in bonis suis petere posset occasione quacumque, tam suo proprio

nomine quam tutorio nomine dicte sue filie usque in presentem diem. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dicta domina Francisca, tam suo proprio nomine quam nomine quo supra, eidem Paulo presenti et recipienti ut supra, fecit pro eo quod nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Paulo dictis occasionibus quam etiam aliis quibuscumque que ab eo petere possit, nominibus quibus supra, dictas XX libras provisinorum senatus in florenis de auro et pecunia numerata, de quibus post ipsam receptionem dicta domina se bene quietam contentam et pacatam vocavit<sup>(a)</sup>, tam suo nomine quam tutorio nomine quibus supra, et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum dictarum XX librarum provisinorum senatus etc. et promisit quod dicta iura sunt ipsius et dicte sue filie et ad eas spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit dicta

f. 81r

teneri de evictione ac de dampnis expensis et interesse, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et promisit insuper dicta domina Francisca eidem Paulo, presenti et recipienti ut supra<sup>(b)</sup>, in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus et specialiter Colam Ciri virum dicte Meule, filie sue, ad petitionem et requisitionem dicti Pauli vel heredum et successorum ipsius, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta domina obligavit eidem Paulo omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam diebus feriatis<sup>(c)</sup> et in omni curia et coram quocumque iudice renumpsiavit in hiis feriis et diebus feriatis beneficio fori etc. proviso semper quod dicta refutatio in nullo preiudicet dicte domine Francisce et Meule, filie sue, ac iuribus ipsarum in aliis iuribus que habent et petere possunt contra Nicolaus magistri Angeli predictum, bona et iura sua, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “et renumpsiavit e” <sup>(b)</sup> Depennato “quod” <sup>(c)</sup> Corretto sul precedente “ferriatis”.

69.

1366, settembre 10

Giacomo detto *Baffus* di Tivoli nomina suoi procuratori i notai Antonio di Lorenzo *Pocie* del rione di S. Angelo e Angelo di Paolo di Simeone di Tivoli per tutte le sue cause, promette di esonerarli da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il loro operato.

Indictione quinta mense septembris die X<sup>o(a)</sup>.

[Testes]<sup>(a)</sup>: Iohannes Brance de regione Columpne, Iohannes Conte de regione Pinee et Nucius Pauli Romauli de regione Transtiberim.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobus dictus alias Baffus de civitate Tyburis

f. 81v

ac die presente sponte fecit constituit creavit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores et numptios speciales Anthonium Laurentii *Pocie* de regione Sancti Angeli et Angelum Pauli *Symeonis* de Tybure notarios, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes et singulas suas causas lites et questiones, que et quas habet in omni curia etc. promictens dictos suos procuratores relevare ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo promisit mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse possit in futurum et se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem actum factum et procuratum fuerit sub obligatione bona ipsius etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennata con una macchia di inchiostro l'annotazione dei numeri successivi <sup>(a)</sup> Omesso.

70.

1366, settembre 13

Giovanni di Ferrante, canonico di Burgos, rilascia una quietanza ai nobili Ruggero *de Tosectis* del rione Colonna e Angelotto figlio del defunto Andreozio di Normando del rione Trevi, in relazione ad un atto di deposito, rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, dopo aver ricevuto la somma di 500 fiorini d'oro. Giovanni dispone che il deposito sia cancellato dal libro nel quale è stato annotato.

f. 82r

Indictione quinta mense septembris die XIII.

Testes: Stephanus filius olim Andreotii de Normandis de regione Trivii, Iohannes Carboncelli notarius de regione Columpne et Sabbutius Rentii Tucii mandatarius de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> venerabilis vir dominus Iohannes Ferrantis, canonicus Burgensis, ac die presente, sua bona voluntate et proprio suo nomine et non nomine dicte seu alterius ecclesie<sup>(b)</sup>, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit nobilebus viris Rogerio de Tosectis de regione Columpne et Angelotto filio olim Andreotii Normandi de regione Trivii et cuilibet ipsorum, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et eorum heredum et successorum in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu

sperat contra et adversus prefatos Rogerium et Angelectum et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione cuiusdam istrumenti depositi continentis quantitatem V<sup>c</sup> florenorum auri, scripti manu mei eiusdem notarii, in quo quidem depositum predicti Rogerius

f. 82v

et Angeloctus dicto domino Iohanni apparent principaliter obligati. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus dominus Iohannes Ferrantis prefatis Angelocto et Rogerio, presentibus et recipientibus ut supra, fecerunt pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a predictis Rogerio et Angelocto dictos V<sup>c</sup> florenos auri in dicto istrumento depositi contentos, de quibus se bene quietum contentum pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum dicatorum florenorum etc. et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus tam iuris quam facti quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset renumpsiavit expresse et promisit dictus dominus Iohannes prefatis Rogerio et Angelocto et cuilibet ipsorum quod dicta iura dicatorum V<sup>c</sup> florenorum auri sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contarium apparet voluerunt teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse<sup>(c)</sup> cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc. et voluit etiam dictus dominus Iohannes ipsum depositum cancellari de libro in quo scriptum apparet etc.

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio “completum” <sup>(b)</sup> Depennato s <sup>(c)</sup> Depennato “go”.

71.

1366, settembre 13

Il nobile Buzio figlio del defunto Paolo *Capucie de Capoccinis* del rione Pigna, in presenza di Pietro Ascoli, giudice palatino e della camera di Roma, di Giovanni *de Carboncellis*, del notaio Paolo *de Seromanis* e dei testimoni, contrae un'obbligazione dotale nei confronti della nobildonna Angela vedova di Lello di Pietro di Stefano *de Tosectis* del rione Colonna, madre e tutrice della figlia pupilla Caterina, sponsa impegnata e non ancora data in moglie, sul *castrum Turricelle*, con il castello, i vassalli e l'intero tenimento con le terre coltivate ed incolte, i prati, le selve, i monti, le sorgenti e i ruscelli, situato nel distretto di Roma nella provincia di Romangia o dell'abbazia farfense, fuori del ponte Nomentano, confinante con i tenimenti dei *castra* di Monte Gentile, di Mentana e di S. Onesto. Contrae inoltre un'obbligazione sulla quarta parte del tenimento del *castrum* di Mentana, situato egualmente nella provincia di Romangia fuori del ponte Nomentano, confinante con il tenimento del *castrum Turricelle* e del *castrum \*\*\*\*\**, e sulle case, i palazzi ed i casamenti con pianoterra e solario, con sale, camere stalle, recinti e loggie, situate nel rione Pigna.

Buzio dichiara che l'obbligazione è stata da lui concessa poiché ha già ricevuto da Angela, per la dote di Caterina, con il decreto del giudice Pietro di Ascoli, i seguenti beni: la metà del *castrum Prestaballe*, della rocca nel castello, dei palazzi, dei vassalli, del tenimento, delle terre colte ed incolte, dei monti, delle pianure, dei prati, delle selve, dei boschi, delle sorgenti e dei ruscelli, situato nel distretto di Roma nella provincia di Romangia, confinante con i tenimenti dei *castra Prete e Rocce Sollane*; i diritti che Angela e Caterina hanno sul *castrum de Salce*, situato nel territorio di Roma nella stessa provincia di Romangia, così pure i diritti che vantano sul nobile Francesco *de Urciano* del rione Pigna per l'usufrutto da lui percepito e per i danni arrecati arbitrariamente nel *castrum Prestaballe* per i quali è stata emessa una diffida; le case, i palazzi ed i casamenti con pianoterra e solario, con sale, camere, stalle, orti e recinti, dove abitano Angela e Caterina, con diritto di vicinia esercitato con altre persone, situate nel rione Colonna; le case con pianoterra e solario, con torri, orti e casali, con diritto di vicinia, situate nel rione Trevi; infine le case dirute, situate nel rione Colonna. Questi beni dotali sono stati stimati congiuntamente dalle pari contraenti per un valore di 1800 fiorini d'oro.

Le parti convengono che se Caterina dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, Buzio restituirà, entro sei mesi dalla morte della moglie, la dote ad Angela o ai suoi eredi, salvo la metà del *castrum Prestaballe* e del suo tenimento finché non siano rimborsati a Buzio la somma di 500 fiorini d'oro che Angela ha avuto in mutuo, tuttavia se il possesso non dovesse figurare tra i beni di Buzio si potrà rivendicare un compenso di 1300 fiorini d'oro; se invece Buzio dovesse morire prima della moglie, sia con figli legittimi o senza figli, i suoi eredi, entro sei mesi dalla sua morte, dovranno restituire la dote a Caterina, previo il pagamento della somma di 500 fiorini d'oro prestati ad Angela, tuttavia se il possesso non dovesse figurare tra i beni di Buzio, Caterina potrà rivendicare un compenso di 1300 fiorini d'oro. Si conviene infine, tra le parti contraenti, di non dare corso all'assegnazione della donazione per le nozze.

Buzio si impegna inoltre a pagare ad Angela, entro un anno, la somma di 200 fiorini d'oro ed Angela dovrà vendergli le case, le terre ed i casamenti ed in particolare: una casa con pianoterra e solario, situata nel rione Colonna, che già fu di Nicola di Giordano; una casa con pianoterra e solario con torre, situata nel rione Colonna; le terre che Angela possiede nel tenimento del *castrum Scurani*; una casa situata nel *castrum Lipringiani*; un'altra casa che fu di Giacobello di Romano di Giordano, situata nel rione Colonna. Qualora Angela dovesse vendere questi beni, senza ricorrere alla frode, per un importo maggiore di 200 fiorini d'oro, la somma eccedente sarà integrata da Buzio e da Caterina.

Dietro preghiera e richiesta di Buzio si offrono quali garanti Andrea figlio del defunto Nicola di Andrea *de Aniballis*, Cecco di Sabatino, Cecco figlio del defunto Cecco *Sassi* e Lello di Maddaleno mercante del rione

Pigna per la convalida del diritto di proprietà; allo stesso modo dietro preghiera di Angela, tutrice di Caterina, si offrono quali garanti Cecco figlio del defunto Giannetto di Bartolomeo *de Mutis*, Ludovico figlio del defunto Paolo *Muti*, Angelotto figlio del defunto Andreozio di Normando del rione Trevi e Ruggero figlio del defunto Lello *de Tosectis* del rione Colonna per la convalida del diritto di proprietà.

Il giudice Pietro, seduto su di un podio per deliberare nella chiesa di S. Marcello, riconosce che la convenzione é utile per la pupilla Caterina e convalida l'atto con la sua autorità.

f. 83r

Indictione quinta mense septembris die XIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Stephanus filius olim Andreotii Normandi canonicus lateranensis, Sabucius Rentii Tucii Mandi de regione Trivii, Paulus de Surdis de regione Columpne, Ricarducius Surdi de regione Columpne et Andreas Iohannecti de regione Pinee.

In presentia sapientis viri domini Petri de Esculo iudicis palatini et camere Urbis, Iohannis de Carboncellis et mei Pauli notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> nobilis vir Bucius filius olim nobilis viri Pauli Capucie de Capoccinis de regione Pinee, qui iuravit etc. nec restitutionem in integrum aliquo<sup>(b)</sup> tempore petere, sponte obligavit et pignore et loco pignoris dotalis posuit nobili mulieri domine Angele relicte olim nobilis viri Lelli Petri Stephani de Tosectis de regione Columpne, matri tutrici et persone legitime domine Caterine pupille, filie sue et dicti olim Lelli olim viri sui, sponse arrate et non transducte future in Dei nomine uxoris ipsius Bucii, presentis et recipientis, vice et nomine ipsius domine Catherine et ad ipsius domine Catherine opus et utilitatem suorumque heredum et suorum in perpetuum, idest totum integrum castrum Turricelle, ipsius Bucii, cum toto et integro suo castellario iure domini et vassallorum cum toto et<sup>(c)</sup>

f. 83v

integro suo tenimento terris cultis et incultis pratis et pratarinis silvis nemoribus stirpis stirpariis montibus vallibus planis collibus rivis fontibus aquis et aquarum decursibus cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis, quod castrum positum est in districtu<sup>(d)</sup> Urbis in partibus Romangie seu abbacie Farfensis, extra pontem Numentane, inter hos fines, ad totum dictum castrum et eius tenimentum ab uno latere tenet tenimentum castrum Montis Gentilis, ab alio latere tenet tenimentum castrum Numentane, ab alio latere tenet tenimentum castrum Sancti Honesti. Item integram quartam partem tenimenti castrum Numentane cum omnibus iuribus et pertinentiis ad dictam quartam partem spectantibus, iunctam pro indiviso cum aliis tribus quartis partibus dicti castrum, quod totum dictum castrum positum est in dicta provincia extra dictum pontem, inter hos fines, ab uno latere tenet tenimentum castrum Turricelle predictum, ab alio latere tenet tenimentum castrum \*\*\*\* vel si qui etc. Item omnes et singulas domos, palatia et accasamenta terrineas et solaratas, cum salis cameris stabulis reclusis loviis et cum omnibus ipsarum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis, positi in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet

f. 84r

Paulus de Serromanis, ab omnibus aliis lateribus sunt vie publice et generaliter omnia alia et singula bona ipsius Bucii mobilia et immobilia presentia et futura, que nunc habet et in futurum adquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt. Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula que in hoc instrumento continentur prefatus Bucius eidem domine Angele, presenti et recipienti quo supra nomine, et nobis notario ut publicis personis presentibus et stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicte domine Catherine et ad ipsius opus et utilitatem ac heredum et suorum ipsius in perpetuum, fecit pro eo quod recepit a dicta domina Angela cum decreto et auctoritate sapientis viri domini Petri de Esculo, iudicis palatini et camere Urbis et suum et dicti sui officii decretum et auctoritate interponente, dante et assignante pro iam dicta domina Catherine, filia sua, integram medietatem totius castrum Pretaballe, cum media arcis castellarii, palatiorum iure domini vassallorum totius tenimenti terrarum cultorum et incultorum, montium vallium collium planitiarum pratorum silvarum nemorum stirparum stirpariorum rivorum fontium aquarum et aquarum decursium cum medietate totius dicti castrum et sui tenimenti, ut dictum est, quod totum castrum cum suo tenimento positum est in districtu

f. 84v

in provincia prelibata, inter hos fines, ab uno latere est tenimentum castrum Prete, ab alio latere est tenimentum castrum Rocce Sollane et alios fines. Item omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc dicta domina habet et dicta Catherine seu aliqua ipsarum seu in futurum habere possent quovis colore quesito in totum seu partem castrum Rocce de Salce et sui tenimenti ac iuribus et pertinentiis ipsius, quod castrum positum est in territorio Urbis in provincia prelibata extra pontem \*\*\*\*, inter hos fines ad totum dictum castrum et eius tenimentum ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(e)</sup> Item omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas dicte domine Angela et Catherine seu aliqua ipsarum nunc habet et in futurum habere possent seu sperant contra et adversus nobilem virum Franciscum de Urciano de regione Ripe et bona sua, pretestu et occasione omnium et singulorum fructuum penarum dampnorum datorum bandorum dicti castrum Pretaballe, spectantibus et pertinentibus ad ipsas dominas seu aliqua ipsarum, per ipsum Cecchum perceptorum tempore retroacto, indebite

f. 85r

et iniuste, ascendentium ad quascumque quantitate pecunie, nec non vigore diffidationis facte de dicto Ceccho dictis occasionibus pro dictis dominabus seu aliqua eorumdem. Item domos palatia et accasamenta

terrinas et solaratas cum salis cameris stabulis ortis reclaustis et cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, in quibus nunc dicte domine habitant cum iure vecinantie et vicinorum, que vicinancia iunta est pro indiviso cum aliis consortibus suis, reservato ipsi domine Angele sedium et habitationem in dictis domibus totum tempore vite sue, post eius vero mortem ad ipsos Bucium et dominam Catherinam libere revertatur, positis in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenent dicte domine, ab aliis lateribus sunt vie publice. Item omnes et singulas domos terrineas et solaratam cum turribus ortis casarenis, iure vicinantie et vicinorum, et cum omnibus

earum iuribus etc. positas in regione Trivii \*\*\*<sup>(f)</sup> Item domos dirutas, positas in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenet Rogerius de Tosectis, ab alio Lellus Amadoris, ante est via publica cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis. Item omnia et singula iura omnesque actiones iustitias

f. 85v et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas domine Angela et Catherina nunc habent et in futurum habere possent seu sperant contra quascumque personas universitates et loca quovis colore quesito, tam iure hereditatis quam etiam quocumque alio modo usque in diem presentem pro dote et guarnimentis ipsius domine Catherine, extimatis de communi partium voluntate milla octingentorum florenorum auri, de quibus omnibus supradictis rebus et bonis pro quantitate predicta dictus Bucius se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et donec de predictis omnibus supradictis rebus, dictus Bucius corporalem habuerit possessionem constituit se dicta domina Angela, tutris, tutorio nomine quo supra, nomine ipsius Bucii tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendum dicte domine Angela dicto Bucio liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, omnes supradictas res et bona propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui vendere donare obligare alienare et de eis facere quicquid sibi perpetuo placuerit sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam dominam Catherinam premori dicto Bucio, viro suo, sine filiis ex eorum matrimonio procreatis, promisit et convenit dictus Bucius dicte domine Angele, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, dictam

f. 86r dotem, videlicet dicta bona sibi superius assignata, si eo tempore penes eum reperirentur, redere et restituere dicte domine Angele, si tunc visserit, vel cui ipsa domina Catherina commiserit et si non commiserit cui lex dederit, infra dimidii anni spatium a die obitus domine domine Catherine computando, proviso tamen et expresse convento solemniter stipulatione interveniente inter ipsas partes, quod dicta medietas dicti castri Pretabelle cum suo tenimento, ut supra dictum est, remaneat libere penes dictum Bucium donec fuerit eidem Bucio per heredes et successores dicte domine Catherine integre satisfactum de quingentis florenis auri in florenis de auro et non in alia specie seu re, qui floreni mutuati fuerunt dicte domine Angele, quo supra nomine, recipienti per ipsum Bucium seu alium pro eo, ipsa domina Angela presente et confitente ita verum esse, de quibus, quo supra nomine, se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. si vero casus restitutionis dotis predicte eveniret, ut predicatur et dicta bona non reperirentur penes dictum Bucium, quod liceat heredibus et successoribus ipsius domine Catherine vel cui de iure spectaret in bonis et super bonis ipsius Bucii supra obligatis habere recursum pro mille trecentis florenis auri et ipsa bona ipsius Bucii supra obligata pro dicta quantitate XIII<sup>c</sup> florenorum auri libere capere

f. 86v tenere possidere etc. et de eiusdem rebus pretium facere quicquid sibi perpetuo placuerit; si vero contingat ipsum Bucium premori dicte domine Catherine, uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis communiter procreatis, tunc, elapso dimidio anno a die ipsius Butii obitus computando, dictam dotem, videlicet dicta bona superius expressa sibi Bucio data et assignata pro dote<sup>(g)</sup> et guarnimentis predictis, ipsi domine Catherine restitui redi et resignari per heredes et successores suos voluit et mandavit, facta primo heredibus ipsius Bucii seu cui ipse Bucius concessit restitutionem integraliter de dictis quingentis florenis auri dicte domine Angele mutuatis, ut supra dictum est, penes heredes dicti Bucii seu cui ipse Bucius commisit libere remanet ad habendum tenendum possidendum etc. et de ea medietate faciendum quicquid si vel eis placuerit donec ipsis heredibus seu commissariis de dictis V<sup>c</sup> florenis auri fuerit integraliter persolutis in florenis de auro et non in alia specie seu re et si tempore restitutionis dotis predicte, ut prefertur, dicta bona supra expressa eidem Bucio data pro dote et guarnimentis predictis non reperirentur penes heredes dicti Bucii, quod liceat ipsi domine Catherine in bonis dicti Bucii supra obligatis habere recursum pro dictis XIII<sup>c</sup> florenis auri et ipsa bona libere capere tenere possidere uti frui etc.

f. 87r nulla alia interveniente donatione propter nuptias de communi partium voluntate quia sic actum et conventum est inter eos. Item promisit dictus Bucius dicte domine Angele, presenti et recipienti ut supra, et nobis notario ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicte domine Catherine suorumque heredum et successorum, quod dicta bona per eum obligata pro dote predicta, ut supra dicitur, sunt ipsius Bucii et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium aliquo tempore appareret<sup>(h)</sup> voluit dictus Bucius teneri de evictione prout iura volunt etc. et versa vice dicta domina Angela promisit et convenit dicto Bucio, presenti et recipienti, quod dicta bona per eam sibi tradita pro dote predicta sunt ipsius domine Catherine pupille et ad eam spectant et pertinent pleno

iure, videlicet dicta medietas dicti castri Pretabelle et omnes supra dictas domos cum iuribus et pertinentiis earumdem et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium appareret voluit dicta tutris, tam suo nomine quam<sup>(i)</sup> tutorio nomine quo supra, teneri de evictione de aliis bonis suis et dicte domine Catherine, videlicet de dicta medietate dicti castri Pretabelle et de<sup>(j)</sup> domibus supradictis tantum de aliis vero iuribus supradictis, videlicet

f. 87v de iuribus que habet in castro Rocce de Salce et contra Cecchum de Urciano, nullo modo dicta domina, pro se et quo supra nomine, tenere voluit nec teneatur de evictione quia sic actum et conventum estitit inter eos nisi de facto suo tan(tum) et dicte Catherine, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia bona ipsarum et dicte domine Catherine mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis omnibus cogi posse omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vel auditore renumpiaverunt in predictis dicte partes beneficio fori ferriis et diebus ferriatis etc. Item actum et conventum estitit inter partes predictas, solempni stipulatione interveniente, quod liceat ipsi Bucio posse solvere dicte domine Angele, suo proprio nomine recipiente hinc ad unum annum proxime futurum, ducentos florenos boni et puri auri et facta solutione dictorum ducentorum florenorum auri dicte domine Angele per ipsum Bucium seu per alium pro eo, quod ipsa domina Angela teneatur et debeat facere venditionem, cum curis<sup>(k)</sup> et cautelis de iure sufficientibus, ipsi Bucio ad sensum sapientis ipsius Bucii seu cui ipse Bucius voluerit de infrascriptis domibus, terris et accasamentis. In primis de una domo terrinea et solarata, posita in regione Columpne, que olim

f. 88r fuit Nicolai Iordani, inter hos fines, ab uno latere tenent supradicte domine, ab alio latere tenent heredes Bucii Petri Pauli, ante est via publica. Item de una alia domo terrinea et solarata cum turri, sita in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenet Nucius Sciarre, ab alio heredes olim Nicolai Petrucii, ante est via publica. Item de omnibus et singulis terris quas ipse domine habent in tenimento castri Scurani, inter suos confines. Item de una domo, posita in<sup>(l)</sup> castro Lipringiani, inter suos confines. Item de una alia domo que olim Iacobelli Romani Iordani, posita in dicta regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenent dicte domine, ab aliis lateribus sunt vie publice vel si qui etc. cum omnibus earumdem domorum et terrarum iuribus et pertinentiis etc. elapso vero dicto<sup>(m)</sup> anno, dicta domina Angela ad predicta minime teneatur, scilicet liceat sibi dictas domos et terras posse libere tenere possidere fructificare recipere et de eis facere pro libito voluntatis verum tamen, quod si dicta domina Angela, quandocumque elapso dicto<sup>(n)</sup> anno, vellet dictas domos et terras vendere et venderentur sine fraude pro magiori quantitate ducentorum florenorum auri, quod superfluum dictorum florenorum auri sit et esse debeat dictorum Bucii et domine Catherine, quia sic actum et conventum

f. 88v estitit inter eos, pro quibus omnibus observandis dicta domina Angela penes dictum Bucium, presentem et recipientem, obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpiavit etc. et ad hec ad preces<sup>(o)</sup> et instantiamdicti Bucii et pro ipso

- Andreas filius olim Nicolai Andree de Aniballis, qui iuravit etc.
- Cecchus Sabatini
- Cecchus filius quondam Cecchi Sassi et
- Lellus Madalenus mercator

omnes de regione Pinee quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt penes dictam dominam Angelam, presentem et recipientem pro se et quo supra nomine, et nobis notario ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicte domine Catherine et pro ipsa ipsiusque heredum et successorum, et promiserunt quod dicta bona superius obligata per dictum Bucium, in eo casu in quo obligati sunt, sunt ipsius Bucii obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt

vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt dicti fideiussores teneri de evictione prout ipse Bucius tenetur et obligatus est, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiaverunt epistule divi Adriani et beneficio nove constitutionis etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc.

f. 89r et versavice

- Cecchus filius olim Iannecte domini Bartholomei de Mutis
- Lodovicus filius olim Pauli Muti
- Angeloctus filius olim Andreetii Normandi, qui iuravit etc. de regione Trivii et
- Rogerius filius olim Lelli de Tosectis de regione Columpne, qui iuravit etc.

quilibet ipsorum in solidum ad preces et instantiam dicte domine Angele tutricis predicte, tutorio nomine quo supra, penes dictum Bucium, presentem et recipientem ut supra, sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicta medietas dicti castri Pretabelle cum medietate totius tenimenti dicti castri et omnes supradicte domus sunt ipsius domine<sup>(p)</sup> et dicte domine Catherine et ad eas et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus obligaverunt omnia bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et



renumptiaverunt etc. que domina Angela et quolibet predictorum, sua bona voluntate et ex certa scientia, renumptiavit et refutavit omni suo iure dotis donationis propter numptias palafernorum alimentorum guarnimentorum relictorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, certiorata de ipso per nos iam dictos notarios quidam sit et quidam dicat etc.

f. 89v

qui dominus Petrus iudex predictus, sedens in podiis in ecclesie Sancti Marcelli pro tribunali, videns et cognoscens predicta fore et esse ad utilitatem dicte pupille, in predictis omnibus et singulis et quolibet predictorum suam et dicti sui officii auctoritatem interposuit et decretum.

Actum in ecclesia Sancti Marcelli de Urbe.

(a) Annotato sum margine sinistro del foglio "missum" (b) P "alioquo" (c) Ripetuto "et" (d) Così P (e) Segue uno spazio bianco di una riga ed un quarto (f) Segue uno spazio bianco di una riga ed un quarto (g) P "dotem" (h) P "appare" (i) P "qua" (j) Depennato "aliis" (k) P "curiis" (l) Depennato "tenimento" (m) Depennato "dimidio" (n) Depennato "dimidio" (o) P "preceps" e così in altri casi che seguono (p) P "dicte".

72.

1366, settembre 17

Lippo *Ricciutoli* già del rione Pigna ed ora del rione Campitelli ed Agapita vedova di Pietro *de Ciceronibus* del rione Monti, tutori dei pupilli Ceccolo, Andrea e Vannotia, figli ed eredi del defunto Buonanno *Ricciutoli* fratello di Lippo, come risulta dall'atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, rilasciano una quietanza a Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, presente anche a nome della moglie Lorenza figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus* e già vedova di Buonanno, a causa di un paio di lenzuola di lino sottile, di un paio di rosari di corallo e di un anello d'oro con pietra preziosa, che erano rimasti presso Lorenza dopo la morte di Buonanno ed erano stati elencati nell'inventario fatto da Lorenza durante il periodo nel quale aveva ricevuto l'incarico della tutela dei figli, come risulta dall'atto rogato dal notaio Paolo *de Rogeriis*.

La quietanza é concessa dopo che Lippo e Agapita, a nome dei pupilli posti sotto la sua tutela, hanno ricevuto le lenzuola, i rosari di corallo e l'anello d'oro con zaffiro.

Indictione quinta mense septembris die XVII.

Testes: Lucas de Advocatis de regione Campimartis, Cecchus Gregorii de regione Campitelli, Anthonius filius olim Cole de Tybure mandatarius et Colecta famulus<sup>(a)</sup> Lippi Ricciutoli.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Lippus Ricciutoli dudum de regione Pinee et nunc de regione Campitelli et domina Agapta uxor olim Petri de Ciceronibus de regione Montium, tutores et personas legitimas Ceccholi, Andree et Vannotie pupillorum filiorum et heredum olim Bonianni Ricciutoli germani fratres dicti Lippi, prout de ipsa tutela plene patet manu mei eiusdem notarii, tutorio nomine quibus supra, ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus renumptiaverunt et refutaverunt et, per pactum

f. 90r

de ulterius non petendo, perpetuo remiserunt Guilielmo filio olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se ac vice et nomine domine Laurentie<sup>(b)</sup> filie dicti olim Petri de Ciceronibus uxoris olim dicti Bonianni et nunc uxoris ipsius Guilielmi, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine ipsius<sup>(c)</sup> domine Laurentie et pro ipsa, idest omnia et singula iura et actiones et iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que<sup>(d)</sup> et quas nunc dicti tutores, quo supra nomine, et ipsi pupilli habent et eis seu alteri eorum in futurum competere possent contra et adversus ipsam dominam Laurentiam et ipsum Guilielmum et bona ipsorum tum pretestu et occasione unius paris lintheaminum panni lini suctilium, tum etiam unius paris paternostrorum de corallo et unius anuli aurei cum lapide pretioso, que remanserunt penes ipsam dominam Laurentiam post mortem dicti Bonianni olim viri sui et que scripti sunt in inventario confecto per ipsam dominam Laurentiam eo tempore quo recepit tutelam<sup>(e)</sup> dictorum pupillorum filiorum dicti olim Bonianni et ipsius domine Laurentie, ut patet manu Pauli de Rogeriis publici notarii et generaliter de<sup>(f)</sup>

f. 90v

omni eo quod dicti tutores tutorio nomine quibus supra, et dicti pupilli dicte domine Laurentie petere possent usque in diem presentem<sup>(g)</sup> dicta occasione dictarum rerum, videlicet lintheaminum, paternostrorum et çaffiri tantum. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefati executores<sup>(h)</sup>, executorio nomine quibus supra, prefato<sup>(i)</sup> Guilielmo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicte domine Laurentie, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ea, fecerunt pro eo et ex eo quod confessi fuerunt predictas res, videlicet lintheamina, paternostralia<sup>(j)</sup> et anulum aureum cum zafiro recepisse et habuisse et penes se habere et tenere pro dictis pupillis, de quibus supradictis rebus se, executorio nomine quibus supra, bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumptiaverunt exceptioni non habitatum et non assignatarum rerum predictarum etc. et promiserunt dicti exsecutores, quo supra nomine, dicto Guilielmo, presenti et recipienti ut supra, et mihi notario recipienti ut supra, quod dicta iura dictarum rerum sunt ipsorum pupillorum et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione de bonis ipsorum pupillorum et propriis eorum, pro quibus etiam omnibus et singulis perpetuo



observandis dictus Lippus sponte, ex certa scientia, obligavit dicto Guilielmo, recipienti ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

(a) Depennato de (b) P Laure (c) Depennato Guilielmi (d) Depennata una s finale (e) Così P (f) Ripetuto de (g) Depennato qu (h) P executore (i) Depennato Paulo (j) Così P.

73.

1366, settembre 19

Paolo di Tucio *Veccie* del rione Colonna riceve in deposito da Giovanna vedova di Rodolfo del rione Pigna la somma di 3 fiorini d'oro e consente alla depositaria di abitare nella parte della casa che egli possiede insieme al fratello ed agli altri familiari, situata nel rione Colonna, finché non avrà provveduto alla restituzione del prestito.

f. 91r

Indictione quinta mense septembris die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: Anthonius Iachepti<sup>(a)</sup> de regione Campitelli et Anthonius Stalgia de regione Sancti Eustachii.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Tucii *Veccie* de regione Columpne, qui iuravit etc. sponte confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse a domina Iohanna uxore olim Redulfi de regione Pinee, presente et recipiente, tres florenos auri, de quibus presentialiter et manualiter recepit et habuit unum florenum auri, residuum autem videlicet duos florenos auri, confessus est se recepisse, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. quos florenos promisit dictus Paulus tenere ad omnem ipsius periculum et fortunam, scilicet incendii etc. pro quibus florenis voluit dictus Paulus quod liceat ipsi domine Iohanne per se vel per alium abitare seu habitari facere illam partem domus quam ipse Paulus commune habet cum Iacobo frate suo et aliis consortibus, positam in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenet Colutia Carboncelli, ab alio Iacobus Ianquitelli, ante est via publica, donec fuerit ipsi domine Iohanne per ipsum Paulum de dictis tribus florenis auri integre satisfactum, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Paulus obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit etc.

(a) Corretta la lettera o con h sul precedente "Iacoepti".

74.

1366, settembre 19

Maria moglie di Giacobello del maestro Nicola *de Palgiacalsariis* del rione Pigna con il consenso del marito, rilascia una quietanza ad Antonio, rettore della chiesa dei SS. Cosma e Damiano di Pigna, circa i diritti che vanta sulla casa di proprietà della chiesa con pianoterra e solaro, nella quale abita con il marito, situata nel rione Pigna, in relazione all'affitto che le è stato concesso.

La quietanza è stata concessa dopo che Maria ha ricevuto la somma di 30 libbre di provisini del senato in fiorini d'oro, per la quale aveva ottenuto l'affitto, e, per volontà dello stesso Antonio, versa la somma a Pietro Paolo calzolaio che aveva in pegno la casa.

f. 91v

Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: dominus Franciscus de Guarsellona, Colutia Dellabate et Tucius casengus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Maria uxor<sup>(a)</sup> Iacobelli magistri Nicolai de Palgiacalsariis de regione Pinee, que primo renumpiavit omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus, quod est pro mulieribus introductus, de ipso per me eundem notarium primo certiorata, cum consensu et voluntate dicti Iacobelli viri sui, presentis et consentientis, ac die presente sua bona voluntate renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit domino presbitero Anthonio rectori ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani de Pinee, presenti et recipienti pro se ac vice et nomine dicte ecclesie et pro ipsa et successoribus suis in dicta ecclesia, idest omnia et singula iura actiones que et quas habet et habere posset in futurum in quadam domo terrinea et solarata dicte ecclesie, in qua nunc ipsa domina Maria cum dicto Iacobello viro suo habitat, posita in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes de Seromanis, ab alio dicta ecclesia, ante est via publica vel si qui etc. tam vigore locationis sibi domine Marie facte

f. 92r

de dicta domo per ipsum presbiterum Anthonium, quam etiam quocumque alio modo iure titulo sive causa usque in presentem diem. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicta<sup>(b)</sup> domina Maria eidem presbitero Anthonio, presenti et recipienti ut supra, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a ipso presbitero Anthonio de pecunia dicte ecclesie solventis triginta libras provisinorum senatus in florenis auri, pro quibus triginta libris dicta domus estiterat sibi locatam per ipsum presbiterum Anthonium et quas trigintas libras ipsa domina Maria, de voluntate ipsius presbiteri Anthonii, solvit Petro Paulo calsolario cui dicta domus extiterat<sup>(c)</sup> pignoratam, de quibus XXX libris dicta domina Maria se bene quietam contentam pacatam vocavit et renumpiavit etc. et promisit dicta domina Maria quod dicta iura dicte locationis per ipsam seu alium pro ipsa nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de

evictione, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup>Depennato “olim” <sup>(b)</sup>Depennato “presbiter Anthonius eidem domine Mar” <sup>(c)</sup>“extitera”.

75.

1366, settembre 28

Renzo di Nuzio *Amirate* del rione Trevi e Petruzio di Cola detto *Boccapertuso iubarellarii* del rione Pigna rilasciano una quietanza a Maria moglie di Bartolomeo già di Priverno ed ora di Roma del rione Pigna, presente anche a nome del marito, relativa alla garanzia prestata da Bartolomeo su richiesta di Cola e di Angelo di Amato già di Priverno, rogata dal notaio Paoletto di Pelagio, in merito alla lavorazione di una vigna degli stessi Renzo e Petruzio, situata fuori della porta Appia nella contrada *La torre de Sancto Thoma*.

La quietanza è stata concessa dopo che Renzo e Petruzio hanno riconosciuto che la vigna è stata bene lavorata, sicché esonerano Bartolomeo dalla garanzia prestata.

f. 92v

Indictione quinta mense septembris die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Lelli Andree de Rubeis, Iorius tabernarius et Lellus dictus alias Fricolus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Rentius Nucii Amirate de regione Trivii et Petrucius filius Cole dicti alias Boccapertuso iubarellarii de regione Pinee, qui iuravit etc. ambo ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte renumpiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt domine Marie uxori Bartholomei dudum de Piperno nunc de Urbe de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicti Bartholomei viri sui, et mihi notario ut publice persone recipienti pro eo, idest omnia et singula iura actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere possent seu sperant contra ipsum Bartholomeum et bona sua, pretestu et occasione cuiusdam fideiussionis facte per ipsum Bartholomeum penes prefatos Rentium et <sup>(a)</sup>Petrucium ad petitionem et instantiam Cole et Angeli Amati dudum de Piperno, scripte manu Palicti Pelagi publici notarii, de laborando bene quadam vinea ipsorum Rentii et Petrucii, posita <sup>(b)</sup>extra portam Apiam in contrada que dicitur La Torre de Sancto Thoma,

f. 93r

inter suos confines, sic vel aliter plus vel minus prout in ipso istrumento dicitur contineri. Hanc autem refutationem et que dicta sunt prefatus Rentius et Petrucius dicte domine Marie, presenti et recipienti quo supra nomime, et mihi notario recipienti pro eo, fecerunt pro eo quod confessi fuerunt dictam vineam bene fore laboratam per predictos absolventes et liberantes <sup>(c)</sup>ipsum Bartholomeum a fideiussione predicta et promiserunt quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione, pro quibus obligaverunt omnia bona ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup>Depennato Co <sup>(b)</sup>Depennato p <sup>(c)</sup>Depennato “ipsos”.

76.

1366, settembre 29

Antonio figlio del defunto Paolo *Malavolta* del rione Campitelli ora residente nel rione di S. Angelo rilascia una quietanza a Cecco di Andrea della contrada di Cori, procuratore di Buzio *Fasani* della stessa contrada, come risulta dall'atto rogato dal notaio Angelo di Landi *de Sengia*, in relazione ad un atto di deposito nel quale Buzio aveva contratto un'obbligazione nei suoi confronti, a nome del comune di Cori, per l'incarico di podesteria da lui ricoperto nella stessa Cori, per le pene, i danneggiamenti ed i bandi da lui deliberati, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni scrivano di Roma.

La quietanza è stata concessa dopo che Antonio, insieme agli ufficiali del comune di Cori, aveva fatto il computo delle spettanze dovutegli ed aveva ricevuto da Cecco la somma di 40 fiorini d'oro.

Indictione quinta mense septembris die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Petrus Lelli Colecte, Nucius dictus Scisciulus molendinarius de regione Sancti Angeli et Anthonius Tarme de Cora.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius filius olim Pauli Malavolta de regione Campitelli nunc moram trahens <sup>(a)</sup>in regione Sancti Angeli ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius

f. 93v

non petendo, remisit Ceccho Andree de terra Core, procuratori et persona legitime Bucii Fasani de dicta terra Core, habentem ad hec omnia infrascripta speciale mandatum, ut <sup>(b)</sup>manu notarii Angeli Landi de Sengia publici notarii <sup>(c)</sup>presenti et recipienti procuratorio nomine dicti Bucii Fasani et pro ipso, et michi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicti Bucii Fasani et pro ipso, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc ipse Anthonius habet et in futurum habere posset seu sperat contra

ipsum Bucium Fasani bona et iura sua, pretestu et occasione cuiusdam publici istrumenti depositi seu quovis alio nomine censeatur, in quo dictus Bucius apparet ipsi Anthonio obligatus in quacumque quantitate pecunie commune Core ipsi Anthonio teneretur seu teneri posset, tam ratione sui officii potestatie quam exstiterint in terra prefata, quam etiam ratione partis seu dampnorum datorum bandorum et penarum, quam etiam quacumque alia occasione vel modo usque in presentem diem quovis colore quesito sic vel aliter plus vel minus, prout in ipso istrumento, scripto manu Iohannis scrinariii publici notarii de Urbe<sup>(d)</sup>, plenius continetur.

f. 94r

Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Anthonius eidem Ceccho, procuratori predicto presenti et recipienti quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone recipienti stipulanti et recipienti pro ipso, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit factum fuisse solempniter calculum, inter ipsum Anthonium et officiales dicti communis pro ipso communi, et calculatum fuisse ipsum Anthonium debere recipere a dicto communi, tam pro dictis iuribus quam aliis quibuscumque quatragesima florenis auri, quos quatragesima florenos auri dictus Anthonius a dicto Ceccho, procuratore predicto presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit in folrenis de auro, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum dictorum florenorum etc. et promisit dictus Anthonius dicto Ceccho, presenti et recipienti ut supra, nec non vice et nomine dicti communis et singularium personarum ipsius, et mihi notario ut publice persone recipienti pro eis, quod dicta iura que habet contra dictum Bucium et alia quecumque que habere posset contra dictum commune quovis colore quesito nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit dictus Anthonius teneri de evictione de bonis suis prout iura volunt, ita quod hec refutatio sit tam dicto Bucio quam dicto communi generalis et generalissima de omni eo quod dictus Anthonius eis vel altero eorum petere posset usque in diem presentem

f. 94v

quovis colore quesito et nichil in ea intelligatur exceptioni, pro quibus omnibus observandis dictus Anthonius eidem Ceccho, presenti et recipienti nomine quo supra, et mihi notario ut publice persone recipienti pro eis obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

(a) P “thaens” (b) Omesso “apparet” (c) Depennato “et mihi” (d) Depennato “dici”.

### 77. 1366, settembre 29

Matteolo figlio del defunto Cola *Quarante* del rione Pigna presentatosi presso la porta della chiesa delle SS. Prisca e Aquila di Roma, davanti al frate \*\*\*\*\*, priore della chiesa, dichiara che avendo acquistato da \*\*\*\*\* moglie del maestro Giacomo medico del rione Colonna e figlia del defunto Pietro detto *Zio de Camilgiano*, due pezze di vigna situate fuori della porta S. Paolo, nella proprietà della chiesa delle SS. Prisca ed Aquila, con un certo canone annuale, chiede al frate priore, il quale è solito dare il consenso alle vendite, che egli è disposto a pagare quanto è disposto dal diritto vigente e dalla carta di locazione della chiesa e, qualora dovesse opporre un rifiuto, vuole comunque che il consenso avvenga senza pregiudizio per i suoi diritti.

Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Iacobellus de Palgiacalsariis et Iohannes Passalaqua de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Matheolus filius olim Cole Quaranta de regione Pinee coram hostio Sanctarum Prisce et Aquile de Urbe et coram venerabile viro domino frate \*\*\*\*\* priore<sup>(a)</sup> dicte ecclesie, dixit quod cum ipse Matheolus emisset a domina \*\*\*\*\* uxore magistri Iacobi fisici de regione Columpne et filia olim Petri dicti alias Zio de Camilgiano duas petias vinee plus vel minus quantitatis sunt, positas extra portam Sancti Pauli in proprietate dicte ecclesie, ad certam annuam pentionem, ut patet manu mei notarii, petii ab ipso domino priore, uti solito sibi et dicte venditioni consentiri, cum paratus sic et paratus se offerat

f. 95r

solvere pro consensu et commino dictarum vinearum secundum quod de iure tenetur et secundum tenorem carte locationis, et si per dictum priorem denegaretur, velle dicte venditioni consentire, quod sibi Matheulo et iuribus suis nullum sit preiudicium etc.

(a) P “primore”.

### 78. 1366, settembre 29

Cecco figlio del defunto Cecco *Sassi* e Nicola *de Porcariis* del rione Pigna eletti arbitri da Lello di Giannuzio con i figli Pietro e Antonio e da Cola di Giacobuzio detto *Coia* della contrada di Campo dei fiori, da una parte, e da Anastasello di Anastasio taverniere, dall'altra, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, deliberano, seduti in un podio, di stabilire una tregua fra le due parti fino al mese di novembre, con la pena, in caso di inosservanza, prevista nel compromesso da loro stipulato.

Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Bucii Ratini et Matheolus Cole Quaranta de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius olim Cecchi Sassi et Nicolaus de Porcariis de regione Pinee arbitri arbitratores amicabile compositores et communes amici electi et ordinati inter Lellum Iannucii, Petrum et Anthonium filios eius et Colam Iacobucii dictum alias Coia de contrada Campifloris, ex una parte, et Anastasellum Anestaxii tabernarium de regione Pinee, ex alia, ut de compromisso in eos factos patet<sup>(a)</sup> manu Iohannis domini Iacobi publici notarii, sedentes pro tribunali in podiis, mandaverunt inter ipsas partes treguam hinc per totum mensem novembris et quod ad penam in compromisso contentam, durante dicta tregua, unus alium non offendat nec offendi faciat in personis vel in bonis, proviso quod dicta tregua<sup>(b)</sup> non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, reservata eis potestate iterum arbitrandi<sup>(c)</sup> etc.

<sup>(a)</sup> P “pate” <sup>(b)</sup> P “tregua” <sup>(c)</sup> P “arbitrari”.

79.

1366, ottobre 5

Giacobello figlio del defunto Giovanni di Nicola *Marronis* del rione Pigna, che si obbliga per il fratello Nicola canonico della basilica del Principe degli Apostoli di Roma, nomina arbitri i nobili Buzio *Capucie* e Cecco Sabatino del rione Pigna per risolvere la controversia sorta contro Cecco *Ciaffi de Cancellaris* del rione Colonna.

Gli arbitri ricevono ampio mandato di deliberare entro il prossimo mese di ottobre ed il richiedente promette di osservare l'arbitrato e, a tal fine, impegna i suoi beni e si sottopone in caso di inosservanza, ad una sanzione pecuniaria di mille libbre di provisini del senato.

Si offrono, quali garanti, Nicola *Cafari*, Cecco di Cecco *Sassi*, Guglielmo di Pietro di Andrea *de Rubeis*, Andrea di Nuzio di Romano *Guarsellona* e Andreozio di Lello di Angelo di Biagio, tutti del rione Pigna.

f. 95v Indictione quinta mense octubris die quinto.

Testes: Petrus Paulus Roscolini lanarolus et Ricarducius de Surdis.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobellus filius olim Iohannis Nicolai Marronis de regione Pinee, qui primo iuravit etc. et qui se et bona sua principaliter obligavit pro domino Nicolao frate suo canonico basilice Principis Apostolorum de Urbe, animo donandi, et promisit se facturum et curaturum quod dictus dominus Nicolaus hunc compromissum et omnia ex eo descendencia semper et perpetuo ratam et firmam habeat et contra ipsum nullo modo veniet aliqua occasione ad penam infrascriptam, ac die presente sua bona voluntate compromisit et compromissum fecit in nobiles viros Bucium Capucie et Cecchum Sabatinum de regione Pinee, presentes et recipientes de omni lite discordia et controversia et questione ac briga que fuit et est inter ipsum Iacobellum, ex una parte, et Cecchum Ciaffi de Cancellariis de regione Columpne, ex alia parte, tamquam in eorum arbitros arbitratores et commune amicos, dans et concedens dictus Iacobellus, pro se et quo supra nomine, dictis arbitris et arbitratoribus plenam et

f. 96r liberam potestatem arbitrandi<sup>(a)</sup> inter ipsas partes semel vel plures, alte et basse, de facto et de iure pacem securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione quocumque reali vel personali, partem presentem vel absentem, una presente et alia absente, citata vel non citata prout ipsis arbitris melius placuerit, promictens dictus Iacobellus, pro se et quo supra nomine, omne arbitrium laudum seu arbitramentum unum vel plura semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et contra ipsum non venire aliqua ratione vel modo et ab ipso non appellare supplicare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri sub obligatione bonorum ipsius et sub pena et ad penam mille librarum provisinorum senatus, pro medietate applicanda parti fidem servanti et pro alia medietate camere Urbis et mihi notario ut publice persone stipulati et recipienti vice et nomine dicte camere Urbis et pro ipsa, quod compromissum durare voluit ex nunc per totum presentem mensem octubris, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iacobellus obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiavit capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc. et ad hec Nicolaus Cafari, Cecchus Cecchi Sassi, Guilielmus Petri Andree de Rubeis, qui iuravit etc. Andreas Nucii Romani Guarsellona,

f. 96v qui iuravit etc. et Andreotius Lelli Angeli Blaxii omnes de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt pro dicto Iacobello et re et bona sua principaliter obligaverunt, animo donandi, pro dicto domino Nicolao et promiserunt de rato etc. et promiserunt sese facturos et curaturos quod dicti dominus Nicolaus et Iacobellus dictum compromissum et omne arbitrium unum seu plura ex ipso descendencia semper et perpetuo ratum gratum et firmum habebunt et contra ipsum non venientes quoque modo et ab ipsorum aliquo non appellabunt supplicabunt, nec petentes reductionem ad arbitrium boni viri ad penam supradictam stipulatam ut supra, pro quibus dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc; et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “arbitrari”.

80.

1366, ottobre 5

Paolo dello Gagliardo *de Ylperinis* del rione di S. Eustachio vende a Pietro *Gani* del rione Colonna l'erba del tenimento del casale detto *lo casale dello Gagliardo*, situato fuori del ponte Salario, per il pascolo delle vacche fino alla prossima festa di S. Andrea al prezzo di 3 fiorini d'oro.  
L'acquirente paga due fiorini e promette di versare il residuo nella prossima festa di Ognissanti.

Indictione quinta mense octubris die quinto.

Testes: Paulus Marronis et Martinus sutor de regione Pinee.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus dello Galgiardo de Ylperinis de regione Sancti Eustachii sponte vendidit Petro Gani de regione Columpne, presenti et recipienti, erbas tenimenti casalis ipsius quod vocatur lo casale dello Galgiardo, positi extra pontem Salarium, inter suos confines<sup>(a)</sup>, ad pascuandum cum vaccis ipsius Petri hinc ad festum Sancti Andree proxime futurum. Hanc autem venditionem fecit pro pretio et nomine pretii trium florenorum auri, de quibus confessus fuit se recepisse duos, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit etc. et renumpsiavit etc. residuum autem, videlicet unum florenum auri promisit dictus Petrus dicto Paulo, presenti et recipienti ut supra, sibi dare et solvere hinc ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum et promisit dictus Paulus dicto Petro quod dicte erbe pro dicto tempore nemini sunt vendite etc. pro quibus obligavit bona etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "hinc".

81.

1366, ottobre 8

Il nobile Silvestro *de Mutis* del rione S. Eustachio, sindaco del popolo Romano, presentatosi davanti a Pietrobono di Padova, giudice ed avvocato della camera di Roma, lo informa che è tenuto ad esercitare fedelmente l'ufficio di avvocato della camera fino al termine del suo incarico secondo il giuramento da lui prestato, come risulta in un atto rogato dal notaio Cecco *Mactheçe* del rione Ponte; in caso contrario sarà tenuto a compensare, al tempo del sindacato, il danno che avrà procurato alla camera.

Indictione quinta mense octubris die VIII<sup>o</sup>.

Actum in Campitolio, presentibus hiis testibus, scilicet Bucio<sup>(a)</sup> Laurentii Guidonis, Laurentio Tordonerii de regione Sancti Angeli.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter nobilis vir Silvester de Mutis de regione Sancti Eustachii, scyndicus Romani populi, coram sapiente viro domino Petrobono de Padua, iudice advocato camere Urbis, protestatus fuit et protestatur ipsi domino Petro et dixit quod ipse dominus Petrus debeat fideliter exsercere ac exserceat officium advocati

camere Urbis usque ad tempus finitum sui officii promissionis et sacrameti per ipsum dominum Petrubonum prestiti, prout in istrumento ut dicitur scripto manu Cecchi Mactheçe de regione Pontis publici notarii dicitur contineri, et si secum faceret, quod omne dampnum et interesse quod Urbis camera dicta de causa pateretur ipse dominus Petrobonus emendare teneatur, tempore sui scyndicationis, non obstante aliqua causa etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Abb".

82.

1366, ottobre 14

Il nobile Giovanni figlio del defunto Stefano *Rubei* di Velletri vende a Francesca *de Comitibus*, badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, un casale detto *Larangia*, situato nel territorio del *castrum* di Ninfa nella provincia della Marittima e Campagna, con una torre, terre colte ed incolte, prati selve, monti, sorgenti e ruscelli al prezzo di 150 fiorini d'oro pagato sia con denaro preso in prestito, sia con la valutazione delle bestie concesse in soccida allo stesso Giovanni.

Il venditore nomina suo procuratore Andrea *Pesolinus* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà. Dietro richiesta della badessa, Giovanni promette di ottenere il consenso per la vendita dalla moglie e dai fratelli.

Indictione quinta mense octubris die XIII.

Actum in ecclesia Sancte Eufemie de Urbe presentibus hiis testibus, scilicet presbitero Angelo de Fara de terra Abrucina, Rentio Colutie de civitate Velletri, Marcho Stephani de Vallemontone et Tucio Cole Nicolutie de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Iohannes filius olim Stephani Rubei de civitate Velletri ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate<sup>(a)</sup>, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit

venerabili domine domine Francisce de Comitibus humili<sup>(b)</sup> abatisse monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presenti et recipienti vice et nomine

f. 98r dicti monasterii et pro ipso, idest quodam casale ipsius monasterii<sup>(c)</sup> quod vocatur Larangia, positum in territorio castri Ninphe in provincia Maritime et Campanie, inter hos fines, ad totum dictum casale et eius tenimentum ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(d)</sup> vel si qui etc. cum redimine turri terris cultis et incultis pratis pratarinis silvis stirpis stirpariis montibus vallibus planis collibus fontibus rivis aquis et aquarum decursibus cum omnibus<sup>(e)</sup> ipsius usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis, et per Andream Pesolinum, licet absentem tamquam presentem quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam emptricem, nomine dicti monasterii seu procuratoris dicti monasterii pro ipso monasterio ad hec legitime constitutum, investire voluit et mandavit et donec fuerit dicta domina seu alius nomine dicti monasterii, de dicto casali et eius tenimento investitus constituit se dictus venditor, nomine dicti monasterii, et pro ipso tenere et possidere ad quam possessionem adimplistendam dictus venditor<sup>(f)</sup> dicte emptrici, quo supra nomine recipienti, plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, per se vel per alium dictum casale cum

f. 98v et de ipso facere quicquid si<sup>(g)</sup> et dominabus dicti monasterii, qui per tempora erunt, perpetuo placuerit, vendidit etiam quoque cessit et concessit dictus venditor eidem emptrici, quo supra nomine recipienti, omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset in dicto casali et eius tenimento, nullo iure nullaque actione in predictis sibi dictus venditor quomodolibet reservavit per directum nec per oblicum ipsamque emptricem, quo supra nomine, in rem suam procuratricem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti nomine quo supra, fecit pro pretio et nomine pretii centum quinqueginta florenorum auri, quos dictus venditor a dicta emptrice de pecunia dicti monasterii confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse, tam de pecunia sibi Iohanni mutuata per ipsam dominam, quam etiam de bestiis sibi Iohanni datis in soccita per ipsam dominam, de quibus CL florenis auri pretium dicti casalis se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio dictum casale cum suo tenimento valeret nunc vel valere posset in futurum dictus venditor dicte domine emptrici, quo supra nomine recipienti, inter vivos et inrevocabiliter ob reverentiam omnipotentis Dei

f. 99v et beate Eufemie et ob remissionem suorum mortuorum peccatorum et ob onestum amorem quem habet in dictam dominam abbatissam donavit cessit et concessit, quam donationem perpetuo ratam et firmam habere promisit, renumpsiavit in predictis dictus venditor<sup>(h)</sup> illi legi qua cavetur quod si res venderetur pro minore pretio quam medietatem iusti pretii quod presumatur fititia immo voluit quod valeat et teneri omni modo et iure quo melius valere potest et debet. Et promisit etiam dictus venditor dicte emptrici, presenti et recipienti nomine quo supra, quod dictum casale cum toto suo tenimento est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est venditum datum donatum cessum concessum pignoratium alienatum, nec contractum vel quasi contractum cum aliqua persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contracti et si contrarium aliquo tempore appareret et ea, propter dictum monasterium, in dampnum venerit vel expensas fecerit, promisit dictus venditor eidem emptrici, quo supra nomine recipienti, ipsum<sup>(i)</sup> monasterium exhonerare suis sumptibus et expensis in iudicio et extra iudicium et in se sumere primum secundum et tertium iudicium et defensionem contra omnes turbatores et dictum monasterium volentem quomodolibet perturbare et finaliter si evinceretur voluit teneri de evictione ad duplum, asserens talem esse consuetudinem in Urbe in evictione

f. 99v aprobatam, pro quibus obligavit dictus venditor omnia sua bona etc. et renumpsiavit etc. promisit insuper dictus venditor dicte emptrici, presenti et recipienti quo supra nomine, in predictis et quolibet predictorum facere consentire dominam uxorem eius eiusque frates et omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad requisitionem dicte domine abatisse ad sensum sapientium ipsius etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dictus venditor obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “voluntante” <sup>(b)</sup> Depennata una e finale <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> Segue uno spazio bianco di due righe <sup>(e)</sup> Depennato “earum” <sup>(f)</sup> P “venitor” <sup>(g)</sup> Depennato “quo supra” <sup>(h)</sup> P “venitor” <sup>(i)</sup> Depennato c.

### 83. 1366, ottobre 8

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma riunite presso la grata della cappella della chiesa, secondo la consuetudine, ed in particolare la badessa Francesca *de Comitibus*, Lucia, Lorenza, Biagia, Caterina, Francesca, Antonia, Andrea, Eugenia ed Agnese convengono con il nobile Giovanni di Stefano *Rubei* di Velletri che se dovessero rivendergli, dietro sua richiesta, il casale detto *Larangia* acquistato dal monastero al prezzo di 150 fiorini d'oro (v; doc. 82) e, nel frattempo le monache, per l'utilità del casale, dovessero sostenere delle spese, allora Giovanni sarà tenuto a rimborsarle, altrimenti non potrà rivendicare il possesso. Si conviene inoltre, tra le due parti, che nel prezzo della spesa non dovrà essere compreso l'usufrutto.

Eodem anno mense et die et coram dictis testibus et in eodem loco.

In presentia mei notarii et testium etc Congregate et coadunate<sup>(c)</sup> similiter venerabiles domine, videlicet domina Francischa de Comitibus humilis abbatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe, soror Lucia, soror Laurentia, soror Blaxia, soror Catherina, soror Francischa, soror Anthonia, soror Andrea, soror Eugenia et soror Agnes moniales dicti monasterii ad gratam ferream cappelle dicte ecclesie ad sonum campanelle de mandato dicte domine abatisse, ut moris est, prefata domina cum

f. 100r<sup>(d)</sup>

consensu et voluntate supradictarum dominarum monialium et ipse domine moniales, pro sese ipsis et vice et nomine aliarum monialium absentium a dicta grata ferrea, cum consensu voluntate licentia et mandato dicte domine abatisse, pro sese ipsis et aliarum dominarum successoribus ipsarum in dicto monasterio, ac die presente, ex certa scientia, promiserunt et per legitimam et solempnem stipulationem convenerunt nobili viro Iohanni Stephani Rubei de civitate Velletri, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, quod quando ipse Iohannes vellet cum effectu solvere dictis dominabus vel successoribus earundem in dicto monasterio CL florenos auri, quod ipse domine teneantur et debeant sibi Iohanni vel suis heredibus et successoribus facere venditionem de supradictis casali sibi domine abatisse, hodie vendito, per dictum Iohannem cum curis et cautelis de iure sufficientibus, verum tamen quod si pro utilitate dicti casalis contingerit ipsas dominas vel suos successores aliquas expensas in dicto casali facere, quod dictus Iohannes vel sui heredes et successores ipsas expensas, primo et ante omnia, eisdem dominabus<sup>(c)</sup> vel successoribus ipsarum pro dicto monasterio teneantur solvere cum effectu et aliter dictam venditionem nullo modo petere possint, actum semper et declaratum inter ipsas partes quod in dicta quantitate nullo modo fructus veniant computandi, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “quadunate” <sup>(b)</sup> Sul margine superiore é annotato erroneamente il f. 110 <sup>(c)</sup> Depennato et.

84.

1366, ottobre 16

Omodeo mugnaio figlio del muratore Santo del rione di S. Angelo nomina suo procuratore Giovanni *Cambii* mandatario del rione Pigna per stipulare la pace con i fratelli Benedetto e Luca figli del defunto Giannuzio detto *Matarazo* del rione Pigna o con un loro procuratore e di ricevere da loro una analoga promessa, convalidata con il bacio della vera pace, di rimettere le ingiurie e le offese da loro arredate, specialmente in occasione delle percosse ricevute da Benedetto l'8 ottobre per le quali é stata istituita una causa giudiziaria presso la curia capitolina, di rinunciare alla procedura prevista per la stessa causa e di sottoporsi, in caso di inosservanza, ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

f. 100v

Indictione quinta mense octubris die XVI.

Testes: Tucius Tordonerii, Nucius Leno dictus alias Scisciulus et Nicolaus Petrutii dictus alias Soçaroba molendinarius de Ripa fluminis.

In presentia mei notarii et testium etc. Homodeus Sancti muratoris molendinarius de regione Sancti Angeli ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem et numptium specialem, habentem mandatum et plenariam potestatem, videlicet Iohannem Cambii mandatarium de regione Pinee, presentem et recipientem, ad dandum redendum et protestandum pacem et securitatem perpetuam Benedicto et Luce fratibus filiis olim Iannocti dicti alias Matarazo de regione Pinee seu eorum procuratorem pro eis ad hec legitime constitutum et similem pacem securitatem recipiendum ab ipsis Benedicto et Luca seu eorum procuratore, osculo vere pacis interveniente inter eos de hore ad hos, et ad remictendum omnem iniuriam et offensam factam et illatam<sup>(a)</sup> per ipsos Benedictum et Lucam seu aliquem ipsorum in persona ipsius constituentis et specialiter occasione percussio factarum per ipsum Benedictum in persona dicti Homodei, de quibus accusatio est in curia Campitolii, que commisse fuerunt diem<sup>(b)</sup> iovis VIII presentis mensis octubris per ipsum Benedictum

f. 101r

in persona dicti Homodei, nec non ad renumpsiandum et refutandum ac, per pactum de ulterius non petendo, remictendum omnem partem pene et condemnationis fiendum sibi occasione accusationis predictae et similem remissionem et refutationem recipiendum ab eis seu ipsorum procuratore et ad promictendum de non offendendo nec offendi faciendo perpetuo in persona vel bonis ipsos Benedictum et Lucam nec aliquem ipsorum in persona vel bonis per se vel alium eius nomine sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti et similem promissionem recipere ab eis seu eorum procuratore pro eis et ad declarandum quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et ad volendum et promictendum quod totiens dicta pena tollatur tolli et exigi possit quotiens contra factum fuerit et similem declarationem et promissionem recipere ab ipsis seu eorum procuratore pro eis et ad obligandum pro predictis omnia bona ipsius constituentis mobilia et immobilia presentia et futura et ad renumpsiandum omnibus renumpsiandibus oportunitis et ad dampnum pro predictis ydoneis fideiussoribus et generaliter ad omnia alia facienda procuranda et exercenda que in predictis essent



necessaria et oportuna et que ipsemet constituentes facere posset si personaliter interesset etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

(a) P “illantam” (b) Depennato V.

85.

1366, ottobre 16

Benedetto e Luca figli del defunto Giannuzio detto *Matarazo* del rione Pigna nominano loro procuratore Simoncino di maestro Enrico già di Firenze ed ora di Roma del rione di S. Eustachio per stipulare la pace con Buonuomo (o Omodeo) mugnaio figlio del muratore Santo e con il figlio Nuzio di Ripa del fiume o con un loro procuratore e di ricevere da loro una analoga promessa, convalidata con il bacio della vera pace, di rimettere le ingiurie e le offese da loro arrecate, di rinunciare ad ogni rivendicazione e specialmente alle ingiurie durante le percosse ricevute da Benedetto l'8 ottobre, e di sottoporsi, in caso di inosservanza, ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini.

f. 101v

Indictione quinta mense octubris die XVI.

Testes: Cecchus Cafari, Petrus Paulus Roscolini, Iohannes Cambii mandatarius et Oddo de Seromanis de regione Pinee.

Actum in dicta regione.

In presentia mei notarii et testium etc. Benedictus et Lucas germani fratres filii olim Iannocti dicti alias Matarazo de regione Pinee, qui Lucas primo iuravit etc. ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt eorum et cuiuslibet ipsorum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem negotiorum gestorem et numptium specialem seu quocumque alio nomine melius dici potest scilicet Symoncinum magistri HERRICI dudum de Florentia nunc de Urbe de regione Sancti Eustachii, presentem et in se mandatum suscipientem, ad dandum redendum et protestandum, pro eis et eorum nomine, pacem et securitatem perpetuam Bonohomini Sancti muratoris molendinario et Nucio, filio eius, de Ripa fluminis et cuilibet ipsorum seu eorum procuratori pro eis recipienti et similem pacem et securitatem recipiendum ab eis seu eorum procuratore pro eis vel alterius eorumdem, osculo vere pacis interveniente inter eos de ore ad hos, et ad remittendum omnem iniuriam et offensam factam et illatam per ipsos Bonumhomine et Bucium<sup>(a)</sup>,

f. 102r

eius filium in personis ipsorum Benedicti et Luce vel alterius eorumdem quicumque modo iure titulo sive causa usque in presentem diem et similem<sup>(b)</sup> remissionem recipiendum ab ipsis eorum procuratore pro eis, nec non ad renumpsiandum et refutandum omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas dictus Benedictus et Lucas seu aliquis ex eis petere posset dictis<sup>(c)</sup> Homiidei et Bucio, eius filio, usque in diem presentem et similem refutationem recipiendum ab eis seu ipsorum procuratore pro eis et specialiter de iniuriis et percussionibus factis et illatis per ipsum Benedictum in persona dicti Bonihominis die iovis VIII dicti mensis octubris per ipsum Benedictum et ad promittendum, nomine ipsorum constituentium de perpetuo non offendere nec offendi faciendum ipsos patrem et filium nec aliquem ipsorum in personis vel bonis per sese vel alium eorum seu alterius ipsorum, nomine et pro eis, sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti et ad renumpsiandum capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et similem promissionem recipiendum ab eis seu eorum procuratore pro eis cum renumpsiatione capitulo statuti predicti et ad obligandum pro predictis omnia bona ipsorum Benedicti et Luce et cuiuslibet ipsorum et ad volendum quod totiens dicta pena tollatur tali et exigi possit a contrafaciente

f. 102v

quotiens contra factum fuerit et ad declarandum et convenendum quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et similem promissionem et declarationem recipiendam ab ipsis patre et filio seu ipsorum vel alterius eorum procuratore pro eis et ad dandum pro predictis ydoneam fideiussionem et similem fideiussionem recipiendum et renumpsiandum omnibus renumpsiandibus oportunis et generaliter ad omnia alia et singula faciendum procurandum et exercendum, que in predictis et circa predicta essent necessaria et oportuna et que ipsimet constituentes facere possent si personaliter interessent, pro quibus obligaverunt omnia bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

(a) Ripetuto “et Bucium” (b) P “simili” (c) P “dicti”.

86.

1366, ottobre 16

Giovanni *Cambii* mandatario del rione Pigna, procuratore di Omodeo (o Buonuomo) mugnaio figlio di Santo muratore del rione di S. Angelo, e Simoncino figlio del defunto maestro Enrico già di Firenze ed ora di Roma del rione S. Eustachio, procuratore di Benedetto e di Luca figli del defunto Giannuzio detto *Matarazo* del rione Pigna, stipulano un atto di vera pace e di perpetua sicurezza col reciproco scambio della vera pace. I procuratori rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente dalle due parti e specialmente per l'accusa, promossa da Omodeo in una causa giudiziaria presso la curia dei malefici del Campidoglio, circa

le percosse con ferite sanguinose ricevute da Benedetto l'8 ottobre e, per la conservazione della pace, impegnano tutti i loro beni mobili ed immobili e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro preghiera e richiesta di Giovanni si offrono quali garanti Antonio di Luzio *Bacchi*, Nuzio *Leni* detto *Scisciolo*, Orlando mugnaio del rione S. Angelo e Petruzio di Paolo *Crivelli* del rione Arenula; allo stesso modo dietro richiesta di Simoncino si offrono quali garanti Nardolo *Giorii* del rione di S. Angelo, Giacobello di Tuzio *Tellonis*, Giacobello *Iusii* lanaiolo del rione Pigna e Bocio *ser Mei* lanaiolo del rione S. Eustachio. La stipula dell'atto di pace è rogata davanti la chiesa di S. Maria *iuxta flumen*.

Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Tucius Tordonerii de Ripa fluminis, Petrus Gaçafare de regione Pinee, Cecchus Cafari, Andreas Iohannecti calsolarius et Oddo Seromani de regione Pinee.

Actum ante ecclesiam<sup>(a)</sup> Sancte Marie iuxta flumen.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Cambi mandatarius de regione Pinee, procurator et persona legitima Hominisdei Santi muratoris molendinarii de regione Sancti Angeli, procurator nomine ipsius, ex una parte, et Symoncinus filius olim magistri Herrici dudum

f. 103r de Florentia nunc de Urbe de regione Sancti Eustachii, procurator et persona legitima Benedicti et Luce fratuum filiorum olim Iannocti dicti alias Matarazo de regione Pinee, ut de ipsis procuratorio apparet manu mei eiusdem notarii, ex parte alia, eorum bonis voluntatibus, procuratorio nominibus quibus supra, fecerunt reddiderunt et prestiterunt ad alterutrum veram et mundam pacem et perpetuam securitatem, osculo vere pacis interveniente inter eos de hore ad hos, et remiserunt ad alterutrum, quibus supra nominibus, omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas partes hinc inde usque in diem presentem et renumpiaverunt unus alteri et alter alteri omnia iura et actiones iustitias et petitiones que et quas dicte partes, videlicet una pars alteri et altera alteri petere et exigere posset usque in presentem diem et specialiter dictus Iohannes, procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo remisit dicto Symoncino, procuratori predicto presenti et recipienti quo supra nomine, et mihi notario recipienti pro ipso Benedicto, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas dictus Homodei<sup>(b)</sup> dicto Benedicto petere posset occasione accusationis istitute per ipsum Hominemdei dicto Benedicto in curia maleficiorum curie

f. 103v Campitolii de percussionibus cum sanguine et aliis in accusa contentis, commissis et factis per ipsum Benedictum in persona dicti Hominisdei die iovis proxime futuro<sup>(c)</sup> VIII<sup>o</sup> istante mense octubris et quondam inde fiende, promicentes dicti procuratores, quibus supra nominibus, de non offendendo una pars aliam et alia aliam in personis vel bonis per sese ipsis vel alium seu alios earum nominibus et pro eis, sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsis camera et parte et voluerunt dicti procuratores, quibus supra nominibus, quod totiens dicta pena tollatur a contrafaciente quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis nichil homninus firmis manentibus, actum et declaratum inter ipsos procuratores, quibus supra nominibus, quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax fangitur, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti procuratores, quibus supra nominibus, obligaverunt ad alterutrum omnia bona predictorum, quorum procuratorum sunt, mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiaverunt etc. et ad hec ad preces<sup>(d)</sup> et instantiam dicti Iohannis, procuratoris predicti, quo supra nomine, Anthonius Lutii Bacchi, Nucius Leni dictus alias Scisciolo,

f. 104r Orlandus molendinarius de regione Sancti Angeli et Petrutius Pauli Crivelli de regione Arenule sponte, quilibet ipsorum in solidum, fideiusserunt penes dictum Symoncinum, procuratorem predictum presentem et recipientem quo supra nomine, et me notarium ut publicam personam presentem stipulantem et recipientem pro camera Urbis et parte et promiserunt sese facturos et curaturos quod dictus Bonushomo perpetuo non offendet nec offendi faciet in persona vel bonis ipsos Benedictum et Lucam nec aliquem ipsorum per se vel alium ad penam predictam stipulatam ut supra, nec non sese et bona ipsorum principaliter obligando promiserunt dicti procuratori, et mihi notario ut supra quod dictus Nucius filius Hominisdei perpetuo non offendet nec offendi faciat in personis vel bonis vel se vel alium dictos Benedictum et Lucam nec aliquem ipsorum, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti fideiussores obligaverunt et principaliter omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc. et versa vice ad petitionem et instantiam dicti Simoncini, procuratoris predicti penes dictum Iohannem, presentem et recipientem ut supra, et me notarium ut publicam personam recipientem et stipulantem ut supra, Nardolus Giorii de regione Sancti Angeli, Iacobellus Tucii Tellonis, Iacobellus Iusii lanarolus de regione Pinee, qui Iaco-

f. 104v bellonis<sup>(e)</sup> primo iuravit etc. et Bocius ser Mei lanarolus de regione Sancti Eustachii sponte, quilibet ipsorum in solidum, fideiusserunt et promiserunt quod dicti Benedictus et Lucas nec alter ipsorum perpetuo non offendet nec offendi faciet in persona vel bonis dictum Hominemdei ad penam predictam, stipulantem ut

supra, nec non sese et bona ipsorum principaliter obligaverunt et promiserunt quod dicti Benedictus<sup>(f)</sup> et Lucas perpetuo non offendent nec offendi facient in persona vel in bonis dictum Nucium, filium dicti Hominisdei, ad penam predictam ut supra stipulatam, proviso semper quod hec securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti fideiussores et principales expromissores obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt omnes ipsi et quilibet ipsorum in solidum pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P ecclesia <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Così P, ma intendasi preterito <sup>(d)</sup> P “preceps” e così di seguito nei casi seguenti <sup>(e)</sup> P “Iacocellonis”  
<sup>(f)</sup> Depennato “et Bu”.

87.

1366, ottobre 17

Matteo detto *Trulgus* del rione Colonna offre la sua opera a Pietro *Gani* dello stesso rione per il periodo di un anno per sorvegliare le vacche con un compenso annuale di 41 libbre di provisini del senato, da suddividersi per ciascun mese, e con le spese consuete.

f. 105r

Indictione quinta mense octubris die XVII.

Testes: Lellus Bucii Iohannis Rubei, Nucius Pauli Romauli et Laurentius Mutus.

Actum in Iovio scyndici.

In presentia mei notarii et testium etc. Matheus dictus alias Trulgus de regione Columpne ac die presente sponte locavit se et operas suas hinc ad unum annum proxime futurum<sup>(a)</sup> cum Petro Gani de eadem regione, presente et recipiente, ad custodiendum vaccas ipsius Petri pro pretio et nomine pretii XLI librarum provisinorum senatus, dividendi sibi per mensem et tempora, et expensis consuetis etc.

<sup>(a)</sup> Depennato a.

88.

1366, ottobre 19

Il prete Raimondo rettore della chiesa di S. Maria in *Campo Carlei*, procuratore di Agapita vedova di Pietro *de Ciceronibus* e delle figlie Paola vedova di Paolo *Novelli* del rione Monti e di Lorenza moglie di Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea de Rubeis del rione Pigna, come risulta dalla procura rogata dal notaio Giordano di Giacomo *de Çappis*, e Giacobello figlio del defunto Cecco *Stati* calzolaio del rione Pigna, procuratore di Buzio di Pietrone Iustoli del rione Monti, come risulta dalla procura rogata dal notaio Giannozio Primicerio, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza. I procuratori rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente dalle due parti ed in particolare il prete Raimondo perdona le ingiurie e le offese rivolte da Buzio a *Pietro de Ciceronibus*, ormai defunto, nel tempo in cui fu commesso l'omicidio da Cecco di Luca, al quale aveva prestato aiuto, contro lo stesso Pietro, come pure rinuncia alla diffida un tempo inoltrata alla camera di Roma.

Le due parti impegnano tutti i loro beni e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Infine il procuratore Giacobello promette che Buzio non abiterà nel rione Monti.

Indictione quinta mense octubris die XVIII.

Testes: Lucas Cecchi Luce, Martinus Venturini sutor, Andreas Iohannecti<sup>(a)</sup> calsolarius et \*\*\*\*\*<sup>(b)</sup> dictus alias Picchio calsectarius de regione Pinee.

Actum in ecclesia Sancti Marci.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis vir dominus presbiter Raymundus rector ecclesie Sancte Marie in Campo Carlei, procurator et persona legitima dominarum Agapte uxor olim Petri de Ciceronibus, Paule filie dicti olim Petri et uxoris olim Pauli Novelli de regione Montium et Laurentie filie dicti olim Petri de Ciceronibus et uxoris Guilielmi Petri Andree

f. 105v

de Rubeis de regione Pinee, ut de ipso procuratorio patere dicitur manu Iordani Iacobi de Çappis publici notarii, procuratorio nomine ipsarum, ex una parte, et Iacobellus filius olim Cecchi Stati calsolarius de regione Pinee, procurator et persona legitima Bucii Petronis Iustoli de regione Montium, ut de ipso procuratorio patere dicitur manu Iannocti primicerii publici notarii, procuratorio nomine ipsius, ex parte altera, ac die presente sponte, quibus supra nominibus, fecerunt inter sese pacem et securitatem perpetuam et remiserunt ad alterutrum, quibus supra nominibus, omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas usque in presentem diem et specialiter dictus presbiter Raymundus renumpsiavit et refutavit ac remisit dicto Iacobello, procuratori predicto quo supra nomine recipienti, omnem iniuriam et offensam factam et illatam per ipsum Bucium in persona dicti olim Petri de Ciceronibus, tempore commissi homicidii per Lucam Cecchi Luce in persona dicti Petri. Item occasione auxilii et faoris<sup>(c)</sup> prestiti<sup>(d)</sup> per ipsum Bucium dicto homicidio. Item et occasione diffidationis et quondam facte de dicto Bucio occasione predicta, tam ad cameram quam ad

f. 106r

partem et generaliter etc. promictentes ad invicem dicti procuratores, quibus supra nominibus, de non offendendo nec offendi faciendo una pars aliam et alia aliam sub obligatione bonorum ipsarum partium et pena V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti predictam servantem, actum et declaratum inter ipsas partes quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et voluerunt dicte partes quod totiens dicta pena tollatur tolli et exigi possit a parte contra faciente quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis firmis manentibus, renumptiaverunt in predictis dicti procuratores capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti procuratores, quibus supra nominibus, obligaverunt omnia bona ipsarum partium mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. pro quibus etc. et renumptiaverunt etc. insuper promisit dictus Iacobellus, procurator predictus, dicto presbitero Raymundo, procuratori predicto, quo supra nomine recipienti, quod dictus Bucius non habitabit in regione Montium.

<sup>(a)</sup> Depenato “de r” <sup>(b)</sup> Così P, ma intendasi “Anthonius Stephanelli” ripetuto al f. 110r <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> P ”prestiter”.

89.

1366, ottobre 24

Lippo *Ricciutoli* del rione Pigna, tutore di Andrea, di Ceccolo e di Vannozia figli pupilli del defunto Buonanno *Ricciutoli*, contrae un'obbligazione per sè e per i pupilli tutelati, per la sorella Perna del rione di S. Angelo e per la nipote Giacoma vedova di Lello *Ursi*, nomina arbitro Giovanni *Nacciolus* del rione Campitelli per risolvere la controversia sorta tra le persone da lui rappresentate e Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna a causa della somma di 25 fiorini d'oro da lui richiesti, delle testimonianze rese da Giacoma e Perna contro Lorenza moglie di Guglielmo e delle ingiurie e delle azioni malvagie scambiate tra le due parti.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare ed il richiedente promette di osservare l'arbitrato, a tal fine impegna i suoi beni e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato, con l'impegno che il compromesso avrà la durata di un mese.

Dietro preghiera e richiesta di Lippo si offre quale garante Paluzio di Pietro *Guictonis* del rione Pigna.

Indictione quinta mense octubris die XXIII.

Testes: Anestaxellus Anestaxii tabernarius, Iorius tabernarius et Nucius Petri Guictonis de regione Pinee.

Actum ante domum Bucii Capucie in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lippus Ricciutoli de regione Pinee ac die presente, tam suo proprio nomine quam ut tutor et persona legitima

f. 106v

Andree, Ceccholi et Vannotie pupillorum filiorum olim Bonianni Ricciutoli de regione Pinee, pro quibus dictus Lippus promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, nec non vice et nomine domine Perne, germane sororis dicti olim<sup>(a)</sup> Lippi uxoris olim<sup>(b)</sup> de regione Sancti Angeli et domine Iacobe, filie ipsius domine Perne, uxoris olim Lelli Ursi nepotis germane dicti<sup>(c)</sup> Lippi, pro quibus etiam dictus Lippus promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit et sese facturum et curaturum quod predicti pupilli et domine domine<sup>(d)</sup> hunc compromissum et omnia et singula ex eo descendencia semper et perpetuo ratam gratam et firmam habebunt et contra nullo modo facient vel venient, sub ypotheca obligationis omnium bonorum ipsius Lippi et pena infrascripta, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate, pro se et quibus supra nominibus, compromisit et compromissum fecit in discretum virum Iohannem Nacciolum de regione Campitelli<sup>(e)</sup>, licet absentem tamquam presentem<sup>(f)</sup>, tamquam in eorum arbitrum arbitratorem et commune amicum de omni lite discordia questione et controversia que esset vel esse posset inter ipsos Lippum prefatum, pupillos et dictam dominam, ex una parte, et<sup>(g)</sup> Guilielmum filium olim Petri

f. 107r

Andree de Rubeis de regione Pinee, ex alia, tum pretestu et occasione XXV florenorum auri quos dictus Lippus petebat ab ipsa domina<sup>(h)</sup> seu a dicto eius viro, tum etiam vigore certi testimonii facti per ipsam dominas Iacobam et Pernam contra ipsam dominam Laurentiam, tum etiam vigore quarumcumque iniuriam hinc inde factarum et delictorum hinc inde commissorum per ipsas partes, una contra aliam et generaliter de omni eo quod dicte partes, una contra aliam et alia contra aliam petere possent civiliter seu criminaliter usque in diem presentem, dans<sup>(i)</sup> et concedens dictus Lippus, pro se et quibus supra nominibus, dicto Iohanni plenam et liberam potestatem arbitrandi laudandi et difiniendi inter ipsas partes, alte et basse, de facto et de iure, semel et plures partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non, prout ipsi Iohanni melius visum fuerit, promictens dictus Lippus, pro se et quibus supra nominibus<sup>(j)</sup>, omne arbitrium laudum seu mandatum unum seu plura, ex dicti compromisso descendencia, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et ab ipso non appellare nec<sup>(k)</sup> supplicare seu petere reductionem ad arbitrium boni viri nec appellare<sup>(l)</sup> supplicare nec reductionem ad arbitrium boni viri petere consentire, sub obligatione

f. 107v

bonorum omnium ipsius Lippi mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus pro medietate<sup>(m)</sup> camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servantem quod compromissum durare voluit hinc ad unum mensem proxime futurum et ad hec ad preces et instantiam

dicti Lippi, pro se et quibus supra nominibus, Palutius Petri Guictonis de regione Pinee, qui iuravit etc. sponte fideiussit penes me notarium ut publicam personam recipientem et stipulantem vice et nomine camere Urbis et parti et promisit se facturum et curaturum quod predicta omnia et singula premissa per ipsum Lippum erunt perpetuo inviolabiliter observata per supradictos Lippum et omnes alios supradictos et quolibet ipsorum sub obligatione bonorum ipsius Pauli et pena predicta ut supra stipulata, pro quibus obligavit bona sua, renumpsiavit in predictis predicti Lippus et Paulus et quilibet ipsorum capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P, ma si tratta evidentemente di un errore <sup>(b)</sup> Omesso il nome del marito defunto, né è stato lasciato uno spazio bianco  
<sup>(c)</sup> Corretto con i la e finale e depennato poi domine <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> L'espressione che segue fino a "tamquam" è annotata nell'interlinea superiore e ad essa fa riferimento un segno di richiamo <sup>(f)</sup> Depennato "et an" <sup>(g)</sup> Depennato "ap" <sup>(h)</sup> P "domino" inoltre dal contesto appare dubbio a quale "domina" possa essere rivolta la richiesta di pagamento: presumibilmente si tratta di Lorenza, come risulta dall'atto successivo, ma non citata in precedenza <sup>(i)</sup> P "dantes" <sup>(j)</sup> Depennato "dicto arbitrio et ar"  
<sup>(k)</sup> Depennato "appe" <sup>(l)</sup> P "appallare" <sup>(m)</sup> P "mendietate".

90.

1366, ottobre 25

Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, per sè e per la moglie Lorenza figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus*, nomina arbitro Giovanni *Naccioli* per risolvere la controversia sorta con Lippo *Ricciutoli* del rione Pigna, i pupilli da lui tutelati, la sorella Perna e la nipote Giacomina vedova di Lello *Ursi* a causa del pagamento della somma di 25 fiorini d'oro e di altri motivi esposti nel precedente documento.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare ed il richiedente promette di osservare l'arbitrato, a tal fine impegna i suoi beni e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato, con l'intesa che il compromesso avrà la durata di un mese.

Dietro preghiera e richiesta di Guglielmo si offre quale garante Cecco di Sabatino del rione Pigna.

f. 108r

Indictione quinta mense octubris die XXV.

Testes: Cecchus Cafari, Anthonius Sabbe de regione Pinee et Anthonius Iannocchi de castro Podii Donadei.

Actum in domo mei notarii infrascripti.

In presentia mei notarii et testium etc. Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, qui iuravit etc. pro se et suo proprio nomine ac vice et nomine domine Laurentie, uxoris sue, filie olim Petri de Ciceronibus, pro qua promisit de rato et rati abitione et se et bona sua principaliter obligavit, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate, pro se et quo supra nomine, compromisit et compromissum fecit in supradictum Iohannem Naccioli, licet absentem tamquam presentem, de omni lite et questione que est vel esse posset inter ipsos<sup>(a)</sup> Guilielmum et dominam Laurentiam uxorem suam, ex una parte, et prefatos Lippum, tam suo nomine quam ut tutorem supradictorum pupillorum, dominam Pernam et dominam Iacobam supradictas et quamlibet ipsarum, tum pretestu et occasione dictorum XXV florenorum auri, quam etiam rationibus aliis supradictis et generaliter de omni eo quod una pars alteri petere et exigere posset usque

f. 108v

in presentem diem tam civiliter quam criminaliter, dans et concedens dictus Guilielmus, pro se et quo supra nomine, dicto Iohanni arbitro et arbitratori predicto plenam et liberam potestatem arbitrandi laudandi terminandi et mandandi inter ipsas partes, alte et basse, de facto et de iure etc. promictens dictus Guilielmus, pro se et quo supra nomine, omne arbitrium laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere atendere et observare et contra non facere vel venire, sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus stipulata pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servantem, renumpsiavit in predictis dictus Guilielmus capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et ad hec ad preces et instantiam dicti Guilielmi, pro se et quo supra nomine, Cecchus Sabatini de regione Pinee sponte fideiussit in omnem casum causam et eventum omnium et singulorum predictorum et renumpsiavit epistule divi Adriani etc. quod compromissum durare voluerunt hinc ad unum mensem proxime futurum, pro quibus omnibus et sigulis observandis<sup>(b)</sup> dictus principalis quam dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt beneficio fori etc.

<sup>(a)</sup> Corretto il precedente pronome "ipsas" in "ipsam" ma intendasi ipsos inoltre è stato poi depennato "partes" <sup>(b)</sup> Parzialmente depennato "da".

91.

1366, ottobre 25

Cola di Pietro *Larocca* selaiolo del rione Monti detto *Cecus*, padre e amministratore di Giacobello e di Cola ed a nome della moglie Giovanna, e Giacobello figlio del defunto Cecco *Stati* calzolaio del rione Pigna, a nome di Buzio figlio del defunto Petrone *Iustoli*, promettono che le persone da loro rappresentate osserveranno una perpetua sicurezza e non recheranno offese vicendevoli sia per le persone che nei beni.

Gli stipulanti impegnano i loro beni e si sottopongono, in caso di inosservanza, ad una sanzione pecuniaria di 200 libbre di provisini del senato.

Si conviene infine che se Giacobello e Cola, durante la minore età, dovessero offendere Buzio senza accompagnatori, la perpetua sicurezza non sarà ritenuta infranta; sarà invece ritenuta violata se essi dovessero commettere dei soprusi contro Buzio insieme ad altri compagni e, in tal caso, saranno tenuti al pagamento quadruplicato della pena pecuniaria.

Dietro richiesta di Cola detto *Cecus* si offrono quali garanti Santo figlio di Pietro di Ognissanti, [C]ola di Marino sellaio del rione Pigna e Lello di Cola Ma[.]rice del rione Monti; allo stesso modo dietro richiesta di Giacobello si offrono quali garanti Nicola di Meolo marmista, Oddone *de Seromanis* e Antonio di Stefanello detto *Picchio* del rione Pigna.

f. 109r

Indictione quinta mense octubris die XXV.

Testes: Cecchus Oddonis de Archioninis de regione Montium, Neapoleonus Bucciaronis<sup>(a)</sup> et Alexius Iohannis Alexii de regione Campitelli et Paulus domine Iacobe de regione Campimartis.

Actum Rome in domo domini Gregorii de Marganis.

In presentia mei notarii et testium etc. Cola Petri Larocca sellarius de regione Montium dictus alias Cecus, ut pater et legitimus aministrator Iacobelli et Cole filiorum ipsius, et vice et nomine domine Iohanne uxoris sue, pro quibus et quolibet ipsorum pro se et bona sua principaliter obligavit de rato et promisit se facturum et curaturum quod dicti filii et uxor et quilibet ipsorum infrascripti<sup>(b)</sup> securitatem perpetuo observabunt inlesam et quod de cetero non offendent nec offendi facient infrascriptum Bucium in persona vel bonis per sese vel alium ipsorum seu alterius, ipsorum nomine, ad penam infrascriptam, ex una parte, et Iacobellum filius olim Cecchi Stati calsolarius de regione Pinee, qui iuravit etc. et qui pro Bucio filio olim Petronis Iustoli se et bona sua principaliter obligavit et promisit de rato et se facturum et curaturum quod dictus Bucius<sup>(c)</sup> infrascriptam securitatem perpetuo observabit inlesam et quod de certo non offendet nec offendi faciet in persona vel bonis prefatum Iacobellum, Colam et dominam Iohannam per se vel alium, eius nomine,

f. 109v

ad penam infrascriptam, ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt, quibus supra nominibus, securitatem perpetuam et promiserunt, quibus supra nominibus, quod predicti, supra nominati, non offendent sese ad invicem perpetuo in personis vel bonis per sese vel alium seu alios eorum vel alterius, eorum nomine, sub pena et ad penam<sup>(d)</sup> II<sup>e</sup> librarum provisinorum senatus, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servantem, et me notarium<sup>(e)</sup> ut publicam personam recipientem et stipulantem vice et nomine dicte camere Urbis et partis, actum et declaratum inter ipsas partes quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et quod totiens dicta pena tollatur a contrafaciente quotiens contra factum fuerit securitate predicta nichillominus firma manente, pro quibus omnibus et singulis dicti Cecus et Iacobellus obligaverunt bona ipsorum etc. renumptiaverunt in predictis capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis notis et declaratis inter ipsas partes, solempni stipulatione interveniente, quod si dicti Iacobellus et Cola seu alteri ipsorum offenderunt ipsum Bucium, in pupillari etate sine sociis, quod securitas non intelligatur fracta, scilicet tantum ad penam quatrupli<sup>(f)</sup> teneantur de excessu quod commississet contra dictum Bucium si<sup>(g)</sup>

f. 110r

[v]ero cum sociis offendisset ipsum quod securitas intelligatur [f]racta et penam ab ipso Cola omnimode exigatur, quia [sit] actum et conventum estitit inter eos et ad hec ad [p]etitionem et instantiam dicti Cole dicti alias Ceci, nominibus quibus [su]pra, Santus filius olim Petri Omniasanti vardarius, [Co]la Marini sellarius de regione Pinee et Cole Ma[\*\*]rice de regione Montium, quilibet ipsorum in solidum se et bona [s]ua principaliter obligando, solempni stipulatione interveniente, [pro]miserunt dicto Iacobello, presenti et recipienti, quo supra nomine, et mihi [n]otario ut publice persone recipienti et stipulanti quo supra nomine, et promiserunt [sese] facturos et curaturos quod dictus Iacobellus et Cola filii dicti Cole [et] dicta domina Iohanna, eius uxor, perpetuo non offendent nec [off]endi facient ipsum Bucium in persona vel bonis per sese vel [ali]um eorum seu alterius, ipsorum nomine, ad penam predictam sti[p]ulatam ut supra cum declarationibus supradictis et [v]ersa vice ad petitionem et instantiam dicti Iacobelli filii olim Cecci (St)ati, quo supra nomine, Nicolaus Meuli marmorarius, Oddo [de] Seromanis et Anthonius Stephanelli dictus alias Picchio [de] regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum sollempni stipulatione inter(v)eniente, promiserunt dicto Cole alias dicto Cieco, presenti [et] recipienti quibus supra nominibus, et mihi notario ut publice persone recipienti [ab] eis, quod dictus Bucius perpetuo non offendet nec offendi faciet [per] se vel alium in personis vel bonis dictos Iacobellum et<sup>(h)</sup>

f. 110v

Cola, filios dicti Cole, et dominam Iohannam, eius uxorem, nec aliquem ipsorum ad penam predictam stipulatam ut supra, pro quibus omnibus et singulis observandis<sup>(i)</sup> predicti omne supra nominatis, ex utraque partibus, ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumptiaverunt capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus n[on] exigendis et epistule divi Adriani etc. et voluerunt [pro] predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumptiaverunt in hiis ferris et beneficio fori etc. pro quibus etc. et renumptiaverunt etc.

(a) Depennato “de” (b) Depennato “pacem” (c) P “Bucium” (d) Depennato “V<sup>c</sup>” (e) Ripetuto “notarium” (f) P “quatupli” (g) Una striscia di carta è stata incollata sul margine sinistro del foglio per unirlo al corrispondente f. 65r, primo “folium” del quaderno: in tal modo sono state coperte le lettere iniziali delle righe del foglio (h) Ripetuto “et” (i) .

92.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

Scriptum<sup>(a)</sup> per me Paulum de Serromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarium mensibus et diebus suprascriptis et meum signum apposui consueta.

(a) P observandicti poi è stato accennato un segno di crasi dopo la d (e) La “subscriptio” è stata annotata, in modo inconsueto, dopo il precedente atto del mese di ottobre: le abbreviature continuano, senza soluzione di continuità, in due altri quaderni del protocollo fino alla consueta scadenza annuale del 24 dicembre 1366, a conclusione è ripetuta di nuovo la “subscriptio”.

(S)

93.

1366, ottobre 28

Angeluzio *Iannocchi de castro Podii Donadei*, con la garanzia di Matteo figlio del defunto Giovanni Çii, del rione Trevio riceve in deposito da Pietro asinaio di Paolo *de Seromanis* del rione Pigna due buoi addomesticati del valore di 16 fiorini d’oro e promette di restituirli a richiesta del concedente.

f. 111r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup> LXVI pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione quinta mense octubris die XXVIII.

Testes: Oddo de Seromanis, Andreas ortulanus et presbiter Franciscus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea.

In presentia mei notarii et testium etc. Angelutius Iannocchi de castro Podii Donadei, ut principalis debitor, et Matheus filius olim Iohannis Çii de regione Trivii, ut fideiussor ipsius, et quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ambo liberentur, eorum bonis voluntatibus confessi fuerunt habere in depositum nomine et causa depositi, a Petro casengo Pauli de Seromanis de regione Pinee, presente et legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus, idest duos boves domitos ipsius Petri valoris XVI florenorum auri, quos confessi sunt se recepisse et penes eos habere et tenere, de quibus et quo pretio se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. quos boves tenere custodire et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum periculum et fortunam, scilicet incendii mortis furti etc. et eidem Petro dictos boves vel dictam eius extimationem redere et restituere promiserunt ad omnem

f. 111v petitionem et voluntatem ipsius Petri cum dampnis et expensis ab inde in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti principalis et fideiussor et quilibet ipsorum in solidum eidem Petro obligaverunt omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones et ea quantum ad hec, nomine ipsius Petri, tenere et possidere precario contituerunt et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore renumpsiaverunt in hiis ferriis beneficio fori, epistule divi Adriani etc.

94.

1366, ottobre 28

Angeluzio *Iannocchi de castro Podii Donadei* promette a Matteo figlio del defunto Giovanni Çii di esonerarlo dall’obbligazione contratta a suo favore nell’atto precedente.

Eodem anno, indictione mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Supradictus Angelutius Iannocchi sponte ac die presente promisit et per legitimam et solempnem stipulationem intervenientem convenit dicto Matheo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, ipsum Matheum extrahere<sup>(a)</sup> et conservare indempnem a fideiussione et obligatione predicti omnibus ipsius Angelutii sumptis et expensis, pro quibus omnibus observandis dictus Angelutius penes dictum Matheum obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

(a) Così P, intendasi “extrahere”.

95.

1366, ottobre 30

I nobili Buzio *Capucie de Capocchinis* e Cecco di Sabatino del rione Pigna eletti arbitri da Ceccolello figlio del defunto Ciaffo *de Cancellaris* del rione Colonna e da Giacobello figlio del defunto Giovanni *Marronis*,



presente anche a nome del fratello Nicola canonico della basilica del Principe degli Apostoli, come risulta dal compromesso rogato dai notai Pietro di Giovanni *Ciole* e dallo stesso Paolo *de Seromanis*, seduti in un podio sulla loggia di Buzio deliberano che sia instaurata tra le due parti contendenti un patto di sicurezza perpetua con la pena di una sanzione prevista nel compromesso da loro stipulato.

f. 112r

Indictione quinta mense octubris die XXX<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Bactalgerii, Rogerius de Tosectis, Sanctus Petri speciarii de regione Columpne, Nicolaus Cafari et Lellus Madaleni de regione Pinee.

Actum in lovio Bucii Capucie.

In presentia domini Bartholomei domini Petri Santi et mei notariorum etc. nobiles viri Bucius Capucie de Capoccinis et Cecchus Sabbatini de regione Pinee arbitri arbitratores<sup>(a)</sup> et amicabile compositores communiter electi inter Ceccholellum quondam Ciaffi de Cancellaris de regione Columpne, ex una parte, et Iacobellum filium olim Iohannis Marronis de regione Pinee, ex alia parte, pro se et domino Nicolao frate suo canonico basilice Principis Apostolorum de Urbe, ut de compromisso in eis facto patet manu Petri Iohannis Ciole et mei notariorum, sedentibus in dicto lovio ipsius Bucii in podio pro tribunali, viam arbitratoriam recipientem pro bono pacis et concordie ipsarum partium mandaverunt inter ipsas partes, presentibus ipsis Iacobello et Ceccholello et audientibus ac etiam acceptantibus, securitatem perpetuam et quod ad invicem dicte partes ad alterutrum sese non offendant nec offendi faciant in personis vel bonis

f. 112v

pro sese vel alium seu alios in perpetuum sub pena et ad penam in dicto compromisso contenta, actum et declaratum inter ipsas partes ac expresse conventum quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et voluerunt etiam dicte partes quod totiens dictam penam tollatur tolli et exigi possit quotiens contra factum securitatem predictam nichilominus firma manente etc.

<sup>(a)</sup> P “arbitratore”.

96.

1366, ottobre 30

Angelo *de Mutis* primicerio, Pietro di Cinzio *de Cinthiis*, Giovanni *de Corbinis*, Francesco di Guidone abilitato in diritto e Pietro *de Mutis* canonici beneficiati della *scola cantorum*, per sè, per gli altri colleghi e per la loro chiesa, nominano loro procuratori i notai Antonio di Lorenzo *Pocie*, Nuzio *de Bulgaminis*, Cecco di Giacomo di Paolino e Giovanni *de Marganis*, oltre a Buzio *Fecçole*, per le cause della *scola cantorum*, promettono di esonerarli da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il loro operato.

Indictione quinta mense octubris die penultimo.

Testes: dominus Thomaxius de Catellinis, Bucius, frater eius de regione Arenule et Cola Oddonis de regione Pontis.

Actum in domo domini episcopi Aretini.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabiles viri dominus Angelus de Mutis primicerius, dominus Petrus Cinthii de Cinthiis, dominus Iohannes de Corbinis, dominus Franciscus Guidonis licentiatus in iure et dominus Petrus de Mutis canonici beneficiati scole cantorum, pro sese ipsis et vice et nomine aliorum collegarum eorum et pro ipsa ecclesia, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt eorum et cuiuslibet ipsorum veros et legitimos procuratores actores factores et numptios speciales Anthonium Laurentii *Pocie*, Nucium de *Bulgaminis*, Cecchum

f. 113r

Iacobi Paulini, Iohannem de *Marganis* notarios, licet absentes tamquam presentes, et Bucium *Fecçole*, presentem et recipientem, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum ceperit alter prosequi valeat et finiri ad omnes ipsorum et dicte scole cantorum causas lites et questiones que et quas habet in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore etc. et cum plena et plenissima potestate substituendi unum vel plures procuratores loco ipsius seu ipsorum ipsosque revocandos si et quando eis videbitur oportunum, promicentes dicti constituent<sup>(a)</sup> dictos eorum scyndicos procuratores relevare ab omni honore satisfactionis etc. et sese ratum gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per dictos eorum scyndicos et procuratores seu alterutrum ipsorum actum factum gestum et procuratum fuerit etc. pro quibus obligaverunt bona dicte scole cantorum etc. et renumpriaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “se”.

97.

1366, ottobre 31

Antonio figlio di Cola Thomarotii del rione di S. Eustachio rilascia una quietanza a Cecco di Sabatino del rione Pigna per un atto di deposito, rogato dal notaio Romanuzio, dopo aver ricevuto la somma di 8 fiorini d'oro.

Indictione quinta mense octubris die ultimo.

Testes: dominus Laurentius domini Petri causidicus de regione Montium, dominus Petrus Capudgache de regione Trivii.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius filius Cole Thomarotii de regione Sancti Eustachii, qui iuravit etc. sponte renumpsiavit et refutavit

f. 113v

et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Ceccho Sabbatino de regione Pinee, presenti et recipienti, idest omnia iura et actiones que et quas habet et in futurum habere sperat contra et adversus ipsum Cecchum pretestu et occasione cuiusdam istrumenti depositi continentis quantitatem VIII florenorum auri, scripti manu Romanucii publici notarii, in quo dictus Cecchus eidem Anthonio apparet obligatus sic vel aliter plus vel minus prout in ipso deposito continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Anthonius dicto Ceccho, presenti et recipienti, fecit pro eo quod confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit dictus Anthonius dicto Ceccho, presenti et legitime stipulanti, quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine ipsius Cecchi, tenere et possidere constituit et precario recongnovit etc. et voluit pro predictis<sup>(a)</sup> posse cogi omni tempore etc. et in omni curia et coram quocumque iudice etc; et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "pro".

98.

1366, novembre 4

Nardolo, speciale, figlio del defunto Nuzio di Meolo, fabbro, del rione Pigna, con la garanzia di Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale e di Pietro di Alessandro, riceve in deposito da Angela moglie di Giacobello figlio del defunto Stefano *Marosi* taverniere del rione Pigna la somma di 30 fiorini e mezzo d'oro, che rappresentano una parte della dote versata con il consenso del marito, e promette di restituirla entro sei mesi.

f. 114r

Indictione quinta mense novembris die III<sup>o</sup>.

Testes: Nucius Buccamoça, Bartholomeus tabernarius de regione Pinee et Iacobus Bucii de castro Mareni.

Actum in domo infrascripti Iacobelli.

In presentia mei notarii et testium etc. Nardolus filius olim Nucii Meuli ferrarii speciarus de regione Pinee, ut principalis debitor, Lellus filius olim Corraducii Mastronis speciarus, etc. et Petrus Alexandri, ut fideiussores dicti Nardoli, omnes de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum uno solvente omnes liberentur, ac die presente eorum bona voluntate confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a domina Angela uxore Iacobelli filii olim Stephani Marosi tabernarii de regione Pinee, presente et recipiente ac legitime stipulante pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum, idest triginta florenos auri et dimidium, quos dicti<sup>(a)</sup> depositarii et quilibet ipsorum confessi sunt se recepisse et habuisse a dicta domina, qui floreni fuerunt et sunt pars dotis ipsius domine Angele, presentibus et confitentibus dictis depositariis et dicto Giacobello, viro suo, sic verum esse, de quibus dicti depositarii et quilibet ipsorum sese bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. quos triginta florenos auri et dimidium dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum promiserunt eidem domine, presenti et legitime stipulanti,

f. 114v

tenere custodire et salvos facere ad omne ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem domine dictos triginta florenos auri et dimidium dicti depositarii et quilibet ipsorum redere et restituere promiserunt hinc ad sex menses proxime futuros ab hodie in antea computando in florenis de auro seu pecunia numerata et non in alia specie<sup>(b)</sup>, cum dampnis omnibus et singulis ab inde in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti depositarii et quilibet ipsorum eidem domine, presenti et stipulanti, obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt, pro predictis omnibus et singulis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam ferriato et in omni curia ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore, renumpsiaverunt in hiis ferris diebus ferriatis, et beneficio fori epistule divi Adriani, beneficio nove constitutionis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta venire posset renumpsiaverunt expresse etc.

<sup>(a)</sup> Depennata una s finale <sup>(b)</sup> Depennato "pro quibus".

99.

1366, novembre 4

Giacomo di Stefano *Marosi* del rione Pigna, con il consenso della moglie Angela, vende a Nardolo speciale figlio del defunto fabbro Nuzio di Meolo del rione Pigna una casa con pianoterra e solaro, con un portico e un magazzino davanti ed un ballatoio sopra, salvo il diritto di proprietà dei *Candolfini* ai quali è dovuto un censo annuale di 3 solidi di provisini, al prezzo di 55 fiorini e mezzo d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Coluzia di Paolo *Troppe* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro richiesta di Giacomo si offrono quali garanti Nuzio figlio del defunto Gianuzio *Buccamocçe* del rione Pigna e Lello *Rubeus* carpentiere del rione Campitelli per la convalida del diritto di proprietà della casa.

Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Lellus Corraducii, Petrus Alesantri, Bartholomeus tabernarius de regione Pinee et<sup>(a)</sup> Iacobus Bucii de castro Mareni.

Actum in domo dicti Iacobelli.

f. 115r In presentia mei notarii et testium etc. Iacobus Stephani Marosi de regione Pinee, cum consensu et volutate domine Angele uxoris sue, que domina Angela renumpavit quantum ad hec omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, de ipso auxilio per me eundem notarium primo certiorata quid sit et quid dicat, ac die presente sua bona voluntate<sup>(b)</sup> vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Nardolo filio olim Nucii Meuli ferrarii speciaro de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Nardolus dare vendere et concedere voluerit, idest unam domum ipsius Iacobelli terrineam et solaratam cum porticali et statio ante se et mingiano supra se, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis<sup>(c)</sup> et cum introitibus et exitibus suis, salvo iure proprietatis Candolfinorum, quorum est proprietas dicte domus, quibus tenetur respondere anno quolibet solidos provisinorum tres, que domus posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Bartholomeus tabernarius, ab alio Lucas Cecchi Luce, ante est via publica vel si qui etc. et per Colutiam Pauli Troppe, quem dictus venditor suum procuratorem

f. 115v constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta domo cum omnibus suis usibus, ut est dictum, investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum et in corporalem possessionem positum se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictus venditor propria sua auctoritate ipsam domum possit intrare tenere possidere uti frui vendere donare obligare et de ea facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus perpetuo placuerit, vendidit etiam quoque dedit cessit et concessit dictus venditor eidem emptori omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in domo predicta, nullo sibi iure aliquo reservato ipsumque emptorem in re sua constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus venditor, cum consensu dicte sue uxoris, eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii quinquaginta quinque florenorum auri et dimidium, de quibus LV florenis auri et dimidio pretium dicte domus dictus venditor a prefato emptore presentialiter et manualiter recepit et habuit XXV florenos auri, residuum autem, videlicet triginta florenos auri et dimidium, confessus fuit se recepisse, de quibus omnibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum dictorum florenorum etc. et spei future

f. 116r numerationis et receptionis et si plus dicto pretio dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valeret nunc vel valebit in futurum totum illud plus quod valeret vel valebit dictus venditor eidem emptori ex nunc inter vivos donavit cessit et concessit et promisit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt etc. et ad hec Nucius filius olim Iannucii Buccamocçe de regione Pinee et Lellus Rubeus carpentarius de regione Campitelli, quilibet ipsorum in solidum ad petitionem et instantiam dicti Iacobelli, venditoris, penes dictum Nardolum emptorem, presentem et recipientem ac legitime stipulante ut supra, sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione prout ipse venditor tenetur, pro quibus omnibus observandis dictus venditor et dicti fideiussores obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt ferriis beneficio fori epistule divi Adriani, beneficio constitutionis etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "et" <sup>(b)</sup> Depennato "renumpiavit" <sup>(c)</sup> L'espressione che segue fino a suis é annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo.

100.

1366, novembre 12

Leuzio di Giacobbe giudeo del rione di S. Angelo nomina suo procuratore Vitale di Angeletto giudeo del *castrum Podii Donadei* per tutte le cause e per ricevere qualsiasi quantità di denaro da Zaccaria di Salomone giudeo, residente nella città di Velletri, e di rilasciargli la relativa quietanza.

f. 116v Indictione quinta mense novembris die XII<sup>o</sup>.

Testes: Iacobus Pacçus de regione Campitelli, Anestasselus tabernarius, Petrutius Cole tubatoris de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Leutius Iacobi iudeus de regione Sancti Angeli ac die presente sponte fecit suum procuratorem et numptium specialem<sup>(a)</sup> Vitalem Angelecti iudeum de castro Podii Donadei, presentem et recipientem, ad omnes suas causas que et quas habet contra omnes personas et in omni curia etc. et ad recipiendum quascumque quantitates pecunie a Zaccaria filio Salomonis iudeum<sup>(b)</sup> moram trahentem<sup>(c)</sup> in civitate Velletri et de hiis que receperit faciendum refutationem etc.

<sup>(a)</sup> P “speciale” <sup>(b)</sup> Depennato “de re” <sup>(c)</sup> P “thaentem”.

**101.**

**1366, novembre 12**

Cecco *de Chierica* del rione Pigna rilascia una quietanza ad Antonio di Tuzio *Ubere* dello stesso rione dopo aver ricevuto tutto ciò che poteva pretendere.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Picçolante, Lucas Palecti de regione Pinee et Panegallina de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus de Chierica de regione Pinee ac die presente sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Anthonio filio Tucii *Ubere* de dicta regione, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia

f. 117r

et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas quem et quas habet vel habere posset<sup>(a)</sup> nunc et in futurum contra ipsum Anthonium quovis colore quesito, ita quod hec generalis refutatio sit generalis et generalissima et omnia in ea veniant et venire intelligantur ac si de eis facta fuisse mensio specialis. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Cecchus eidem Anthonio, presenti et recipienti quo supra nomine, fecit pro eo et ex eo quod cofessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicto Anthonio omne et quicquid ab ipso Anthonio exigere et petere posset usque in diem presentem quocumque modo iure titulo sive causa nullo iure ipsi Ceccho contra ipsum Anthonium aliquo modo reservato etc. et promisit dictus Cecchus eidem Anthonio, presente et recipiente ut supra, quod iura que habebat contra eum nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit ipse Cecchus teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “posse”.

**102.**

**1366, novembre 12**

Nicola di Valentino del rione Monti rilascia una quietanza ad Onofrio de Tyneosis del rione Pigna relativa ad una somma dovutagli in seguito alla scadenza di un procedimento contenzioso accettato in giudizio da Onofrio, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giannotto primicerio.

La quietanza é stata concessa dopo che Nicola aveva ricevuto la somma di 12 fiorini d'oro.

f. 117v

Indictione quinta mense novembris die XII.

Testes: dominus Thadeus et dominus Laurentius domini Petri causidicus.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus Valentini de regione Montium ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Eunufrio de Tyneosis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas habet nunc et in futurum habere posset contra ipsum Eunufrium et bona sua, pretestu et occasione XII florenorum auri in quibus dictus Eunufrius dicto Nicolao tenetur et obligatus apparet vigore cuiusdam termini contemptiosi per ipsum Eunufrium in iudicio sponte recepti, scripti manu Iannocti primicerii publici notarii seu cuiuscumque alterius notarii appareret et generaliter de omni eo quod dictus Nicolaus dicto Eunufrio petere posset usque in presentem diem dicta occasione. Hanc autem refutationem dictus Nicolaus dicto Eunufrio, presenti et recipienti ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit se recepisse et habuisse ab ipso Eunufrio dictos XII florenos auri et omne id quod dicto Nicolao tenetur occasione predicta, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura sunt ipsius et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

103.

1366, novembre 15

Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna concedono a Cola detto *Boccaciulo* del rione Trevi ed a Nardo di Lello *Cinquecenthe* del rione Colonna, per la coltivazione *ad pomedium*, 5 rubbia e due scorsi di grano da seminare, a nome dei concedenti, nel tenimento del casale di S. Maria in Via Lata, situato fuori del ponte Salario, secondo la consuetudine dei contadini, con l'impegno dei concessionari di restituire il grano al tempo del raccolto.

f. 118r

Indictione quinta mense novembris die XV.

Testes: Eunufrus de Tyneosis et Iohannes Cafari de regione Pinee.

Actum in domo Alexii.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus et Cecchus, germani fratres, filii olim Nicolai Marronis de regione Pinee sponte dederunt ad pomedium Cole dicto alias Boccaciulo de regione Trivii et Nardo Lelli Cinquecenthe de regione Columpne, presentibus et recepisse consuetibus<sup>(a)</sup>, quinque rubra grani et duos scorsos sementandos, per ipsos frates, in tenimento casalis Sancte Marie in Via Lata, extra pontem Salarium, inter suos confines, ad omnem usum boni pomedii et promiserunt dicti Cola et Nardolus dictis fratribus, tempore vegetis proxime futuro, redere dicta rubra grani et duos scorsos, pro quibus etc. et renumpriaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P "consuentibus".

104.

1366, novembre 16

Giacomo *de Mutis*, vescovo aretino, nomina suoi procuratori Lorenzo *de Seromanis* di Roma e Francesco, cappellano della chiesa cattedrale dell'episcopato aretino, affinché si appellino contro le imposizioni addebitategli dal vescovo di Cesena che si dice collettore della sede apostolica.

Indictione quinta mense novembris die XVI.

Testes: presbiter Iulianus de Aretio, Iohannes de Remis, dominus Leonardus canonicus Velletrensis.

Actum<sup>(a)</sup> in domo episcopi Aretini.

In presentia mei notarii et testium etc. reverendus pater et dominus Iacobus de Mutis episcopus Aretinus sponte fecit suos procuratores dominum Laurentium de Seromanis de Urbe<sup>(b)</sup>, dominum Franciscum cappellanum ecclesie catedralis<sup>(c)</sup> episcopatus Aretini ad appellandum et appellationem semel et pluries ab omnibus et singulis gravaminibus illatis et inserendis ipsi domino episcopo reverendum patrem dominum episcopum Cesenatem et collectorem, ut se dicit, apostolice sedis et appellos petendum et recipiendum et omnia alia et singula faciendum, que in predictis et circa predicta essent necessaria et oportuna et que ipse constituens facere posset si personaliter interesset et promisit de rato etc.

<sup>(a)</sup> L' "actum" è stato annotato erroneamente dopo "Testes" <sup>(b)</sup> Omesso "et" <sup>(c)</sup> P "catredalis".

f. 118v

105.

1366, novembre 16

Andrea, canonico marsicano, nomina suo procuratore Francesco di Tagliacozzo per tutte le sue cause e per ricevere, a suo nome, gli usufrutti della prebenda della Chiesa marsicana e di rilasciare le relative quietanze. Il committente promette di ratificare l'operato del procuratore e, a tal fine, obbliga i suoi beni e si sottopone ad una pena di una libbra d'oro.

Eodem mense et die

Testes: dominus Thomaxius de Catellinis canonicus Sancti Petri et Laurentius Palonbarie de regione Columpne.

Actum<sup>(a)</sup> in dicto loco.

In presentia mei notarii et testium etc. dompnus Andreas, canonicus Marsicanus, sponte fecit constitui et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem dompnum Franciscum de Talgiacotio, ibidem presentem et recipientem, ad omnes suas causas etc. et ad recipiendum, nomine ipsius, omnes et singulos fructus reditus et proventus dicte sue prebende ecclesie Marsicane et de receptione faciendum finem quietationem et generalem refutationem etc. promictens se ratum gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per dictum suum procuratorem actum factum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsius et pena unius libre auri, pro quibus etc. et renumpriavit etc.

<sup>(a)</sup> L' "actum" è stato annotato al termine della datazione.

106.

1366, novembre 17

Luca detto *Cacconarius* calsoiaio di Tivoli riceve in deposito da Pietro Paolo detto *Cioctus* calsoiaio del rione Pigna la somma di 5 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 119r

Indictione quinta mense novembris die XVII<sup>o</sup>.

Testes: presbiter Franciscus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea et<sup>(a)</sup> Palellus calsolarius de regione Pinee.

Actum in domo mea.

In presentia mei notarii et testium etc. Lucas dictus alias Cacconarius calsolarius de civitate Tiburis ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a Petro Paulo dicto alias Ciocto calsolario de regione Pinee, presente et legitime stipulante, quinque florenos auri, quos presentialiter et manualiter recepit et habuit, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum dictorum florenorum etc. exceptis doli mali etc. quos florenos dictus depositarius tenere et salvos facere promisit ad omne ipsius resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Petro Paulo redere et restituere promisit ad omnem ipsius petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis ex tunc in antea faciendis, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore, renumpsiavit in predictis ferris et diebus ferriatis etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Ia".

107.

1366, novembre 18

Cecco di Sabatino del rione Pigna e Bartolomea di Tuzio *Dompanicelle* del rione Arenula stipulano una convenzione: Cecco promette di vendere il cacio di 600 pecore *carfangniarum* a cominciare dal prossimo 1<sup>o</sup> marzo fino al periodo della transumanza del gregge in montagna al prezzo stabilito dall'arte; Bartolomea promette a sua volta di ricevere il cacio al prezzo convenuto e versa un caparra di 20 fiorini d'oro. Dietro richiesta di Cecco si offre quale garante Onofrio *de Tyneosis*.

f. 119v

Indictione quinta mense novembris die XVII.

Testes: Tucius Scriniti de regione Pinee, Nardus de Francia de regione Montium et Iohannes \*\*\*\*\* calsolarius de regione Pinee.

Actum in regione Montium.

In presentia mei notarii etc. hec sunt conventiones et pacta habita et firmata inter Cechum Sabbatini de regione<sup>(a)</sup> Pinee, ex una parte, et dominam Bartholomeam Tucci *Dompanicelle* de regione Arenule, ex alia, videlicet quod dictus Cecchus promisit et convenit eidem domine, presenti et recipienti, vendere sibi fructus scilicet caseum VI<sup>c</sup> pecudum, ipsius Cecchi, *carfangniarum* incipiendum in calempnas mensis martii proxime futuras et duraturum donec pecudes ascendunt montaneas, pro eo pretio quo communiter valebit per artem, neque plus neque minus, et e converso dicta domina promisit et convenit dicto Ceccho dictum caseum recipere pro pretio supradicto et tempore supradicto, que domina presentialiter et manualiter dedit et solvit dicto Ceccho, presenti et recipienti, pro arra et parte pacamenti totius dicti fructus et casei predicti XX florenos auri, quos dictus Cecchus presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipsa domina cum dominicalibus consuetis, pro quibus omnibus observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc. ad petitionem dicti Cecchi penes dictam dominam, presentem, Eunufrius de Tyneosis fideiussit in omnibus supradictis et renumpsiavit epistule divi Adriani e[tc].

<sup>(a)</sup> Depenato "Montium".

108. 1366, novembre 19

Gregorio di Enrico di Firenze mercante del rione Pigna rilascia una quietanza ad Andrea *Ciardi* del rione Colonna in relazione ad un atto di deposito, rogato dal notaio Paolo di Lello di Giovanni di Stefano, dopo aver ricevuto la somma di 32 fiorini d'oro.

f. 120r

Indictione quinta mense novembris die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: Eunufrius de Tyneosis, Lellus Bucii Iohannis Rubei de regione Pinee.

Actum in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Gergorius<sup>(a)</sup> Herrici de Florentia mercator de regione Pinee sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Andree Ciardi de regione Columpne

omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expresas hypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra et adversus ipsum Andream et bona sua pretestu et occasione cuiusdam istrumenti depositi continentis quantitatem XXXII florenorum auri plus vel minus prout in dicto deposito, scripto manu Pauli Lelli Iohannis Stephani notarii plenius continetur, in quo deposito dictus Andreas dicto<sup>(b)</sup> Gregorio apparet principaliter obligatus. Hanc autem refutationem dictus<sup>(c)</sup> Gregorius fecit dicto Andree, presenti et recipienti, pro eo quod confessus fuit se recepisse et habuisse a dicto Andrea dictos XXXII florenos, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et generaliter de omni eo quod sibi Andree petere posset usque in presentem diem etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus obligavit bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc.

<sup>(a)</sup> Così P, ma intendasi Gregorius come è ripetuto più avanti <sup>(b)</sup> Depennato Christofano <sup>(c)</sup> Depennato Christofanus.

109.

1366, novembre 23

Lippo *Ricciutoli* del rione Pigna ora residente nel rione Campitelli, tutore di Andrea, di Ceccolo e di Vannozia figli pupilli ed eredi del defunto Buonanno *Ricciutoli* fratello di Lippo, contrae un'obbligazione per sè, per i pupilli tutelati, per la sorella Perna del rione di S. Angelo e per la nipote Giacoma vedova di Lello *Ursi*, e nomina arbitro Giovanni *Naccioli* del rione Campitelli per risolvere le controversie sorte tra le persone da lui rappresentate e Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* e la moglie Lorenza, figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus*, già vedova di Buonanno, a causa delle ingiurie scambiate tra le due parti, delle testimonianze rese da Perna e Giacoma contro Lorenza nella causa con Lippo e della somma di 25 fiorini d'oro da lui richiesta a Lorenza in riferimento alla sentenza emessa da Giovanni di Ascoli, già capitano del popolo Romano, con una pena di 75 fiorini d'oro.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare ed il richiedente promette di osservare l'arbitrato e, a tal fine, impegna i suoi beni e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato, con l'intesa che il compromesso avrà la durata di 15 giorni.

Dietro richiesta di Lippo si offre quale garante Giacomo *Pulelli* del rione Parione.

Indictione<sup>(a)</sup> quinta mense novembris die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Nucius Pauli Romauli et Anthonius Cole Basilis.

In presentia mei notarii et testium etc. Lippus Ricciutoli de regione Pinee et nunc habitator in regione Campitelli, suo proprio nomine nec non ut tutor et persona legitima Andree, Ceccholi et Vannotie pupillorum filiorum et heredum quondam Bonianni Ricciutoli germani fratris ipsius Lippi, pro quibus se et bona sua principaliter obligavit et promisit se facturum et curaturum quod predicti Andreas, Cecchulus et Vannotia hunc compromissum et omnia, ex eo descendencia, semper rata et firma habebunt et quod dicta de causa perpetuo restitutionem in integrum non petent nec non vice et nomine<sup>(b)</sup> domine Perne, germane sororis dicti Lippi uxoris olim \*\*\*\*\* de regione Sancti Angeli et domine<sup>(c)</sup> Iacobe uxoris olim Lelli Ursi, nepotis carnalis ipsius Lippi et domine Perne predictae filie, pro quibus et qualibet ipsorum etiam promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, ac die presente<sup>(d)</sup> et, nominibus quibus supra, sponte compromisit in discretum virum Iohannem Naccioli de regione<sup>(e)</sup> Campitelli, licet absentem tamquam presentem, de omni et super omni lite discordia et questione que esset vel esse posset inter ipsum Lippum, predictos pupillos filios dicti olim Bonianni et dictas dominas Pernam et Iacobam et quemlibet ipsarum, ex una parte, et Guilielmum filium olim Petri Andree de Rubeis, ex alia parte, et dominam Laurentiam, uxorem eius, filiam olim Petri de Ciceronibus,

dicti olim Bonianni, tum pretestu et occasione quarumcumque iniuriam inter partes ad alterutrum factarum, tum etiam pretestu et occasione quorumcumque sacramentorum factorum per dictas dominas Pernam et Iacobam contra ipsam dominam Laurentiam in causa quam habuit cum dicto Lippo, tum etiam pretestu et occasione XXV florenorum auri quos dictus Lippus petebat ab ipsa domina, respectu et occasione cuiusdam sententie late per dominum Iohannem de Esculo, dudum capitanei Romani populi, continentis quantitatem LXXV florenorum auri, tum etiam quacumque alia occasione que hinc inde dicte partes ad alterutrum petere et exigere possent usque in presentem diem civiliter seu criminaliter occasionibus supradictis seu aliis quibuscumque occasionibus criminalibus tamquam in eorum arbitrum arbitratorem amicabilem compositorem et commune amicus, dans et concedens dictus Lippus pro se et quo supra nomine, dicto eorum arbitro et arbitratori plenam et liberam potestatem arbitrandi laudandi decidendi determinandi definiendi et perpetuum silentium imponendi inter ipsas partes, alte et basse semel et pluries de facto vel de iure partibus presentibus vel absentibus, una presente et alia absente, citatis vel non citatis, una citata et alia non, ipse stantes sedentes vel ambulantes prout et sicut si melius visum fuerit, promictens dictus Lippus omne arbitrium laudum sive arbitramentum unum seu plura, ex presente compromisso descendencia, semper et perpetuo ratum gratum et firmum haberi et teneri facere ab omnibus supradictis, pro quibus se principaliter obligavit et quod ab ipso seu ipsis



f. 121v

non appellabunt supplicabunt nec petent reductionem ad arbitrium boni viri scilicet ex nunc eligunt ipsum pro bono viro sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus exigenda et aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate<sup>(f)</sup> parti et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsis camera et parte renumpsiavit in predictos dictus Lippus capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et observare faciendis dictus Lippus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc. quod compromissum durare voluit hinc ad XV dies proxime futuros et ad hec Iacobus Pulelli de regione Parionis ad petitionem et instantiam dicti Lippi, pro se et quibus supra nominibus, sponte fideiussit et voluit tenere ad omne id quod dictus Lippus tenetur et obligatus est penes me notarium, presentem et legitime stipulantem ut supra, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue, con qualche variante nel formulario ed alcune puntualizzazioni nel contenuto, ripropone il precedente documento n. 89 rogato il 25 ottobre 1366 per il quale era stato dato mandato all'arbitro di deliberare entro un mese: evidentemente la decisione arbitrale era stata rinviata ed il commissionario Lippo rinnova l'atto, ma abbrevia a 15 giorni il periodo concesso per l'emissione del lodo arbitrale, inoltre nel documento cambia il garante <sup>(b)</sup> Ripetuto e non depennato "nec non vice et nomine"  
<sup>(c)</sup> Depennato "An" <sup>(d)</sup> Segue erroneamente "pro" non depennato <sup>(e)</sup> Depennato "Pinee" <sup>(f)</sup> Depennato "camere".

110.

1366, novembre 24

Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, per sé e per la moglie Lorenza, nomina arbitro Giovanni *Nacciolus* del rione Campitelli per risolvere le controversie sorte con Lippo *Ricciutoli*, tutore di Andrea di Ceccolo e di Vannozia figli ed eredi del defunto Buonanno fratello di Lippo, con la sorella Perna e con la nipote Giacoma, a causa delle ingiurie scambiate tra le due parti, della testimonianza resa da Perna e da Giacoma contro Lorenza nella causa con Lippo e della somma di 25 fiorini d'oro richiesta dallo stesso Lippo a Lorenza in riferimento alla sentenza emessa da Giovanni di Ascoli, già capitano del popolo Romano, con una pena di 75 fiorini d'oro.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare ed il richiedente promette di osservare l'arbitrato e, a tal fine, impegna i suoi beni e, in caso di inadempienza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato, con l'intesa che il compromesso avrà la durata di 15 giorni.

Indictione quinta mense novembris die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Ceccholellus Cafari de regione Pinee et Iacobus Pauli Mathei de regione Campitelli.

In presentia mei notarii et testium etc. Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, qui iuravit etc. et qui pro domina Laurentia, uxore sua, se et bona sua principaliter obligavit et promisit de rato et rati abitione et se facturum et curaturum quod dicta domina Laurentia, uxor sua, hunc

f. 122r

compromissum et omne arbitrium laudum sive arbitramentum<sup>(a)</sup> unum seu plura, ex dicto compromisso descendencia, ratificabit emoluabit et acceptabit et rata et firma habebit sub obligatione bona ipsius Guilielmi etc. ac die presente, pro se ac vice et nomine quo supra, sponte compromisit et compromissum fecit in discretum virum Iohannem Nacciolum de regione Campitelli, licet absentem tamquam presentem, tamquam in eorum arbitrum arbitratorem et commune amicum de omni et super omni lite discordia et questione que est vel esse posset inter ipsos Guilielmum et dominam Laurentiam, uxorem suam, ex una parte, et Lippum Ricciutoli<sup>(b)</sup>, tam suo nomine quam tutorio nomine Andree, Ceccholi et Vannotie pupillorum filiorum et heredum quondam Bonianni Ricciutoli fratis germani dicti Lippi, dominam Pernam sororem germanam dicti Lippi et dominam Iacoba filiam ipsius domine Perne nepotem dicti Lippi et quemlibet ipsarum, ex parte altera, tum pretestu et occasione quarumcumque iniuriam inter ipsas partes ad alterutrum factarum, tum etiam pretestu et occasione quorumcumque sacramentorum et testimoniançe facte per ipsas dominam Pernam et dominam Iacobam contra ipsam dominam Laurentiam in causa quam habuit cum dicto Lippo, tutore predicto, pretestu et occasione XXV florenorum auri quos dictus Lippus petebat ab ipsa domina, pretestu et occasione cuiusdam sententie late per dominum Iohannem de Esculo, dudum capitanei Romani populi, super appellatione et nullitate deputatum, continentis quantitatem LXXV florenorum auri, tum etiam quacumque alia occasione que hinc inde

f. 122v

dicte partes una alteri et altera alteri petere exigere possent quovis colore quesito, tam civiliter quam criminaliter occasionibus<sup>(c)</sup> supradictis et aliis quibuscumque criminalibus causis, dans et concedens dictus<sup>(d)</sup> Guilielmus, pro se et quo supra nomine, plenam licentiam et liberam potestatem arbitrandi laudandi decernendi determinandi<sup>(e)</sup> et difiniendi inter ipsas partes, alte et basse, de facto et de iure semel vel pluries, partibus presentibus vel absentibus, parte presente<sup>(f)</sup> et alia absente, ipsis citatis vel non citatis, una citata et alia non citata, ipso stante sedente vel ambulante prout et sicut melius sibi visum fuerit, promictens dictus Guilielmus, pro se et quo supra nomine, omne arbitrium laudum arbitramentum sive mandatum semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et tenere et ab ipso non appellare suplicare nec<sup>(g)</sup> petere reductionem ad arbitrium boni viri nec id facere a dicta domina Laurentia consentire sub obligatione bonorum ipsius Guilielmi mobilia et immobilia presentia et futura et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum

provisinorum senatus applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti et me notarium ut publicam personam, presentem et recipientem vice et nomine dicte camere et partium predictorum, renumpiavit in predictis dictus Guilielmus, pro se et quo supra nomine, capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc. et ad hec<sup>(h)</sup> omnia et singula supradicta ad petitionem dicti Guilielmi, pro se et quo supra nomine, penes me notarium, ut supra recipientem, sponte fideiussit et promisit etc. pro quibus obligaverunt bona ipsorum et. et renumpiaverunt etc. duraturum hinc ad XV dies proxime futuros.

<sup>(a)</sup> P “arbitramentum” <sup>(b)</sup> P “Licciutoli” <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> Depennato “Lipp” <sup>(e)</sup> P “determinandit” <sup>(f)</sup> Depennato “vel” <sup>(g)</sup> Depennato “reperere” <sup>(h)</sup> È stato omissso, per distrazione, secondo il consueto svolgimento del formulario, l’indicazione del nome del garante al quale è rivolta la richiesta di Guglielmo: per un confronto vedere il precedente doc. 109 f. 121v.

### 111. 1366, novembre 25

Il nobile Buzio di Giubileo del rione Trevi vende a Nicola di Romano *de Mutis* del rione Parione i diritti che vanta su Golizia vedova di Giacobello *Fusingiani* e sulla figlia Paola e sugli eredi dei beni del defunto Giovanni *de Patricis de Insula* a causa di una certa quantità di grano e di un cavallo da lui dati in prestito a Golizia ed a Paola, come pure del denaro prestato alle stesse donne ed allo scomparso Giovanni: il prezzo della vendita dei diritti è valutato in 156 fiorini d’oro.

f. 123r

Indictione quinta mense novembris die XXV.

Testes: Iacobellus Marronis, Angelus filius Piçolantis de regione Pinee et Panegallina calsolarius de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Bucius Iubillei de regione Trivii<sup>(a)</sup> ac die presente, sua bona voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Nicolao Romani de Mutis de regione Parionis, presenti et legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra et adversus dominam Golitiam uxorem olim Iacobelli Fusingiani, dominam Paula, filiam suam, filiam dicti olim Iacobelli et contra heredes et bonorum possessores iuris et facti quondam Iohannis de Patricis de Insula, tum pretestu et occasione certarum quantitatum grani mutuati dictis dominabus per ipsum Bucium nec non pecunie mutuate, tam dictis dominabus quam dicto Iohanni, tum etiam pretestu et occasione cuiusdam equi mutuati per ipsum Butium dicte domine et generaliter quocumque alio modo iure titulo sive causa usque in presentem diem quovis colore quesito. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Bucius prefato Nicolao, presenti ementi et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii CLVI florenorum auri,

f. 123v

quos confessus fuit et in veritate recongnovit, sine spe future numerationis, se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus etc. et renumpiavit etc. et promisit quod dicta<sup>(b)</sup> nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “qui” <sup>(b)</sup> Omesso “iura”.

### 112. 1366, novembre 25

Nicola di Romano *de Mutis* del rione Parione nomina suoi procuratori i notai Giovanni di Giacomo, Simeone di Giovanni di Simeone, Andrea di Romano *Obitionis* e Giacomo *Numentane* per tutte le sue cause, promette di esonerarli dall’obbligo di garanzia e di ratificare il loro operato.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. prefatus Nicolaus Romani de Mutis sponte fecit suos procuratores ad omnes suas causas Iohannem domini Iacobi, Symeonem Iohannis Symeonis, Andream Romani Obitionis, Iacobum Numentane notarios, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc. et cum potestate substituendi unum vel plura procuratores ipsosque revocandi si et quando eius videbitur et placebit, promictens ipsos et quemlibet ipsorum relevare ab omni honore satisfactionis etc. nec non se ratum gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per dictos suos procuratores seu alterum ipsorum factum et procuratum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

Giovanni di Nicola di Giovanni di Nicola detto Giovanni *Gentilesche* del rione Trevio, con il consenso della moglie Francesca, vende a Giovanni di Ceccolo lanaiolo già di Gubbio ed ora di Roma del rione Pigna tre pezze di vigneto, con la corrisposta del quarto da destinare alle chiese di S. Maria *in Campo* e di S. Nicola de Columpna, situate dentro la porta di S. Lorenzo nella località *lo porcarile*, nella proprietà delle chiese già indicate, al prezzo di 47 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Nicola di Ceccolo, fratello dell'acquirente, per l'insediamento del nuovo proprietario nel suo possedimento e promette di ottenere il consenso alla vendita dei proprietari ecclesiastici. Dietro richiesta di Giovanni di Nicola si offre quale garante Alessio di Petruccio di Paolo di Enrico del rione Trevio per la convalida del diritto di proprietà.

f. 124r

Indictione quinta mense novembris die ultimo.

Testes: Bucius Iubillei de regione Trevii, Paulus Marronis et Cecchus, eius frater de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Nicolai Iohannis Nicolai dictus alias Iohannes Gentilesche de regione Trivii, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate domine Francische, uxoris sue, que domina Francischa primo renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum palafernorum guarnimentorum et<sup>(a)</sup> omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, de ipso auxilio per me eundem notarium primo certiorata quid sit et quid dicat, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Iohanni Ceccholi lanarolo dudum de Agubio nunc de Urbe de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipse Iohannes perpetuo dare et concedere voluerit, videlicet tres petias vinearum<sup>(b)</sup> ipsius venditoris, plus vel minus quante sunt, videlicet vites ad quartam redendam ecclesiarum Sancte Marie in Campo et Sancti Nicolai de Columpna, que vinee posite sunt intra portam Sancti Laurentii in loco qui dicitur lo porcarile in et super proprietate dictarum ecclesiarum, inter

f. 124v

hos fines, ab uno latere tenet Meolus Thomaxii, ab alio est viculus vecinalis, ab alio est via publica et alii fines vel si qui etc. cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis et cum arboribus fructiferis et infructiferis in ea existentibus et per Nicolaum Ceccholi, germanum fratrem dicti emptoris, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum<sup>(c)</sup> et in corporalem possessionem adeptus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris et pro eo tenere et precario possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, eidem emptori, presenti et legitime stipulanti ut dictum est, plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dicta vinea propria sua auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui vendere donare etc. dedit etiam quoque cessit et concessit dictus venditor eidem emptori omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas habet et sibi competunt nunc et in futurum in dicta vinea contra quoscumque personas et loca ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat et in locum ius et privilegium ipsius

f. 125r

venditoris succedat et succedere voluit et mandavit nullo iure nulla actione sibi aliquo modo reservato. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, presentis et consentientis, eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, fecit pro pretio et nomine pretii XLVII florenorum boni auri et recti ponderis, de quibus<sup>(d)</sup> presentialiter et manualiter recepit et abuit<sup>(e)</sup> a dicto emptore XL florenos auri, residuum autem videlicet VII florenos auri dictus venditor a prefato emptore confessus fuit se recepisse et habuisse, de quibus XLVII florenis auri et pretio predicto<sup>(f)</sup> dictus venditor se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio dicte vinee nunc valerent vel in futurum valebunt dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, amoris causa inter vivos et irrevocabiliter donavit cessit et concessit et promisit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si<sup>(g)</sup> contrarium aliquo tempore appareret<sup>(h)</sup> voluit teneri de evictione et promisit in se iudicium sumere nec non de dampnis et expensis etc. promisit insuper dictus venditor

f. 125v

eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, in predictis et quolibet predictorum facere consentire dominos proprietate dictarum vinearum et omnem aliam personam pertinentem et adiacentem ad omnem petitionem voluntatem et requisitionem dicti emptoris vel ipsius heredum et successorum cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis ipsius emptoris et ad hec Alexius Petrucii Pauli HERRICI de regione Trivii ad petitionem et instantiam dicti venditoris penes dictum emptorem, presentem e stipulantem ut supra, sponte fideiussit et promisit quod dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit ipse Alexius, fideiussor predictus, teneri de evictione de bonis suis prout et sicut dictus venditor tenetur et obligatus est, pro quibus omnibus et singulis observandis tam dictus venditor quam dictus fideiussor obligaverunt dicto emptori, presenti et legitime stipulanti, omnia bona<sup>(i)</sup> eorum mobilia et immobilia presentia et futura et ea

quantum ad hec, nomine dicti emptoris tenere possidere precario recongnoverunt etc. et voluerunt pro predictis et quolibet predictorum posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpiaverunt in predictis epistule divi Adriani ferris beneficio fori etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “ac” <sup>(b)</sup> Depennato “p” <sup>(c)</sup> P “investitum” <sup>(d)</sup> Depennato “etc. et renumpiavit” <sup>(e)</sup> Così P <sup>(f)</sup> P “confessus fuit”  
<sup>(g)</sup> È stato lasciato in bianco un breve spazio, a causa della sottigliezza dello spessore della carta, corrispondente ad un quarto di riga, ma la successione del formulario è continua <sup>(h)</sup> Depennato “pro” <sup>(i)</sup> Depennato “su”.

114.

1366, novembre 30

Giovanni di Ceccolo lanaio del rione Pigna riceve in deposito da Francesca moglie di Giovanni di Nicola la somma di 7 fiorini d'oro e promette di restituirla entro il prossimo mese di settembre.

f. 126r

Indictione quinta, mense, die predictis et coram dictis testibus.

Supradictus Iohannes Ceccholi de regione Pinee, sua bona propria et spontanea voluntate, confessus fuit et in veritate recognovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a supradicta domina Francischa, uxore supradicti<sup>(a)</sup> Iohannis Nicolai, VII florenos boni et puri auri et recti ponderis, quos confessus est se recepisse, de quibus se bene quietum<sup>(b)</sup> contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. quos VII florenos auri dictus Iohannes tenere et salvos facere dicte domine promisit ad omne<sup>(c)</sup> eius resicum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii etc. et eidem domine, presenti et legitime stipulanti, redere et restituere promisit per totum mensem septembris proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iohannes obligavit eidem domine omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine dicte domine, tenere et possidere constituit et precario recongnovit et voluit pro predictis et quolibet predictorum posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam ferriato et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice, renumpiavit in hiis ferriis diebus ferriatis beneficio fori epistule divi Adriani etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “supradictis” <sup>(b)</sup> Depennato “cont” <sup>(c)</sup> Depennato “petitionem et voluntatem”.

115.

1366, dicembre 3

Giovanni di Nicola di Giovanni di Nicola detto Giovanni *de Ientilescha* del rione Colonna nomina suoi procuratori Giovanni *de Scangialemosinis* e Tuzio di Nicola *de Trincha* del rione di Campo Marzio per tutte le sue cause, promette di esonerarli da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il loro operato.

f. 126v

Indictione quinta mense decembris die III<sup>o</sup>.

Testes: Petrutius Bucii Iubillei de regione Trivii et Cecchus Lallis de regione Pontis.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Nicolai Iohannis Nicolai dictus alias Iohannes de Ientilescha de regione Columpne sponte fecit suos procuratores actores factores negotiorum gestores et numptios speciales seu quocumque alio nomine de iure melius dici potest, videlicet dominum Iohannem de Scangialemosinis et Tutium Nicolai de Trincha de regione Campimartis, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc. cum potestate

substituendi unum seu plura procuratores, nomine ipsorum, ipsosque revocandi, promictens dictos suos procuratores et quemlibet ipsorum ac substituendum seu substituendos ab eis relevare<sup>(d)</sup> ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo promisit mihi notario ut publice persone stipulanti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum nec non se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictos procuratores actum factum et procuratum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(d)</sup> P “relevale”.

116.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel penultimo quaderno del protocollo.

Scriptum<sup>(e)</sup> per me Paulum de Seromanis sacre prefecture auctoritate publicum notarium.

<sup>(e)</sup> La “scriptio”, priva del segno monogrammatico, è stato di nuovo annotato alla fine del penultimo quaderno, quasi a siglare un fascicolo separato che segue peraltro la successione della datazione.

Giovanni *Naccioli* mercante del rione Campitelli è eletto arbitro da Lippo Ricciutoli già del rione Pigna ed ora del rione Campitelli, per sè e per i pupilli Andrea Ceccolo e Vannozia da lui tutelati figli del defunto fratello Buonanno, per la sorella Perna e per la nipote Giacoma vedova di Lello Ursi, da una parte, e da Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis*, per sè e per la moglie Lorenza, dall'altra parte, come risulta dai compromessi rogati dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis* (v. docc. 89, 109, e110), per risolvere le controversie dovute alle ingiurie scambiate tra le due parti, alle testimonianze rese da Perna e da Giacoma contro Lorenza nella causa con Lippo sia nella curia del Campidoglio che nella curia del capitano preposto agli appelli, alla somma di 25 fiorini d'oro che Lippo aveva richiesta a Lorenza in relazione alla sentenza emessa con una pena di 75 fiorini d'oro ed alle spese sostenute nella vertenza.

L'arbitro, seduto nel portico della casa di Cecco *Cafari* del rione Pigna, dopo aver ascoltato le due parti delibera che Lorenza debba pagare a Lippo 25 fiorini d'oro, corrispondenti al residuo della somma indicata nella sentenza, e che il versamento debba essere fatto, a nome della stessa Lorenza, da Lello di Maddaleno mercante; quanto alle ingiurie ed alle percosse scambiate tra le due parti stabilisce che sia stipulato un reciproco atto di perdono.

Delibera ancora che poiché Lorenza è diffidente nei confronti di Giacoma e di Perna, che queste non possano più testimoniare contro di lei; infine stabilisce che Lippo debba pagare a Lorenza, per le spese e i danni da lei subiti nel giudizio presso la curia del Campidoglio, la somma di 18 fiorini d'oro quando riceverà, a sua volta, i 25 fiorini per i pupilli posti sotto la sua tutela.

f. 127r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXVI pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione quinta mense decembris die III<sup>o</sup>.

Actum Roma presentibus hiis testibus, scilicet Gemino calsolario de regione Arenule, Ceccholello Cafaro et Oddo de Seromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nos Iohannes Naccioli mercator de regione Campitelli arbiter arbitrator<sup>(a)</sup> communis amicus et amicabile compositor electus et ordinatus a Lippo Ricciutoli dudum de regione Pinee nunc habitatore in regione Campitelli, suo proprio nomine et ut tutore et persona legitima Andree, Ceccholi et Vannotie pupilorum filiorum et heredum olim Bonianni Ricciutoli germanis fratris ipsius Lippi, nec non vice et nomine domine<sup>(b)</sup> Perne germane sororis ipsius Lippi uxoris olim<sup>(c)</sup> et Iacobe, filie dicte<sup>(d)</sup> domine Perne, uxoris olim<sup>(e)</sup> Lelli Ursi, pro quibus pupillis et dominabus predictis dictus Lippus promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, ex una parte, et a Guilielmo filio olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, qui pro domina Laurentia uxore sua se et bona sua principaliter obligavit et promisit de rato et suo proprio nomine, ex parte altera, ut de compromisso in nos facto patet manu mei eiusdem notarii, conoscentes de causa lite et questione vertenti inter ipsas partes, tum pretestu et occasione quarumcumque iniuriarum hinc

f. 127v

inde factarum inter ipsas partes ad alterutrum. Item pretestu et occasione cuiuscumque testimonii probationis et facti per ipsas dominas Pernam et Iacobam contra ipsam dominam Laurentiam in causa quam habuit cum dicto Lippo, tutore predicto, tam in curia Campitolei quam in curia domini capitanei super appellationibus deputati. Item pretestu et occasione XXV florenorum auri quos dictus Lippus petebat, tutorio nomine quo supra, a dicta domina Laurentia vigore cuiusdam sententie late pro dicto Lippo contra ipsam dominam Laurentiam in LXXV florenis auri. Item<sup>(f)</sup> et occasione et expensarum hinc inde factarum et generaliter de omni eo quod dicte partes pro se et quibus supra nominibus ad alterutrum petere et exigere possent rationibus supradictis nunc et in futurum et aliis quibuscumque occasionibus criminaliter tantum, unde auditis sepe sepius ipsis partibus et ea que coram nobis dicere proponere et allegare voluerunt, visis iuribus earumdem, habita nobiscum matura deliberatione et consilio quam plures sapientium, sedentibus pro tribunali in domo seu porticali Cecchi Cafari de regione Pinee, quem locum pro idoneo nobis elegimus, Christi nomine invocato, viam arbitrationis respicientem potius quam arbitrii, pro bono pacis et concordie ipsarum partium hoc nostro arbitrio semper firmo manente, in hiis scriptis arbitramur et precipiendo dicimus et mandamus quatenus, ad penam in dicto compromisso contentam, quatenus dicta domina Laurentia dare et solvere teneatur et debeat cum effectu dicto Lippo, tutorio nomine dictorum pupillorum,

f. 128r

[solvere] XXV florenos auri, quos ipsi Lippo, pro dicta domina Laurentia, [pro]misit Lellus Madaleni mercator, qui sunt residuum quantitatis in supradicta sententia contenti. Item quod de omnibus iniuriis percussionibus hinc inde factis usque in presentem diem inter ipsas partes ad alterutrum fiat et fieri debeat generalis remissio refutatio renumptiatio et pactum de perpetuo non petendo<sup>(g)</sup> civiliter nec criminaliter. Item et mandamus modo predicto, eo quia dicta domina Laurentia habet dictas dominam Iacobam et dominam Pernam suspectas, quia multa intervenerunt inter eas percussiones, quod ipse domina Perna et Iacoba non possint nec debeant contra ipsam dominam Laurentiam perpetuo prohibere testimonium et si prohiberent quod non valeat testimonium earum. Item mandamus modo et forma predictis, quod dictus Lippus det et solvat dicte domine Laurentie de sua propria pecunia, pro dampnis et expensis factis per ipsam dominam Laurentiam, eo quia dictus Lippus temere trassit ipsam dominam Laurentiam multis ad iudicium in curia

Capitolii, quando dicta domina Laurentia dabit et solvet ipsi Lippo, pro dictis pupillis, dictos<sup>(h)</sup> XXV florenos auri, XVIII florenos auri, quibus etiam solutis fiat generalis refutatio inter eos de predictis omnibus et predicta arbitramur [omni] modo et iure quibus melius possumus et debemus, reservato nobis potestate iterum et iterum arbitrandi etc.

(a) Depennato “et” (b) P “domina” (c) Omesso di nuovo il nome del marito, senza alcuna interruzione (d) Depennato “olim”  
(e) Depennato “dic” (f) Depennato “pretestu et o” poi annotata l’espressione che segue fino a “factarum” nell’interlinea superiore  
(g) P petendo (h) L’espressione che segue fino ad “auri” è stata annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo.

118.

1366, dicembre 4

Il prete Francesco, rettore della chiesa di S. Stefano *de castro Flaviani*, ora residente a Roma nella chiesa di S. Stefano di Pigna nomina suo procuratore il maestro Giovanni figlio del maestro Francesco di Civita Castellana, medico, per tutte le sue cause ed in particolare per ricevere, per sè e la sua chiesa, le somme di denaro che gli saranno versate e di rilasciare la relativa quietanza; promette inoltre di esonerarlo da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il suo operato.

f. 128v

Indictione quinta mense decembris die IIII<sup>o</sup>.

Testes: Laurentius Fanie [cal]solarius de regione Pinee et Petrus Bonianni de civita Cast[e]llana.

Actum Rome in regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. dominus presbiter Franciscus rector ecclesie Sancti Stephani de castro Flaviani nunc moram trahens<sup>(a)</sup> Rome in ecclesia Sancti Stephani de Pinea, tam suo proprio nomine quam nomine dicte sue ecclesie, sponte fecit suum procuratorem magistrum Iohannem magistri Francisci de civita Castellana medicum, licet absentem tamquam presentem, ad omnes suas causas etc. nec non ad recipiendum, nomine ipsius et dicte sue ecclesie seu alterius cuiuscumque, a quibuscumque personis quascumque quantitatem pecunie et de hiis que receptura est finem quietationem et generalem refutationem faciendum cum curis et cautelis de iure sufficientibus et ad substituendum, nomine ipsius, unum vel plures procuratores ipsosque revocandum si et quando sibi videbitur oportunum et generaliter ad omnia alia facienda que ipsemet facere posset si personaliter interesset, promictens dictum suum procuratorem relevare ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo promisit mihi notario etc. nec non se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem seu substitutum ab eo factum fuerit sub obligatione bona ipsius etc.

(a) P “thaens”.

119.

1366, dicembre 4

Lello di Alberto del rione Trastevere rilascia una quietanza a Stefanello di Pietro *Specchi* del rione Parione in relazione ad una sentenza circa la stima delle spese da lui sostenute contro lo stesso Stefanello, rogata dai notai Giacobello *Calisci* e Cecco *Coçole*, dopo aver ricevuto la somma di 12 libbre di provisini del senato.

f. 129r

Indictione quinta mense decembris die quarto.

Testes: Nucius Pauli Romauli notarius de regione Transtiberim, Paulus Marronis de regione Pinee et Tucius Butii Pandulfi de regione Columpne.

Actum in lovio scyndici.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Alberti de regione Transtiberim ac die presente, sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Stefanello Petri Specchi de regione Parionis, presenti et legitime stipulanti, omnia iura et actiones etc. que et quas habet vel habere posset contra eum pretestu et occasione cuiusdam sententie tassationis expensarum latarum contra eundem Stephanellum, scripture manu Iacobelli Calisci et Cecchi Coçole notarios continentis quantitatem XII librarum provisinorum et occasione dictarum XII librarum. Hanc autem refutationem dictus Lellus eidem Stephano, presenti et legitime stipulanti fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso Stephano dictas XII libras provisinorum, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura sunt ipsius Lelli et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit dictus Lellus teneri de evictione ac de dampnis expensis et interesse, pro quibus obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. renumpsiavit ferriis beneficio fori etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

120.

1366, dicembre 4

Paolo *Buccamoça* e Renzolino *Petrifortis* taverniere del rione Pigna si consegnano a vicenda le quietanze circa una società per il vino, creata tra loro, dopo aver fatto il computo delle loro competenze ed aver ricevuto la spettanza relativa.

f. 129v

Indictione quinta mense decembris die quarto.

Testes: Iacobus Le[lli] Angeli Blaxii, Symeon magistri Petri et Iohannes Ianarolus de regione Pinee.

Actum in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Buccamoça, ex una parte, et Rençolinus Petrifortis tabernarius de regione Pinee, ex alia parte, ac die presente una alteri et alter alteri, sponte renumptiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt ad alterutrum omnia iura et actiones que et quas una pars alteri et altera petere et exigere posset usque in presentem diem, tum pretestu et occasione societatis vini iunte inter eos<sup>(a)</sup>, tum etiam quocumque alio modo iure titulo sive causa usque in diem presentem, ita quod hec<sup>(b)</sup> refutatio sit unicuique ipsorum generalis et generalissima et omnia in ea veniant et venire intelligant prout si essent specificata et nichil in ea intelligatur exceptionem. Hanc autem refutationem ad alterutrum fecerunt pro eo quod confessi fuerunt factum fore solempniter calculum inter ipsos et unus ab alio recepisse et e converso omne et quicquid ad alterutrum tenerentur usque in presentem diem et promiserunt ad alterutrum de evictione, pro quibus omnibus observandis obligaverunt unus alteri et e converso omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse<sup>(c)</sup> cogi et conveniri omni tempore etc. et in omni curia, renumptiaverunt ferris et beneficio fori etc.

<sup>(a)</sup> P “eo” <sup>(b)</sup> Depennato “se” <sup>(c)</sup> Depennato “g”.

121.

1366, dicembre 5

Matteuzio di Nuzio di Giovanni *Massaroli* del rione Arenula dà il suo consenso alla vendita fatta dal padre Nuzio al notaio Francesco *Pucii* del rione Campitelli.

f. 130r

Indictione quinta mense decembris die quinto.

Testes: Paulus Leonardi Sinante de regione<sup>(d)</sup> \*\*\*\*\*, Nucius Cole Coffi de regione Campimartis, Colutia Symeonis de regione Columpne notarius.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. Mathutius filius Nucii Iohannis Massaroli de regione Arenule, qui iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XX seu XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa, nec restitutionem in integrum petere, ac die presente sua bona voluntate consentiit et suum consensum prestitit cuidem venditioni facte per dictum Nucium, patrem suum, Francisco Pucii notario de regione Campitelli, presenti et recipienti \*\*\*<sup>(a)</sup>

<sup>(d)</sup> Depennato “Sancti” <sup>(a)</sup> L’atto è stato interrotto: segue in bianco la metà inferiore del foglio ed il successivo foglio 130v.

122.

1366, dicembre 5

Roberto di Roberto *anglicus* del rione Pigna ed Enrico di Giovanni *anglicus* del rione Trastevere procuratori del nobile Tommaso *Candos* milite del regno d’Inghilterra, come risulta dall’atto rogato dal notaio Francesco *Pucii* letto dallo stesso notaio Palo *de Seromanis*, dichiarano di aver ricevuto da Gregorio di Enrico già di Firenze ed ora del rione Campitelli, per conto di Donato di Paolo *Ramalgiantis* di Firenze, la somma di 30 fiorini d’oro ad integrazione del debito dovuto da Donato insieme ad altri garanti.

f. 131r

Indictione quinta mense decembris die quinto.

Testes: Nicolaus Ficocia, Paulus eius filius de regione Ripe et Bartholus mercator dudum de Florentia nunc de regione Pinee.

Actum in apotheca infrascripta Gregorii in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Robertus Roberti anglicus de regione Pinee et Erricus Iohannis anglicus de regione Transtiberim, procuratores et persone legitime nobilis viri domini Thomaxii Chandos militis de regno Anglie, habentes ad hec omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patet manu Francisci Pucii publici notarii a me notario viso et lecto, eorum bona voluntate confessi fuerunt se recepisse et habuisse, nomine dicti domini Thomaxii, a Gregorio HERRICI dudum de civitate Florentie nunc de regione Campitelli, dante et solvente de sua propria pecunia pro Donato Pauli Ramalgiantis, animo repetendi ab ipso, triginta florenos auri, qui sunt de summa et quantitate \*\*\*\*\*



florenorum auri in quibus dictus Donatus una cum certis<sup>(a)</sup> suis fideiussoribus eidem domino Thomaxio quondam apparet, ut patet manu publicorum notariorum. Hanc autem confessi fuerunt<sup>(b)</sup> pro eo quod presentialiter receperunt, procuratorio nomine quo supra, dictos triginta florenos auri, de quibus, quo supra nomine, se bene quietos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. et promiserunt de evictione, pro quibus obligaverunt bona dicti domini Thomaxii quorum procuratores sunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> “fecerunt”.

123.

1366, dicembre 8

\*\*\*\*\* detto *Maneccio* di Ninfa riceve in deposito da Francesca *de Comitibus*, badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, la somma di 15 fiorini d'oro per il suo riscatto e la sua liberazione dalla cancelleria del palazzo del Campidoglio nella quale era stato imprigionato e promette di restituirla a richiesta del depositante.

Si offre quale garante frate Angelo, abate di Grottaferrata.

f. 131v

Indictione quinta mense decembris die VIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Franciscus de Casali legum doctor et dominus Petrus Partimedalgia de regione Transtiberim.

Actum in Sancta Eufemia.

In presentia mei notarii et testium etc.

\*\*\*\*\* dictus alias Maneccio de castro Ninphe, sua bona propria et spontanea voluntate, confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a venerabile domina Francischa de Comitibus humilis abatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presente et legitime stipulante vice et nomine dicti monasterii et monialium eiusdem, et me notarium ut publicam<sup>(a)</sup> presentem stipulantem et recipientem vice et nomine dicti monasterii et dominarum eiusdem, quindicem florenos boni et puri auri et recti ponderis, quos confessus fuit ipsam dominam abbatissam de pecunia dicti monasterii solvisse pro redemptione<sup>(b)</sup> et liberatione ipsius Manecii de cancelleria palatii Capitolii in qua detemptus fuerat ad petitionem et instantiam ipsius Manecii, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. quos florenos dicte domine abatisse redere et restituere promisit ad omnem petitionem et voluntatem dicte domine abatisse et monialium dicti monasterii cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. pro quibus fideiussit dominus frater Angelus abbas Gripteferrate et renumpsiavit etc. animo donandi.

<sup>(a)</sup> Omesso “personam” <sup>(b)</sup> P “redeptione”.

124.

1366, dicembre 11

Fiore moglie di Giorio *Vani* taverniere già di Firenze ed ora di Roma del rione Pigna, con il consenso del marito, vende a Giacoma figlia di Buzio sarto dello stesso rione una casa con pianoterra e solario, con porticato davanti, acquistata dalla venditrice con il denaro ricavato dai beni estradotali, situata nel rione Pigna, al prezzo di 25 fiorini d'oro.

Dietro preghiera e richiesta di Fiore si offre quale garante Domenico figlio del defunto Nicola *de Ciocctis* marmista per la convalida del diritto di proprietà della venditrice.

f. 132r

Indictione quinta mense decembris die XI<sup>o</sup>.

Testes: Anestaxellus Anestaxii tabernarius, Paulus Cecchi Palutii, Rubeus tessitor de regione Pinee. Actum in infrascripta domo.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii etc. <sup>(b)</sup> domina Flos<sup>(c)</sup> uxor Giorii Vani tabernarii dudum de Florentia nunc de Urbe de regione Pinee, que domina Flos primo renumpsiavit quantum ad hec omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum guarnimentorum palaferorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus certiorata per me notarium de ipso auxilio quidam sit et quidam dicat, cum consensu<sup>(d)</sup> voluntate licentia et mandato dicti sui viri, presentis et consentientis et etiam renumpsiantis omni suo iure, si quod haberet in infrascripta domo et die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Iacobe filie Bucii sutoris de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Iacoba dare et concedere in perpetuum voluerit, idest unam domum terrineam et solaratam cum porticali ante se ipsius domine Floris et quam ipsam dominam Flos<sup>(e)</sup> emit de pecunia sua quam ad suas manus pervenit de bonis suis parafernalibus, presente et confitente dicto Giorio viro suo, que domus posita est in regione Pinee inter hos fines, ab uno latere tenet Rubeus

f. 132v

tessitor, ab alio latere tenet \*\*\*\*\* ante est via publica, retro tenet \*\*\*\*\* vel si qui sunt ad dictam domum plures vel veriores confines, corporaliter investiendum<sup>(f)</sup> eandem empticem de domo predicta et

eidem vacuam possessionem assignavit, dedit etiam quoque cessit et concessit dicta venditris, cum consensu dicti sui viri, dicte emptrici, presenti et legitime stipulanti, omnia iura omnesque actiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat in domo predicta contra quascumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat etc. et in locum et privilegium ipsius venditricis succedat<sup>(g)</sup>, nullo sibi iure aliquo aliter reservavit per directum nec per obliquum ipsamque in rem suam procuratricem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dicta venditris eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii XXV florenorum boni et puri auri et recti ponderis, quos presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus post ipsam receptionem se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum dictorum florenorum etc. et si plus dicto pretio dicta domus valeret nunc vel valebit in futurum dicta venditris, cum consensu dicti sui viri, dicte emptrici, presenti et legitime stipulanti ut supra, amoris causa inter vivos, donavit cessit et concessit et promisit dicta venditris dicte emptrici, presenti et stipulanti ut supra, predicta domus est ipsius venditricis et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita data donata cessa concessa pignorata nec quomodolibet distracta in totum vel in partem nec contractum vel quasi contractum cum aliqua persona universitate seu loco factus est nec factus apparet et si contrarium appareret quocumque tempore voluit dicta venditris teneri de evictione cum omnibus suis clausulis ac de dampnis expensis et interesse, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris obligavit dicte emptrici, presenti et stipulanti, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ad hec ad preces et instantiam dicte venditricis penes dictam emptricem, presentem et recipientem et legitime stipulantem ut supra, Dominicus filius olim Nicolai de Cioctis marmorarius de regione Pinee, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV seu XX annorum etc. sponte fideiussit et promisit quod dicta domus est ipsius venditricis et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de bonis suis etc. pro quibus obligavit bona sua etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiavit ferris, diebus ferriatis, epistule divi Adriani, beneficio fori etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio "missum" <sup>(b)</sup> Depennato "domin" <sup>(c)</sup> P "Flox" <sup>(d)</sup> P "consentu" <sup>(e)</sup> Così P <sup>(f)</sup> P "investientum" <sup>(g)</sup> P "succeda".

125.

1366, dicembre 19

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma riunite presso la grata del monastero, secondo la consuetudine, ed in particolare la badessa Francesca *de Comitibus*, Eufemia, Lucia, Peteziana, Andrea, Leonarda, Costanza e Caterina, anche a nome delle monache assenti, nominano arbitro Francesco di Stefano Rubei di Velletri, arcidiacono agrigentino, per risolvere la controversia sorta con la nobildonna Cecca *de Ciccano* vedova di Giovanni *de Comite* ed i suoi figli Petruzio e \*\*\*\*\* , circa una somma di \*\*\*\*\* fiorini d'oro che il defunto Giovanni doveva versare al monastero per un deposito, rogato da un publico notaio e convalidato da una sentenza esecutiva, e per le spese sostenute nella causa di rivendicazione.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare e le richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e, a tal fine, impegnano i beni del monastero e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato, con l'intesa che il compromesso abbia la durata di un mese.

Dietro richiesta della badessa e delle monache si offre quale garante Giovanni *Pesansa* già di Velletri ed ora del rione Monti nei confronti dell'arbitro Francesco.

Indictione quinta mense decembris die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: presbiter Marinus de Sermona et Tucius Cole Nicolutie de regione Montium.

Actum in Sancta Eufemia.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregate et coadunate simul venerabiles domina Francischa de Comitibus humilis abatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe, soror Heufemia, soror Lucia, soror Petentiana, soror Andrea, soror Leonarda, soror Costantia, soror Catherina moniales dicti monasterii, pro se ipsis et vice et nomine aliarum monialium absentium a dicta grata, ad gratam ferream dicti monasterii ad sonum campanelle more solito congregate, ipsa domina abbatissa cum consensu et voluntate dictorum dominarum et ipse domine<sup>(a)</sup> moniales cum consensu voluntate et auctoritate dicte domine abbatisse, sponte compromiserunt de omni et super omni lite discordia et questione que est vel esse posset inter ipsas dominas, nomine dicti monasterii, ex una parte, et magnificam dominam dominam Ceccham de Ciccano relictam olim Iohannis de Comite, Petrutium et \*\*\*\*\* fratres filios et heredes dicti olim Iohannis de Comite pretestu et occasione \*\*\*\*\* florenorum auri in quibus dictus olim Iohannes tenentur dicte domine et monasterio predicto, vigore cuiusdam depositi scripti manu publici notarii, et nunc dicta domina Ceccha, Petrucius et fratres eidem monasterio tenentur,

f. 134r

ut heredes et bonorum possessores dicti olim<sup>(b)</sup> Iohannis, vigore depositi supradicti, nec non vigore sententie inde secute, scripture manu publici notarii. Item pretestu et occasione expensarum inde factarum in dicta causa, in venerabilem virum dominum Franciscum Stephani Rubei de Velletr<sup>(c)</sup> archidiaconum agrigentinum<sup>(d)</sup>, presentem et recipientem, tamquam in eorum arbitrum etc. dantes et concedentes eidem domino Francisco plenam et liberam potestatem arbitrandi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de iure, semel vel pluries etc. promittentes omne arbitrium laudum seu mandatum unum vel plura, ex dicto compromisso descendente, semper ratum gratum et firmum<sup>(e)</sup> habere et ab eo non appellare, supplicare, nullum<sup>(f)</sup> dicere nec restitutionem petere nec reductionem ad arbitrium boni viri sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisorum senatus pro medietate etc. et renumpsiaverunt etc. et ad hec petitionem et instantiam dictarum dominarum abbatisse et monialium penes dictum dominum Franciscum, presentem et recipientem, et me notarium ut publicam personam recipientem et stipulantem pro dictis camera et parte, Iohannes Pesansana dudum de Velletr et nunc de regione Montium sponte, animo donandi<sup>(g)</sup>, fideiussit et se et bona sua principaliter obligavit et promisit se facturum et curaturum quod predictae domine predicta servabunt et penam predictam stipulatam ut supra, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc. quod compromissum durare voluerunt hinc ad unum mensem proxime futurum etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “monasterium” <sup>(b)</sup> Depennato “Petrucci” <sup>(c)</sup> Depennato “p” <sup>(d)</sup> P “agigentinus” <sup>(e)</sup> P “firmam” <sup>(f)</sup> P “nallum” <sup>(g)</sup> P “donampni”.

126.

1366, dicembre 24

Paolo Marronis del rione Pigna eletto arbitro da Cola di Giovanni di Giacomo dello stesso rione e da [Pietro di Giovanni di Giacomo] detto *Cenphia*, come risulta dal compromesso rogato dal notaio \*\*\*\*, delibera che tra le due parti si debba stipulare un atto di sicurezza perpetua, con il vincolo della pena pecuniaria prevista nello stesso compromesso.

f. 134v

Indictione quinta mense decembris die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Alexius Petri Pauli Herrici, Iohannes Cafari, Iohannes della Luccia.

Actum in domo dicti Alexii.

In presentia mei notarii etc. Paulus Marronis de regione Pinee arbiter arbitrator et communis amicus electus et ordinatus inter Colam Iohannis Iacobi de regione Pinee, ex una parte, et<sup>(a)</sup> \*\*\*\*\*<sup>(b)</sup> dictum alias *Cenphia*, ex alia, ut de compromisso in eo facto plene patet manu \*\*\*\* publici notarii, viam arbitrationis respiciendo pro bono pacis et concordie dictarum partium mandavit inter ipsas partes securitatem perpetuam et quod ad penam in compromisso contentam de certo unus alterum et alter alterum non offendere nec offendi faciant in personis vel bonis, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax<sup>(c)</sup> frangitur et quod totiens dictam penam tollatur a contrafaciente et fideiussoribus suis quotiens contra factum fuerit etc.

<sup>(a)</sup> Segue uno spazio bianco, ma intendasi “Petrus Iohannis Iacobi dictus alias *Cenphia*” testimone nel successivo doc. 229

<sup>(b)</sup> Depennato “Fr Ce” <sup>(c)</sup> P “pas”.

127.

1366, dicembre 24

Angelo di Giovanni di Giordano notaio di Cori, sindaco e procuratore del comune e degli abitanti di Cori, come risulta dalla procura rogata dal notaio \*\*\*\*\*, presentatosi nella casa dei Sette riformatori di Roma davanti al nobile Nicola *de Theballescis*, che era stato eletto arbitro dal sindaco del comune di Cori e dal nobile Giovanni *de Cicchano*, dichiara che nella sentenza arbitrale da lui deliberata è previsto il rilascio di una reciproca quietanza fra le due parti, entro la prossima ricorrenza del Natale, con il vincolo di una pena pecuniaria. Egli afferma di essere pronto ad assolvere il suo impegno, a nome del comune di Cori; se poi l'atto di quietanza non potrà essere rilasciato non si potrà formulare un addebito a danno della sua parte.

Alla dichiarazione sono presenti Lello *de Cancellariis*, Paolo *Partimedangie* ed altri membri dei Sette Riformatori di Roma.

Indictione quinta mense decembris die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Iacobus Francisci de regione Parionis, Faciolus de regione Arenule.

Actum in domo dominorum Septem.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter<sup>(a)</sup> Angelus Iohannis Giordani

f. 135r

notarius de Cora scyndicus procurator et persona legitima communis huius universitatis et hominum dicte terre Cora<sup>(b)</sup>, habens ad hec speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patet manu \*\*\*\*\* publici notarii, coram nobili viro Nicolao de Theballescis, arbitro et arbitratore communiter electo a scyndico dicti communis pro ipso commune, ex una parte, et magnifico viro domino Iohanne de Cicchano, ex parte altera, ut patet publicorum notariorum, procuratorio et scyndicario nomine quo supra, dixit et protestatus fuit quod cum per ipsum Nicolaum, arbitrum predictum, latum fuerit arbitrium inter ipsas partes et inter aliam

contineat quod fieri debeat inter ipsas partes generalis refutatio, hinc ad festum Nativitatis Domini proxime futurum ad penam in compromisso contentam, paratus est et paratus se offert ipsam refutationem et omnia et singula in dicto arbitramento contenta ratificavit et acceptare et adimplere cum effectum, et ex nunc ratificat et acceptat et adimplere paratus se offert, nomine dicti communis cum effectum, et quod per dictum commune non stat predicta, in dicto arbitrio seu arbitramento contento, efectualiter adimplere et quod dicto communi et specialibus personis nullum preiudicium, si dicta refutatio facta non esse, cum per ipsos non stat etc. presentibus et audientibus Lello de Cancellariis, Paulo Partimedangie<sup>(c)</sup> et aliis eorum sociis Septem Reformatoribus Urbis.

<sup>(a)</sup> Depennato “Ioh”, segue poi la qualifica di “notarius” che viene poi ripetuta, come di consueto, dopo il nome <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Così P.

## 128.


Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

f. 135v

Scriptum per me Paulum de Seromanis notarium supradictum meum signum signatum.

(S)<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Seguono in bianco i ff. 136r e v, 137r e v, 138r e v, e 139r e v.



1.

Il notaio Paolo de Seromanis intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1368 e comicia, secondo lo "stile della Natività", dal 25 dicembre 1367, con sette giorni di anticipo rispetto allo stile moderno, traccia inoltre il proprio segno monogrammatico.

f. 1r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo sessagesimo octavo pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VI<sup>a</sup> mensibus et diebus infrascriptis.  
Hic est liber sive quaternus contractuum sub brevitate compilatus et compositus mei Pauli de Sorromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarii.  
Signum mei Pauli de Sorromanis notarii supradicti

(S)

2.

1367, dicembre 27

Il prete Nicola, rettore della chiesa di S. Stefano di Pigna, Lorenzo de Sorromanis ed Oddone *de Thedallinis*, chierici della stessa chiesa, per sè ed a nome di Francesco *de Buccabellis*, danno in locazione al nobile Buzio *Capucie de Capoccinis* del rione Pigna per un periodo di 5 anni, a cominciare dalla prossima festa dell'annunciazione della Vergine del mese di marzo, una porzione di un palazzo con pianoterra e solario, con colonnato, un orto ed un pozzo, nel quale abita Guglielmo *anglicus* della medesima chiesa di S. Stefano, situato nel rione Pigna, al prezzo annuale di 3 libbre di provisini del senato da pagare nella festa dell'Annunciazione, con l'impegno che se gli altri possedimenti della chiesa, concessi in locazione, dovessero diventare più cari, allo stesso modo dovrà aumentare anche il prezzo del palazzo.

Si conviene infine che il locatario non potrà rinunciare alla concessione né avere una proroga e, a tal fine, le parti impegnano tutti i loro beni e si sottopongono, in caso di inosservanza, ad una pena pecuniaria di una libbra d'oro.

f. 1v In nomine Domini amen. Anno millesimo III<sup>c</sup>LXVIII pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VI<sup>a</sup> mense decembris die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: Iacobellus Iusii lanarolus, Paulus filius Oddonis de Serromanis et Anthonius Tucii Sassi de regione Pinee.

Actum in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabiles viri dominus presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinee, dominus Laurentius de Sorromanis et dominus Oddo de Thedallinis, clerici dicte ecclesie, pro sese ipsis et vice et nomine domini Francisci de Buccabellis consocii eorum, pro quo promiserunt de rato ac vice et nomine dicte ecclesie et pro ipsa, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt nobili viro Bucio Capucie de Capoccinis de regione Pinee, presenti et recipienti, pro quinque annis proxime futuris, incipiendo a die festus<sup>(a)</sup> Anunptiationis beate Marie Virginis de mense martii proximo futuro et finiendo ut sequitur, idest quodam palatium ipsius ecclesie terrineum et solaratum et columpnatum cum orto et puteo, in quo nunc habitat Guglielmus anglicus ipsius ecclesie, positum in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Guilielmus, ab omnibus aliis lateribus sunt vie publice vel si qui etc.

f. 2r ad habendum tenedum habitandum possidendum et alteri ad pensionem pro dicto tempore concedendum et de eo faciendum pro dicto tempore tamquam de re sua. Hanc autem locationem et que dicta sunt fecerunt predicti presbiter et clerici, pro se ipsis et quibus supra nominibus, pro eo quod dictus Bucius promisit et convenit eisdem omni anno in festo predicto solvere dictis presbitero et clericis dicte ecclesie, pro portione dicti palatii, tres libras provisinorum senatus, tali quidem pacto habito inter ipsos, quod si alie possessiones dicte ecclesie, que ad pensionem concesse sunt, reincaraventur quod dictum palatium debeat reincarare pro rata. Item actum et conventum fuit inter ipsas partes quod ipsa locatio, durante dicto termino, non possit renunptiare nec reaccipi, quovis colore quesito, promictentes dicte partes ad alterutrum predicta inviolabiliter observare sub obligatione bonorum dicte ecclesie et ipsius Bucii mobilia et immobilia presentia et futura et pena unius libre auri, renunptiaverunt in hiis capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc.

<sup>(a)</sup> Così P.

3.

1367, dicembre 27

Oddone *de Thedallinis* ratifica la locazione fatta dal prete Nicola e dal canonico Lorenzo ad Angelo di Stefano di Rocca Priora circa le terre della chiesa di S. Stefano di Pigna, situate fuori della porta Maggiore.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

Supradictus dominus Oddo sponte ratificavit locationem factam per dictos<sup>(a)</sup> presbiterum Nicolaum et dominum Laurentium de terris ipsius ecclesie, positis extra portam Magiorem, infra suos confines, Angelo Stepfani de Rocca Preiura, presenti et recipienti, prout iacet cum omnibus suis tenoribus et articulis etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “d”.

4.

1367, dicembre 30

Il nobile Giovanni figlio del defunto Matteo *de Ylperinis* del rione di S. Eustachio, economo e procuratore di Guglielmo abate del monastero di S. Paolo fuori le mura di Roma e dei monaci del convento, come risulta dalla procura rogata dal notaio Paolo *de Seromanis*, e inoltre procuratore e sindaco degli abitanti dei *castra* di Poggio di Monte Albano, di Monte Albano e di S. Polo annessi al monastero, come risulta da una procura rogata da un pubblico notaio, nomina arbitro Agapito *de Columpna*, vescovo di Ascoli, per risolvere la controversia sorta tra l'abate, i monaci del convento, le comunità e gli abitanti dei *castra* già indicati, nei confronti di alcune persone degli stessi *castra*, degli ufficiali del comune e degli abitanti della città di Tivoli, a causa delle violazioni e dei danni arrecati dai tiburtini contro i beni, i *castra*, le rocche, le terre e gli abitanti dipendenti dal monastero di S. Paolo e particolarmente contro Monte Albano, Poggio di Monte Albano, S. Polo e la rocca di Passerano che sono stati saccheggianti dagli assalitori i quali hanno reciso gli alberi ed i tralci delle viti ed hanno perpetrato omicidi nei confronti del frate Giacomo di Sutri, monaco del monastero, e dei servi della Rocca di Passerano che è stata depredata e data alle fiamme.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare e di favorire un armistizio o una tregua per un certo periodo di tempo tra le due parti in contrasto, con l'obbligo di una pena pecuniaria, e di garantire infine una pace perpetua.

Il procuratore promette, a nome delle parti da lui rappresentate, di far osservare l'arbitrato e, a tal fine, impegna i beni del monastero e dei *castra*.

Indictione VI<sup>a</sup> mense (decembris)<sup>(a)</sup> die penultimo.

Testes: Iohannes Brance, dominus Iohannes Scantrilgia canonicus Sancte Marie Magioris, Nicolaus Lelli Pandulfi de Thedallinis de regione Columpne et magister Paulus Angeli notarius dudum de Civitella Sancti Pauli et nunc de Urbe de regione Campimartis.

Actum in domibus monasterii Sancti Silvestri de Capite.

In<sup>(b)</sup> presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Iohannes quondam Mathei de Ylperinis de regione Sancti Eustachii, yconomus scyndicus procurator et persona legitima venerabilis in Christo patris et domini domini fratris Guilielmi abbatis venerabilis monasterii Sancti Pauli extra muros Urbis nec non monachorum capituli et conventus eiusdem monasterii, ut de ipso scyndicato et procuratorio patet publico istrumento scripto manu supradicti Pauli notarii presentis et fidem facientis<sup>(c)</sup> nec non procurator et scyndicus et persona legitima communis et hominum castrorum Podii Montis Albani, Montis Albani et Sancti Poli dicti monasterii, ut patere dicitur manu publici notarii, yconomus scyndicario et procuratorio nomine quibus supra, ac die presente sua bona voluntate compromisit et compromissum fecit in venerabilem in Christo patrem et dominum dominum Agapitum de Columpna Dei gratia episcopum esculanum, presentem et recipientem tamquam in eorum arbitrum arbitratores amicabilem compositorem et communem amicam de omni lite controversia et questione que vertitur et versatur inter ipsos dominum abbatem, capitulum,

monachos ipsius monasterii, communitates scyndicos et homines dictorum castrorum et ipsa castra, ex una parte, ac speciales personas ipsorum castrorum et officiales, commune, scyndicos et homines et speciales personas ipsius civitatis Tyburis, ex parte alia, pretestu et occasione iniuriam offentionum dampnorum commissorum per dictos tyburtinos contra res, bona, castra, roccas, terras et homines predictorum abbatis monachorum, capituli et conventus ipsius monasterii et specialiter contra castra Montis Albani, Podii Montis Albani, Sancti Poli et roccam Passarani dicti monasterii<sup>(d)</sup> tam destructionibus, invasionibus, occupationibus, invasionibus, captionibus terrarum et bonorum ipsorum, guastis, incisionibus arborum, vinearum et aliarum rerum dictarum terrarum, homicidiis commissis et perpetratis<sup>(e)</sup> per dictos tyburtinos in persona religiosi viri fratris Iacobi de Sutrio, monaci et presbiteri dicti monasterii, et aliorum famulorum dicte rocce Passarani et de desolatione et crematione ipsius rocce et de ablatione, spoliatione et furto et molestiis<sup>(f)</sup> ibidem commissis et quacumque alia<sup>(g)</sup> occasione que orta fuisse et perpetrata<sup>(h)</sup> inter ipsas partes quacumque de causa usque in presentem diem, dans et concedens dictus yconomus, scyndicus et procurator predictus, yconomus scyndicario et procuratorio nominibus quibus supra, prefato domino Agapito arbitro arbitratori predicto, presenti et recipienti, plenum arbitrium

f. 3v et liberam potestatem super predictis omnibus et singulis cognoscendi ordinandi providendi declarandi definiendi inter ipsas partes alte et basse, de facto vel de iure, diebus feriatis vel non feriatis, sedendo, stando vel ambulando, partibus citatis vel non citatis, partibus presentibus vel absentibus, una parte citata et alia non citata, una parte presente et alia absente, prout ipsi arbitro et arbitratori videbitur et placebit nec non arbitrandi et mandandi inter ipsas partes, indutias seu treguas pro certo tempore semel et pluries sub quibuscumque penis et obligationibus, nec non pacem et securitatem perpetuam inter ipsas partes cum satisfactione quacumque reale vel personali et emendatione pro dampnis iniuriis et molestiis<sup>(i)</sup> omnibus supradictis, promictens dictus procurator yconomus scyndicus, quibus supra nominibus, omnes indutias sive treguas, pacem et securitatem nec non omne laudum arbitrium mandatum sive sententia sive arbitramentum unum vel plura, ex presente compromisso descendencia, ratum gratum et firmum habere, nominibus quibus supra, et ipsum sive ipsos vel ipsas emoluare<sup>(i)</sup>, ratificare et acceptare, nominibus quibus supra, ab ipso seu ipsis non suplicare, appellare nec petere reduci ad arbitrium boni viri sub obligatione bonorum dicti domini<sup>(k)</sup> abbatis monasterii et capituli

f. 4r et dicti monasterii et dicatorum castrorum et pena quacumque per ipsum dominum Agapitum declaranda et imponenda renumpsiavit in predicti dictus scyndicus et procurator, nominibus quibus supra, capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et voluit pro predictis, quibus supra nominibus, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> È stato depennato “septembris” ed è stato sostituito con “ianuarii” ma si deve intendere “decembris”. A ciò induce il fatto che l’atto precedente, annotato sul f. 1v, è datato dicembre 27 e gli atti che seguono ai ff. 4v e 4v-6v (doc. 134 e 135) sono stati datati 5 e 6 gennaio. Con l’indicazione cronologica che è stata proposta si accorda anche la sostanza del formulario e la successione delle relative imbreviature: infatti il presente atto rappresenta un “arbitratum” al quale segue, secondo la prassi notarile, una prima “sententia arbitratoria” (doc. 133), una seconda “sententia arbitratoria” (doc. 136) e infine la “pax”. L’errore è presumibilmente avvenuto per un processo di assimilazione nella correzione di questo documento con quella apportata al successivo doc. 136 nel quale è stato depennato “decembris” e sostituito con “ianuarii” <sup>(b)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato “missum” <sup>(c)</sup> L’espressione che segue fino a “notarii” è annotata sul margine inferiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(d)</sup> Depennato “d” <sup>(e)</sup> P “perpetatis” <sup>(f)</sup> P “molentiis” <sup>(g)</sup> P “aliam” <sup>(h)</sup> P “perpetatis” <sup>(i)</sup> P “molentiis” <sup>(j)</sup> Così P, ma intendasi “omologare” <sup>(k)</sup> P “dominis”.

## 5.

**1367, dicembre 30**

Agapito *de Columpna*, vescovo di Ascoli, eletto arbitro dal nobile Giovanni figlio del defunto Matteo *de Ylperinis*, economo e procuratore di frate Guglielmo abate del monastero di S. Paolo fuori le mura di Roma e dei monaci del convento, insediato presso le case del monastero di S. Sivestro *de Capite* delibera che si deve realizzare un armistizio o una tregua fino alla prossima ricorrenza della Settuagesima fra le parti rappresentate dal procuratore Giovanni ed i tiburtini con l’obbligo di una pena di 10.000 libbre di provisini da applicare nel caso di una inosservanza della sua disposizione: nel caso dell’abate la metà della pena sarà devoluta alla camera del pontefice e l’altra metà alla parte lesa, nel caso invece del comune e dei tiburtini la metà della pena sarà devoluta alla camera di Roma e l’altra metà alla parte lesa.

L’arbitro stabilisce inoltre che la tregua non sarà infranta se non interverranno, per le singole parti più di 10 uomini.

Alla deliberazione è presente Giovanni, procuratore dell’abate Guglielmo.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

Supradictus dominus Agapitus, arbiter et arbitrator amicabile compositor predictus, sedens etc. in dictis domibus mandavit inter ipsas partes indutias sive treguas hinc ad Septuagesimam<sup>(a)</sup> proxime futuram et quod ad penam X<sup>m</sup> librarum provisinorum senatus aplicandam, si contra factum fuerit, per ipsum dominum abbatem seu eius partem pro medietate camere domini nostri pape et pro alia medietate parti lese et si pro parte dicti communis se per ipsum commune contra factum fuerit applicandam pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti offense, quotiens, durante ipsa tregua, ipse partes ad alterutrum sese non offendant nec offendi faciant in personis vel bonis, proviso semper quod tregua non intelligatur fracta nisi offensio esset inter ipsas partes a decem hominibus supra, presente audiente et acceptante dicto Iohanne scyndico predicto, nominibus quibus supra etc.

<sup>(a)</sup> La Pasqua del 1368 ricorreva il 9 aprile e la Settuagesima (2<sup>a</sup> domenica avanti la Pasqua) cadeva il 6 febbraio. Cfr. A. CAPPELLI, *Cronologia, cronografia e calendario perpetuo*, Milano 1930 (rist. anastatica 1960), pp 72 e 123.

## 6. 1368, gennaio 5

Lello ed Alterio figli del defunto Corraduzio di Angelo *Mastronis* speciale del rione Pigna nominano loro procuratore Antonio di Giovanni *Verginale* di Rieti per tutte le loro cause e per stipulare, a loro nome, un atto di pace e di sicurezza perpetua con Pietro di Gianni figlio del defunto *ser* Giacomo *Luparducci* di Rieti, promettono inoltre di esonerarlo da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il suo operato.



f. 4v

Indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die V.

Testes: Iohannes Thomaxii tabernarius, Martinus Venturini sutor et Anthonius Stephanelli calsectarius de regione Pinee.

Actum in dicta regione.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus et Alterius, germani frates, filii olim Corraducii Angeli Mastronis spetiarii de regione Pinee ac die presente, eorum bona voluntate, fecerunt eorum procuratorem Anthonium Iohannem Verginale de civitate Reatina, presentem et recipientem, ad omnem eorum causas etc. nec non ad dandum et redendum et recipiendum, nomine ipsorum fratuum et cuiuslibet ipsorum, pacem et securitatem perpetuam Petro Ianni filio olim ser Iacobi Luparducii de dicta civitate cum omnibus clausolis oportunis in forma, relevantes eum ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicio solvendo cum clausolis<sup>(a)</sup> oportunis, promiserunt mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, nec non sese ratum gratum et firmum habere omne et quicquid predictum suum<sup>(b)</sup> procuratorem in predictis factum fuerit sub obligatione bona ipsorum etc.

<sup>(a)</sup> P “clausus” <sup>(b)</sup> Così P.

## 7. 1368, gennaio 6

Nardo di Cola di Giuliano del rione Colonna, con il consenso della moglie Luisa e del censuario del fondo Giovanni di Angelo *de Bulgaminis* dello stesso rione, che aveva già ricevuto 20 solidi e mezzo di provisini del senato per il suo consenso e l'assicurazione che sarebbero state rispettate le clausole di una carta di locazione, vende al prete Guglielmo figlio del defunto Raimondo già di Ariano ed ora di Roma, rettore della chiesa di S. Maria del Monte di Giovanni *Roncionis*, tre pezze di vigneto, con la corrisposta del quarto da consegnare allo stesso Giovanni di Angelo *de Bulgaminis*, con una vasca, un tino ed un canneto, situate fuori della porta del Popolo nella località detta *lo vicolo palaiolo*, al prezzo di 26 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Tuzio asinaio per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà e promette di assumere su di sé ogni spesa se l'acquirente dovesse essere perseguito da persone moleste.

Dietro richiesta di Nardo si offrono quali garanti, per ogni eventualità, Iozio di Santo *Zaccaronis* del rione Pigna e Romano *Cacipti* del rione Colonna.

Indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die VI.

Testes: Nicolaus Racanati de regione Campitelli, dominus Andreas Herami et Tucius Petri dudum de Ariano et nunc de regione Pinee.

f. 5r

In presentia mei notarii et testium etc. Nardus Cole Iuliani de regione Columpne, cum consensu et voluntate domine Aloise uxoris sue, presentis et consentientis, que domina Aloisa primo renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, certiorata primo per me notarium de eodem auxilio quid<sup>(a)</sup> sit et quid dicat, nec non cum consensu et voluntate Iohannis Angeli de Bulgaminis de regione Columpne domini proprietatis infrascripte vinee, presentis et consentientis, hunc autem consensum fecit pro eo quod confessus fuit se recepisse pro consensu dicte vinee solidos XXII et dimidium ad rationem VII solidorum et dimidii per petiam et pro eo etiam quod infrascriptus presbiter Guilielmus promisit et convenit ipsi Iohanni observare sibi omnia pacta carte locationis, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit venerabili viro domino presbitero Guilielmo filio olim Raimundi dudum de Ariano nunc de Urbe, rectori<sup>(b)</sup> ecclesie Sancte Marie de Monte Iohannis Roncionis, presenti et recipienti suo proprio nomine suorumque heredum et successorum in perpetuum et non nomine dicte sue ecclesie vel cui seu quibus ipse presbiter Guilielmus dare vendere cedere aut concedere voluerit, idest tres petias vinearum scilicet vites ad quartam

f. 5v

redendam Iohanni Angeli<sup>(c)</sup> supradicto, domino dicte proprietatis, salvo semper et reservato iure dicti Iohannis, domino proprietatis prefate, plus vel minus quante sunt, cum arboribus fructiferis et infructiferis in eis existentibus, cum parte vasce vascalis et tyno et cum canneto in eis posito, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis et cum introitibus et exitibus earumdem, que vinee posite sunt extra portam de Populo in loco qui dicitur lo vicolo palaiolo, inter hos fines, ab uno latere tenet dictus Iohannes dominus dicte proprietatis, ab alio latere tenet Iohannes Ciminus sutor, ab alio Bucius pictor vel si qui etc. et per Tucium casengus quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dictis vineis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum et in vacuam possessionem inductus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris et pro eo, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendum plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsas vineas cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui vendere donare obligare alienare

f. 6r

et de eis facere quicquid sibi perpetuo placuerit, vendidit etiam quoque dedit cessit et concessit dictus venditor dicto emptori, presenti et stipulanti, omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in dictis

vineis cum omnibus suis usibus, ut dictum est, contra quascumque personas et loca ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat etc. et in locum ius et privilegium ipsius venditoris succedat et succedere voluit et mandavit nullo sibi iure nullaque actione in predictis per directum nec per oblicum aliquo modo reservato ipsumque in re sua procuratorem constituit. Hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus venditor cum consensu et voluntate supradictorum eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii viginti sex florenorum boni et puri auri iusti et recti ponderis, de quibus<sup>(d)</sup> presentialiter et manualiter recepit et habuit XI florenos auri in florenis de auro, residuum autem videlicet XV florenos auri confessus fuit dictus venditor a dicto emptore recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus omnibus dictis XXVI florenis et pretium dictarum vinearum se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renuntiavit omni exceptioni non solutorum non habitorum non ponderatorum dictorum florenorum etc. et si plus dicto pretio dicte vinee valerent nunc vel in futurum valere possent, totum illud plus dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti, inter vivos et irrevocabiliter donavit cessit et concessit causa amoris et dilectionis, quem et quam in eum habet et in futurum habere sperat etc. et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod dicte vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est, sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod in totum nec in partem nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa etc. et si ficta occasione dictus emptor vel sui heredes et successores molestarentur in iudicio seu extra<sup>(e)</sup> iudicium promisit ipsum suis sumptibus et expensis extragere<sup>(f)</sup> et conservare indemnem sumendo in se ipsum iudicium et defensionem contra omnes turbatores vel volentes ipsum quomodolibet perturbare ita quod nullum dampnum patiatur in eis et finaliter si evitio sequeretur in totum vel in partem voluit teneri de evictione ad duplum secundum consuetudinem Urbis, et ad hec ad petitionem et instantiam dicti venditoris penes dictum emptorem, presentem et stipulantem, Iotius Sancti Zaccaronis de regione Pinee et Romanus Cacipti de regione Columpne sponte fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluerunt teneri et obligati esse in omnibus et per omnia prout ipse venditor teneri et obligatus est pro quibus omnibus observandis dictus venditor et fideiussores obligaverunt bona ipsorum etc. et renuntiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore ec. et renuntiaverunt etc.

(a) P “quit” (b) P “rectore” (c) P “Angelo” (d) Depennato “nunc” (e) P “ex” (f) Così P.

## 8. 1368, gennaio 7

Agapito *de Columpna* vescovo di Ascoli è stato eletto arbitro dal nobile Giovanni figlio del defunto Matteo *de Ylperinis* del rione S. Eustachio, economo e procuratore di frate Guglielmo abate del monastero di S. Paolo fuori le mura di Roma e dei monaci del convento, come risulta dalla procura rogata dal notaio Paolo di Angelo giudice ordinario, e inoltre procuratore delle comunità e dei *castra* di Monte Albano, di Poggio di Monte Albano e di S. Polo dipendenti dal monastero come risulta dalla procura rogata dal notaio Nicola di Meo *Petriche* di S. Polo da una parte, e dal nobile Angelo di Brunello cancelliere di Tivoli, procuratore del comune e degli abitanti della città, come risulta dalla procura rogata dal notaio Giovanni di Giacomo di Pietro *Lande* di Tivoli, dall'altra parte, per risolvere la controversia circa le violazioni e i danni arrecati dai tiburtini contro i beni, i *castra*, le rocche, le terre e gli abitanti dipendenti dal monastero di S. Paolo e particolarmente contro Poggio di Monte Albano, Monte Albano, S. Polo e la rocca di Passerano, saccheggiati dagli assalitori, che hanno reciso gli alberi e i tralci delle viti, hanno imprigionato i difensori ed hanno commesso omicidi nei confronti del monaco Giacomo di Sutri e dei servi della rocca di Passerano che è stata depredata e data alle fiamme.

L'arbitro, insediato presso le case del rione Colonna nella propria abitazione, prende atto dei compromessi stipulati dalle due parti ed ascoltate le loro ragioni, stabilisce che la comunità ed il procuratore di Tivoli, sotto pena di 10.000 libbre di provisini da versare per metà alla camera di Roma e per l'altra metà all'abate del monastero in caso di inadempienza, deve pagare un risarcimento di 500 fiorini d'oro; la somma di 350 fiorini sarà versata in due rate mensili e sarà impiegata per la riedificazione della rocca di Passerano, secondo il volere dell'abate, per qualche altra necessità del monastero; il residuo di 150 fiorini, da versare entro la prossima Pasqua, sarà destinato all'acquisto di un possedimento il cui usufrutto sia sufficiente alla celebrazione dell'anniversario della morte del monaco Giacomo, a suffragio della sua anima ed a beneficio dei monaci che intervengono alla cerimonia, o alla costruzione di un ciborio sull'altare di una cappella della chiesa di S. Paolo a perpetua memoria dell'oltraggio fatto al monastero, all'ordine ecclesiastico ed a S. Benedetto, tuttavia se il comune di Tivoli non vorrà sottoporsi a questa pena potrà essere esonerato.

L'arbitro stabilisce ancora che il comune di Tivoli, sotto pena di 500 libbre di provisini in caso di inosservanza, deve costringere i tiburtini, entro la ricorrenza di Pasqua, a restituire all'abate le spoglie del bottino sottratto alla rocca di Passerano; che sia eletto un sindaco del comune di Tivoli il quale, insieme con coloro che parteciparono all'uccisione del monaco Giacomo, dovrà recarsi, entro un mese, davanti al capitolo del monastero di S. Paolo, in una località da stabilire con cinghie di cuoio al collo per chiedere perdono per

l'oltraggio fatto al monastero purché l'abate desideri ricevere questo omaggio; che l'abate, i monaci e gli abitanti di Monte Albano, di Poggio di Monte Albano e di S. Polo, sotto pena di 10.000 libbre di provisini da versare per metà alla camera apostolica e per l'altra metà al comune di Tivoli in caso di inadempienza, doranno stipulare, attraverso i sindaci da loro eletti, un atto di pace e di perpetua sicurezza con il sindaco della città di Tivoli; che l'atto di pace dovrà essere rogato dallo stesso notaio Paolo *de Serromanis* e contro la parte che non rispetterà l'accordo sarà applicata una penale di 10.000 libbre di provisini del senato.

L'arbitro stabilisce anche che l'abate dovrà accogliere, sotto pena di 10.000 libbre di provisini del senato, la richiesta di assoluzione avanzata dal sindaco e dagli abitanti di Tivoli in merito alla morte del monaco Giacomo, dopo che si sia accertata l'integrale applicazione delle disposizioni arbitrali per le quali sarà rilasciata la relativa quietanza; lo stesso abate, sotto la consueta pena pecuniaria, dovrà desistere da ogni vessazione e da ogni molestia nei confronti dei cittadini tiburtini e dei feudatari del monastero di S. Paolo affinché ciascun feudatario possa rimanere nel proprio feudo nella condizione nella quale si trovava prima che si desse inizio alla lite e si commettessero gli eccessi già denunciati.

Si dispone infine che sia annullata ogni sentenza e qualsiasi processo avviati dal monastero contro la parte avversa.

f. 7r Indictione quinta<sup>(a)</sup> mense<sup>(b)</sup> ianuarii die VII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Agapitus de Columpna miles de regione Montium, Tregiosanus, Nicolaus Lelli Pandulfi de Thedallinis, Lellus Iohannis de Cancellariis, Santus Petri spetiarii, Orrigucius de Thedallinis, Cecchus Ciaffi de Cancellariis, Lellus Amadoris, Ricarducius de Surdis et Lellus Thome Musciani omnes de regione Columpne.

Actum in domibus domini Agapiti de Columpne episcopi esculani.

In presentia mei notarii et testium etc. Quoniam solius Dei est pacem inter discordes proprie seminare, qui ut rex pacificus veniens in terris tempore pacis et ipso auctore angelis etiam anumptiantibus pacem et hominibus bonam voluntatem in mundo pacificus vissit et a mundo recedens pacem nobis tribuit in memoriale perpetuo et quia sua actio nostra est doctrina vite presentis et future, idcirco ego Agapitus de Columpna episcopus esculanus arbiter arbitrator amicabilis compositor et communis amicus electus et ordinatus a nobili viro Iohanne quondam Macthei de Ilperinis de regione Sancti Eustachii, yconomo scyndico procuratore et persona legitima venerabilis in Christo patris et domini domini fratris Guilielmi abbatis venerabilis monasterii Sancti Pauli extra muros Urbis,

f. 7v monachorum et capituli eiusdem monasterii, ut patet publico istrumento scyndicatus scripto manu Pauli Angeli civis romani publici notarii et iudicis ordinarii, nec non scyndico procuratore et persona legitima communitatis huniversitatis et hominum castrorum Montis Albani, Podii Montis Albani et Sancti Poli ipsius monasterii et cuiuslibet ipsorum, ut patet manu Nicolao Mei Petriche de dicto castro Sancti Poli publici notarii, qui mihi infrascripto notario fidem fecit scyndico yconomo et procuratorio nomine quibus supra, ex una parte, et nobilem virum Angelum Brunelli cancellarium civitatis Tyburis, scyndicum procuratorem et personam legitimam communis universitatis et hominum dicte civitatis<sup>1</sup> procuratorio et scyndicario nomine ipsorum, ex parte altera, prout de ipso procuratorio et scyndicatu patet publico istrumento scripto manu Iohannis Iacobi<sup>(c)</sup> Petri Lande de Tybure publici notarii a me notario infrascripto viso et lecto, et de dicto compromisso in nos facto per dictum Angelum, scyndicum et procuratorem dicti communis, patet manu dicti Iohannis Iacobi Petri Lande publici notarii a me notario viso et lecto, et de dicto compromisso facto in nos per dictum Iohannem de Ylperinis, procuratorem yconomum et scyndicum supradictum, patet manu mei notarii cognoscentis de omni lite controversia et questione que vertitur et versa est inter ipsas partes, pretestu

f. 8r iniuriam offensionum dampnorum commissorum per dictos tyburtinos contra res, bona, castra, rocchas, terras predictorum domini abbatis, capituli et conventus dicti monasterii et ipsius monasterii et specialiter contra predicta castra Podii Montis Albani, Montis Albani, Sancti Poli et roccham Passarani tam de destructionibus, invasionibus, occupationibus, captionibus terrarum et bonorum ipsius monasterii dictorum castrorum et rocche et personalium personarum eorum, de guastis, incisionibus arborum, vinearum et aliarum rerum dictorum terrarum et dicti monasterii, homicidiis, captionibus et carcerationibus hominum et specialiter homicidii<sup>(d)</sup> commissis et perpetratis per dictos tyburtinos in personam religiosi viri fratris Iacobi de Sutrio, monaci dicti monasterii ac presbiteri, et aliorum famulorum dicte rocce Passarani et de desolatione et crematione ipsius rocce et de ablatione et spoliatione, furtis<sup>(e)</sup> et molestiis ibidem commissis et quacumque alia occasione que orta fuisset et perpetrata inter ipsas partes quacumque de causa usque in die dicti in nos facti compromissi, unde nos Agapitus, arbiter arbitrator et amicabilis compositor et communis amicus, predictis visis compromissis in nos factis, visis et auditis iuribus utriusque partis, auditibus<sup>(f)</sup> ipsis partibus et

<sup>1</sup> Circa i rapporti tra il comune di Tivoli e il monastero di S. Paolo cfr. R. MOSTI, *L'assalto del comune di Tivoli ai castra dell'abbazia di S. Paolo in una fonte notarile del 1367-68*, in «Atti e memorie della Società tiburtina di storia e d'arte», LVII (1984), pp. 115-162; Id., *L'ultimo tentativo di alienazione a Tivoli dei diritti dell'abbazia di S. Paolo sui possedimenti fondiari monastici (1368-1385)*, ivi, LIX (1986), pp. 73-184.

ea que coram nobis per sese ipsas et earum scyndicos, advocatos et procuratores dicere, proponere et allegare voluerunt, habita nobiscumque matura

f. 8v deliberatione viam arbitrationis eligentes, pro bono pacis et concordie ipsarum partium et omnimodo via iure et forma quibus melius possums et debemus, pro tribunali sedentes in domibus mee habitationis positus in regione Columpne, inter suos confines, propositis coram nobis sacrosanctis scripturis, Christi nomine invocato, in hiis scriptis hoc nostro arbitramento semper firmo manente arbitramur sententiamus et arbitrando precipiendo mandamus sub penis infrascripti aplicandis ut inferius declaratur. In primis quod commune et dictus scyndicus Tyburis, scyndicario nomine dicti communis Tyburis, pro dampnis iniuris violentiis guastis factis illatis per ipsos tyburinos, tam<sup>(g)</sup> in roccha Passarani quam in aliis supradictis castris et dicto monasterio ubicumque quomodocumque et qualitercumque usque in presentem diem, sub pena et ad penam X<sup>m</sup> librarum provisinorum senatus applicanda, si per dictum commune Tyburis contra factum fuerit, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate dicto domino abbati, capitulo et conventui dicti monasterii, me notario ut publica persona stipulante et recipiente vice et nomine dicte camere et dictionum domini abbatis, capituli et conventus memorati, det et solvat ac dare et solvere teneatur et debeat dicto domino abbati, capitulo et conventui dicti monasterii, florenos auri quingentos hac via et forma, videlicet quod trecenta et L ex eis debeant convertiri in utilitate et redificatione dicte rocce Passarani,

f. 9r si de voluntate dicti domini abbatis et conventus fuerit vel alibi ubicumque dicto domino abbati et conventui placuerit pro utilitate monasterii sepe dicti, ita quod dicta pecunia detur dicto domino abbati et conventui et ipsi distribuant prout eis placuerit, cuius pecunie quantitatis medietatem dare et solvere dictum commune Tyburis et dictus scyndicus, quo supra nomine, teneatur dicto domino abbati et conventui usque ad unum mensem proxime futurum a die presentis nostri arbitramenti numerandum et relinquam medietatem dictum commune Tyburis et dictus scyndicus, quo supra nomine, dicto domino abbati et conventui dare et solvere teneatur et debeat usque ad alium mensem proxime susecuturum a die finiti dicti primi mensis numerandum. Item arbitramur laudamus sententiamus et laudando precipiendo mandamus hoc nostro arbitramento semper firmo manente quatenus dictus commune Tyburis et dictus scyndicus eius, scindicario nomine quo supra, det et solvat dicto domino abbati, capitulo et conventui dicti monasterii residuum dicte quantitatis dictionum V<sup>c</sup> florenorum auri, videlicet centum L floreni auri hinc ad festum Pascatis Resurrectionis Domini nostri Yhesu Christi proxime futurum, expendendis per ipsum dominum abbatem, capitulum et conventus dicti monasterii hoc modo pro satisfactione iniurie illate dicto domino abbati et conventui, videlicet quos ex illis ematur una possessio de cuius fructibus omni anno fiat anniversarium in conventu dicti monasterii pro anima prenominati fratris Iacobi occisi per homines

f. 9v dicte civitatis Tyburis in die eius mortis, qui fructus distribuantur et distribui debeant tantum inter illos monachos dicti monasterii qui interfuerunt ad aniversarium prelibatum, illi autem monaci qui non interfuerunt ad aniversarium prefatus ex dictis fructibus nichil percipiant nec percipere possint aliquo<sup>(h)</sup> colore quesito vel elevetur, de dicta pecunia, aliquod ciborium super unum altare in ecclesia Sancti Pauli antedicti quod appareat cappella ad perpetuam memoriam iniurie facte dicto monasterio, ordini clericali ac Sancti Benedicti<sup>(i)</sup> de occisione dicti fratris Iacobi monachi supradicti prout dicto domino abbati, capitulo et conventui placuerit, quod si predictum<sup>(j)</sup> commune Tyburis non steterit ad penam volumus<sup>(k)</sup> non teneri. Item sententiamus et arbitrando precipiendo mandamus hoc nostro arbitramento semper firmo manente, quod dictum commune Tyburis debeat et teneatur, ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum applicandam ut supra, compellere hinc ad festum Pascatis Resurrectionis predictae proxime futurum omnes illos homine de Tybure, qui habuerunt spolia seu de spoliis castri seu rocce Passarani predictae, ad restituendum dicta spolia dicto domino abbati, capitulo et conventui prefato, videlicet illos de quibus constat aut costare poterit legitime, durante ipso termino, et illi qui

f. 10r de dictis spoliis habuerunt de quibus non constat seu costaret infra dictum tempus si non satisfecerint, quod non cogatur abbas, capitulum et conventus infrascripti eorum tantum absolutioni petende consentire et dicta absolutio dictis sit non restituentibus non prosit. Item arbitramur laudamus et arbitrando precipiendo mandamus hoc nostro arbitramento semper firmo manente quatenus, sub pena et ad penam X<sup>m</sup> librarum provisinorum senatus applicanda ut supra, quatenus scyndicus dicti communis Tyburis ad hec legitime deputandus, una cum illis qui manus violentas inhiecerunt in fratrem Iacobum ante dictum veniant in capitulo monasterii Sancti Pauli ante dicti a loco per nos deputando cum corrigiis ad collum et veniam petant dicto domino abbati<sup>(l)</sup> et conventui de iniuriis illatis eis et monasterio ante dicto, quod facere teneantur infra mensem a die lati presentis arbitramenti, dummodo quod dictus dominus abbas velit talem reverentiam et pactum recipere a prefatis infra dictum mensem, alioquin si per ipsum commune et homines non steterint ad penam volumus non teneri nec ad predictam reverentiam et pactum de cetero faciendum. Item arbitramur laudamus et arbitrando precipiendo mandamus, sub pena et ad penam X<sup>m</sup> librarum provisinorum senatus applicanda, si per ipsos dominum abbatem, monachos, capitulum et conventus seu homines dictionum castrorum contra factum fuerit pro medietate camere domini nostri pape et pro alia medietate communi dicte civitatis Tyburis, hoc nostro arbitramento

f 10v semper firmo manente, quatenus dictus dominus abbas, capitulum et conventus monasterii sepedicti et communia et homines dictorum castrorum Montis Albani, Podii Montis Albani et Sancti Poli teneantur et debeant per eorum scyndicos, ad hec legitime constitutos sive constituendas, facere pacem et securitatem perpetuam cum scyndico dicte civitatis Tyburis ad hec legitime constituto sive constituendo cum clausolis oportunis et curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis et e converso cum capitulis infrascriptis et aliis quibus ipsis partibus videbitur et placebit vel sine. Que pax fieri volumus et mandamus quam citius per dictum commune Tyburis dicto domino abbati, capitulo et conventui estiterit satisfactum de predictis, que pax scribi volumus et mandamus per nostrum notarium infrascriptum alias non valeat ipso iure iusto impedimento cessante et quod donec ipsa pax fuerit solempniter celebrata mandamus quatenus inter ipsas partes treguam et securitatem et mandamus quatenus una pars alteri et altera alteri non offendant nec offendi faciat in personis vel bonis, ad penam X<sup>m</sup> librarum provisinorum senatus, aplicandam ut supra, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur. Item arbitramur precipimus et mandamus, sub pena et ad penam X<sup>m</sup> librarum provisinorum senatus aplicanda,

f. 11r si per ipsum dominum abbatem contra factum fuerit ut supra, hoc nostro arbitramento semper firmo manente, quod dictus dominus abbas teneatur et debeat consentire absolutioni petende per scyndicum et homines civitatis Tyburis de morte dicti fratris Iacobi, tam in specie quam in genere, quando fuerit pro parte dicti communis Tyburis requisitus, facto prius cauto per ipsum commune ipsi domino abbati, capitulo et conventui dicti monasterii de servando omnia et singula, in dicto nostro arbitramento contento, ad que tenetur vigore dicti nostri arbitramenti sive laudi et hoc propter periculum animarum. Item arbitramur laudamus et arbitrando precipiendo mandamus, ad penam et sub pena X<sup>m</sup> librarum provisinorum senatus aplicanda ut supra, hoc nostro arbitramento semper firmo manente, quatenus factis solutionis ante dictis per dictum commune Tyburis dictus dominus abbas, capitulum et conventum dicti monasterii et communia et homines dictorum castrorum Montis Albani, Podii Montis Albani et Sancti Poli faciant et fieri faciant generalem refutationem, quietationem et pactum de ulterius non petendo per potestatem habentem dicto communi Tyburis de omnibus suprascriptis et dependentibus ab eisdem cum curiis et cautelis de iure sufficientibus et e converso per manus nostri notarii infrascripti, alias quod non valeat ipso iure iuxta tamen impedimento cessante et<sup>(m)</sup>

f. 11v generaliter de omni eo quod una pars alteri et altera alteri, tam in specie quam in genere petere et exigere posset occasionibus supra dictis et dependentibus ab eisdem seu aliqua earum et consentiant ipsum commune civitatis Tyburis, facto eis cauto ut supra dicitur, quatenus eos tangit ab omnibus diffidationibus et condemnationibus de contento et confesso de eo factis tam de communi et specialibus personis ipsius dictis occasionibus seu aliqua earumdem reaffidari. Item arbitramur laudamus et arbitrando precipiendo mandamus, ad penam predictam X<sup>m</sup> librarum provisinorum ut superius est expressum, hoc nostro arbitramento semper firmo manente, quatenus dictus dominus abbas, capitulum et conventus monasterii memorati desistant ab omnibus vesationibus, inquietationibus seu molestiis per eos seu aliquem ipsorum illatis civibus tyburtinis, feudariis monasterii Sancti Pauli ante dicti et quod occasionibus supradictis, nec aliqua ipsarum in dictis feudis, nec aliquo ipsorum molestare de cetero non presumant occasionibus supra dictis nec aliqua earumdem, ita quod dicti feudarii et quilibet ipsorum remaneant in dictis feudis et quolibet eorum in eo statu in quo fuerant et erant ante motam litem et questionem predictam seu briga prefatam et ante commissos excessus predictos, cassatos irritatos et annullatos et pro cassis irritis et nullis haberi volumus et mandamus omnes sententias<sup>(n)</sup> et processus contra eos seu alterum ipsorum factis et latis occasionibus supradictis seu aliqua earumdem.

<sup>(a)</sup> Così P, ma si tratta di un errore dovuto a distrazione poiché sia i due atti precedenti che quello successivo recano correttamente l'indicazione "VI" corrispondente all'anno 1368. <sup>(b)</sup> Depennato "decembris". <sup>(c)</sup> Depennato "Iohannis". <sup>(d)</sup> Così P, intendasi "homicidiis". <sup>(e)</sup> P "furtiis". <sup>(f)</sup> Così P, intendasi "auditis". <sup>(g)</sup> P "tum". <sup>(h)</sup> È stato depennato aliquo e ad esso segue l'espressione "alico" ma è da ritenere che si tratti di una ripetizione errata di "aliquo" e che la cancellazione sia stata apposta erroneamente sul primo anziché sul secondo vocabolo. <sup>(i)</sup> Così P. <sup>(j)</sup> P per "dictum". <sup>(k)</sup> Presumibilmente sottinteso "monasterium". <sup>(l)</sup> Depennato "cap". <sup>(m)</sup> Ripetuto "et". <sup>(n)</sup> P "sententie".

## 9. 1368, gennaio 7

Agapito *de Columpna* vescovo di Ascoli, insediato in una loggia presso le case della sua abitazione nel rione Colonna, enuncia il capitolato di pacificazione e di concordia, rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*, tra il monastero di S. Paolo fuori le mura di Roma ed il comune di Tivoli da rispettare inviolabilmente, tuttavia l'arbitro concede alle due parti di correggere e di integrare concordemente i singoli articoli.

Il capitolato prevede che, dopo la stipulazione della pace, nessun tiburtino potrà offendere un monaco, un servo dell'abate o un vassallo dei *castra* di Monte Albano, di Poggio di Monte Albano e di S. Polo con un gruppo composto da 4 a 6 persone, in tal caso gli aggressori incorreranno in una condanna quadrupla rispetto a quella prevista nello statuto di Roma; allo stesso modo si procederà nei confronti di un monaco, di un servo dell'abate o di un vassallo che sarà accompagnato da un equivalente gruppo di aggressori.

Se qualche tiburtino dovesse offendere con una schiera composta da 6 a 10 persone un monaco, un servo dell'abate o un vassallo dei castra dipendenti dal monastero, il comune di Tivoli sarà tenuto ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato da versare per metà alla camera di Roma, per un quarto alla persona offesa e per un quarto all'abate; allo stesso modo si procederà nei confronti dell'altra parte, infatti se un monaco, un servo dell'abate o un vassallo dovessero offendere con una schiera composta da 6 a 10 persone un tiburtino, gli aggressori saranno tenuti ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato da versare per metà alla camera Apostolica, per un quarto alla persona offesa e per un quarto al comune di Tivoli.

Se poi qualche monaco, un servo dell'abate o un vassallo dei castra dovessero offendere il comune di Tivoli o qualche tiburtino in particolare con una schiera di persone superiore a 10, la pace sarà ritenuta infranta e, in tal caso, il monastero e gli abitanti dei castra saranno tenuti ad una pena pecuniaria di 10.000 libbre di provisini previsti nel lodo arbitrale da versare per metà alla parte offesa e per l'altra metà alla camera Apostolica; allo stesso modo si procederà nel caso che le offese vengano perpetrate dal comune di Tivoli e, in questo caso la pena pecuniaria sarà versata per metà alla camera di Roma e per l'altra metà alla parte offesa.

Alla lettura del capitolato è presente Angelo di Brunello, cancelliere e sindaco del comune di Tivoli, sono invece assenti l'abate del monastero di S. Paolo e Giovanni figlio del defunto Matteo *de Ylperinis* economo e procuratore dell'abate, sicché interviene, per una testimonianza giurata, il mandatario Lippo *Egyptii* il quale convoca i testimoni già presenti alla sentenza arbitrale del documento precedente.

f. 12r

In nomine Domini nostri Yhesu Christi et gloriose Virginis Marie, matris eius, Santorum et Sanctarum Dei. Infrascripta sunt capitula condita et ordinata pro bono pacis et concordie ipsarum partium per nos Agapitum arbitrum et arbitratorem prefatum, que volumus et mandamus inviolabiliter observari ad penam infrascriptam, ut superius est expressum, aplicandam, reservata tamen potestate ipsis partibus de<sup>(a)</sup> communi ipsarum voluntate processit, ipsa capitula resecandi, corrigendi, adendi, minuendi prout eis videbitur et placebit.

In primis quod, si de cetero a die facte pacis predicte, nullus<sup>(b)</sup> tyburtinus offenderet seu offendi faceret in personis tantum aliquem monachum dicti monasterii Sancti Pauli, familiarem dicti domini abbatis, vassallum dicti monasterii videlicet dictorum castrorum Montis Albani, Podii Montis Albani et Sancti Poli cum sociis ultra quatuor usque ad VI, quod teneatur ad penam quatuor<sup>(c)</sup> eius quod teneretur pro delicto commesso secundum formam statuti Urbis, aplicandam dictam penam pro medietate curie in qua dictus offensus<sup>(d)</sup> accusare voluerit et pro alia medietate ipsi offenso, et e converso, si de cetero a die facte pacis predicte, aliquis monachus dicti monasterii, familiaris dicti domini abbatis seu vassallus dictorum castrorum offenderet aliquem tyburtinum cum sociis ultra quatuor usque ad VI, quod teneatur ad dictam

f. 12v

penam quatuor<sup>(c)</sup>, ut supra dictum est, et ut supra aplicandam. Item, si de cetero a die facte pacis predicte, aliquis tyburtinus offenderet cum sociis a VI infra X aliquem monachum dicti monasterii, familiarum dicti domini abbatis, vassallum dictorum castrorum in personis, quod commune dicte civitatis Tyburis teneatur ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum, aplicandam dictam penam pro medietate camere Urbis, pro quarta parte offenso et pro alia quarta parte ipsi domino abbati, capitulo et contentui prefato, delinquens ad penam excessum<sup>(e)</sup> teneatur et e converso, si a die facte pacis predicte, contingat aliquem monachum dicti monasterii, familiarem dicti domini abbatis, vassallum dictorum castrorum offendere cum sociis a sex infra X aliquem tyburtinum in persona, quod ipse dominus abbas, capitulum et conventus dicti monasterii ac etiam communia dictorum castrorum teneantur ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum et delinquens seu delinquentes ad penam excessum, ut supra dicitur, teneantur, aplicanda pro medietate camere domini nostri pape<sup>(f)</sup>, quarta parte ipsi offenso sive suis heredibus et pro alia parte communi dicte civitatis Tyburis. Item si contingat, de cetero a die facte pacis predicte, aliquis monachus dicti monasterii, familiaris dicti domini abbatis, vassallus dictorum castrorum seu aliquis ipsorum offendere dictum commune Tyburis in genere aut aliquem tyburtinum in specie cum sociis a X supra, quod pax intelligatur fracta

f. 13r

et, ad penam in ipso istrumento pacis apponendam, ipse dominus abbas, capitulum et conventus dicti monasterii ac ipsa communia teneantur pro medietate offenso et pro alia medietate camere domini nostri pape et e converso si aliquis tyburtinus cum sociis a X supra offenderet, a die facte pacis predicte in antea, aliquem monachum dicti monasterii, familiarem dicti domini abbatis seu vassallum dictorum castrorum vel ipsa communia seu aliquod ipsorum in genere, quod pax etiam intelligatur fracta et quod dictum commune Tyburis ad penam, in dicto istrumento pacis apponendam, teneatur aplicandam pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti offense, proviso semper quod pax non intelligatur fracta nisi in casibus a iure dispositis, reservata nobis potestate iterum et iterum arbitrando laudandi mandandi et declarandi inter ipsas partes.

Latum<sup>(g)</sup> datum<sup>(h)</sup> et in hiis scriptis sententialiter pronumptiatum fuit dictum arbitrium laudum arbitramentum sive mandatum per supradictum dominum Agapitum, arbitrum et arbitratorem prefatum, sedentem pro tribunali in lovio domorum habitationis ipsius, posite in regione Columpne, inter suos confines, et lectum per me Paulum de Sorromanis notarium infrascriptum, mandato dicti domini Agapiti, arbitri et arbitratoris predicti, sub anno Domini millesimo III<sup>c</sup> LXVIII pontificatus santissimi in Christo patris et domini domini



f. 13v

nostri domini Urbani pape quinti, indictione VI, mense et die supradictis, presentibus suprascriptis testibus, presentibus suprascriptis testibus, presente Angelo Brunelli, cancellario et scyndico supradicto, et absentibus dicto<sup>(i)</sup> domino abbati et dicto Iohanne, scyndico yconomio et procuratore predicto, quorum absentia Dei presentis reparatur, tamen ad predicta omnia et singula videndum et audiendum legitime citati fuerunt per Lippum Egiptii mandatarium et virum in hac parte numptium iuratum<sup>(j)</sup> dicto domino Agapito et arbitro et arbitratori predicto et mihi infrascripto notario referentem, presentibus hiis testibus, scilicet domino Agapito de Columpa milite de regione Montium, Tregiosano, Nicolao Lelli Pandulfi de Thedallinis, Lello Iohannis de Cancellaris, Santo Petri spetiarii, Horrigucio de Thedallinis, Ceccho Ciaffi de Cancellariis, Lello Amadoris, Ricarducio de Surdis et Lello Thome Musciani omnibus de regione Columpne ad hec specialiter vocatis et rogatis.

(a) Ripetuto “de” (b) Così P, intendasi “nonnullus” (c) Così P (d) P “offesus” (e) Così P, intendasi “excessuum” (f) Omesso “pro”  
(g) Depennato L (h) Depennato “ut supra” (i) P “dictis” (j) Depennato “mihi infra”.

10.

1368, gennaio 9

I fratelli Cecco, Angelo e Andreozio figli del defunto Cecco *Sassi* del rione Pigna, i quali avevano in comune un patrimonio indiviso composto da una pezza di terra situata nel territorio del *castrum Flayani* nella località *le Cese*, e da due altre pezze di terra, congiunte con quella precedente, che furono un tempo proprietà l'una di Cecco *Grassi* e l'altra di *Sclavolino* del *castrum Flayani*, non volendo rimanere più oltre in tale condizione, poiché la comunanza dei beni spesso diventa un'occasione di discordia e ciascuno di loro intendeva curare separatamente la proprietà, decidono di procedere alla divisione dei beni ed eleggono a tal fine gli agrimensori Nuzio di Pietro *Macçantis*, Giannuzio di Giovanni *Caçitelle* e Cola di Iuzio del *castrum Flayani* che dividono le terre in tre parti: una prima parte è quella posta all'inizio dei terreni verso il *castrum Flayani* secondo una linea retta tracciata dagli agrimensori; una seconda parte è quella intermedia con la pezza di terra che già fu di Cecco *Grassi* secondo i confini tracciati dagli agrimensori; una terza parte è infine quella situata verso il pantano con la pezza di terra che già fu di *Sclavolino* secondo la linea tracciata dagli stessi agrimensori.

L'attribuzione dei singoli terreni è fatta per sorteggio: il primo terreno è attribuito ad Andreozio, il secondo terreno intermedio è attribuito ad Angelo e il terreno restante è attribuito a Cecco.

Gli assegnatari accettano la divisione operata dagli agrimensori, rilasciano una quietanza reciproca e promettono di ottenere il consenso delle rispettive mogli: Cecco per la moglie Angela, Angelo per Francesca e Andreozio per Francesca.

f. 14r

Indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Franciscus Guarsellona canonicus Sancte Marie in Cosmedin, dominus Iohannes Petri Guictonis canonicus Sancti Petri ad Vincula.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Cum Cecchus, Angelus et Andreotius, germani frates, filii olim Cecchi *Sassi* de regione Pinee habeant in communi pro indiviso in territorio castri Flayani unum petium terre, posite in tenimento dicti castri Flayani in loco qui dicitur *le Cese*. Item et duos alios petios terre, iuntos cum dicto petio terre, quorum unum fuit olim Cecchi *Grassi* et aliud fuit olim *Sclavolini* de castro Flayani, inter hos fine, ab uno latere tenet via publica, ab alio latere tenent heredes Petruce *Palelli*, ab alio Iohannes *Nicolelle*, ab alio Nucius Petri de dicto castro vel si qui etc. et noluerunt amplius in dicta communione manere eo quia communio sepe solet parere scandalum et unus quisque ipsorum semotim per se intendat facere facta sua, idcirco devenerunt ad infrascriptam divisionem et partimentum per manus Nucii Petri *Macçantis*, Iannucii Iohannis *Caçitelle* et Cole Iutii de dicto castro Flayani,

f. 14v

communiter electi ab ipsis fratribus, ad dictam divisionem et partimentum fiendam videlicet quod de dictis petiis terre fecerunt tres partes quarum una pars sit a capite versus dictum castrum Flayani prout trahit<sup>(a)</sup> recta linea per confines positos per predictos agrimensores, alia pars de medio cum illo petio terre quod olim fuit dicti Cecchi *Grassi* prout trahit per confines positos per dictos agrimensores, relinqua tertia pars sicut pars a pede versus pantanum cum illo petio terre quod olim fuit dicti *Scavolini* prout trahit recta linea per confinia posita per dictos agrimensores, quarum prima pars devenit per sortes et brevia ad dictum Andreotium, II pars de medio devenit per sortes et<sup>(b)</sup> brevia ad dictum Angelum, reliqua vero tertia pars pervenerit per sortes et brevia ad dictum Cecchum, ipsis presentibus volentibus et acceptantibus quilibet partem suam et renumpiantibus et refutantibus quilibet ipsorum ad alterutrum omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones eis et cuiuslibet ipsorum competentia et in futurum competitura in parte alterius quovis colore quesito, ita quod, amodo in antea, quilibet ipsorum sit verus dominus de parte sua et cuilibet

f. 15r

ipsorum liceat ipsam suam partem tenere possidere fructificare vendere donare alienare et de ea facere quicquid sibi de cetero placuerit sine consensu et requisitione alterius, promicentes insuper ad alterutrum in predictis et quolibet predictorum facere consentire, videlicet dictus Cecchus dominam Angelam uxorem suam, dictus Angelus dominam Francischam uxorem suam et dictus Andreotius dominam Francischam uxorem



suam cum curis et cautelis de iure sufficientibus unus ad petitionem et requisitionem alteris et e converso quam quidem divisionem et partimenti promiserunt ad alterutrum dicti fratres perpetuo ratam et firmam habere et contra non venire aliquo colore quesito sub obligatione bonorum ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “taif” e così nei casi che seguono <sup>(b)</sup> Ripetuto “et”.

11.

1368, gennaio 12

Cecco *de Clerica* del rione Pigna rilascia una quietanza ai fratelli Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* dello stesso rione in relazione ad una somma di 32 fiorini d’oro per la quale Nicola aveva contratto una obbligazione con un atto di miglioria di otto bestie vaccine, tra uno e due anni, da lui acquistate ed affida-te per la miglioria allo stesso Nicola, come risulta da un atto rogato dal notaio Pietro, e ad un arbitrato emesso da Giovanni *de Scangialemosinis*.

La quietanza è concessa in quanto Cecco riceve la somma di 32 fiorini d’oro, assegnatagli con l’arbitrato, che Scervo di Giovanni *Cinthei* aveva tenuto in deposito.

Indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die XII<sup>o</sup>.

[Testes]<sup>(a)</sup>: Lellus Iohannis Cinthei dictus Sclavus aurifex de regione Pinee, Paulus Lelli Thome notarius de regione Sancti Eustachii et Nicolaus de Thedallinis de regione Columpne.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus de Clerica de regione Pinee sua bona propria et spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Paulo et Ceccho, germanis fratribus, filiis olim Nicolai Marronis de regione Pinee, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et eorum heredum et successorum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsos fratres et in bonis dicti olim Nicolai Marronis, tum pretestu et occasione triginta duorum florenorum auri in quibus dictus olim Nicolaus erat ipsi Cecchus obligatus vigore cuiusdam publici istrumenti melgioramenti octo bestiarum vaccinarum assecaciarum venditarum per ipsum olim Nicolaum ipsi Ceccho et per ipsum Cecchum datarum ipsi Nicolao ad melgioramentum, ut patet manu<sup>(b)</sup> Petri publici notarii. Item pretestu et occasione cuiusdam arbitrii sive arbitramentum latum inter ipsas partes per dominum Iohannem de Scangialemosinis, scripti manu mei notarii, continentis dictam quantitatem dictorum trigintaduorum florenorum auri et generaliter de omni eo quod dictus Cecchus dictis fratribus, presentibus et stipulantibus, fecit pro eo quod presentialiter recepit et habuit ab ipsis fratribus, dantibus et solventibus de bonis propriis eorumdem, animo repetendi et retrahendi<sup>(c)</sup>, de bonis dicti olim Nicolai Marronis dictos triginta duos florenos auri, quos dictus Sclavus Iohannis Cinthei tenebant in depositum a dictis fratribus dicta occasione liberantes ipsis fratres ipsum Sclavum a deposito supradicto, de quibus triginta duobus florenis in dicto arbitrio seu arbitramento contentis dictus Cecchus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omesso <sup>(b)</sup> Depennato “mei notarii” <sup>(c)</sup> P “rethaendi”.

12.

1368, gennaio 15

Angelo *Marronis* figlio del defunto Lorenzo, canonico di S. Lorenzo in Lucina, a nome della sorella Margherita e Giordano figlio del defunto Onofrio *de Ylperinis* del rione Monti stipulano una convenzione di fidanzamento: Angelo promette di dare in moglie la sorella Margherita figlia del defunto Tommaso *Capucie* con una dote e gli ornamenti di 180 fiorini doro e altri oggetti preziosi ed avrà cura che essa riceva Giordano come marito; Giordano promette, a sua volta, di ricevere in moglie Margherita con la dote, gli ornamenti e gli altri oggetti preziosi e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro il prossimo mese, con una pena pecuniaria di 100 fiorini d’oro in caso di inosservanza. Le parti si riservano di prolungare o di abbreviare, a loro discrezione, il periodo concordato e, per l’osservanza dei patti, si scambiano il bacio della vera pace.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iuanuarii die XV.

Testes: dominus Iohannes de Ylperinis, Nicolaus de Ylperinis, Iordanellus eius filius de regione Montium, Iacobellus Marronis de regione Pinee, Laurentius Colelle et Romanellus Iohannis Ursi de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt fidantie conventiones et pacta parentele habite in Dei nomine et firmate, solempni stipulatione interveniente, inter dominum Angelum Marronis filium olim Laurentii Marronis, canonicum Sancti Laurentii in Lucina pro domina Margarita sorore sua, ex una parte, et Iordanum filium

f. 16v

olim Heunufri de Ylperinis de regione Montium, ex alia parte, videlicet quod dictus dominus Angelus promisit et, solempti stipulatione<sup>(a)</sup> interveniente, convenit dicto Iordano, presenti et stipulanti, dare sibi in legitimam uxorem dictam dominam Margaritam, sororem suam, filiam olim Thome Capucie cum dote et guarnimentis C otuaginta florenorum auri et aliis rebus iocalibus inter ipsas partes conventis et faciet et procurabit quod dicta domina Margarita recipiat dictum Iordanum in suum legitimum virum et versa vice dictus Iordanus promisit et convenit, solempti stipulatione interveniente<sup>(b)</sup>, ipsam dominam Margaritam recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis, quam parentelam<sup>(c)</sup> dicte partes ad effectum ducere promiserunt hinc ad unum mensem proxime futurum, prolongando et abbreviando ipsum terminum, prout ipsis partibus placuerit, sub pena et ad penam C florenorum auri pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti et me notarium ut publica persona stipulantem pro ipsa camera et parte, renumptiaverunt in hiis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et ad cautelam omnium predictorum dicte partes sese dederunt ad invicem osculum vere pacis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumptiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “stipulationem” <sup>(b)</sup> Depennato “dare” <sup>(c)</sup> P” paritelam”.

13.

1368, gennaio 15

Giordanello figlio del defunto Onofrio *de Ylperinis* del rione Monti contrae un'obbligazione dotale nei confronti di Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis*, canonico di S. Lorenzo in Lucina, che riceve a nome della sorella Margherita figlia del defunto Tommaso *Capucie*, su una casa con pianoterra e solaro, situata nel rione Monti nella contrada *Turris Comitibus*, su una pezza e mezza di vigna, situata dentro le mura di Roma nella contrada di S. Giacomo *in Oria*, sui suoi beni mobili ed immobili e su una casa con pianoterra e solaro lasciatagli dalla sua defunta moglie, come risulta nel testamento rogato da un notaio pubblico. L'obbligazione avviene in cambio della concessione fatta a Giordanello da Angelo della dote di Margherita che ammonta a 120 fiorini d'oro.

Le parti convengono che se Margherita dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, Giordano restituirà ad Angelo, presente a nome di Lorenzo e di Lella figli nati dal primo matrimonio, la dote in denaro contante se essi o uno di essi sarà ancora in vita, o a una persona designata a tal fine; se invece Giordanello dovesse morire prima della moglie, sia con figli legittimi o senza figli, gli eredi, entro sei mesi dalla sua morte, dovranno restituire la dote ad Angelo, che riceve a nome di Margherita.

Giordanello inoltre dona per le nozze ad Angelo, che riceve a nome di Margherita, la somma di 60 fiorini d'oro alla condizione che se egli dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli legittimi, allora Margherita diventerà proprietaria della donazione; se invece Giordanello dovesse egualmente morire prima di Margherita, avendo procreato figli legittimi, allora Margherita godrà dell'usufrutto della donazione vita natural durante e, dopo la morte di lei, la somma sarà devoluta ai figli.

Dietro preghiera e richiesta di Giordanello si offrono quali garanti Cola di Buzio di Oddone speciale, Giovanni di Tuzio di Meo e Andrea del maestro Paolo *Galeffi* speciale per la convalida del diritto di proprietà.

f. 17r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus<sup>(a)</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Iordanellus filius olim Heunufrius de Ylperinis de regione Montium sua bona voluntate obligavit et in pignus et loco pignoris dotalis posuit domino Angelo filio olim Laurentii Marronis canonico Sancti Laurentii in Lucina, presenti et recipienti pro domina Margarita, sorore sua, filia olim Thome Capucie suorumque heredibus et successoribus in perpetuum et ad ipsius domine Margarite opus et utilitatem et suorum heredum et successorum, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicte Margarite et suorum heredum et successorum<sup>(b)</sup> et ad ipsorum opus et utilitatem, idest unam domum ipsius terrineam et solaratam cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, positam in regione Montium in contrada Turri Comitibus, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Tucii Mei, ab alio Robertus tabernarius, ab alio via publica. Item unam petiam et dimidium vinearum, plus vel minus quanta est, scilicet terras et vites ad veram et mundam proprietatem perpetuam hereditatem, liberam et exemptam ab omni iure obligationis cum arboribus fructiferis et infructiferis omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis, que posita est inter

f. 17v

muros Urbis in contrada Sancti Iacobi in Oria, inter hos fines, ab uno latere tenet Cecchus Scalfonis, ab alio Petrus Paulus pescivendolus, ante est via vel si qui etc. et generaliter omnia alia bona ipsius Iordanelli mobilia et stabilia presentia et futura que nunc habet et in futurum adquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt, una domo terrinea et solarata sibi Iordanello relicta per olim dominam aliam uxorem suam in suo ultimo testamento, scripto manu publici notarii, contenta, dumtaxat exceptio que in presente obligatione per directum nec per oblicum tacite vel expresse non veniat aliquo modo obligata de voluntate partium predictorum<sup>(c)</sup>. Hoc autem pignus et qua dicta sunt fecit dictus Iordanellus dicto domino Angelo, presenti et stipulanti ut supra, pro eo quod presentialiter recepit et habuit ab ipso CXX florenos auri de pecunia dicte domine Margarite, de quibus se bene quietum vocavit etc. et renumptiavit etc. sub hiis pactis

et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam dominam Margaritam premori dicto Iordano, futuro viro suo, sine filiis ex eis legitime natis, tunc in eo casu promisit et convenit dictus Iordanus dicto domino Angelo, presenti et stipulanti pro Laurentio et Lella filiis dicte domine Margarite ex alio matrimonio<sup>(b)</sup>, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro eis, ipsam dotem, videlicet dictos CXX florenos auri in florenis de auro, redere et restituere ipsis Laurentio et Lelle, si visserint, vel alteri ipsorum viventi et si non visserint cui ipsa domina Margarita commiserit vel lex dederit; si vero contingat ipsum Iordanellum premori dicte domine Margarite, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis legitime natis, tunc voluit et mandavit dictus Iordanellus ipsam dotem, videlicet dictos CXX florenos auri, redi et restitui ipsi domine Margarite et ipsi domino Angelo, pro ea, per heredes et successores ipsius Iordanelli in pecunia numerata et non in alia specie, infra dictum spatium dimidii anni a die obitus ipsius computando, quia sic actum et conventum est inter eos. In superfluo autem dicti pignoris in dictis bonis suis dictus Iordanellus donavit propter nuptias dicto domino Angelo, presenti et recipienti nomine quo supra, et mihi notario ut publice persone recipienti pro ea et ad ipsius domine Margarite opus et utilitatem, sessaginta florenos auri sub hiis pactis et tenoribus quod si contingat ipsum Iordanellum premori dicte domine Margarite, future uxori sue, sine filiis ex eis communiter natis, tunc in eo casu dicta domina Margarita libere habeat dictam donationem ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit; si vero contingat ipsum Iordanellum premori dicte domine Margarite, future uxori sue<sup>(e)</sup>, cum filiis ex eis communiter natis, tunc in eo casu dicta domina Margarita dictam donationem habeat ad usufructum tempore vite sue, ea vero

f. 18r

mortua proprietas dicte donationis ad dictos communes filios libere revertantur, quia sic actum et conventum est inter eos. Insuper promisit dictus Iordanellus dicto domino Angelo, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta bona superius obligata pro dictis dote et donatione sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium appareret et ea propter dicta domina Margarita vel sui heredes molestarentur in iudicio seu extra iudicium promisit ipsos vel ipsam defensare et indemnem conservare ita quod nullum dampnum patiatur in eis etc. et finaliter si evinceretur in totum vel in partem voluit teneri de evictione ad duplum, asserens dictus Iordanellus talem esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evicti etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Iordanelli penes dictum dominum Angelum, presentem et stipulantem pro dicta domina Margarita, et me notarium ut publice persone stipulanti pro ea, Cola Bucii Oddonis spetiarius, Iohannes Tutii Mei et Andreas magistri Pauli Galeffi spetiarius, omnes de regione Montium, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicta bona superius obligata sunt ipsius Iordanelli obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc.

f. 18v

et si contrarium appareret voluerunt ipsi et quilibet ipsorum in solidum teneri de evictione tantum et si, ut dictum est, hoc omnia adimpleta fuerint, tunc hec carta sit vacua et nullius valoris alioquin liceat ipsi domine et suis heredibus et successoribus ipsa bona obligata propria auctoritate sine curie proclamatione et suorum iurium lesione posse intrare tenere possidere uti frui vendere donare etc. et de eis facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus fuerit de dictis dote et donatione cum dampnis et expensis integre satisfactum, de quibus dampnis et expensis et de ipsarum quantitate vel numero stare et credere voluerunt et promiserunt solo simplici sacramento ipsius sine alterius honore probationis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis tam dictus principalis quam dicti fideiussores obligaverunt bona ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renuntiaverunt etc.

f. 19r

<sup>(a)</sup> Depennato “In p” <sup>(b)</sup> Depennato “et mihi notario ut publice perso” <sup>(c)</sup> L’espressione che segue fino a “renuntiavit etc.” è annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(d)</sup> Depennato re <sup>(e)</sup> Depennato “sine f”.

#### 14. 1368, gennaio 17

Giacobello figlio del defunto Giovanni Cessi già di Aversa ed ora di Roma del rione Pigna, tintore, nomina arbitri Giovanni *de Valleranis* e Nicola di Tebaldo *Musciani* del rione Pigna per risolvere la controversia sorta con Saba *Ponis* del rione Pigna.

Gli arbitri ricevono ampio mandato di deliberare e di concordare una pace perpetua o temporanea tra le due parti in contrasto, con l’impegno che il compromesso sia valido fino alla prossima Pasqua.

Giacobello promette di osservare l’arbitrato e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una pena pecuniaria di 300 libbre di provisini del senato.

Si offrono quali garanti presso gli arbitri Paolo di Giacobello di Matteolo del rione di S. Eustachio e Ventura di Domenico di Siena, tintore, del rione Pigna.

Indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die XVII<sup>o</sup>.

Testes: Anestassellus tabernarius, Laurentius Petri Santori et Papa casengus.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobellus filius olim Iohannis Cessi dudum de Aversa nunc de Urbe de regione Pinee tintor sponte compromisit et compromissum

f. 19v

fecit in Iohannem de Valleranis et Nicolaum Theballi Musciani de regione Pinee, presentes et recipientes, de omni lite briga discordia controversia et questione que est vel esse posset inter ipsum, ex una parte, et Sabbam Ponis de regione Pinee, ex alia, tamquam in eius arbitros arbitratores et communes amicos<sup>(a)</sup>, dans et concedens dictus Iacobellus dictis arbitris et arbitratoribus plenam et liberam potestatem arbitrandi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de iure, semel et pluries, presentibus partibus vel absentibus, una presente et alia absente, citata vel non citata, una citata et alia non citata, pacem et securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione quocumque mandandi inter ipsas partes realem seu personalem prout ipsis arbitris melius videbitur et placebit, promictens dictus Iacobellus omne arbitrium laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia ratum et firmum habere et tenere et ab ipso non supplicare appellare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri ad penam et sub pena<sup>(b)</sup> III<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus aplicandam pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti, et me notarium ut publica persona stipulantem et recipientem pro eis, renumptiavit in predictis capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et ad hec Paulus Iacobelli Matheuli de regione Sancti Eustachii et Ventura Dominici de Senis tyntor de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt penes dictos<sup>(c)</sup> arbitros, presentes et stipulantes, et me notarium ut publicam personam<sup>(d)</sup> stipulantem et recipientem pro ipsis camera et parte, in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, pro quidem omnibus et singulis observandis dictus principalis et fideiussores obligaverunt bona ipsorum etc. et renumptiaverunt epistule divi Adriani etc. quod compromissum durare voluit hinc ad<sup>(e)</sup> proxime futurum festum Pascatis Resurrectionis.

f. 20r

<sup>(a)</sup> Depennato “alte” <sup>(b)</sup> Erroneamente annotato il segno di abbreviazione “perpenam” <sup>(c)</sup> P “dictis” <sup>(d)</sup> P “publica persona”  
<sup>(e)</sup> Depennato “primum diem quatragesime”.

### 15. 1368, gennaio 17

Giovanni *de Valleranis* e Nicola di Tebaldo *Musciani* del rione Pigna, eletti arbitri per risolvere il contrasto sorto tra Giacobello figlio del defunto Giovanni *Cessi* e Saba *Ponis* del rione Pigna, seduti su di un podio davanti la casa di Anestasselto, deliberano che si debba stipulare una tregua tra le due parti per tutto il prossimo periodo di Quaresima, sotto pena di 300 libbre di provisini del senato indicata nel compromesso. Alla deliberazione è presente Giacobello il quale dà il suo consenso.

Eodem die et coram dictis testibus.

Supradictis arbitri, sedentes in podiis ante domum Anestaxelli predicti pro tribunali, mandaverunt inter ipsas partes treguam hinc per totum Carnisprivium<sup>(a)</sup> proxime futurum et quod una pars alteri et altera alteri non offendat nec offendi faciat ad penam in dicto compromisso contentam in personis vel bonis, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, reservata eis potestate iterum et iterum arbitrandi, presente et audiente dicto Iacobello et acceptante etc.

<sup>(a)</sup> P “Carnisbrivium”.

### 16.

1368, gennaio 17

Tomarozio *de Astallis* del rione di S. Eustachio nomina suoi procuratori il fratello Tuzio e il notaio Saba del maestro Paolo per tutte le sue cause, li esonera da ogni obbligo di garanzia e promette di ratificare il loro operato.

f. 20v

Indictione VI<sup>a</sup> mense et die predictis.

Testes: Nucius Petri Guiconis et Papa casengus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Thomarotius de Astallis de regione Sancti Eustachii ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constituit creavit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores factores negotiorum gestores et numptios speciales, videlicet Tucium, fratrem suum, et Sabbam magistri Pauli notarium, licet absentes tamquam presentes, ad omnes suas causas lites et questiones, que et quas habet vel habere posset contra quascumque personas et loca, ad agendum petendum etc. relevans ex nunc dictos suos procuratores et quemlibet ipsorum ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo cum clausulis oportunitis, promictens se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictos suos procuratores aut alterum ipsorum frui et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsius etc.

### 17.

1368, gennaio 17

Agapito *de Columpna* vescovo di Ascoli, era stato eletto arbitro dal nobile Giovanni *de Ylperinis* del rione di S. Eustachio, economo e procuratore di frate Guglielmo abate del monastero di S. Paolo di Roma e dei monaci del convento, e inoltre procuratore delle comunità e degli abitanti dei *castra* di Monte Albano, di Poggio di Monte Albano e di S. Polo dipendenti dal monastero, da una parte, e da Angelo di Brunello

cancelliere di Tivoli, procuratore del comune e degli abitanti della città, dall'altra parte, per risolvere la controversia circa le violazioni e i danni arrecati dai tiburtini contro i beni, le terre, i *castra* e le rocche del monastero di S. Paolo e particolarmente contro Monte Albano, Poggio di Monte Albano, S. Polo e la rocca di Passerano, saccheggiata dagli assalitori, che hanno reciso gli alberi e i tralci delle viti, hanno imprigionato i difensori ed hanno commesso omicidi nei confronti del monaco Giacomo di Sutri e dei servi della rocca di Passerano che è stata depredata e data alle fiamme.

L'arbitro aveva già deliberato, tra l'altro (v. doc. 136), che un sindaco del comune di Tivoli avrebbe dovuto recarsi entro un mese, insieme a coloro che avevano partecipato all'uccisione del monaco Giacomo, davanti al capitolo del monastero di S. Paolo, in una località da stabilire, con cinghie di cuoio al collo per chiedere perdono per l'oltraggio fatto al monastero, tuttavia Agapito, in virtù dell'incarico arbitrale che gli era stato assegnato, ritiene di modificare la sua decisione poiché le persone sospettate per l'uccisione di Giacomo, in seguito alla loro partecipazione alla cerimonia del perdono, sarebbero state pubblicamente individuate e, per rivalsa, si sarebbero potuti verificare nuovi omicidi.

Il vescovo Agapito delibera allora che, a nome dei diretti responsabili, siano nominati due sindaci tiburtini i quali, con cinghia di cuoio al collo in segno di penitenza, si rechino davanti al capitolo del monastero, senza la presenza del pubblico laico, per chiedere perdono all'abate, oppure che solo un sindaco con cinghia di cuoio al collo sia accompagnato da due massari tiburtini, privi del segno di penitenza, per chiedere perdono all'abate con espressioni di implorazione dettate dallo stesso arbitro.

La cerimonia del perdono dovrà avere luogo entro il mese di febbraio, sotto pena di una sanzione pecuniaria prevista nel precedente arbitrato; nello stesso periodo di tempo l'abate dovrà accogliere dai tiburtini l'accordo previsto nell'arbitrato, altrimenti il comune di Tivoli non sarà tenuto ad assolvere quanto è stato disposto e sarà esonerato dalla pena pecuniaria.

Circa la disposizione che imponeva al comune di Tivoli di pagare all'abate un risarcimento di 500 fiorini d'oro, da utilizzare secondo le indicazioni previste nell'arbitrato, il vescovo Agapito unifica il termine previsto per il pagamento, che era stato già fissato in due rate mensili, ed indica la nuova data di scadenza entro il prossimo mese di febbraio, sotto pena di 10.000 libbre di provisini del senato.

La modifica della sentenza arbitrale, rogata e letta dal notaio Paolo *de Seromanis*, è promulgata dal vescovo Agapito, seduto nella loggia della sua abitazione presso le case situate nel rione Colonna, alla presenza di Filippo vescovo tiburtino, di Stefano *Palosci* canonico della basilica di S. Maria Maggiore di Roma, di Buzio *Vari* del rione Colonna e di Giacomo di Meo sarto del rione Trevi.

f. 21r

In nomine Domini amen. Cum per nos Agapitus de Columpna, Dei gratia episcopum esculanum, arbitrum arbitratorem amicabilem compositorem et communem amicum electum et ordinatum a nobili viro Iohanne de Ylperinis de regione Sancti Eustachii, yconomus scyndico procuratore et persona legitima venerabilis in Christo patris et domini domini fratris Guilielmi abbatis venerabilis monasterii Sancti Pauli de Urbe, monachorum, capituli et conventus<sup>(a)</sup> eiusdem monasterii nec non procuratoris scyndici et persone legitime communitatis et hominum castrorum Montis Albani, Podii Montis Albani et Sancti Poli dicti monasterii, scyndico procuratorio et yconomus nominibus quibus supra, ex una parte, et Angelo Brunelli cancellario civitatis Tyburis, scyndico procuratore et persona legitima communis et hominum dicte civitatis Tyburis, ex parte altera, in et supra omni lite discordia et questione controversia ac briga vertente et que versa est inter ipsas partes, tum pretestu et occasione iniuriam offensionum dampnorum commissorum per dictos tyburtinos contra res, bona, terras, castra rochas predictorum domini abbatis, capituli et conventus dicti monasterii et specialiter contra predicta castra Montis Albani, Podii<sup>(b)</sup> et Sancti Poli et roccham Passerani et contra speciales personas ipsorum, tam de distrutionibus invasionibus occupationibus terrarum et bonorum ipsius monasterii dictorum castrorum et rocce et specialium personarum earumdem, guastis incisionibus arborum vinearum et aliarum rerum dictorum castrorum rocce et dicti

f. 21v

monasterii, homicidiis captionibus et carcerationibus hominum et specialiter de homicidiis commissis et perpetratis per dictos tyburtinos seu aliquem ipsorum in persona religiosi viri fratris Iacobi de Sutrio, monaci et presbiteri dicti monasterii, et aliorum famulorum dicte rocce Passerani et de desolatione et crematione ipsius rocce et de<sup>(c)</sup> ablatione, rerum spoliatione, furtis, violentiis ibidem commissis et quacumque alia occasione que orta fuisset et perpetrata inter ipsas partes quacumque de causa usque in diem in nos factis et scyndicatis et procuratoris predictorum procuratorum patet manu publicorum notariorum fuerit arbitratum laudatum sententiatum sive mandatum, inter alia, que in ipso arbitramento continetur, sub pena in ipso nostro arbitramento contenta, quod scyndicus communis Tyburis, ad hec legitime deputandus, cum omnibus illis qui manus violentas inhiecerunt in fratrem Iacobum ante dictum, veniant in capitulo dicti monasterii a loco per nos deputando cum corrigiis ad collum ad petendum veniam dicto domino abbati, capitulo et conventui dicti monasterii de iniuriis factis dicto domino abbati et monasterio ante dicto, quod facere debent infra mensem a die nostri arbitramenti predicti sub pena in ipso nostro arbitramento contenta, in qua parte volentes ipsum nostrum arbitramentum modificare et declarare, ex potestate nobis in dictis compromissis in nos factis concessa et per nos in dicto arbitramento reservata, ne dictum homicidium commissum in persona dicti fratris Iacobi

f. 22r occultum veniat ad manifestum et notorium, propter quod possent plura homicidia exoriri<sup>(d)</sup> si sciretur de interfectoibus et nos de facili possemus irregularitatem incurrere, idcirco ipsam partem dicti nostri arbitramenti laudi sive mandati modificamus declaramus et reducimus hac via et forma, videlicet quod in compensatione omnium illorum qui manus violentas inhiecerunt in dictum fratrem Iacobum veniat unus alius scyndicus, una cum dicto scyndico, ad hec legitime deputando, qui ambo dicti scyndici sint cives tyburtini cum corrigiis ad collum in capitulo dicti monasterii, in quo non facta collecta hominum secularium, et veniam petens dicto domino abbati, capitulo et conventui prefato de iniuriis ante dictis vel unus tantum scyndicus cum duobus massariis civibus tyburtinis asociatis, qui sunt una cum dicto scyndico, presentibus in capitulo ante dicto, dum ipse scyndicus, nomine communis, petet veniam antedictam, verum quod ipsi massarii non teneantur corrigias ad collum portare, scilicet ipsum scyndicum asociare, qui scyndicus cum corrigia ad collum, nomine communis prefati, petat veniam antedictam in hec verba videlicet “Quia mandatum est nobis per dominum Agapitum de Columpna episcopum esculanum et etiam consultum est nobis per eundem pro salute animarum, quod de iniuriis per commune Tyburis illatis monasterio antedicto nisi a vestra paternitate petamus, oraculo vive vocis, veniam sive remissionem habere non possumus, idcirco pro parte dicti communis vestram paternitatem suplico ut<sup>(e)</sup> ipsi communi et singularibus personis ipsius de iniuriis antedictis veniam sive indulgentiam concedatis”

f. 22v ad quem faciendum dictum commune teneatur et debeat per totum mensem february proxime futurum sub pena et ad penam in dicto nostro apposita et applicanda prout in ipso continetur, dummodo quod ipse dominus abbas<sup>(f)</sup> velit talem pacem recipere infra terminum supradictum, alias ipsum commune ad predicta nec ad penam volumus non teneri. Item in parte in qua continetur quod dictum commune Tyburis, ad penam in ipso arbitramento contentam, dare et solvere teneatur et debeat dicto domino abbati, capitulo et conventui monasterii antedicti quingentos florenos auri, infra certis terminis in ipso nostro arbitramento contentis, expendendos per ipsum dominum abbatem, capitulum et conventum eiusdem, prout in ipso nostro arbitramento continetur, volentes ipsos tyburtinos aliquantulum ulterius agravare omnes ipsos terminos in dicto nostro arbitramento contentos, reducimus per totum mensem february proxime futurum et arbitramur item dictum commune Tyburis dictos V<sup>c</sup> florenos auri, in dicto nostro arbitramento contentos, det et solvat et dare et solvere teneatur et debeat dicto domino abbati, capitulo et conventui antedictis per totum dictum mensem february proxime futurum, sub pena et ad penam X<sup>m</sup> librarum provisinarum senatus aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate ipsi domino

f. 23r abbati, capitulo et conventui antedictis, expendendis per ipsos prout in dicto nostro arbitramento continetur, quibus omnibus per ipsum commune pleniter adimpletis ipse dominus abbas, capitulum et conventus dicti monasterii ac communia et homines ditorum castrorum, contentis in dicto nostro arbitramento, observare infallibiliter teneri, sub penis et ad penas in dicto nostro arbitramento contentis et aplicandis prout ipso seriusius continetur in omnibus aliis suis partibus et capitulis ipsum nostrum arbitramentum laudum sententiam sive mandatum cum omnibus aliis suis tenoribus et articulis, prout iacet, confirmamus et per omnia corroboramus et infallibiliter observari iubemus sub penis in eo apposis ac etiam declaratis et stipulatis.

Lata data et in hiis scriptis sententialiter promulgata fuit dicta modificatio declaratio seu quocumque alio nomine melius dici potest dicti arbitramenti per dictum dominum Agapitum, arbitrum et arbitratorem prefatum, sedentem pro tribunali in lovio domorum habitationis ipsius, posite in regione Columpne, inter suos confines, et lecta per me Paulum de Seromanis, Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarium, de mandato dicti domini Agapiti, arbitri et arbitratoris prefati, sub anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXVIII<sup>o</sup> pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri domini Urbani, divina providentia

f. 23v pape quinti, indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die XVII<sup>o</sup> presentibus hiis testibus, scilicet venerabile in Christo patre<sup>(g)</sup> et domino domino frate<sup>(h)</sup> Philippo Dei gratia episcopo tyburtino, venerabile viro domino Stephano Paloscii canonico basilice Sancte Marie Magioris de Urbe, Butio Vari de regione Columpne et Iacobo Mei sutoris de regione Trivii ad hec specialiter vocatis et rogatis.

(a) Depennato “dicti” (b) Omesso “Sancti Alhani” (c) Ripetuto de (d) Il segno abbreviativo per indicare la seconda “r” è posto impropriamente sulla “o” (e) Come sembra (f) Depennato “teneatur” (g) P “patri” (h) P “frati”.

## 18.

1368, gennaio 17

Giordanello figlio del defunto Onofrio *de Ylperinis* del rione Monti e Margherita figlia del defunto Tommaso *Capucie*, interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio. Giordanello infila l’anello d’oro nel dito anulare della mano destra di Margherita, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

Eodem mense die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Iohannes, Nicolaus et Iordanellus, eius filius, de Ylperinis, Laurentius Colelle et Romanellus Iohannis Ursi.



In presentia mei notarii et testium etc. Contractum fuit matrimonium, per verba de presenti, inter Iordanellum filium olim Heunufri de Ylperinis de regione Montium, ex una parte, et dominam Margaritam filiam olim Thome Capucie, ex alia, qui Iordanellus interrogatus per me Paulum, notarium infrascriptum, si volebat dictam dominam Margaritam in suam legitimam uxorem sponte respondit “Volo”; et converso dicta domina Margarita interrogata si volebat dictum Iordanellum in suum legitimum maritum, que respondit<sup>(a)</sup> “Volo” et tunc intervenientibus verbis “quod Deus coniungit homo non separet” dictus Iordanellus cum quodam anulo aureo subarravit eandem<sup>(b)</sup>, mictendo dictum anulum<sup>(c)</sup> in digito dicte domine anulari manus destre etc.

(a) P “responit” (b) P “eadem” (c) Depennato “d”.

19.

1368, gennaio 17

Giovanna vedova di Francesco *tentoris* del rione Pigna nomina suo procuratore il notaio Giovanni di Giacomo dello stesso rione per tutte le sue cause, lo esonera da ogni obbligo di garanzia e promette di ratificare il suo operato.

f. 24r

Eodem anno, mense et die XVII<sup>o</sup>.

Testes: presbiter Guilielmus rector ecclesie Sancte Marie de Monte, Iohannes Roncionis et Anestaxellus tabernarius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Iohanna uxor olim Francisci *tentoris* de regione Pinee sponte fecit constituit creavit et ordinavit suum verum et legitimum procuratorem actorem factorem et numptium specialem Iohannem domini Iacobi notarium de regione Pinee, licet absentem tamquam presentem, ad omnes suas causas etc. relevans ipsum ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo, promisit mihi notario ut publice persone cum clausolis oportunis nec non se ratum gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per dictum suum procuratorem factum fuerit sub obligatione bonorum ipsius etc.

20.

1368, gennaio 17

Lucia figlia del defunto Pietro di Riccardo e Matteola figlia del defunto Paolo di Alatri del rione Pigna, esecutrici testamentarie della defunta Giacobella figlia del defunto Buzio sarto dello stesso rione, come risulta dall'atto esecutorio rogato dal notaio Nicola *Iannocari*, vendono ad Anestasselto taverniere figlio del defunto Anastasio già del rione Ponti ed ora del rione Pigna una pezza e mezza di vigneto, con la corrisposta del quarto destinata alla defunta Giacobella, con vasca, tino e canneto privato, situato dentro Roma nel monte

*Domine* nella proprietà della basilica di S. Maria Maggiore alla quale è riservato il diritto di locazione, al pezzo di 55 fiorini d'oro.

Le venditrici nominano loro procuratore Pesce calzolaro del rione Trevio per l'insediamento dell'acquirente nella proprietà del vigneto.

Lucia e Matteola, esecutrici della defunta Giacobella, dichiarano di non aver ricevuto una offerta maggiore di quella proposta da Anestasselto e si rendono garanti per ogni eventualità sul diritto di proprietà.

Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Edificatius de Malpileis, Bucius Herrigocii de Scincis de regione Arenule, Paulus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.

f. 24v

domina Lucia filia olim Petri Riccardi et domina Matheula filia olim Pauli Alatrini de regione Pinee, executrices testamenti et ultime voluntatis quondam Iacobelle filie olim Butii sutoris de dicta regione Pinee, ut patet de ipsa executoria manu Nicolai Iannocari publici notarii, volentes voluntate dicte testatrix, ut tenentur executioni mandari, idcirco ac die presente, executorio nomine<sup>(a)</sup> quo supra et omni modo et iure quibus melius fieri potest et debet, earum bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt et venditionis titulo dederunt et concesserunt Anestaxello<sup>(b)</sup> filio olim Anestaxii tabernario dudum de regione Pontis nunc de regione Pinee, presenti et stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui dare vendere cedere aut concedere voluerit in per perpetuum, videlicet unam petiam et dimidiam vinee, plus vel minus quanta est, videlicet vites et arbores ad quartam redendam dicte olim Iacobelle, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis et cum introitibus et exitibus suis et cum parte vasche vascalis et tyni et cum canneto privito in ea existente, que vinee posite sunt intra Urbe in monte<sup>(c)</sup> domine in proprietate basilice Sancte Marie Magioris de Urbe, salvo semper et reservato iure locationis ipsius basilice, inter hos<sup>(d)</sup>, ab uno latere tenet Nucius Tançe, ab alio domina Iohanna uxor olim Stephanelli calsolarii, ab alio est via publica vel si qui etc. ad habendum tenendum vendendum<sup>(e)</sup> etc. et de ea faciendum quicquid sibi suisque heredibus et successoribus a perpetuo placuerit, vendiderunt etiam quoque dederunt cesserunt et concesserunt dicte executrices venditricis, quo supra nomine, eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra,

f. 25r



omnia iura olim dicte Iacobelle competentia et nunc ipsis executricibus, executorio nomine quo supra, in dicta vinea contra quascumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat etc. et per Pescem calsolarium de regione Trivii, licet absentem tamquam presentem, quem dicte venditricis, quo supra nomine, earum procuratorem constituerunt ad investiendum ipsum emptorem de dictis vineis cum omnibus earum usibus, ut dictum est, investiiri voluerunt et mandaverunt et donec fuerit investitum constituerunt sese dicte venditricis, nomine dicti emptoris, precario tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendum dicte venditricis, quo supra nomine, eidem emptori plenam et liberam facultatem concesserunt ut, amodo in antea, propria auctoritate ipse emptor dictas vineas possit entrare tenere possidere uti frui vendere donare obliare et de ea facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus etiam in re perpetuo placuerit, nullo eius iure

f. 25v

in predictis nec aliquod predictorum nec per oblicum aliquo tempore reservatum<sup>(f)</sup> ipsumque in re earum procuratorem constituerunt. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicitur, prefate executrices venditricis eidem Anestaxello emptori, presenti et stipulanti ut supra, fecerunt pro pretio et nomine pretii quinquecenta quinque florenorum boni et puri auri, iusti et recti ponderis, quos dicte executrices venditricis confesse fuerunt et in veritate recognoverunt se a dicto emptore recepisse et habuisse et penes eas habere et tenere, de quibus sese bene quietas contentas et pacatas vocaverunt et renuntiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum pecunie et florenorum predictorum et pretii predicti non habitorem et nonreceptorum exceptioni doli mali metus et in factum etc. et spei future numerationis et receptionis, asserentes et confitentes dicte executrices venditricis diligenter perquisivisse fecisse pro dicta vinea vendenda nec invenerunt aliquem emptorem qui vellet magiore pretium dare quam dictus Anestaxellus, emptor, et promiserunt dicte executrices dicto Anestaxello emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod dicte vinee fuerunt olim Iacobelle et nunc spectant et pertinent ad ipsas venditricis, iure dicte executionis, et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata etc. in totum nec in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona

f. 26r

in prejudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propterea dictus emptor vel sui heredes et successores in dampnum venerit promiserunt ipsum extragere<sup>(g)</sup> et conservare indemnum et finaliter, si evictio sequeretur, voluerunt teneri de evictione, obligantes pro predictis omnibus observandis in quantum tangeret factum ipsarum omnia bona ipsarum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia et renuntiaverunt etc. renuntiaverunt etiam in predictis dicte venditricis auxilio Velleiani senatus etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "quibus" <sup>(b)</sup> Depennato "ta" <sup>(c)</sup> Depennato "Sancte" <sup>(d)</sup> Omesso "fines" <sup>(e)</sup> P "vendentum" <sup>(f)</sup> Depennato "H"  
<sup>(g)</sup> Così P ed anche in seguito, ma intendasi "extrahere".

## 21.

1368, gennaio 23

Pietro di Nicola del rione Monti e della contrada del Cavallo marmoreo, con la garanzia di Tuzio di Nuzio dello *Bracco* detto *Boccaccio* dello stesso rione e della stessa contrada, riceve in deposito da Lorenzo figlio del defunto Pietro *Santori* calzolaio del rione Pigna la somma di 50 libbre di provisini del senato, alla condizione che se Pietro dovesse vendere a Lorenzo, entro il prossimo mese di ottobre una pezza di vigneto con la corrisposta del quarto, situata nella proprietà di S. Prassede fuori della porta *Domine* nella contrada detta Sette Tavole al prezzo di 30 libbre di provisini del senato, allora l'atto sarà ritenuto nullo, altrimenti il depositante, trascorso il periodo senza che sia avvenuta la vendita, potrà richiedere la restituzione della somma depositata.

Indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Anestaxellus tabernarius, Cola Brenda de regione Pinee et Laurentius Iacobi Nicolai Oddonis de contrada Caballi.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus Nicolai de regione Montium et contrada Caballi marmorei, ut principalis debitor, et Tucius Nucii dello *Braccho* dictus alias *Boccaccio* de dicta regione et contrada, qui Nucius<sup>(a)</sup> iuravit etc. quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ambo liberentur, eorum

f. 26v

bonis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a Laurentio filio olim Petri Santori calsolario de regione Pinee, presente et legitime stipulante, L libras provisinorum senatus de quibus, in presentia mei notarii et testium, receperunt et habuerunt XXX libras, residuum autem confessi sunt se recepisse et habuisse, de quibus L libras se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renuntiaverunt etc. tali quidem pacto quod si contingat dictum Petrum vendere dicto Laurentio, per totum mensem octubris proxime futurum, unam petiam vinearum plus vel minus quanta est ad quartam redendam, positam super proprietate Sancte Prasedis extra portam *Domine* in contrada que dicitur VII Tavole, inter hos fines, ab uno latere tenet *Acaccagelata*, ab alio Petrus Magnus, ab alio Cecchus Petrianus cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro pretio triginta libras provisinorum senatus, quas confiteatur se recepisse, tunc hec carta sit inefficax et nullius valoris, alioquin

liceat ipsi Laurentio dictas L libras provisinorum a dictis depositariis posse petere et exigere et ipsi Laurentio, elapso dicto termino ubi dicta venditio non fieret, redere et restituere promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie cum dampnis et expensis etc. obligantes pro predictis dicti depositarii omnia bona eorum mobilia et immobilia etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia, renumpsiaverunt in predictis dicti depositarii ferriis, beneficio fori, epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi “Tucius”.

22.

1368, gennaio 31

Roberto figlio di Roberto *anglicus* del rione Pigna fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a 7 testimoni, e istituisce eredi tre poveri a ciascuno dei quali lascia 12 denari di provisini del senato.

Lascia alla chiesa di S. Stefano di Pigna, dove dispone che sia sepolto, un fiorino d'oro, al prete Nicola, rettore della chiesa, ed a Lorenzo *de Seromanis*, canonico della stessa chiesa, mezzo fiorino d'oro per ciascuno a suffragio della sua anima.

Destina al figlio di Mascia, sua figliastra, un fiorino ed agli esecutori testamentari un fiorino per ciascuno a suffragio della sua anima.

Lascia alla moglie Margherita, vita natural durante, la casa dove abita, acquistata da Nicola *de Astallis* erede di Paolo *de Astallis* e dalla moglie Mattea, situata nel rione Pigna nella parrocchia della chiesa di S. Stefano di Pigna, con tutte le masserizie e uno sterpaio, che possiede a Roma, con l'impegno che, dopo la morte di Margherita, i beni siano destinati alla società dell'ospedale della Trinità degli inglesi di Roma, a suffragio della sua anima.

Dispone che, in caso di necessità per un sollecito adempimento delle sue volontà, gli esecutori testamentari possano vendere le sue masserizie.

Nomina suoi esecutori testamentari Enrico *anglicus* del rione Trastevere e Guglielmo *Paternostrarius* del rione Parione.

Indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die ultimo.

In presentia mei notarii et testium infrascriptorum etc. Ego Robertus filius olim Roberti *anglicus* de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, tymens future mortis adventus intestatus decedere nollens, idcirco constitutus coram Paulo de Sorromanis notario et VII testibus infrascriptis ad hec specialiter vocatis et a me notis et rogatis, hunc meum nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo tres pauperes Christi quibus et cuilibet ipsorum relinquo, iure institutionis debito iure nature trebellianice et pro omni ipsorum et cuiuslibet ipsorum iure, duodecim denarios provisinorum senatus et in hiis ipsos et quemlibet ipsorum contentos facio, ita quod de bonis nec in bonis meis plus non petant nec petere possint aliquo colore quesito. Item relinquo ecclesie Sancti Stephani de Pinea, in qua meum corpus iubeo sepelli<sup>(a)</sup> pro sepultura dicti mei corporis, unum florenum auri. Item relinquo presbitero Nicolao rectori dicte ecclesie, pro anima mea, dimidium florenum auri. Item relinquo domino Laurentio de Seromanis canonico dicte ecclesie, pro anima mea, dimidium florenum auri. Item relinquo<sup>(b)</sup> filio Masce privigne mee, pro anima mea unum florenum auri. Item relinquo infrascriptis meis executoribus et quilibet ipsorum, pro anima mea, duos florenos auri pro quolibet ipsorum. Item

relinquo Margherite, uxori mee, pro anima mea, domum meam, videlicet sedium et habitationem quam emi a domino Nicolao de Astallis herede quondam Pauli de Astallis et domina Mattea uxore olim dicti Pauli, positam in regione Pinee in parrochia<sup>(c)</sup> dicte ecclesie Sancti Stephani de Pinea cum massaritiis meis et stirpem quam habeo in Urbe, toto tempore vite sue, post mortem vero ipsius, relinquo dictam domum, massaritias et stirpem societati ospitalis Trinitatis *anglicorum* de Urbe, facturum ex eis prout eis melius visum fuerit pro anima mea; volo tamen et mando quod si necesse fuerit pro expeditione dicte executionis, quod dicti mei executores possint<sup>(d)</sup> vendere de massaritiis meis predictis. Executores et fidei commissarios huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio constituisco et ordino Erricum *anglicum* de regione Transtiberim et Gulielmum *Paternostrarium*<sup>(e)</sup> de regione Parionis, quibus do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omnia mobilia et immobilia aprehedendi tenendi possidendi pro expeditione executionis predictae et hec est ea ultima volumptas et meum ultimum testamentum, cassans iritans et anulans omne aliud testamentum per me atenus factum et per quemcumque notarium scriptum, quod presens testamentum valere volo et mando, quod si non valeret iure testamenti valere volo iure codicilli vel donationis causa mortis et omnimodo et iure quibus melius valere potest et debet.

Actum Rome in domo dicti testatoris, presentibus hiis testibus,

scilicet Ceccho Andreetii Cafari, Meulo de Porcariis tabernario, Colutia Nucii de Seromanis, Iacobello Iusii lanarolo, Cola Iohannis Iacobi, Paulo Tucii Sassi lanarolo et Paulo Oddonis de Seromanis omnibus de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “privigno” <sup>(c)</sup> P “parlochia” <sup>(d)</sup> P possit <sup>(e)</sup> Così P, ma solitamente “Paternostrarium”.

### 23. 1368, gennaio 31

Matteo *Calvelli* già di Civita Castellana ed ora del rione Trevi offre la sua opera ad Anestasselto taverniere del rione Pigna per lavorare le vigne dello stesso Anestasselto, nel prossimo mese di maggio, al prezzo di 8 fiorini d'oro.

Matteo riceve in anticipo la somma di 3 fiorini d'oro; Anestasselto promette di versare la somma residua al momento del lavoro, di assicurare il vitto e di mettere a disposizione un letto nella sua casa.

I contraenti si impegnano ad osservare il contratto e a tal fine obbligano i loro beni e si sottopongono, in caso di inadempienza, ad una pena pecuniaria di una libbra d'oro.

Indictione VI<sup>a</sup> mense ianuarii die ultimo.

Testes: Oddo de Seromanis et Bartholomeus pictor de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Matheus Calvelli dudum de Civitate Castellana nunc de regione Trivii sponte locavit se et operas suas cum Anestaxello tabernario de regione Pinee, presente et stipulante, ad laborandum vineas ipsius Anestaxelli, hinc per totum mensem maii proxime futurum, pro pretio et nomine pretii VIII florenorum auri, de quibus presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Anestaxello tres florenos auri, de quibus etc. et renumpsiavit etc. residuum autem dictus Anestaxellus sibi dare promisit pro rata temporis, promittentes ad alterutrum predicta servare sub obligatione bonorum ipsorum et pena<sup>(a)</sup> unius libre auri etc. proviso semper quod dictus Anestaxellus teneatur dicto Matheo facere expensas victuales et tradere, pro dicto tempore, sibi lectum in domo ipsius Anestaxelli etc.

<sup>(a)</sup> P "penam".

### 24.

1368, febbraio 9

Oddone *de Thedallinis* del rione Colonna e Stefano figlio di Cecco di Stefano *de Porcariis*, canonici della chiesa di S. Lorenzo *in Miranda*, a nome loro e degli altri associati, danno il loro consenso alla vendita fatta da Lorenza figlia del defunto Meluzio *Capudalvelli* del rione Monti a Lello *dello Vecchio* dello stesso rione per una pezza di vigneto, situata fuori della porta *Domine* nella contada *Sette Tavole*, come risulta dall'atto di vendita rogato dal notaio Giordano *de Zappis*.

I contraenti per il loro consenso ricevono da Lello la somma di 10 solidi e mezzo di provisini del senato e la promessa che l'acquirente osserverà tutti gli articoli contenuti nell'istrumento della carta di locazione.

Indictione VI<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> februarii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Colutia Cole Brende, Laurentius Petri Sanctori et Papa casengus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus Oddo de Thedallinis de regione Columpne et Stephanus filius Cecchi domini Stephani de Porcariis, canonici ecclesie Sancti Laurentii in Miranda, pro sese ipsis et aliis eorum sociis ad quos spectant, pro quibus promiserunt de rato, sponte consentierunt cuidam venditioni facte per dominam Laurentiam filiam quondam Melutii Capudalvelli de regione Montium Lello dello Vecchio<sup>(b)</sup> de dicta regione, de una petia vinearum, plus vel minus quanta est, posita extra portam Domine in contrada que dicitur Septe Tavole, inter suos confines, ut de dicta venditione patere dicitur manu Iordani de Zappis publici notarii. Hunc autem consensum fecerunt predicti canonici, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, dicto Lello, presenti et stipulanti, pro eo quod presentialiter et manualiter receperunt ab ipso pro consensu et commino X solidos provisinorum et dimidium, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. et pro eo etiam quod dictus Lellus promisit et convenit prefatis supra nominatis, presentibus et stipulantibus ut supra, adimplere omnia pacta contenta in istrumento cartule locationis, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "ianuarii" <sup>(b)</sup> P "Mecchio".

### 25.

1368, febbraio 12

Lorenzo figlio del defunto Pietro *Cerronis* del rione Monti vende ad Antonio di Paoluzio mercante di S. Severino ed ora del rione Campitelli la lana pulita e lisciviata, come di consueto, di 1600 pecore *carfanginarum* al prezzo di 58 solidi di provisini del senato per ciascun rubbio di lana che promette di consegnare a Roma, al tempo della tosatura, nel prossimo mese di aprile.

L'acquirente versa a Lorenzo una caparra di \*\*\* e promette di pagare la somma residua dopo la consegna della lana.

I contraenti si impegnano al rispetto del contratto e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una pena pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

Indictione VI<sup>a</sup> mense februarii die XII<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Cole Rubei carpentarius et Petrus Cole tubatoris de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Laurentius quondam Petri Cerronis de regione Montium ac die presente sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Anthonio Paulutii dudum de Sancto Severino mercatori nunc de regione Campitelli, presenti et recipienti pro se et cui ipse dare et concedere voluerit, idest lanam XVI<sup>c</sup> pecudum carfanginarum ipsius Laurentii cum allevo ipsarum bene lanatam et purgatam uti solito. Hanc autem venditionem dationem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Laurentius eidem Anthonio, presenti et stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii LVIII solidorum provisinorum senatus pro quolibet rublo totius lane, quam lanam dictus Laurentius dicto Anthonio dare et assignare promisit in Urbe, tempore proxime futuro tosi per totum mensem aprilis proxime futurum in Urbe, pro qua quidem tota dicta lana et partim<sup>(a)</sup> pretium dicte lane dictus Laurentius a dicto Anthonio presentialiter<sup>(b)</sup> et manualiter recepit et habuit pro arris et parte pacamenti totius dicte lane<sup>(c)</sup>, de quibus etc. et renumpiavit etc. residuum autem pretii totius dicte lane dictus Anthonius eidem Laurentio dare et pacare<sup>(d)</sup> promisit facta sibi assignatione lane predicte cum dampnis et expensis etc. promictens predicta ad alterutrum observare ad penam C librarum provisinorum pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Come sembra: l'espressione "et partim" è stata annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo, ma è stato ommesso di depennare la congiunzione et che precede "pretium" <sup>(b)</sup> Depennato "et pro" <sup>(c)</sup> È stata omissa la somma per la caparra <sup>(d)</sup> P "pare".

26.

1368, febbraio 19

Pascuale di Luzio *de Foro Mareri*, familiare e procuratore di Lippo figlio del defunto Tuzio *Mareri*, come risulta dalla procura rogata dal notaio Matteo *de Podio Victiani* dell'abbazia di S. Salvatore consultata dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, con la garanzia di Giovanni di Matteo di Martino detto Giovanni *dello Preite* del rione Campitelli, riceve in deposito dal nobile Buzio figlio del defunto Paolo *Capucie de Capocinis* del rione Pigna la somma di 825 fiorini d'oro, corrispondente al prezzo della metà del *castrum* e del relativo tenimento di Pietravalle che sarà venduta nella stessa giornata dallo stesso Buzio (v. doc. 155).

Il depositante, procuratore di Lippo, promette di restituire il deposito in questo modo: 225 fiorini entro la metà del prossimo mese di maggio, 200 fiorini entro la metà del prossimo mese di luglio, 200 fiorini entro la metà del prossimo mese di settembre e gli altri 200 fiorini entro il prossimo mese di novembre.

Pasquale, a nome di Lippo, e Giovanni, garante, obbligano i loro beni mobili ed immobili e si sottopongono, in caso di inadempienza, ad una pena di una libbra d'oro.

Indictione VI<sup>a</sup> mense februarii die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: Andreotius Sassi, Anthonius Iovannecti calsolarius de regione Pinee et Sabbucius Rentii Tucii Mandi de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> providus et discretus vir Pasquale Lutipii de Foro Marerii, familiaris procurator et persona legitima Lippii quondam Tucii Mareri, ut patet de dicto procuratorio manu notarii Mathei de Podio Victiani abbatie Sancti Salvatoris a me infrascripto notario viso et lecto, procuratorio nomine dicti Lippii et pro ipso, habens speciale mandatum, ut principalis debitor, et Iohannes Mathei Martini dictus alias Iohannes dello Preite de regione Campitelli, ut fideiussor ipsius, et quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvete alter liberetur, ac die presente<sup>(b)</sup> eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes se habere et tenere a nobili viro Bucio filio olim Pauli Capucie de Capocinis de regione Pinee, presente et recipiente ac legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus vel cui seu quibus ipse Bucius dare et concedere voluerit, idest octocentum viginti quinque florenos auri, qui VIII<sup>c</sup>XXV floreni auri sunt pretium medietatis castri Pretaballe et sui tenimenti vendendi hodie dicto die per prefatum Bucium dicto procuratori, procuratorio nomine dicti Lippii, de quibus VIII<sup>c</sup>XXV florenis auri dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, et dictus Iohannes, eius fideiussor, et quilibet ipsorum

in solidum sese bene quietos contentos et pacatos vocaverunt e renumpiaverunt etc. quos VIII<sup>c</sup>XXV florenos auri dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, et dictus Iohannes, eius fideiussor, et quilibet ipsorum in solidum tenere custodire et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum et cuiuslibet ipsorum rescicum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii furti rapinie<sup>(c)</sup> exfortiamenti etc. et eidem Bucio redere et restituere promiserunt secundum modum infrascriptum, videlicet ducentos XXV hinc ad medietatem mensis maii proxime futuri et ducentos alios florenos hinc ad medietatem mensis iulii ex tunc proxime secuturi et ducentos alios florenos ex tunc ad medietate mensis septembris ex tunc proxime susecuturi et residuos ducentos alios florenos ex tunc ad mensem<sup>(d)</sup> novembris proxime susecuturi, quia sic actum et conventum est inter ipsas partes cum dampnis omnibus et expensis a dictis terminis in antea faciendis et quolibet eorumdem, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus procurator obligavit penes dictum Bucium, presentem et recipientem ac legitime stipulantem, bona dicti Lippii, cuius procurator est, et dictus Iohannes omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, que bona, quantum ad hec precario nomine dicti Bucii tenere et possidere precario recongnoverunt et voluerunt predicti procurator, procuratorio nomine quo supra, et dictus Iohannes, eius fideiussor, et quilibet ipsorum pro predictis

f. 30v

et quolibet predictorum posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam feriatis diebus, quibus feriis et diebus feriatis dictus<sup>(e)</sup> procurator et fideiussores et quilibet ipsorum ex certa scientia renumpiaverunt et refutaverunt expresse et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vel auditore renumpiaverunt in hiis beneficio fori, epistule divi Adriani, beneficio nove constitutionis etc. que quidem omnia et singula supradicta dictus procurator, quo supra nomine, et dictus fideiussor et quilibet ipsorum in solidum atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum predictorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato "missum" <sup>(b)</sup> Depennato "sua" <sup>(c)</sup> Così P e nei casi che seguono <sup>(d)</sup> Ripetuto "mensem" <sup>(e)</sup> Ripetuto "quibus ferris et diebus feriatis dictus".

27.

1368, febbraio 19

Il nobile Buzio figlio del defunto Paolo *Capucie de Capoccinis* del rione Pigna, con il consenso della moglie nobildonna Caterina figlia del defunto Lello di Pietro di Stefano *de Tosectis* del rione Colonna e della madre di lei Angela vedova di Lello vende a Pasquale di Luzio *de Foro Mareri*, procuratore di Lippo figlio del defunto Tuzio *de Marerio*, come risulta dalla procura rogata dal notaio Matteo *de Podio Victiani* dell'abbazia di S. Salvatore, la metà del *castrum* di Pietravalle, con la metà dei diritti sul castello, sulla rocca, sulle torri, sui palazzi, sulle case, sui vassalli e sul tenimento, congiunta con le quote di proprietà di Cecco di Iuzio *de Monteleone*, di Pietro di Egidio *Scantrilie* e di \*\*\*\*\*\*, situata in *Romangia* e nell'abbazia di Farfa, delimitata dai tenimenti del *castrum Putealie*, del *castrum Rocce de Salce* e del *castrum Veteris*, al prezzo di 825 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suoi procuratori Sabuzio di Renzo di Tuzio *Mandi* e Cecco Matteone per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà; qualora Lippo o i suoi successori dovessero subire molestie promesse di difenderli, a sue spese, con i suoi avvocati e, nel caso di evizione parziale o totale, si impegna a rimborsare un prezzo doppio secondo la consuetudine vigente a Roma.

Dietro richiesta di Buzio si offrono quali garanti il nobile Lello di Stazio, Cecco di Cecco *Sassi* e Lello Madaleno mercante del rione Pigna a convalida del diritto di proprietà del venditore.

Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Andreotius *Sassi* et<sup>(a)</sup> Anthonius Iovannecti *calsolarius* de regione *Pinee*, Sabbucius *Rentii Tucii Mani* de regione *Trivii* et Iohannes dello *Preite* de regione *Pinee*.

Actum in domo infrascripti *Bucii*.

In presentia mei notarii et testium<sup>(b)</sup>. Nobilis vir *Bucius filius* olim nobilis viri *Pauli Capucie de Capoccinis* de regione *Pinee*, qui iuravit contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV seu XX annorum nec aliqua ala ratione etc. nec restitutione in integrum petere, cum consensu et voluntate nobilis mulieris *Catherine*, uxoris sue, filie olim nobilis viri *Lelli Petri Stephani*

f. 31r

de *Tosectis* de regione *Columpne*, que simili modo iuravit etc. nec non cum consensu et voluntate domine *Angele* olim uxoris dicti olim *Lelli*, que domine *Angela* et *Catherina* primo renumpiaverunt omni earum et cuiuslibet ipsarum iure dotis etc. et specialiter auxilio velleiani senatus etc. certiorate primo per me notarium infrascriptum de ipso auxilio, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit *Paschuali Lutii de Foro Mareri*, procuratori et persone legitime magnifici viri *Lippi quondam Tucii de Marerio*, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine ipsius *Lippi suorumque heredum et sucessorum in perpetuum*, et nobis notario ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicti *Lippi ipsiusque heredum et sucessorum in perpetuum*, ut de ipso procuratorio patet manu *Mathei de Podio Victiani* abbatie *Sancti Salvatoris* publici notarii presentis et fidem facientis, habenti speciale mandatum et plenissimam potestatem, idest integram medietatem totius castri *Pretabelle* interius et extra cum medietate *castellarii*, *arcis turre*, *palatiorum domorum*, *vassallorum* et *iuris vassallorum* et totius sui tenimenti, videlicet *terrarum*, *magensium cultorum* et *incultorum montium vallium collium planitiarum pratorum pratarinorum silvarum stirporum rivorum fontium aquarum et aquarum decursium*, *vinearum vinealium casarinorum ortorum* et *omnium aliorum iurium ad dictam medietatem spectantium cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis<sup>(c)</sup> huniversis et cum introitibus et exitibus suis, que medietas dicti castri iunta est*

f. 31v

pro indiviso cum aliis partibus *Cecchi Iutii de Monteleone*, *Petri Egidi Scantrilie* et \*\*\*\*\*\*, quod totum castrum positum est in *Romangia* et abbatia *farfensis*, inter hos fines, ad totum dictum castrum et eius tenimentum, ab uno latere est tenimentum castri *Putealee*, ab alio latere est tenimentum castri *Rocce de Salce*, ab alio est tenimentum castri *Veteris*, vel si qui etc. et per *Sabbutium Rentii Tucii Mandi*, presentem et recipientem, et *Cecchum Mathionis de \*\*\*\*\**, licet absentem tamquam presentem, quos et quemlibet ipsorum in solidum dictus venditor suos procuratores constituit ad investiendum ipsum emptorem vel suum procuratorem de dicta medietate dicti castri cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum et in corporalem possessionem inductum constituit se dictus venditor,

nomine dictis emptoris, et pro ipso tenere et possidere, ad quam possessione adimplendum dictus venditor eidem emptori plenam licentiam et liberam facultatem concessit ut ipsam medietatem dicti castri cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate et sine curie proclamatione et suorum iurium lesione possit intrare tenere possidere uti frui vendere donare etc. vendidit etiam quoque cessit et concessit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra<sup>(d)</sup>, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones sibi competentia et in futurum competitura in dicta medietate dicti castri et sui

f. 32r tenimenti cum omnibus suis usibus, ut dictum est, contra quascumque personas huniversitates et loca ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat et in locum iuris et privilegium ipsius venditoris succedat<sup>(e)</sup>, nullo sibi iure in predictis per directum nec per oblicum aliquialiter reservatis. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Bucius, venditor, eidem procuratori emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra<sup>(f)</sup>, et nobis notario ut publicis personis, presentibus et stipulantibus ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii octocentorum XXV florenorum boni et puri auri, iusti et recti ponderis, de quibus VIII<sup>c</sup> florenis auri dictus venditor confessus fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene cautum per quodam istrumentum depositi supra ipsum<sup>(g)</sup> emptorem, ut principalem debitorem, et Iohannem dello Preite, eius fideiussorem, ut patet manu mei eiusdem notarii, de quibus VIII<sup>c</sup>XXV<sup>(h)</sup> florenis auri dictus venditor se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni sibi non fore bene cautum de dictis VIII<sup>c</sup>XXV florenis auri exceptioni doli mali etc. et si plus dicto pretio dicta medietate dicti castri cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valeret nunc valere posset in futurum dictus venditor, cum consensu et voluntate dictarum dominarum,

f. 32v eidem procuratori emptori, presenti et stipulanti ac legitime recipienti ut supra, inter vivos et inrevocabiliter donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor eidem procuratori emptori, presenti et stipulanti ut supra, et nobis notario ut publicis personis, presentibus et stipulantibus ac recipientibus vice et nomine quibus supra, predicta medietas dicti castri et totius sui tenimenti cum iuribus et pertinentiis supradictis huniversis, est ipsius Bucii, veditoris, et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita data donata cessa concessa pignorata alienata nec quomodolibet distracta nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona huniversitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter dictus Lippus vel sui heredes et sucessores molestare contingerit in iudicio seu extra iudicium in totum vel in partem<sup>(i)</sup> promisit dictus venditor eidem procuratori emptori, presenti et stipulanti ut supra, et nobis notario ut publicis personis stipulantibus ut supra, ipsum Lippum, heredes et sucessores defensare in iudicio et extra iudicium cum suis advocatis et procuratoribus omnibus suis sumptibus et expensis, ita quod nullum dampnum patiat in eis et finaliter si evictio sequeretur promisit de evictione etiam si in totum evinceretur et pro ipsa evictione duplum pretii re evicte restituere evicto, asserens dictus

f. 33r venditor talem fuisse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum, quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto quacumque ex causa ipsa evictio sequeretur. Et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Bucii, venditoris, penes dictum Paschuaem emptorem, presentem et stipulantem ut supra<sup>(j)</sup>, nobis notario ut publicis personis stipulantibus det recipientibus ut supra, nobilis vir Lellus Statii, Cecchus Sassi et Lellus Madaleni mercator de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt in casu evictione tantum, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimpledis dictus venditor et dicti fideiussores et qualibet ipsorum in solidum, in casu quo tenentur, obligaverunt penes dictum procuratorem emptorem presentem et stipulantem ut supra, et nobis notario ut publicis personis ut supra stipulantibus et recipientibus, omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis et quolibet predictorum dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum, in casu quo tenentur, posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari, renumpsiantes in hiis beneficio fori, ferris<sup>(k)</sup> et diebus ferriatis, epistule divi Adriani etc. que quidem omnia et singula supradicta dictus venditor et fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Rent” <sup>(b)</sup> Omesso et <sup>(c)</sup> P “adiacentii” <sup>(d)</sup> Depennato “plenam lic” <sup>(e)</sup> Depennato “i” <sup>(f)</sup> Depennato “fecit” <sup>(g)</sup> Come sembra <sup>(h)</sup> Omessa l’indicazione conclusiva di “V” <sup>(i)</sup> Depennato “b” <sup>(j)</sup> Omesso “et” <sup>(k)</sup> P “ferrii”.

## 28.

1368, febbraio 26

Giovanni e Lello figli del defunto Andrea *Vallerani* del rione Pigna, da una parte, e Nuzio figlio del defunto Luzio di Giacobazio detto *Turibaccha* del rione Trevio, dall’altra parte, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il reciproco scambio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arretrate reciprocamente sia con le parole che con i fatti e, per la conservazione della pace, impegnano tutti i loro beni mobili ed immobili e, in caso di inadempienza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro preghiera e richiesta di Giovanni e di Cecco si offrono quali garanti Cecco di Cecco *Sassi*, Paolo di Cola di Graziano detto Paolo *Talgialonto* e Cola di Giovanni di Angelo di Luca marmista detto



*Biancapectorina* del rione Pigna; allo stesso modo, su preghiera e richiesta di Nuzio si offrono quali garanti Giacomo di Marcellino, *Matherica Oculi* e Giacomo di Meo sarto del rione Trevi.

f. 33v

Indictione VI<sup>a</sup> mense februarii die XXVI<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Madaleni de regione Pinee, Petrus Centurelli et Nardus Pauli Nicolai de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes et Lellus, germani frates, filii olim Andree Vallerani de regione Pinee, qui Lellus iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere etc., ex una parte, et Nucius filius olim Lutii Iacobatii dictus alias<sup>(a)</sup> Turibaccha de regione Trivii, ex alia parte, quilibet ipsorum ac die presente, eorum et cuiuslibet ipsorum, bonis propriis et spontaneis voluntatibus, fecerunt reddiderunt et prestiterunt inter sese ad alterutrum veram et mundam pacem et perpetuam securitatem osculo vere pacis interveniente inter eos et remiserunt ad alterutrum omne iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas partes, una videlicet contra aliam et alia contra aliam usque in presentem diem dicto facto seu opere. Et promiserunt de cetero una pars alteri et altera alteri non offendere nec offendi facere in personis vel bonis, immo dictas pacem et securitatem perpetuam perpetuo observare inlesam sub obligatione bonorum ipsarum partium et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus applicanda, si contra factum fuerit, et auferenda a contrafaciente

f. 34r

pro medietate camere Urbis et pro alia medietate partis fidem servanti, actum et conventum inter ipsas partes quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et voluerunt dicte partes quod totiens dicta pena tollatur quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis nichilominus firmus manentibus, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi et conveniri omni tempore etc. et renuntiaverunt etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dictorum Iohannis et Lelli et cuiuslibet ipsorum penes dictum Nucium, presentem et recipientem<sup>(b)</sup>, me notarium ut publicam personam stipulantem et recipientem nomine camere Urbis, Cecchus Cecchi Sassi, Paulus Cole Gratiani dictus alias Paolo Talgialonto et Cola Iohannis Angeli Luce marmorarius dictus alias Biancapectorina de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicti Iohannes et Lellus et quilibet ipsorum in solidum predictam pacem et securitatem perpetuam perpetuo observabunt inlesam et quod non offendent nec offendi facient de cetero dictum Nucium in persona vel bonis sub pena et ad penam predictam auferenda et applicanda ut supra; et e converso ad petitionem et instantiam dicti Nucii penes dictos Iohannem et Lellum et quemlibet ipsorum, presentes et stipulantes, et me notario ut<sup>(c)</sup>

f. 34v

publicam personam recipientem pro dictis camera et parte, Iacobus Marcellini, *Matherica Oculi* et Iacobus Mei tutoris de regione Trivii, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt et promiserunt quod dictus Nucius predictas pacem et securitatem perpetuam perpetuo observabit inlesam et quod de cetero non offendet nec offendi faciet in persona vel bonis dictos Iohannem et Lellum nec aliquem ipsorum pro se vel per alium ad penam predictam applicandam, ut superius est expressum, pro quibus omnibus et singulis observandis tam dicti principales quam dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt bona ipsorum etc. et renuntiaverunt etc.

(a) P "alia" (b) Omesso "et" (c) Ripetuto "ut2."

29.

1368, febbraio 27

Giovanna moglie di Buzio Petribei detto *Piçolantis*, con il consenso del marito, del figlio Angelo e di Giovanni di Renzo di Leonardo *Ricii* detto *Ianniliscio*, il quale aveva attribuito la dote e i diritti dotali alla figlia Caterina moglie di Angelo, ma non ancora trasferita nella casa del marito, attraverso una somma depositata presso il lanaiolo Giovanni di Stefano, come apparirà di seguito in un atto di deposito rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis* (v. doc.158), vende a Giovanni di Giacobello *Gallocie* macellaio detto *Topposso* del rione Trevi due pezze di vigneto, sulle quali é riservato il diritto di locazione e di proprietà del monastero di S. Agnese fuori le mura di Roma, situate fuori della porta Pinciana nella contrada di *Santo Saturnino* al prezzo di 70 fiorini d'oro.

La venditrice nomina suo procuratore *Palonco*, fratello di Giovanni *Topposso*, per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Giovanna si offrono quali garanti Pietro di Paolo fabbro detto *Scamora* del rione Trevi e Antonio figlio di Oddone *de Thedallinis* del rione Pigna per la convalida del diritto di proprietà.

Eodem anno, mense, die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Nicolaus de Canemortuo, Cecchus de Chierica, Anthonius Tucii Ubere de regione Pinee et Stephanellus Petri Ceci de regione Trivii.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Iohanna uxor Bucii Petribei dicti alias Piçolante, que renuntiavit auxilio velleiani senatus etc. cum consensu et voluntate dicti Bucii viri sui, Angeli filii sui et



f. 35r Iohannis Rentii Leonardi Ricii dicti alias Ianniliscio, qui Angelus primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV annorum nec aliqua ratione modo iure titulo sive causa nec restitutione in integrum petere<sup>(a)</sup>, qui Butius, Angelus et Iohannes et quilibet ipsorum renumpsiaverunt ad infrascripta omnia et singula et quolibet earum omni earum et cuiuslibet ipsorum iure, si quod et quale haberent in<sup>(b)</sup> vineis infrascriptis, hunc autem consensum fecerunt predicti Bucius et Angelus et quilibet ipsorum eidem domine propter amorem et dilectionem quem et quam habent in eam et dictus Iohannes pro eo quod confessus fuit sibi fore bene cautum de dote et iuribus dotalibus Catherine filie sue, uxoris dicti Angeli non transducte, que obligata erat in dictis vineis per depositionem pecunie dotis predictae factam penes Nicolaum Iohannis Stephani lanarolum de regione Pinee, ut inferius manu mei notarii apparebit, ac die presente sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Iohanni Iacobelli Gallocie macellario dicto alias Topposo de regione Trivii, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Iohannes dare et concedere voluerit, videlicet vites et arbores fructiferas et infructiferas duarum petiarum vinearum, plus vel minus quante sunt, salvo semper et reservato iure locationis et proprietatis monasterii<sup>(c)</sup>

f. 35v Agnetis extra muros Urbis, que vinee posite sunt extra portam Pincianam in contrada que dicitur Santo Saturnino super proprietatem dicti monasterii Sancte Agnetis, inter hos fines, ab uno latere tenet Paulus Tucii Carli de regione Columpne, ab alio Cecchus Bonianni de regione Trivii, ab alio Coscia de Bertarolis, ante est via publica vel si qui etc. et per Palonchum, fratrem ipsius emptoris, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de vineis supradictis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus constituit se dicta venditris, nomine dicti emptoris et pro eo, precario tenere et possidere ad quam possessionem adimplendum dicta venditris prefato emptori plenam et liberam facultatem concessit, ut ipsam vineam propria auctoritate possit intrare etc. vendidit etiam dicta venditris eidem emptori omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in dicta vinea contra quascumque personas loca, nullo sibi iure reservato, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat etc. et in locum ius et privilegium ipsius venditricis succedat. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefata venditris prefato emptori, presenti et stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii setuaginta florenos boni et puri auri, iusti ponderis, quos LXX florenos auri dicta venditris a prefato emptore in florenis de auro presentialiter numeraliter et manualiter recepit

f. 36r et habuit, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum etc. et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali metus et factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis etc. et promisit dicta venditris eidem emptori, presenti et stipulanti, quod dicte vinee cum omnibus earum usibus, ut dictum est, sunt ipsius venditricis et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret et ea propter dictus emptor vel sui heredes et successores molestarentur in iudicio vel extra promisit dicta venditris ipsum emptorem<sup>(d)</sup> exonerare in iudicio et extra et se ipsum iudicium et defensionem sumere cum advocatis et procuratoris suis sumptibus et expensis, ita quod dictus emptor vel sui heredes et successores nullum dampnum patiantur et finaliter si evinceretur in totum promisit<sup>(e)</sup> de evictione et si in arte in ea parte in qua evinceretur etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicte venditricis, cum consensu et voluntate dicti sui viri penes dictum emptorem, presentem et stipulantem ut supra, Petrus Pauli ferrarii dictus alias Scomora de regione Trivii et Anthonius quondam domini Oddonis de Thedallinis de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt in omnem casum causam et eventum omnium et singulorum predictorum etc. pro quibus obligaverunt bona eorum etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "ac" <sup>(b)</sup> Depennato "dictis" <sup>(c)</sup> Omesso "Sancte" <sup>(d)</sup> P emptore <sup>(e)</sup> Depennato "ipsa".

30.

1368, febbraio 27

Nicola di Giovanni di Stefano lanaiolo del rione Pigna riceve in deposito da Angelo figlio di Buzio detto *Piccolante* e da Giovanni Liscio la somma di 45 fiorini d'oro per l'acquisto, con il consenso dei depositanti, di un bene stabile per la cautela dotale di Caterina figlia di Giovanni e moglie di Angelo.

f. 36v <sup>(a)</sup> Eodem mense indictione et die et coram dictis testibus.

<sup>(b)</sup> Nicolaus Iohannis Stephani lanarolus de regione Pinee ac die presente sua bona voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a predictis Angelo filio dicti Bucii Piccolantis et Iohanne Liscio, deponente pro supradicta Catherine filia sua, quatraginta florenos auri, quos presentialiter recepit ab eis, de quibus etc. et renumpsiavit etc. quos tenere et conservare promisit ad omne ipsius periculum et fortunam, scilicet incendii etc. donec de communi partium voluntate ipsorum deponentium ematur aliqua re stabili super qua possit fieri cura et cautela dotalis ipsius Catherine filie dicti Iohannis et uxor dicti Angeli etc. pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue è stato depennato con due tratti di penna incrociati e se ne dà giustificazione in calce al foglio "Indictione VII<sup>a</sup> mense decembris die VIII<sup>o</sup>. Testes: Bucius Iubillei et Iacobus Gentilis Numentane. Cancellatum fuit supradictum istrumentum depositi de voluntate partium, presente et consentiente Picçolante patre dicti Angeli" <sup>(b)</sup> Omessa la consueta premessa sul notaio rogante.

31.

1368, febbraio 27

Caterina figlia di Giovanni Liscio, informata della stipula dell'atto di deposito da utilizzare per la propria dote, dà il suo consenso.

Eodem die et coram dictis testibus.

<sup>(a)</sup>Supradicta Catherina, que iuravit etc. et renumpsiavit etc. sponte, auditis omnibus supradictis, consentiit et suum consensum prestitit etc.

<sup>(a)</sup> Omessa la consueta premessa sul notaio rogante.

32.

1368, febbraio 27

Pasquale di Stefano del rione Pigna colloca il figlio Tommaso, consenziente, a lavorare per un anno presso il sarto Paolo di Petruzio *Marronis* dello stesso rione con un compenso di 8 fiorini d'oro.

Pasquale riceve un anticipo di 4 fiorini d'oro e Paolo promette di versare la somma residua dopo sei mesi.

f. 37r

Indictione VI<sup>a</sup> mense february die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: Cecchus Cafari et Rentius Cole Iohannis Stephani

In presentia mei notarii etc. Pasquale Stephani de regione Pinee, cum voluntate Thome filii sui, plativit ipsum Thomam filium suum et operas cum Paulo Petrucii Marronis sutore de regione Pinee, ipso Thoma presente et volente, pro uno anno proxime futuro ab hodie in antea computando pro pretio et nomine pretii VIII florenorum auri, de quibus confessus est recepisse duos et duos alios presentialiter recepisse, residuos alios quatuor florenos dictus Paulus eidem dare promisit hinc ad VI menses proxime futuros etc.

33.

1368, febbraio 28

Paola moglie di Petruzio *Assectati* detto *Locupto* calzolaio del rione Pigna, con il consenso del marito vende a Matteolo di Cola *Quaranta* dello stesso rione due pezze di vigneto, situate fuori della porta di S. Paolo, nella proprietà della chiesa di S. Angelo *in Foro Piscium* alla quale è dovuta la corrisposta del quarto, al prezzo di 20 fiorini d'oro.

La venditrice nomina suo procuratore Pietro di Paolo Rostolini lanaiolo per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Paola si offrono quali garanti Lello detto *Menchianova* marmista e Antonio di Giovannetto calzolaio del rione Pigna per la convalida del diritto di proprietà.

Indictione VI<sup>a</sup> mense february die ultimo.

Testes: Cola Truccholi calsolarius, Cola Aguçi marmorarius de regione Pinee et Michele de Barga lanarolus de regione Sancti Eustachii.

In presentia mei notarii et testium etc.

f. 37v

domina Paula uxor Petrucii Assectati calsolarii de regione Pinee dicti alias Locupto, que renumpsiavit auxilio Velleiani senatus etc. cum consensu et voluntate dicti sui viri, presentis et consensientis, et renumpsiavit omni suo iure<sup>(a)</sup> etc. hunc autem consensum<sup>(b)</sup> fecit dictus Petrucius dicte sue uxoris ob amorem et dilectionem quem et quam habet in eam etc. ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Matheulo filio Cole Quaranta de regione Pinee, presenti ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Matheulus dare vendere cedere aut concedere voluerit, idest duas petias vinearum, scilicet vites, ad quartam redendam, cum arboribus fructiferis et infructiferis in ea existentibus cum introitibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversalibus, que vinee posite sunt extra portam Sancti Pauli, super proprietate ecclesie Sancti Angeli in Foro Piscium ad quartam redendam dicte ecclesie, inter hos fines, ab uno latere tenet Bucius Raytini, ab alio idem emptor, ab alio Canfresellus vel si qui etc. et per Petrum Paulum Rostolini lanarolum, testem<sup>(c)</sup> presentem et recipientem, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta vinea cum

f. 38r

omnibus suis usibus, ut dictum est, investiiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum constituit se dicta venditris, nomine dicti emptoris, precario tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendum dicta venditris eidem emptori plenam et liberam facultatem concessit ut ipsam vineam propria sua auctoritate possit intrare tenere possidere etc. vendidit etiam quoque cessit et concessit dicta venditris supradicto emptori, presenti e recipienti, omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in dicta vinea contra

quascumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat et defendat et in locum ius et privilegium ipsius venditricis succedat nullumque sibi ius in predictis dicta venditris aliquantulum reservavit ipsumque in re sua procuratorem constituit. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dicta venditris, cum consensu dicti viri sui, eidem emptori, presenti et recipienti ut supra fecit pro pretio et nomine pretii viginti florenorum auri, quos presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non ponderatorum dictorum florenorum auri et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali metus etc. et si plus dicto pretio dicte

f. 38v

vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valent nunc vel in futurum valere possent, dicta venditris eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, inter vivos et inrevocabiliter donavit cessit et concessit et promisit dicta venditris dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicte vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est, sunt ipsius venditricis et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit dicta venditris teneri de evictione, pro quibus omnibus et singulis observandis obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicte venditricis penes dictum emptorem, presentem et recipientem ut supra, Lellus dictus alias Menchianova marmorarius et Anthonius Iovannecti calsolarius omnino de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt<sup>(d)</sup> penes dictum emptorem, presentem et stipulantem in omnem causam et eventum omnium predictorum, pro quibus omnibus et singulis observandis, dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et dictus Anthonius iuravit etc. et voluerunt pro predictis omnibus et singulis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “d” <sup>(b)</sup> P “consensu” <sup>(c)</sup> Così P, ma in realtà non è citato tra i testimoni <sup>(d)</sup> P fin con un tratto di penna sovrastante in segno di abbreviazione.

34.

1368, febbraio 28

Michele de Barga lanaiolo del rione di S. Eustachio rilascia una quietanza a Matteolo figlio del defunto Giovanni di Nicola *Quaranta* del rione Pigna in seguito alla restituzione della somma di 17 fiorini d'oro relativa ad un deposito, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, ed alle spese da lui sostenute per il recupero.

f. 39r

Indictione VI<sup>a</sup> mense februarii die ultimo.

Testes: Lellus de Cioctis, Anthonius Iohannecti et Petrutius calsolarius dictus alias Coptus de regione Pinee. In presentia mei notarii et testium etc. Michele de Barga lanarolus de regione Sancti Eustachii ac die presente sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit Matheulo filio olim<sup>(a)</sup> Nicolai Quaranta de regione Pinee, presenti et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia iura et actiones que et quas nunc et in futurum habere posset contra ipsum, pretestu et occasione XVII florenorum auri in quibus dictus Matheulus eidem Micheli tenetur et obligatus est vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis quantitatem predictam, scripti manu Iohannis domini Iacobi notarii, et expensarum factarum quacumque occasione usque in presentem diem. Hanc autem refutationem fecit dictus Michele eidem Matheulo, presenti et stipulanti, pro eo quod presentialiter, mihi notario et testibus, confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicto Matheulo dictam quantitatem et omnes expensas legitime factas dicta occasione et promisit

f. 39v

dictus Michele dicto Matheulo, presenti et stipulanti, quod dicta iura dicti depositi et expensarum predictarum nemini sunt vendita data donata cessa et concessa etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dictus venditor sive dictus Michele obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Con due tratti di penna, posti sopra e sotto il nome che segue, è stato depennato “Iohannis domini Iacobi Novelli domin”.

35.

1368, marzo 23

Andrea di Giannicello di Pereto vende a Giacobello di Giusi lanaiolo del rione Pigna 250 centinaia di lana bianca di pecora sopra i tre anni con lisciatura e *stacalatura* al prezzo di 14 fiorini e 3 quarti d'oro per ciascun centinaio.

Il venditore promette di consegnare la lana entro il prossimo mese di maggio e riceve una caparra di 2 fiorini d'oro.

Indictione VI<sup>a</sup> mense martii die<sup>(a)</sup> XXIII.

Testes: Andreotius Sassi et Oddo de Seromanis.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreas Iannicelli de castro Pereti sponte vendidit Iacobello

Iusii lanarolo de regione Pinee II<sup>c</sup>L lanas albas matricinas cum allevo et stacalatura viterbiensem pro pretio XIII florenorum auri et tres quartos alterius floreni auri pro quolibet centinario dicte lane, quam sibi dare lane promisit per totum mensem maii proxime futurum, pro tota lana recepit et habuit pro arris et parte pacamenti duos florenos auri de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus omnibus observandis obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “XVII<sup>o</sup>. Testes”.

36.

1368, marzo 24

Lella moglie di Bartolomeo di Andrea *Montanarii* del rione Monti nomina suo procuratore il notaio Nicola *Iannocari* per tutte le sue cause e promette di ratificare il suo operato e di esonerarlo da ogni obbligo di garanzia.

f. 40r

Indictione VI<sup>a</sup> mense martii die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Andreas Montanarius et Ceccharellus Vannis de regione Ripe.

In presentia mei notarii etc. domina Lella uxor Bartholomei Andree Montanarii de regione Montium ac die presente, sua bona voluntate, fecit suum procuratorem Nicolaum Iannocari notarium, presentem et recipientem, ad omnes suas causas, quas habet contra quascumque personas et loca, ad agendum petendum etc. promictens de rato et dictum suum procuratorem relevare ab omni honore satisfactionis etc.

37.

1368, marzo 27

Francesca figlia del defunto Nuzio *dello Refrendo* rinuncia, a vantaggio del fratello Paolo, ai diritti che ha su di una casa, da lui abitata, situata nel rione Pigna.

Indictione VI<sup>a</sup> mense martii die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Brenda, Anthonius magistri Petri et Stephanus Cecchi Petri sutoris.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Francischa filia olim Nucii dello Refrendo, que renumpsiavit auxilio Velleiani senatus etc. sponte renumpsiavit et refutavit Paulo frati suo, presenti et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia iura sibi competentia nunc et in futurum competitura in quadam domo qua nunc tenet et habitat dictus Paulus, posita in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Pauli Troppe, ab alio Paulus Alisantri, ante est via publica vel si qui etc. Hanc autem refutationem fecit dicta domina Francisca eidem Paulo frati suo, presenti et recipienti, ob amorem et dilectionem quem et quam habet in eum et in futurum habere sperat, Domino concedente etc. et promisit quod dicta iura que ipsa habet in dicta domo nemini sunt vendita etc. et si contrarius<sup>(a)</sup> appareret promisit de evictione in forma, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

f. 40v

<sup>(a)</sup> Così P.

38. 1368, marzo 28

Ruggero, conte di Celano, nomina suoi procuratori i maestri Giovanni *de Lancico*, Eberardo *de Synolenborchi* e Giovanni *de Lochenni* presso la curia romana e promette di ratificare il loro operato.

Indictione VI<sup>a</sup> mense martii die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: notarius Rogerius de Giordano Siccho, Gentilis domini Thomaxii de Piscina et Nicolaus<sup>(a)</sup> Berardi de Agello.

In presentia mei notarii etc.<sup>(b)</sup> magnificus vir Rogerius comes Celani sponte fecit suos procuratores discretos viros magistros Iohannem de Lancico, Hennerardum de Synolenborchi et Iohannem de Lochenni in romana curia procuratores, absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc. et promisit de rato etc.

<sup>(a)</sup> P “Nicolao” <sup>(b)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato “missum”.

39.

1368, aprile 8

Martinello di Santo *Veri* calzolaio di Pigna, con la garanzia di Pietro *Gazasare* dello stesso rione, riceve in deposito da Angela vedova di Giacobello *Pillelle* notaio del rione Pigna la somma di 15 fiorini d'oro e promette di restituirla entro un anno.

f. 41r

Indictione VI<sup>a</sup> mense aprilis die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Oddone<sup>(a)</sup> de Seromanis, Meolus vecturalis de regione Pinee.

In<sup>(b)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Martinellus filius Sancti Veri de regione Pinee, qui iuravit etc. ut principalis debitor, et Petrus Gazasare de dicta regione, ut eius fideiussor, qui simili modo iuravit etc. sponte confessi sunt habere in depositum, quilibet ipsorum in solidum uno tamen solvente ceteri liberentur, a domina Angela uxore olim Iacobelli Pillelle notarii de regione Pinee, presente et recipiente<sup>(c)</sup>, XV florenos auri, quos presentialiter numeraliter et manualiter receperunt et habuerunt et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum dictorum florenorum etc. quos florenos dicti depositarii tenere et salvos facere promiserunt ad omne periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem domine Angele redere promiserunt hinc ad unum annum proxime futurum cum dampnis et expensis a dicto termine in antea faciendo, pro quibus omnibus observandis obligaverunt omnia ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P, ma intendasi Oddo <sup>(b)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato in segno convenzionale di “completum” <sup>(c)</sup> Così P, ma intendasi “stipulante”.

40.

1368, aprile 16

Vito di Pietro lavoratore del rione Colonna, con il consenso della moglie Gaeta, vende a Cecco di Rico già di Preneste ad ora di Roma del rione Colonna una pezza di vigneto con una parte di vasca e di tino ed un canneto, situata fuori della porta Pinciana nella proprietà della chiesa di S. Stefano di Pigna alla quale è dovuta la corrisposta del quarto, al prezzo di 8 fiorini e mezzo d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Giovanni *de Pose* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

f. 41v

Indictione VI mense aprilis die XVI.

Testes: Petrus Agapiti, Nucius Cole Marisani et Iohannes de Pose.

Actum in domo mea.

In presentia mei notarii et testium etc. Vitus Petri de regione Columpne laborator, cum consensu et voluntate domine Gayte uxoris sue, que domina Gayta primo renumpsiavit omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus consultus quod est pro mulieribus introductus, certiorata prius per me eundem notarium de ipso auxilio quid sit quid dicat, ac die presente sua bona voluntate vendidit et venditione titulo dedit cessit et concessit Ceccho Ricii dudum de civitate Penestre nunc de Urbe de regione Columpne, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Cecchus dare et concedere voluerit, idest unam petiam vituum<sup>(a)</sup> ipsius venditoris<sup>(b)</sup> cum parte vascarum et tinorum et cum candeto omnibusque suis usibus etc. plus vel minus quanta est, positam extra portam Pincianam in proprietate Sancti Stephani de Pinea ad quartam redendam, salvo semper et reservato iure dicte ecclesie, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Bonus et dictus venditor, ab alio Andreas sutor vel si qui etc. et per Iohannem de Pose, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta vinea investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus<sup>(c)</sup> constituit se dictus

f. 42r

venditor, nomine dicti emptoris et pro eo, tenere et possidere ad quam possessionem adimplistendum dictus venditor eidem emptori liberam facultatem concessit, ut amodo in antea, dictam vineam propria auctoritate possit intrare etc. vendidit etiam dictus venditor eidem emptori omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in dicta vinea, nullo sibi iure aliquo reservato. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus venditor, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, eidem Ceccho, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii VIII florenorum et dimidii boni et puri auri et recti ponderis, quos presentialiter dictus venditor a dicto emptore recepit et habuit in florenis de auro, de quibus florenis et pretio dicte domus<sup>(d)</sup> dictus venditor se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et si dicto pretio dicte vinee valerent, totum illud plus quod valerent dictus venditor eidem emptori inter vivos donavit cessit et concessit et promisit quod dicta vinea est ipsius et ad eum spectat<sup>(e)</sup> et pertinet pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt dicti vir et uxor teneri de evictione in forma, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> L'espressione che segue fino a “suis usibus etc.” è stata annotata in calce al foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(c)</sup> P “investitus” <sup>(d)</sup> Così P, ma intendasi “vinee” <sup>(e)</sup> P “spectant”.

41.

1368, aprile 27

Scrapectolus *de Thedallinis* del rione Colonna rilascia una quietanza a Cola di Stefano di Giacomo di Velletri, presente a nome degli eredi del defunto Meo *Ferraffi* del rione Ripa, ed a Puzio di Andrea del rione S. Angelo, garante del defunto Meo, dopo aver ricevuto la somma di 54 fiorini d'oro relativa ad un atto di vendita di erbe stipulato con lo stesso Meo e rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*.

Indictione VI<sup>a</sup> mense aprilis die<sup>(a)</sup> XXVII.

[Testes]:<sup>(b)</sup> Stephanellus Cecchi Petri tutoris de regione Montium, dominus Iohannes de Scangialemosinis de regione Campimartis et Iohannes Symeonis de regione Parionis.

Actum in regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Scrapectolus de Thedallinis de regione Columpne sponte renumpiavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Cole Stephani domini Iacobi de Velletro, presenti et recipienti vice et nomine heredum et bonorum possessorum iuris et facti quondam Mei Feraffi de regione Ripe, et Pucio domini Andree de regione Sancti Angeli, fideiussori dicti olim Mei, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dictorum heredum dicti olim Mei, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas<sup>(c)</sup> nunc habet et in futurum habere posset contra dictos heredes et dictum Pucium, fideiussorem, et in bonis dicti olim Mei, pretestu et occasione LIII florenorum auri in quibus dictus olim Meus, ut principalis, et dictus Pucius<sup>(d)</sup>, ut fideiussor, eidem Scrapectolo tenebatur vigore cuiusdam istrumenti venditionis erbarum facte per ipsum Scrapectolum dicto olim Meo, ut patet manu mei notarii. Hanc autem refutationem fecit dictus Scrapectolus dicto Cole et Pucio, presentibus et recipientibus ut supra, me notario ut publica persona stipulante pro eis, pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit XXVIII florenos auri in florenis de auro, residuum totius quantitatis predictae confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione secundum quod iura volunt, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “d” <sup>(b)</sup> Omesso <sup>(c)</sup> Depennata una “s” <sup>(d)</sup> Depennato “ol”.

42.

1368, aprile 27

I monaci del monastero di S. Paolo di Roma riuniti nel capitolo, secondo la consuetudine, davanti ai notai Paolo di Angelo già di Civitella ed ora di Roma e Paolo *de Seromanis*, presenti in particolare l'abate Guglielmo, il decano Cecco *de Lonbardis*, Paolo di Tivoli, Stefano, Giacomo *de Plumino*, Nicola *de Ursa*, Martino, Gacobuzio, Marino, Cecco, Stefano, Coluzia, Giordano Tommaso e Agostino, in rappresentanza anche dei monaci assenti, rilasciano una quietanza a Giacomo di Angelo di Marco, ad Angelo di Paolo *Mani* capomilizia di Tivoli, ad Angeluzio di Angelo di Oddone, a Meolo di Andreozio e ad Andrea *Nerii* tiburtini, rappresentanti del comune, degli abitanti e di alcune persone di Tivoli, in relazione alla sentenza arbitrale emanata da Agapito *de Columpna*, vescovo di Ascoli, dopo aver ricevuto la somma di 500 fiorini per i danni subiti (v. doc. 136), di 150 fiorini d'oro per le spese sostenute nella vertenza dallo stesso monastero e per una diffida inviata allo stesso comune.

La quietanza é concessa anche per l'intercessione, a nome del pontefice, del cardinale ostiense (Guglielmo *de la Sudrie*) ed i monaci, per quanto loro compete in relazione all'atto di diffida, consentono di riammettere i tiburtini nei loro diritti.

Fra i testimoni dell'atto sono presenti, tra gli altri, il vescovo di Tivoli Filippo e Giacomo rettore della chiesa di S. Andrea di Subiaco.

Indictione VI<sup>a</sup> mense aprilis die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: venerabilis in Christo pater et dominus dominus frater Philippus episcopus tyburtinus, Egidiotius Laurentii della Gepza de regione Pinee, presbiter Iacobus rector ecclesie Sancti Andree de Sublaco et Anthonius domini Corradi de Riparia.

Actum in monasterio Sancti Pauli.

In presentia Pauli Angeli de Civitella dudum et nunc de Urbe et mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Congregati et coadunati simul venerabiles religiosi viri, videlicet venerabilis in Christo pater dominus dominus frater Guilielmus, Dei gratia abbas venerabilis monasterii Sancti Pauli de Urbe, frater Cecchus de Lonbardis decanus, frater Paulus de Tybure, frater Stephanus, frater Iacobus de Plumino, frater Nicolaus de Ursa, frater Martinus, frater Iacobutius, frater Marinus, frater Cecchus, frater Stephanus, frater Colutia, frater Iordanus, frater Thomaxius et frater Augustinus, qui sunt magior pars<sup>(b)</sup> monachorum monasterii antedicti, monaci dicti monasterii in loco capituli dicti monasterii ad sonum campanelle, more solito, congregati ad capitulum faciendum, ut moris est, de mandato dicti domini abbatis, qui dominus abbas, cum consensu et voluntate dictorum monachorum, et predicti monaci, cum consensu voluntate decreto et mandato dicti domini abbatis, pro sese ipsis ac vice et nomine<sup>(c)</sup> omnium aliorum monachorum absentium a dicto loco, pro quibus predictus dominus abbas et monaci promiserunt de rato et bona dicti monasterii obligaverunt eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus renumpiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, perpetuo remiserunt domino Iacobo

Angeli Marci, Angelo Pauli *Mani* capudmilitie civitatis Tyburis, Angelutio Angeli Oddonis, Meulo Andreetii *Nerii*<sup>(d)</sup> de dicta civitate Tyburis, presentibus recipientibus ac legitime stipulantibus vice et nomine communis et hominum ac specialium personarum ipsius civitatis, nobis notariis ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine communis et hominum ac specialium personarum civitatis iam

dicte, idest omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas dictus dominus abbas, monaci, capitulum et conventus dicti monasterii et ipsum monasterium nunc habet et in futurum habere posset contra ipsum commune civitatis Tyburis, scyndicum et homines ac speciales personas ipsius, pretestu et occasione cuiusdam arbitrii laudi mandati sive arbitramenti lati inter ipsum monasterium, abbatem, capitulum et conventum, ex una parte, et ipsum commune, scyndicum et homines dicte civitatis, ex alia, per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Agapitum de Columpna, Dei gratia episcopum esculanum, arbitrum arbitratorem electum inter ipsas partes, ut patet<sup>(e)</sup> manu mei eiusdem notarii, continente inter alia ipsum commune debere solvere dicto domino abbati<sup>(f)</sup>, capitulo et conventui V<sup>c</sup> florenos auri propter causas in ipso arbitramento contentas, dispensandis prout in ipso arbitramento continetur. Item pretestu et occasione cuiusdam diffidationis facte de dicto communi Tyburis, secute ex accusa istituta contra ipsum commune per scyndicum et procuratorem dicti domini abbatis, capituli et conventus dicti

f. 44r

monasterii continentis quantitatem XV<sup>c</sup> florenorum auri ipsi monasterio et camere. Item pretestu et occasione omnium et singularum expensarum factarum<sup>(g)</sup> per ipsos dominum abbatem, capitulum et conventum dicti monasterii in causis supradictis et generaliter de omni eo quod dictus abbas, capitulum et conventus dicti monasterii ac ipsi monachi dicto communi scyndico et hominibus dicte civitatis Tyburis ac specialis personis ipsius petere possent vigore arbitrii seu arbitramenti et diffidationis predictarum et dependentibus ac connessis ab eis seu aliquo ipsorum, ita quod hec refutatio, quantum ad dictas partes, tantum sit generalis et generalissima et omnia in ea veniant et venire intelligatur, prout si essent expressa et specificata et de eis facta fuisse mentio specialis. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus dominus abbas, monachi, capitulus<sup>(h)</sup> et conventus dicti monasterii prefati, supra nominati, presentes stipulantes et recipientes pro sese ipsis ac vice et nomine dicti<sup>(i)</sup> communis et pro ipso communi civitatis Tyburis, fecerunt pro eo quod confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese recepisse et habuisse dictos V<sup>c</sup> florenos auri in dicto arbitramento contentos et pro eo etiam qua mandatum fuit eis<sup>(j)</sup> per reverendum in Christo patrem et dominum dominum \*\*\*\*\*<sup>(k)</sup> ostiensem cardinalem<sup>1</sup>, ex commissione sibi facta oraculo vive vocis per dominum nostrum summum ponteficem, quod dicta refutatio fiat et fieri debeat dicto communi Tyburis et hominibus civitatis prefate et generaliter confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese recepisse et habuisse omne id et quic-

f. 44v

quid dicto communi et specialibus personis dicte civitatis petere et exigere posset occasionibus supradictis et dependentibus et connessis ab eisdem usque in presentem diem vel quomodolibet in futurum, de quibus omnibus et singulis supradictis dicti dominus abbas, monaci, capitulum et conventus dicti monasterii se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum auri etc. exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis etc. volentes<sup>(l)</sup> ex nunc dicti dominus abbas<sup>(m)</sup> et monasterium prefati dictum commune Tyburis a dicta diffidatione et aliis quibuscumque<sup>(n)</sup> factis de dicto communi et specialibus personis ipsius, occasionibus supradictis, quantum eos tangit, reaffidari et in pristinum statum reponi in quo fuerunt et erant ante diffidationes predictas, promiserunt insuper dicti dominus abbas, capitulum et conventus dicti monasterii ac ipsi monaci pro sese ipsis et aliis absentibus, pro quibus se principaliter obligaverunt, ut supra, quod dicta iura in totum nec in partem nemini sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione de bonis propriis et monasterii sepedicti<sup>(o)</sup> et solvere pro predictis et quolibet premissorum posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt ferriis beneficio fori etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato "missum" <sup>(b)</sup> P par segue depennato cap <sup>(c)</sup> Depennato de <sup>(d)</sup> Segue un tratto verticale della lettera p non depennato <sup>(e)</sup> Omesso instrumento scripto <sup>(f)</sup> Depennato "V<sup>c</sup> flo" <sup>(g)</sup> P "factam" <sup>(h)</sup> Così P <sup>(i)</sup> Depennato "monasterii" <sup>(j)</sup> Depennato "quod a" <sup>(k)</sup> Omesso il nome, ma intendasi "Guilielmus Sudre" <sup>(l)</sup> P "volentes" <sup>(m)</sup> P "abas" <sup>(n)</sup> Depennato q <sup>(o)</sup> Depennato "pro".

#### 43.

1368, aprile 27

Il comune di Tivoli aveva affidato la somma di 500 fiorini d'oro al vescovo tiburtino Filippo per la consegna all'abate del monastero di S. Paolo, secondo il deliberato della sentenza arbitrale emanata da Agapito *de Columpna* vescovo di Ascoli e l'intercessione, a nome del pontefice, del cardinale Ostiense, e poiché la somma era stata versata, era stata rilasciata dall'abate la relativa quietanza ai rappresentanti del comune, come risulta dall'atto rogato dai notai Paolo di Angelo già di Civitella ed ora di Roma e Paolo de *Seromanis* (v. doc. 170); tuttavia alla stipula non era stato presente il sindaco del comune di Tivoli che avrebbe dovuto rilasciare, a sua volta, al vescovo Filippo una quietanza per l'avvenuto pagamento, sicché Giacomo di Angelo di Marco, Angelo di Paolo *Mani*, Angeluzio di Angelo di Oddone, Meolo di Andreozio ed Andrea

<sup>1</sup> Cfr. C. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, I, Monasterii 1913, pp. 20, 35, 345: "Guilielmus Sudre (de la Sudrie) O.P. magister theologiae, ep. Ostien., † 1373 ».



*Nerii tiburtini*, rappresentanti del comune contraggono un'obbligazione sui loro beni nei confronti dello stesso Filippo e promettono solennemente che il comune di Tivoli, attraverso un sindaco incaricato a tal fine, gli rilascerà una quietanza obbligatoria.

f. 45r

Eodem mense et die et coram dictis testibus.

In presentia dicti Pauli et mei notarii etc. Cum pro parte communis Tyburis fuerit facta depositio V<sup>c</sup> florenorum<sup>(a)</sup> auri reverendo patri et domino domino fratri Philippo episcopo tyburtino, tunc presenti, et ipsam pecuniam in deposito recipienti tenendi et conservandi per eum ac etiam assegnandi abbatibus, capitulo et conventui monasterii Sancti Pauli supra dicti, iusta et secundum tenorem arbitramenti lati inter ipsum commune Tyburis, ex una parte, et ipsos abbatem, capitulum, monachos et conventum dicti monasterii, ex alia, per dominum Agapitum de Columpna episcopum esculanum et modo, ad presens, mandato domini cardinalis ostiensis<sup>(b)</sup>, ex commissione sibi facta per dominum nostrum summum pontificem oraculo vive vocis, dicta pecunia sit soluta et refutata appareat de predictis, manu nostrorum notariorum, et modo, ad presens, scyndicus communis Tyburis non sit presens, qui dicto domino episcopo tyburtino refutationem faciat de predictis, idcirco dominus Iacobus Angeli Marci, Angelus Pauli Mani, Angelutius Angeli Oddonis, Meolus Andreotii et Andreas Nerii de civitate Tyburis, quilibet ipsorum in solidum, sese et bona ipsorum principaliter obligando promiserunt et, solempni stipulatione interveniente, convenerunt prefato episcopo tyburtino, presenti et legitime stipulanti, ipsum

f. 45v

dominum episcopum conservare indemne a fideiussione et obligatione predictis nec non se facturos et curaturos quod commune Tyburis faciet quietationem renuntiationem et pactum de ulterius non petendo ipsi domino episcopo aliquid, occasione predicta, pro eorum scyndico ac legitime ordinato sive ordinando cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus obligaverunt omnia ipsorum bona etc. et renuntiauerunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renuntiauerunt etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "florenorum" <sup>(b)</sup> Intendasi "Guilielmus Sudre".

44.

1368, aprile 30

Tuzio di Nicola mugnaio del rione Pigna aveva ottenuto in locazione per un periodo di 5 anni dagli eredi del defunto Macario sarto dello stesso rione un mulino detto *la mola vecchia*, situato fuori della porta Appia presso il ruscello dell'Appia, con un canone mensile di 3 rubbia e mezzo di grano, ma ora decide di unirsi in società con Omodeo figlio del defunto Santo muratore: i due soci stabiliscono di dividere a metà l'usufrutto e le spese del mulino per il periodo residuo della locazione con l'impegno che se uno di loro non potesse accudire al lavoro del mulino dovrà assumere a sue spese, un altro mugnaio.

Indictione VI<sup>a</sup> mense aprilis die XXX<sup>o</sup>.

Testes: Oddo de Seromanis, Santurellus et Iacobus Homodei de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum Tucius Nicolai molendinarius de regione Pinee habeat et teneat ad locationem pro quinque annis, iam inceptis et nondum completis, ab heredibus quondam Maccarii sutoris de regione Pinee quodam molendinum, positum extra portam Apiam in aqua rivii Apie, inter hos fines, ab uno latere tenet dominus Gregorius de Marganis, ab alio Lellus Corraducii, ante via, quod molendinum vocatur la mola vecchia ad annuam pensionem respondendum, videlicet trium rublorum grani et dimidium mense quolibet dictionum V annorum, et nunc ad presens ipse Tucius, ex una parte, et Homodeus filius olim Santi muratoris, ex alia,

f. 46r

videlicet quod dicta locatio cum redditu fructu et expensis sint communia inter ipsos ipsas partes, presentibus volentibus et acceptantibus et promictentibus ad alterutrum ipsam locationem sic communiter tenere tempore predicto, actum et conventum inter ipsas partes quos si contingat, quod absit, aliquis ipsorum non posse, durante dicto termino, uti sive currere dictum molendinum quod, loco sui, debeat alium molendinarius recolligere suis sumptis et expensis, quia sic actum et conventum estitit inter ipsos, pro quibus dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renuntiauerunt etc.

45.

1368, maggio 6

Antonio di Lorenzo notaio del rione Campitelli rilascia una quietanza a Petruzio figlio di Margherita vedova di Paolo *Sacchonis* di Tivoli, che riceve a nome della madre, relativa ad una sentenza emessa in merito alle spese di tassazione di 36 libbre e 10 soldi di provisini del senato sostenute in una causa contro di lei e ad una successiva diffida scritta dallo scribasenato Lorenzo *de Amedeis*: la somma era destinata ad Enrico \*\*\*\* di Enrico di Tivoli, ma poi i diritti erano stati ceduti a lui, come risulta dall'atto rogato dal notaio \*\*\*\*\* di Tivoli, e la quietanza è consegnata dopo il pagamento della somma dovuta.

Indictione VI<sup>a</sup> mense maii die VI<sup>o</sup>.<sup>(a)</sup>

Testes: Lellus Amadoris, Nicolaus Philippi notarius, Tutius Tordonerii et<sup>(b)</sup> Nucius Laurentii Iohannis Papa. In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius Laurentii notarius de regione Campitelli cui infrascripta iura sunt cessa, ut patet manu \*\*\*\*\* publici notarii de Tybure, ac d[i]e presente sua bona propria et spontanea<sup>(c)</sup> voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Petrutio filio domine Margarite uxoris olim Pauli Sacchonis de Tybure, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine ipsius domine Margarite suorumque heredum et successorum in perpetuum, me notario ut publica<sup>(d)</sup>

f. 46v

stipulante et recipiente vice et nomine dicte domine Margarite ipsiumque heredum et successorum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales<sup>(e)</sup> utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere sperat contra et adversus ipsam dominam et in bonis suis, tum pretestu et occasione cuiusdam sententie tassationis espensarum laterum contra ipsam dominam continentis quantitatem triginta sex librarum provisinorum et solidos X, plus vel minus, prout in ipsa sententia continetur, pretestu et occasione cuiusdam diffidationis inde secute, scripte manu<sup>(f)</sup> Laurentii de Amedeis scribesenatus<sup>(g)</sup> continentis dictam quantitatem, in quibus quantitibus dicta domina Margarita, vigore dicte<sup>(h)</sup> sententie et dicte diffidationis, tenebatur Herrico \*\*\*\*\*Errici de Tybure et nunc tenebatur dicto Anthonio vigore dicte cessionis sibi facte de dictis iuribus, ut patet manu publici notarii. Item pretestu et occasione expensarum factarum dicta occasione et generaliter de omni eo quod dictus Erricus dictis occasionibus usque in presente die. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Anthonius fecit dicto Petrutio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti

f. 47r

nomine quo supra, me notario ut publica persona stipulante et recipiente pro ea<sup>(i)</sup> fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Petro, dante et solvente pro dicta domina Margarita, mater sua, dictas triginta sex libras provisinorum et solidos [X] et omnem expensas legitime factas dicta occasione et generaliter omne et quicquid eidem domine petere posset dictis occasionibus et dependentibus ab eisdem et promisit dictus Anthonius dicto Petro, quo supra nomine, stipulanti et recipienti, quod dicta iura sunt sua et ad eum spectant et pertinent iure cessionis predicte et quod nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de aliis bonis suis propriis, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Le” <sup>(b)</sup> Depennato “L” <sup>(c)</sup> P “pontanea” <sup>(d)</sup> Omesso “persona” <sup>(e)</sup> P “personas” <sup>(f)</sup> Depennato “publici notarii”  
<sup>(g)</sup> Depennato “scripte manu” <sup>(h)</sup> Depennato “sen” <sup>(i)</sup> Depennata una “s” finale.

46.

1368, maggio 17

Andreozio di Lello di Angelo di Biagio del rione Pigna rilascia una quietanza a Cecco di Sabatino dello stesso rione in relazione ad un atto di vendita delle erbe del tenimento del casale *Turris de Orlando*, rogato dallo stesso Paolo *de Seromanis*, dopo aver ricevuto in pagamento la somma di 45 fiorini d'oro oltre al cacio ed alla carne consueta.

Indictione VI<sup>a</sup> mense maii die XVII<sup>o</sup>.

Testes: Iacobellus Lelli Bucii Iohannis Rubei, Rentius Pauli Mancini et Iacobellus Marthellutii Thome Obitionis.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreotius Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee ac die presente, sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Ceccho

f. 47v

Sabatino de regione Pinee, presenti stipulanti et recipienti pro se suisque successoribus in perpetuum, idest omnia iura omnesque actiones isitias et petitiones reales personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas dictus Andreotius nunc habet et in futurum habere posset contra et adversus ipsum Cecchum, pretestu et occasione cuiusdam istrumenti venditionis erbarum tenimenti casalis quod dicitur Turris de Orlando spectantis et pertinentis ad ipsum Andreotium iure locationis continentis quantitatem XLV florenorum auri, scripti manu mei eiusdem notarii, et caseum et carnes consuetos. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Andreotius dicto Ceccho, presenti et stipulanti, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso Ceccho quinque florenos auri, residuum autem confessus fuit se recepisse et habuisse, de quibus et tota dicta quantitate caseum<sup>(e)</sup> et carnes se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de aliis bonis etc. pro quibus omnibus observandis dictus Andreotius obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(e)</sup> P “casum”.

47.

1368, maggio 17

Petruzio di Pietro *Gemme* già de Turri ed ora di Roma del rione Pigna, a nome della figlia Lella, e Renzo di Pietro di Lucio del *castrum Collis Scipuli de Sabinia* del contado di Narni stipulano una convenzione di fidanzamento: Petruzio promette di dare in moglie la figlia Lella con una dote e gli ornamenti di 40 libbre di

provisini del senato, incluso nella dote la quota parte di un terreno stimato di 14 fiorini d'oro, ed avrà cura che essa riceva Renzo come marito; Renzo promette, a sua volta, di ricevere in moglie Lella con la dote e gli ornamenti e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro 8 giorni, con una pena pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato in caso di inosservanza. Le parti si riservano di prolungare o di abbreviare, a loro discrezione, il periodo concordato e, per l'osservanza dei patti, si scambiano il bacio della vera pace.

f. 48r

Indictione VI mense maii die XVII<sup>o</sup>.

Testes: Nucius Vanni et Nucius Nucii Vanni, Martinus Lutii, Iacobus Iohannis Rose et Iohannes Petri de Colle Scipuli.

In presentia mei notarii et testium etc. hec sunt fidantie conventiones et pacta habita in Dei nomine et firmata inter Petrucium Petri Gemme dudum de Turri nunc de Urbe de regione Pinee pro Lella filia sua, ex una parte, et Rentium Petri Lutii de castro Collis Scipuli de Sabinia comitatus Narniensis, ex alia parte, videlicet quod dictus Petrucius promisit et convenit dicto Rentio, presenti et legitime stipulanti<sup>(a)</sup>, dare eidem Rentio in suam legitimam uxorem dictam Lellam, filiam suam<sup>(b)</sup>, cum dote et guarnimentis XL librarum provisinorum senatus, inter quas veniat infrascripta terra sive campum<sup>(c)</sup> pro pretio XIII florenorum auri<sup>(d)</sup>, nec non se facturum et curaturum cum effectu quod dicta Lella recipiet ipsum pro suo legitimo marito, et dictus Rentius promisit et convenit dicto Petrucio presenti et stipulanti, ipsam Lellam recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis predictis, me notario ut publica persona stipulanti et recipienti pro ipsa Lella, quam parentelam dicte partes promiserunt ad effectum ducere hinc ad VIII dies proxime futuros,

f. 48v

plus vel minus, prout ipsis partibus placuerit sub pena et ad penam C librarum provisinorum senatus, pro medietate etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes sese ad invicem osculantes, nomine sacramenti etc.

<sup>(a)</sup> Depennato p <sup>(b)</sup> P sua <sup>(c)</sup> Il riferimento alla terra ed alla sua ubicazione é indicato nel successivo documento n. 176, come pure é indicata la quota parte del terreno destinata alla dote <sup>(d)</sup> Depennato "et dictus".

48.

1368, maggio 17

Renzo di Pietro di Luzio del *castrum Collis Scipuli de Sabinia* del contado di Narni contrae un'obbligazione nei confronti di Petruzio di Pietro Gemme già *de Turri* ed ora di Roma del rione Pigna, che riceve a nome della figlia Lella, su tutti i suoi beni mobili ed immobili, in cambio della concessione fattagli dallo stesso Petruzio della dote della figlia Lella che ammonta a 40 libbre di provisini del senato. Nella dote é incluso un terreno incolto situato fuori delle porta *de Populo* sul monte di S. Valentino, per il quale é dovuto un canone annuale di 1 fiorino d'oro alla chesa di S. Silvestro *de Capite*: secondo la stima dei contraenti il terreno ha un valore di 14 fiorini d'oro e sulla base di questa valutazione sarà attribuita alla dote di Lella una quota parte corrispondente alla somma di 26 libbre, 13 solidi ed 8 denari di provisini del senato.

Le parti convengono che se Lella dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli legittimi, Renzo restituirà a Petruzio, entro sei mesi dalla sua scomparsa, la dote in denaro contante se il terreno sarà stato venduto, altrimenti restituirà la quota dotale del terreno, se Petruzio sarà ancora in vita o ad una persona da lui designata; se invece Renzo dovesse morire prima della moglie, sia con figli legittimi o senza figli, gli eredi, entro sei mesi dalla morte, dovranno restituire la dote a Petruzio, che riceve a nome di Lella. Renzo inoltre dona per le nozze a Petruzio, che riceve a nome di Lella, la somma di 13 libbre e 6 solidi e 8 denari di provisini del senato, sia sul terreno già indicato che in altri suoi beni, alla condizione consueta di Roma.

Eodem mense, indictione et die et coram dictis testibus.

Predictus<sup>(a)</sup> Rentius ac die presente, sponte obligavit et pignore posuit dicto Petrucio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se<sup>(b)</sup> ac vice et nomine dicte Lelle, filie sue, sponse honeste puelle et future uxoris, Domino concedente, dicti Rentii suorumque heredum et successorum, me notario ut publica persona stipulante pro dicta Lella et ad ipsius opus et utilitatem, idest omnia et singula bona mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu acquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabit ac matrimonium inter eos ubicumque existentem et sub quocumque vocabulo, hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Rentius eidem Petrucio, presenti et stipulanti ut supra, fecit pro eo quod recepit pro dote et nomine dotis ipsius Lelle, filie dicti Petrucii et future uxoris unum campum sive unum petium terre

f. 49r

sode, positum extra portam de Populo in monte Sancti Valentini, inter hos fines, ab uno latere tenet Capanna, ab alio Cola Cartichella, ab alio via publica vel si qui etc. quod campum sive quam terram dictus Petrucius habet et tenet ad annuam pensionem solvendam<sup>(c)</sup> ecclesie Sancti Silvestri de Capite, videlicet unius floreni auri, pro extimatione pretio inter ipsas partes XIII florenorum auri, de quibus XIII florenis pretium dicti campi sive terre sode<sup>(d)</sup>, XXVI libre et solidi XIII denarii VIII sint dos ipsius Lelle, de quo campo sive terra et dote predicta dictus Rentius se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis quod si contingat ipsam Lellam premori dicti Rentio, futuro viro suo, sine

filiis, tunc promisit dictus Rentius dicto Petrucio dictam dotem, infra dimidii anni spatium, a die obitus dicte Lelle computando redere restituere in pecunia numerata et non in alia specie si dictum campum non reperiretur penes ipsum, si vero dictum campum reperiretur penes ipsum tunc ipsam dotem recolligere et habere debeat in campo predicto, si tunc ipse Petrucius visserit et si non visserit cui ipso commiserit et si non commiserit cui lex dederit; si vero contingat ipsum Rentium premori dicte Lelle, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis, tunc mandavit et voluit ipsam dotem, modo et forma predictis, per heredes et successores dicte Lelle et dicto eius patri,

f. 49v

pro ea recipienti, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa. Insuper dictus Rentius donavit propter numptias dicto Petrucio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro dicta Lella eius filia, me notario ut publica persona stipulante pro ea, tam in dicto campo quam in aliis suis bonis, XIII libras et solidos VI et denarios VIII provisinorum senatus, sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis et promisit dictus Petrucius dicto Rentio, presenti et stipulanti, quod dictum campum spectat ad eum iure locationis prefate et quod nemini est venditus etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione in forma communi prout iura volunt, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et si, ut dictum est, hec omnia observata fuerunt tunc hec carta sit vacua et nullius valoris etc. alioquin liceat ipsi Petrucio et dicte Lelle, filie sue, omnia bona dicti Rentii ubicumque existentia capere tenere possidere etc. donec de dictis dote et donatione fuerit integre persoluti etc. pro quibus omnibus observandis dictus Rentius obligavit omnia sua bona etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omessa nel formulario la consueta premessa sul notaio rogante <sup>(b)</sup> Depennato “suis heredibus et successoribus in perpetuum” <sup>(c)</sup> P “pentione solvenda” <sup>(d)</sup> Depennato “p”.

49.

1368, maggio 17

Renzo di Pietro di Luzio del *castrum Collis Scipuli de Sabinia* del contado di Narni e Lella figlia di Petruzio di Pietro *Gemme* celebrano il matrimonio e si impegnano davanti al notaio ed ai testimoni.

Eodem die et coram dictis testibus.

Consumatum fuit matrimonium inter predictos Rentium et<sup>(a)</sup> Lellam per verba de presente et subarati etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Iacob”.

50.

1368, maggio 17

Caterina figlia del defunto maestro Francesco di maestro Giovanni di Vicovaro nomina suo procuratore Stefano *de Iudice* del rione Colonna per tutte le sue cause, promette di esonerarlo da ogni obbligo di garanzia e di ratificarne l'operato.

f. 50r

Eodem mense, indictione et die.

Testes: Lellus Corraducii<sup>(a)</sup>, Alterius, eius frater, de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherina filia olim magistri Francisci Iohannis de Vicobario ac die presente, sua bona voluntate, fecit constituit et ordinavit suum verum et legitimum procuratorem etc. Stephanum de Iudice de regione Columpne, licet absentem tamquam presentem, ad omnes suas<sup>(b)</sup> causas etc. et promisit dictum suum procuratorem relevare ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo cum clausolis oportunis, nec non se ratam gratam et firmum habere quicquid<sup>(c)</sup> predictum suum procuratorem factum fuerit etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omesso “et” <sup>(b)</sup> P “sua” <sup>(c)</sup> Depennato “in”.

51.

1368, maggio 18

Nettolo di Anastasio già di Benevento ed ora di Roma del rione Pigna offre la sua opera ad Anestasello di Anastasio dello stesso rione per condurre 3 somari per il trasporto del fieno, di paglia e di legna, 2 somari per il trasporto del mosto e 4 somari per il trasporto di grano e di biada presso la sua abitazione per un periodo di 6 mesi a cominciare dal 22 maggio, al prezzo di 19 fiorini d'oro oltre le spese.

Nettolo riceve un anticipo di 8 fiorini d'oro: le parti convengono che se il trasporto dovesse essere interrotto Nettolo sarà tenuto ad integrare il periodo della sospensione.

Indictione VI<sup>a</sup> mense maii die XVIII.

Testes: Papa casengus, Nicolaus de Sancto Edisto casengus et Dominicus dictus Cinquevaca.

In presentia mei notarii et testium etc.

f. 50v

Nectolus Anastasii dudum de Benevento nunc de Urbe de regione Pinee sponte plativit se et operas suas cum Anestaxello Anestaxii de regione Pinee, presente et stipulante, pro VI mensibus proxime futuris, incipiendo

die XXII<sup>o</sup> presentis mensis maii et finiendo, ut sequitur, ad conducendum somarios, pro pretio XVIII florenorum auri et expensarum, in domo ipsius Anestaxelli, tali quidem pacto quod dictus Nectolus teneatur et debeat ducere ad fenum, paleas, ligna tres somarios ipsius Anestaxelli, ad mustum duos somarios tantum, ad granum et aliud bladum quatuor somarios, de quibus XVIII florenis auri dictus Nectolus confessus fuit se recepisse VIII florenos auri, de quibus etc. et renumpsiavit etc. actum et declaratum quod si contingat ipsum Nectolum aliquas operas amictere, quod teneatur de tali tempore quo amiserit restaurare, pro quibus observandis ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

52.

1368, maggio 19

Perna figlia del defunto orefice Luzio *Buccamoza* e moglie di Nuzio di Biagiolo detto *Rotolante* del rione Colonna, con il consenso del marito, e Giovanni, suo fratello, vendono a Caterina moglie di Renzolino *Petrifortis* del rione Pigna una casa, che già fu del defunto Luzio, con pianoterra e solaro, con camere interne e davanti un porticato, ora tenuta in fitto dalla stessa Caterina e dal marito Renzolino, al prezzo di 110 libbre di provisini del senato, una somma ricavata dalla dote o di quota parte della dote di Caterina.

I venditori nominano loro procuratore Ceccolello *Cafari* per l'insediamento dell'acquirente nella loro proprietà.

Perna e Giovanni promettono di esonerare l'acquirente dalle eventuali molestie degli eredi e di difenderli, a loro spese, con avvocati e procuratori, di rimborsare ogni danno che dovessero subire e, nel caso di evizione totale o parziale, di pagare il doppio della somma convenuta per l'acquisto, secondo la consuetudine di Roma.

Dietro preghiera e richiesta dei venditori si offrono quali garanti Ceccolino del maestro Rinaldo del rione Colonna, nel caso di evizione, e Nuzio, marito di Perna, per la convalida del diritto di proprietà.

f. 51r

Indictione VI<sup>a</sup> mense maii die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus presbiter Deodatus, Nardus della Fara et dominus presbiter Angelus rector ecclesie Sancti Stephani dello Trullo de regione Columpne.

Actum ante domum infrascripte venditricis.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> domina Perna filia olim Lutii Buccamoza aurificis et uxor

Nucii Blaxiolo dicti alias Rotolante de regione Columpne, cum consensu et voluntate dicti Nucii viri sui, qui renumpsiavit quantum ad infrascripta omni suo iure etc., et dominus frater Iohannes filius dicti olim Lutii Buccamoza, quilibet ipsorum<sup>(b)</sup>, pro ea parte quam habent et ambo ipsi pro toto eorum et cuiuslibet ipsorum, bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt domine Catherine uxori Rençolini Petrifortis de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Catherine dare et concedere voluerit in perpetuum, idest unam domum ipsorum, quod olim fuit dicti Lutii patris sui, terrineam et solaratam cum cameris infra se et porticali ante se,

f. 51v

omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis hunivesis et cum introitibus et exitibus suis quam domum dicta domina Catherine et Renzolinus, eius maritus, nunc tenent ad pensionem ab ipsis frate et sorore venditoribus, constituentes procuratorem dicti venditores et quilibet eorum ad investiendum ipsum emptorem<sup>(c)</sup> de dicta domo cum omnibus suis usibus, ut dictum est, Ceccholellus Cafari, licet absentem tamquam presentem, et donec fuerit investiti<sup>(d)</sup> constituit se dicti venditores, nomine dicte emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendum dicti venditores eidem emptrici plenam et liberam facultatem concesserunt ut, amodo in antea, dicta emptris dictam domum propria auctoritate possit intrare tenere possidere etc. vendiderunt etiam dicti venditores dicte emptrici omnia iura eis competentia et in futurum competitura in dicta domo contra quoscumque personas et loco, nullo eis nec alteri eorum in predictis aliquo modo reservato. Hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur prefati venditores eidem emptrici, presenti ementi et recipienti, fecerunt pro pretio et nomine pretii centum X librarum provisinorum senatus, de quibus CX libris provisinorum senatus, dicti venditores confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt se recepisse et habuisse pro arris et parte pacamenti dicte domus et quantitatis predicte XII florenorum auri, residuum autem totius dicte quantitatis

f. 52r

CX librarum provisinorum, pretium dicte domus, dicti venditores a prefata emptrice, presente, numeraliter et manualiter receperunt et habuerunt, de quibus CX libris provisinorum, pretium dicte domus, se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. que quidem CX libre, pretium dicte domus, sunt dos seu parte dotis dicte domine Catherine, presenti et confitenti dicto Rençolino viro suo, sic verum esse, et si plus dicto pretio dicta domus cum omnibus suis usibus valeret inter vivos donavit cessit et concessit, et<sup>(e)</sup> promiserunt insuper dicti venditores dicte emptrici, presenti et recipienti ut supra, quod dicta domus, supra confinata<sup>(f)</sup>, cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsorum venditorum et ad eos spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone huniversitati seu loco in totum nec in partem est vendita data donata cessa concessa obligata pignorata etc. nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona

f. 52v huniversitate seu loco factus apparet in preiudicium presentis<sup>(g)</sup> et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter dicta emptris vel sui heredes et successores molestarentur in iudicio seu extra iudicium promiserunt dicti venditores et quilibet ipsorum ipsam emptricem exhonerare ab omnibus turbatoris seu ipsam volentibus quomodolibet perturbare, eorum sumptibus et expensis, cum advocatis et procuratoribus eorundem, ita et taliter quod nullum dampnum patiat<sup>(h)</sup> in ea et sumere in se ipsum iudicium et defensionem usque ad finem cause et finaliter si dicta emptris vel sui heredes et successores dampnum aliquod paterentur, expensas fecerunt aut evicti fuerunt in totum vel in partem promiserunt dicti venditores omnia dampna, omnes expensas et interesse de aliis eorum bonis propriis in pecunia numerata et non in alia specie seu re, reficere et resarcire ac ipsam evitione duplam etiam si in totum evincerentur, asserentes et confitentes dicti venditores talem esse in Urbe consuetudinem in promissione evictionum quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto, pro quibus dampnis et expensis etc. et renumpsiaverunt etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dictorum venditorum et cuiuslibet ipsorum et pro eis penes dictam emptricem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, Ceccholinus magistri Raynaldi de regione Columpne sponte fideiussit in casu evitionis tantum et dictus<sup>(i)</sup> Nucius, vir dicte domine, sponte fideiussit, ut supra, in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluit teneri in omnibus et per omnia prout et sicut venditrici

f. 53r tenetur et obligati sunt teneri et obligari possent, vigore presentis contractus, et quo ad dictum fratrem Iohannem se et bona eorum principalibus obligaverunt animo donandi, pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et in omni curia et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato “missum” <sup>(b)</sup> Ripetuto “quilibet ipsorum” <sup>(c)</sup> Così P, ma intendasi “ipsam emptricem” <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> Depennato “d” <sup>(f)</sup> In realtà é stato omissso il consueto riferimento ai confini della casa <sup>(g)</sup> Omissso “contractus” <sup>(h)</sup> È stata depennata la “n” dal precedente “patiantur” <sup>(i)</sup> Depennato “et”.

53.

1368, maggio 25

Giovanni *Cercellutus* del rione Trevi, con la garanzia di Lorenzo *detto lo Viecchio* del rione Pigna, riceve in deposito da Egidio *Sollacii* detto Iencha del rione Pigna la somma di 4 fiorini d'oro e promette di restituirla entro la festa di S. Angelo del prossimo mese di settembre.

Indictione VI mense maii die XXV.

Testes: Andreotius Sassi de regione Pinee et Iohannes Grassus proseneta.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Cercellutus de regione Trivii, ut principalis debitor, et Laurentius dictus alias lo viecchio de regione Pinee, ut fideiussor ipsius, et quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ceteri liberentur, ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere ab Egidio Sollacii dicto alias Iencha de regione Pinee, presenti et deponente, quatuor florenos auri, de quibus nunc presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt duos florenos auri, alios duos confessi sunt se recepisse et habuisse, de quibus

f. 53v etc. et renumpsiaverunt etc. quos quatuor florenos auri dicti depositarii tenere et custodire promiserunt ad omne ipsorum rescicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Egidio redere et restituere promiserunt hinc ad festum Sancti Angeli de mense septembris proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et renumpsiaverunt etc.

54.

1368, maggio 26

Il nobile Buzio figlio del defunto Paolo *Capucie de Capoccinis* del rione Pigna rilascia una quietanza a Pasquale di Luzio *de Foromarerii*, procuratore del nobile Lippo di Tuzio *de Marerero*, ed al garante Giovanni di Matteo di Martino del rione Pigna per aver ricevuto un rimborso di 220 fiorini d'oro, come risulta da un atto rogato dallo stesso notaio Paolo de Seromanis, nel quale risultano depositati 825 fiorini d'oro da restituire in quattro rate a cominciare dal mese di maggio.

Il depositante, dopo aver ricevuto il primo rimborso, precisa che la somma residua ammonta a 605 fiorini d'oro.

f. 54r Indictione VI<sup>a</sup> mense maii die XXVI<sup>o</sup>.

Actum in loco capituli ecclesie Sancte Marie supra Minerbam, presentibus hiis testibus scilicet fratre Iacobo Marci de regione Pinee, fratre Ricardo de Terracena ordinis predicatorum et Sabbutio Rentii Tucii Mandi de regione Trivii.

In presentia Nicolai Iohannis Francisci et mei notarii et testibus etc. nobilis vir Bucius filius olim nobilis viri Pauli Capucie de Capocchinis de regione Pinee, qui iuravit etc. sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Paschuali Luttii de Foromarerii, presenti et recipienti vice et nomine magnifici viri Lippi Tucci de Mareriro, principalis debitoris, et Iohanni Mathei Martini de regione Pinee, fideiussori ipsius Lippi, et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicti Lippi, idest omnia iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expresas ypothecaria seu mistas que et quas dictus Bucius habet vel habere posset seu sperat contra ipsos Lippum et Iohannem et quemlibet eorum et bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum, pretestu et occasione ducentorum XX florenorum auri in quibus dictus Paschualis, ut procurator dicti Lippi, procuratorio nomine ipsius, ut principalis debitor, et dictus<sup>(a)</sup>

f. 54v

Iohannes, ut eius fideiussor, et quelibet ipsorum in solidum tenetur dicto Bucio, vigore cuiusdam instrumenti depositi continentis quantitatem VIII<sup>c</sup>XXV florenorum auri, scripti manu mei notarii, quos VIII<sup>c</sup>XXV florenos auri dictus procurator, nomine quo supra, et dictus Iohannes eidem Butio solvere promiserunt infra quatuor pachis videlicet pro prima de presente mense maii ducentos XXV florenos auri<sup>(b)</sup> et sic prout sequitur successive prout in dicto instrumento continetur. Hanc autem refutationem et omnia et singula que in hoc instrumento continetur dictus Bucius, predictis supra nominatis, recepit pro sese ipsis et quo supra nomine, et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicti Lippi, fecit de dictis ducentis florenis auri tantum et XX pro eo quod presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a dictis Paschuale et Iohanne dictos II<sup>c</sup>XX florenos auri tantum, de quibus II<sup>c</sup>XX florenis auri dictus Bucius se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod iura dictorum II<sup>c</sup>XX florenorum auri tantum, nulli alii persone universitati se loco sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit

f. 55r

teneri de evictione de aliis bonis suis, pro quibus omnibus observandis dictus Bucius obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. salvo semper et reservato ipsi Bucio iure residui totius quantitatis prefate contra predictos Lippum et Iohannem et quemlibet ipsorum et bona ipsorum scilicet VI<sup>c</sup>V florenos auri qui fuerunt et sunt residuum totius quantitatis predicte secundum quod in ipso instrumento depositi continetur etc. et voluit pro predictis observandis dictus Bucius<sup>(c)</sup> posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “et dictus” <sup>(b)</sup> Così P, tuttavia la rata del primo rimborso, più volte ripetuta, è sempre indicata, tranne che in questo caso, in 220 fiorini d’oro: una conferma si può ricavare dalla precisazione conclusiva dell’atto nella quale il depositante dichiara di dover ancora ricevere la somma di 605 fiorini per completare l’intera restituzione del prestito di 825 fiorini <sup>(c)</sup> Depennato “pro”.

55.

1368, aprile 30

Stefanello figlio del sarto Pietro di Cecco del rione Monti, presentatosi nel palazzo del Campidoglio davanti al banco dei giudici collaterali e non potendo avere copia della deliberazione emessa da Giovanni *de Gualdo*, dottore in legge e collaterale dell’attuale senatore, dichiara che la sentenza deliberata dal giudice Giovanni nella causa promossa da Santo *Alte*, dopo la precedente richiesta di ablazione dei beni materni avanzata dallo stesso ricorrente, stabiliva che Stefanello era erede della quinta parte di una vigna, vincolata da una obbligazione dotale, lasciatagli in eredità dalla madre e che sarebbe divenuto proprietario solo se avesse pagato a Santo la metà del prezzo della parte vincolata.

Il ricorrente osserva, a questo proposito, che il deliberato é da ritenersi privo di efficacia ed é contrario al diritto ed alla giustizia, perché né egli né un suo procuratore sono stati citati per ascoltare la sentenza che va oltre lo scopo della sua richiesta di incameramento dei beni materni; chiede perciò di poter ricorrere al capitano o ad un giudice competente delegati per l’esame degli appelli e precisa che, in attesa dell’esito del ricorso, non si debba mutare in nessun modo il suo diritto.

Indictione VI<sup>a</sup> mense aprilis<sup>(a)</sup> die ultimo.

Testes: Petrucius Nicolai dicti Boccapertuso et Anthonius Tucci Ubere de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Stephanellus Petri Cecchi sutoris de regione Montium in palatio Campitolii ante banchum dominorum collateralium<sup>(b)</sup>, cum copia sapientis viri domini Iohannis de Gualdo, legum doctoris, iudicis palatini et collateralis presentis domini senatoris, habere non possit, dixit quamdam sententiam latam contra ipsum Stephanellum per ipsum<sup>(c)</sup>

f. 55v

dominum Iohannem, iudicem et successorem predictum, contra ipsum Stephanellum ad petitionem Santi Alte de regione Montium, si sententia dici potest, in ea parte in qua lata fuit contra dictum Stephanellum, quod expresse negatur, in qua dicitur pronumpsiasse ipsum Stephanellum fuisse et esse heredem matris sue pro quinta parte et quia vinea, contenta in petitione oblationis per ipsum Stephanellum contra ipsum Santum, apparebat obligata dicte matri sue pro dote et sic ipse tenetur ad solvendum medietatem, si vinea luere voluisset, quod non intervenit, et ideo considerantes ipsum in una, ex quinque partibus, succedere in bonis dicte matris sue, ideo ipsum Sanctum ad concessionem dicte quinte partis dicte vinee faciendum dicto



Stephanello, ut heredi dicte matris sue, pro quinta parte quondam ab aliis autem in dicta petitione contenta absolvit sic vel aliter, plus vel minus, prout in dicta sententia, si sententia potest quod negatur plenius, dicitur continere fuisse et esse ipso iure, nullam et nullius valoris efficacie et momenti in quantum facit contra dictum Stephanellum utpote latam et datam contra Deum, ius et iustitiam, de facto potius, quam de iure ex arupto perperam et inique causa non condita ipso Stephanello non citata etc. eius

f. 56r

iure non discusso. Item et pro eo quod dictus Stephanellus nec eius procurator minime citati fuerunt ad sententiam audiendam. Item et pro eo quod dicta senentia excedit fines petitiones oblationis et propter multas alias iustas causas, facto seu loco et tempore, proponendas et declarandas, scilicet, si qua est seu dici dictam sententiam, quo ad dictam partem, quod non credit, sensiens se iura sua gravata esse et in posterum gravari posset ex predictis, idcirco ad futurum dominum capitaneum super appellationes deputandum<sup>(d)</sup> et ad quemlibet alium iudicem competentem principaliter duxit eligendum, in hiis scriptis suplicat provocat et appellat et appellos cum instantia sibi, quo supra nomine, dari petit, supponens se bona et iura sua sub protetione et defensione dicti domini capitanei et cuiuslibet alterius iudicis competentis, protestans quod hac appellatione supplicatione et provocatione pendentibus nichil contra ipsum et eius iura debeat innovari etc.

<sup>(a)</sup> Così P, ma normalmente la datazione delle imbreviature é progressiva: nel caso di un probabile errore dell'indicazione del mese, cioè aprile anziché maggio, segnalo che, in questo caso, l'ultimo giorno di maggio é il 31 <sup>(b)</sup> Depennato "d" <sup>(c)</sup> Ripetuto "per ipsum" <sup>(d)</sup> P "deputantum".

56.

1368, giugno 1

Stefanello di Giacobello di Domenico del rione Campo Marzio, che si obbliga per il figlio Giacomo, ed il figlio Paolo da una parte, e Coluzia di Cola *Brende*, che si obbliga per il padre e per i fratelli Tuzio, Coluzia e Lorenzo, e Pietro di Nicola detto *Boccapertuso* del rione Pigna, che si obbliga per il padre, dall'altra parte, nominano arbitro il nobile Paolo *de Cartaris*, sindaco del popolo romano, per risolvere la controversia sorta tra loro.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare e di concordare una pace perpetua o temporanea tra le due parti in contrasto, con l'impegno che il compromesso sia valido entro i prossimi 8 giorni.

Le parti promettono di osservare l'arbitrato e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro preghiera e richiesta di Coluzia e Petruzio si offrono quali garanti Lorenzo *Infantis*, Ceccolo cimatore e Nuzio *Spene* del rione Pigna; allo stesso modo dietro preghiera e richiesta di Stefanuzio e dei figli si offrono quali garanti Giovanni *Vinalci* del rione Campo Marzio e Tebaldo *Talgentis* del rione Campitelli.

f. 56v

Indictione VI<sup>a</sup> mense iuniii die primo.

Testes: Lutius Philippi, Lellus Statii, Paulus de Cartariis, Paulus Buccamoza.

In presentia mei notarii etc.<sup>(a)</sup> Stephanellus Iacobelli Dominici, Paulus eius filius, qui iuravit etc. de regione Campimartiis, qui Stephanellus, pro Iacobo filio suo, promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, ex una parte, et Colutia Cole Brende, qui pro dicto Cola, patre suo, Tucio, Colutia et Laurentio, fratribus suis, similiter promisit de rato et bona sua principaliter obligavit, et Petrus filius Nicolai dicti alias Boccapertuso de regione Pinee, qui simili modo iuravit etc. et pro dicto Nicolao patre suo promisit de rato, et se et bona sua principaliter obligavit, ex parte altera, ac die presente sponte compromiserunt in nobilem virum Paulum de Cartaris scyndicum Romani populi, presentem et recipientem de omni lite briga discordia et questione vertente et que versa fuit inter ipsas partes usque in presentem diem, dicto facto seu opere, dantes et concedentes dicte partes dicto Paulo,

f. 57r

arbitro et arbitratori predicto, plenam et liberam potestatem arbitrandi inter ipsas partes alte et basse, de facto vel de iure, semel et pluries, pacem et securitatem perpetuam vel ad tempus cum

satisfatione vel sine etc. promictentes dicte partes ad alterutrum omne arbitrium laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et contra non facere vel venire<sup>(b)</sup> et ab ipso seu ipsis non appellare supplicare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri sub obligatione bona ipsarum partium et pena V<sup>c</sup> librarum provisinorum, applicada pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti, renumptiaverunt dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis pro quibus etc. et renumptiaverunt etc. quod compromissum dicte partes durare voluerunt hinc ad VIII<sup>o</sup> dies proxime futuros etc. et ad hec precibus et rogatu dictorum Colutie et Petrucii et cuiuslibet ipsorum et pro eis, Laurentius Infantis, Cecchulus accimator, Nucius Spene de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, fideiusserunt penes dictos Stephanucium et Paulum eius filium, presentes et recipientes pro se et quibus supra nominibus et me notarium etc in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum etc. et renumptiaverunt etc. et versa vice ad petitionem et instantiam dictorum Stephanucii et filiorum et cuiulibet ipsorum et pro eis et<sup>(c)</sup> nominibus quibus supra, etc. Iohannes Vinalci

f. 57v

de regione Campimartis et Theballus Talgentis de regione Campitelli et quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt penes dictos Colutiam et Petrucium e quemlibet ipsorum, presentes et stipulantes pro sese ipsis

et quibus supra nominibus, in omnem causam et eventum omnium predictorum ad penam predictam, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “S” <sup>(b)</sup> Depennato “sub” <sup>(c)</sup> Depennato “ce”.

57.

1368, giugno 5

Matteolo figlio del defunto Cola *Quaranta* del rione Pigna vende a Caterina moglie di Nisciolo calzettaio del rione Campitelli due pezze di vigneto, con la corrisposta del quarto dovuta alla chiesa di S. Angelo *in Foro Piscium* con vasca, tino ed un modesto canneto, situate fuori della porta di S. Paolo al prezzo di 27 fiorini e mezzo d'oro, ricavati dalla dote dell'acquirente con il consenso del marito.

Il venditore nomina suo procuratore Buzio *Raytini* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Matteolo si offre quale garante Nuzio di Lullo giubbonaio per la convalida del diritto di proprietà.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iunii die quinto.

Testes: Nucius Infantis, Petrus Angelelli, Cecchus Symoncelli dictus Chiavica.

Actum ante ecclesiam Salvatoris in Pesulis.

In presentia mei notarii et testium etc. Matheolus filius olim Cole Quaranta de regione Pinee, qui iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Catherine uxoris Niscioli calsectarii de regione Campitelli, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus vel cui ipsa empris dare et concedere voluerit in perpetuum, videlicet vites et arbores duarum petiarum vinearum, plus vel minus quante sunt, ad quartam redendam ecclesie Sancti Angeli in Foro Piscium cum parte vasce vaschalis et tyni et cum modico canneto, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis, que vinea posita est extra portam Sancti Pauli, inter hos fines, ab uno latere tenet idem venditor, ab alio Franciscus de platea iudeorum vel si qui etc. et per Bucium Raytini predictum, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam empticem de vinea supradicta, investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitam constituit se dictus venditor nomine dicti emptoris et pro eo tenere et possidere, vendidit etiam dictus venditor eidem emptrici omnia iura sibi competentia in dictis vineis et iuribus et pertinentiis suis, ad quam possessionem adimplendum dictus venditor eidem emptrici plenam licentiam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictas vineas propria auctoritate possit intrare etc. nullum sibi ius in predictis aliquo modo reservavit etc. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus

f. 58r

venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii viginti septem florenorum auri cum dimidio, quos presentialiter et manualiter recepit, de quibus etc. et renumpiavit etc. qui quidem XXVII floreni<sup>(a)</sup>, pretium dictarum vinearum, sunt dos seu de parte dotis dicte domine Catherine empticis, presente et confitente dicto Nisciolo, viro suo, sic verum esse et si plus dicto pretio valeret dictus venditor honesti amoris et dilectionis causa inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor quod dicte vinee cum omnibus suis usibus sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa in totum nec in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium appareret voluit teneri de evictione<sup>(b)</sup> in forma et prout iura volunt, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpiavit etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Matheuli, venditoris, penes<sup>(c)</sup> dictam empticem, presentem et stipulantem, Nucius Lulli<sup>(d)</sup> iubarellarius de regione Pinee sponte fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum<sup>(e)</sup>, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit etc.

f. 58v

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi “dicte empticis et pro ea” <sup>(b)</sup> P “evictio” <sup>(c)</sup> Depennato “dictum” <sup>(d)</sup> Corretto “Lalli” in “Lulli” <sup>(e)</sup> P “predicto”.

58.

1368, giugno 7

Paolo *de Cartariis* è stato eletto arbitro da Stefanuzio di Giacobello di Domenico sarto e dai figli Paolo e Giacomo, da una parte, da Cola *Brende* dai figli Tuzio e Coluzia, dall'altra parte, ed ancora da Cola detto *Boccapertuso* del rione Pigna, insieme al figlio Petruzio, come risulta dal compromesso rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, per risolvere la loro controversia (v. doc. 184).

L'arbitro, insediato nel palazzo del Campidoglio, delibera, sotto pena di una ammenda prevista nel compromesso, che l'indomani nel vespro le parti, seguite ciascuna da 12 compagni, dovranno incontrarsi presso il quadrivio di Lello di Stazio e Coluzia di Cola *Brende* dovrà chiedere pubblicamente perdono a Paolo di Stefanuzio e, allo stesso modo Petruzio dovrà chiedere perdono a Paolo; assolto l'atto di riparazione nei confronti di Paolo sarà stipulata la pace.

f. 59r

Indictione VI<sup>a</sup> mense iunii die VII<sup>o</sup>.

Testes: Bucius de Scincis de regione Arenule, Iohannes Quatracie de regione Sancti Eustachii.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. Nos Paulus de Cartaris, arbiter arbitrator amicabile compositor et communis amicus, conoscentes<sup>(a)</sup> de causa briga et questione que versa est inter Stephanucium Iacobelli Dominici sutorem, Paulum, eius filium et \*\*\*\*\*<sup>(b)</sup> eius fratrem filium dicti Stephanucii, ex una parte, et Colam Brendam, Tucium et Colutiam, eius filios, ex parte altera<sup>(c)</sup>, Colam dictus alias Boccapertuso de regione Pinee et Petrucium, eius filium, ex parte altera<sup>(d)</sup>, ut patet de compromisso in nos factos manu mei eiusdem notarii, viam arbitrationis respicientem pro bono pacis et concordie ipsarum partium, pro tribunali sedentibus in palatio Campitolii, Christi nomine invocato, in hiis scriptis hoc nostro arbitramento semper firmo manente, arbitramur laudamus et arbitrando precipiendo mandamus, ad penam in dicto in nos facto compromisso contentam, quatenus cras

f. 59v

in vesperis predictae partes debeant se, cum XII sociis a longius pro quolibet ipsarum, personaliter convenire in quatrivio Lelli Statii et dictus Colutia Cole Brende dicat ista verba dicto Paolo filio dicti Stephanucii “Paolo sio avessi facto che bielli contra de ti pregote che perdoni in perciò chello feci pro spartire” et dictus Paulus traga la spada et dica<sup>(e)</sup> “Se io avessi auta questa spada in mano non seria stato tocchato, me que che sia per reverentia dello scentico io te volgio per frate” et deinde dictus Petrucius dicat similiter dicta verba et dictus Paulus similiter respondeat, quibus omnibus adimpletis<sup>(f)</sup> mandamus, ad penam predictam, pacem fieri inter predictas partes cum curis et cautelis de iure sufficientibus, reservata nobis potestate iterum et iterum arbitrandi etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> È stato omesso “Iacobum” che ricorre nel precedente doc. 184 <sup>(c)</sup> Segnaliamo una disparità nella designazione dei nomi rispetto al precedente compromesso del doc. 184: infatti i rappresentanti di questo gruppo fanno capo a “Coluzia Brende” e che “Tucius” e “Colutia” insieme a Laurentius sono indicati come fratelli <sup>(d)</sup> In questo caso, rispetto al doc. 184 è citato in prima persona “Cola dictus Boccapertuso” insieme al figlio “Petrucius” <sup>(e)</sup> L’amanuense abbandona provvisoriamente il latino notarile e prosegue, a sua volta, con una breve espressione in volgare romano <sup>(f)</sup> P “adimplatis”.

59.

1368, giugno 7

Cecco di Luzio *Freschi* e Simeone di Federico del rione di S. Eustachio, esecutori testamentari di Filippo di Silvestro *Ciciliani* dello stesso rione, rilasciano una quietanza ad Andrea vedova di Giovanni Porcarii in seguito al pagamento della somma di 4 libbre di provisini del senato da lei dovuti a Filippo, mentre era in vita, a compenso del lavoro (pro laborerio) prestato nel vigneto situato fuori della porta di S. Paolo.

f. 60r

Indictione VI<sup>a</sup> mense iunii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Ceccolellus Cafari et Oddo de Seromanis.

Actum ante domum meam.

In presentia mei notarii etc. Cecchus Lutii Fuschi de regione Sancti Eustachii et Symeonus Frederici de dicta regione, executores testamenti et ultime voluntatis Philippi Silvestri Ciciliani de dicta regione, executorio nomine quo supra, sponte renumpsiaverunt dicte Andree uxori olim Iohannis Porcarii de regione Pinee, presenti et recipienti, idest omnia iura que dictus olim Philippus habebat in vita sua et nunc dicti executores, executorio nomine quo supra, habent contra ipsam dominam Andream, pretestu et occasione IIII<sup>or</sup> librarum provisinorum in quibus dicta domina Andrea eidem Philippo tenebatur pro laborerio vinearum ipsius domine Andree, facto per dictum Philippum, positarum extra portam Sancti Pauli, inter suos confines. Hanc autem refutationem dicti executores, quo supra nomine, eidem domine fecerunt pro eo quod presentialiter et manualiter receperunt dictas IIII<sup>or</sup> libras provisinorum, de quibus etc. et refutaverunt etc. et promiserunt de evictione etc.

60.

1368, giugno 14

Stefanello di Giacobello di Domenico sarto del rione di Campo Marzio, che si obbliga per il figlio Giacomo, ed il figlio Paolo del rione Pigna, da una parte, e Nicola di Paolo *Brende*, che si obbliga per il figlio Tuzio, e il figlio Coluzia, e Petruzio di Nicola detto *Boccapertuso*, che si obbliga per il padre, dall'altra parte, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il reciproco scambio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente sia con le parole che con i fatti e, per la conservazione della pace, impegnano tutti i loro beni mobili ed immobili e, in caso di inadempienza, si sottopongono ai provvedimenti di legge e ad una ammenda di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro preghiera e richiesta di Stefanuzio e di Paolo, presenti anche a nome di Giacomo, si offrono quali garanti Cola *de Roma*, Nuzio di Giovanni *Pariscii*, Buzio di Giacomo e Giovanni fabbro del rione Campo Marzio; allo stesso modo, su preghiera e richiesta di Cola *Brende* e di Coluzia, presenti anche a nome di Tuzio, si offrono quali garanti Ceccolo cimatore, Paolo *Buccamoza* e Lello di Corraduzio del rione Pigna e Tuzio *Bobonis* del rione Campitelli; ed ancora dietro preghiera e richiesta di Petruzio, presente anche a nome

del padre Nicola, si offrono quali garanti Nuzio *Buccamoza*, Coluzia dello *Refredo* sarto, Renzo *Infantis* e Renzo di Paolo *Mancini* del rione Pigna.

- f. 60v Indictione VI mense iunii die XIII.  
Testes: Lellus Statii, Lutius Philippi, Nicolaus Cafari, Angilectus pelliparius de regione Pinee.  
Actum in quatrivio Lelli Statii.  
In presentia mei notarii et testium etc. Stephanellus Iacobelli Dominici sutor de regione Campimartis, qui pro Iacobo filio suo promisit de rato et se et bona sua principaliter<sup>(a)</sup> obligavit, et Paulus eius filius de regione Pinee qui iuravit etc., ex una parte, Nicolaus Pauli Brende, qui pro Tucio filio suo promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, Colutia eius filius, qui etiam Colutia iuravit etc. et Petrucius filius Nicolai dicti alias Boccapertuso, qui simili modo iuravit etc. et qui<sup>(b)</sup> dicto Nicola patre suo promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, ex parte altera, ac die presente inter sese ad alterutrum dicte partes fecerunt prestiterunt et reddiderunt pacem et securitatem perpetuam, osculo horis interveniente inter ipsas partes, et
- f. 61r remiserunt dicte partes ad alterutrum omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter sese ipsas usque in presentem diem, dicto facto seu opere, et promiserunt dicte partes, pro sese et quibus supra nominibus, ad alterutrum de cetero non offendere nec offendi facere una pars alteri et altera alteri ad penam legis et V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus applicandam<sup>(c)</sup>, si contra factum fuerit, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti offense, me notario ut publica persona stipulante et recipiente vice et nomine dicte camere et absentium, et voluerunt quod totiens dicta pena tollatur tolli et exigi possit quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis firmis manentibus, actum et declaratum expresse inter ipsas partes, quod<sup>(d)</sup> securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, renumpiaverunt in predictis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura, renumpiaverunt in predictis capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus, ex arbitrio non exigendis et ad hec ad preces et instantiam ditorum Stephanucii et Pauli, pro se et dicto \*\*\*\*\*<sup>(e)</sup> filio dicti Stephanucii et quolibet ipsorum, Cola de Roma, Nucius Iohannis Pariscii, Butius Iacobi, Iohannes ferrarius [omnes]\* de regione Campimartis, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideisserunt penes<sup>(f)</sup> predictos Nicolaum, Colutiam et Petrucium et quemlibet ipsorum, presentes et recipientes, et me notarium ut publicam personam recipientem pro dictis Tucio et Boccapertuso et quolibet ipsorum et promiserunt quod predicti Stephanucius et filii e quilibet ipsorum predictorum predictam pacem et securitatem perpetuam perpetuo observabunt inlesam et quod de cetero non offendent nec offendi facient in persona vel bonis predictos omnes supra nominatos nec aliquem ipsorum ad penam predictam aplicandam, ut supra, pro quibus omnibus observandis dicti fideiussores obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc.
- f. 61v et versavice ad petitionem et instantiam ditorum Nicolai Brende et Colutie, filii sui, nec non et pro dicto Tucio, absente, et quolibet ipsorum, Cecchulus accimator, Paulus Buccamoza, Lellus Corraducii [omnes]\* de regione Pinee<sup>(g)</sup>, Tucius Bobonis de regione Campitelli, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt pro dictis Nicolao Brenda et filiis et quolibet ipsorum penes dictos Stephanucium et Paulum, presentes et recipientes, et me notarium recipientem pro dicto \*\*\*\*\*<sup>(h)</sup> filio dicti Stephanucii, absente, et promiserunt quod dicti Nicolaus et filii seu alter ipsorum perpetuo non offendent nec offendi facient predictos Stephanucium et filios nec alter ipsorum in persona vel bonis immo dictam pacem et securitatem perpetuo observabunt illesam ad penam supradictam, stipulatam et aplicandam ut supra, pro quibus omnibus observandis dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc. nec non ad preces et instantiam dicti Petrucii, pro se et dicti Nicolao, patre suo, penes predictos Stephanucium et Paulum, presentes
- f. 62r et recipientes ac legitime stipulantes et me notarium ut publicam personam stipulantem pro dicto filio Stephanucii, absentem, Nucius Buccamoza, Coluzia dello Refredo sutor, Rentius Infantis et Rentius Pauli Mancini [omnes]\* de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt et promiserunt sese facturos et curaturos quod dicti Petrucius et Cola, eius pater, et quilibet ipsorum dictas pacem et securitatem perpetuam perpetuo observabunt illesas et quod de cetero non offendent nec offendi facient pro sese vel alium aut alios in personis vel bonis predictos Stephanucium et filios nec alterutrum ipsorum ad penam predictam, aplicandam<sup>(i)</sup> ut superius est expressum obligantes pro predictis omnibus et singulis observandis dicti fideiussores et quilibet ipsorum omnia bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura, renumpiaverunt etiam in predictis predicti principales et fideiussores posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennata la seconda “I” del precedente “principaliter” <sup>(b)</sup> Omesso “pro” <sup>(c)</sup> P “aplicanda” <sup>(d)</sup> Depennato “totiens pax no”  
<sup>(e)</sup> Omesso “Iacobo” <sup>(f)</sup> P “pene” <sup>(g)</sup> Omesso “et” <sup>(h)</sup> Omesso di nuovo “Iacobo” <sup>(i)</sup> P “aplicanda”.

Nuzio *Branche* del rione Colonna, in presenza dei notai Sabba di Paolo e Paolo *de Seromanis*, dà in locazione per 8 anni a Nicola *Baracte* del rione Pigna, procuratore di Andrea di Oddone di Palombara e del figlio Andreuzio, come risulta dalla procura rogata dal notaio Giovanni di Damiano, un mulino con una casa e un corso d'acqua, situato in *Romangia* nel territorio del *castrum Montorii* per un canone annuo di 30 rubbia di grano *ad mensuram romanam* da consegnare entro il mese di dicembre nella casa dello stesso Nuzio a spese dei locatari.

Nicola promette di riconsegnare il mulino, la casa il corso d'acqua nelle stesse condizioni entro un mese dalla fine della locazione, salvo il caso di una sorte avversa. I contraenti convengono infatti che se durante il periodo di locazione, nel territorio dove si trova il mulino, accadessero disordini provocati da persone ostili o dall'esercito dei romani e il mulino non potesse convenientemente macinare, in tal caso i locatari, durante il periodo dei disordini, non sarebbero tenuti a consegnare il canone dovuto per l'affitto.

Dietro preghiera e richiesta del procuratore Nicola si offrono quali garanti Buzio di Ottaviano del rione Ripa, Randolfo di Buzio di Enrico *de Thedallinis* del rione Colonna, Martino *Tracchioli* e Nettolo di Meolo di Omodeo del rione Trevi.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iunii die XIII<sup>o</sup>.

Teste: Petrus Thomai, dominus Andreas filius olim Galgioffi et Rentius Palonbarie.

Actum ante ecclesiam Sancti Marcelli.

In presentia Sabbe magistri Pauli et mei notariorum et testium etc., nobilis vir Nucius Branche de regione Columpne sponte locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit, pro infrascripto tempore, Nicolao Baracte de regione Pinee, procuratori et persone legitime magnificorum virorum Andree domini Oddonis de Palonbaria et Andreutii eius filii, procuratorio nomine ipsorum suorumque heredum et successorum recipienti, ut de ipso procuratorio pene patet manu domini Iohannis Damiani publici notarii a nobis notariis viso et lecto, idest quod molendinum ipsius Nucii cum domo et aqua ipsius omnibusque suis utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis, ad habendum tenendum fructificandum, macinari faciendum, alteri locandum et de eo; pro infrascripto tempore faciendum quicquid sibi<sup>(a)</sup> placuerit tamquam de re propria, quod molendinum positum est in Romangia in territorio castrum Montorii, inter hos fines, ab uno latere est res Massii domini Petri, ab alio via publica et colle Palumbi vel si qui etc. quod molendinum dictus<sup>(b)</sup>, procuratorio

nomine quibus supra, confessus fuit sibi, quo supra nomine recipienti, assignatum esse etc. Hanc autem locationem et que dicta sunt dictus Nucius dicto procuratori, quo supra nomine recipienti, fecit pro VIII annis proxime futuris incipiendo a die presentis locationis et pro eo quod dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, promisit et convenit dicto Nucio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus, redere et respondere eidem Nucio aut heredibus et successoribus suis omni anno annuatim, per totum mensem decembris durantibus dictis VIII annis, pro reddito et pensione dicti locationis triginta rubla boni grani sine malitia ad mensuram romanam, posita in domo dicti Nucii, sumptibus et expensis dictorum Andree et Andreutii eius filii. Insuper dictus Nucius promisit et convenit dicto procuratori, quo supra nomine recipienti et notariis nobis<sup>(c)</sup> ut publicis personis stipulantibus pro dictis Andrea et Andreutio, quod dictum molendinum cum omnibus suis usibus etc. est ipsius Nucii et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod dictis VIII annis nemini est venditum datum donatum etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, quibus dictis octo annis integre revolutis promisit et convenit dictus procurator, quo supra nomine recipienti, eidem

Nucio<sup>(d)</sup>, pro se et<sup>(e)</sup> suis heredibus et successoribus recipienti, dictum molendinum resignare ita et taliter quod abilis macinandum cum domo et canali sicut nunc est, nisi in casu fortune, quo casu non teneatur infra iunius mensis spatium a die finite dicte locationis. Item actum et conventum estitit inter ipsum Nucium et dictum procuratorem, quo supra nomine recipientem, quod si durante dicta locatione, in partibus ubi dictum molendinum positum est, esse briga generalis aut ibidem societates inique aut exercitus romanorum seu briga cum romanis, quo casu dictum molendinum congrue macinare non posset, quod pro tempore non macinaret quod dicti Andreas et Andreotius, eius filius, nec dictus procurator, nomine quo supra, ad dictum incensum sive pentionem minime teneantur, quia sic actum et conventum estitit inter eos, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus procurator, quo supra nomine, obligavit bona predictorum, quorum procurator est, et dictus Nucius omnia bona sua ad alterutrum etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt posse cogi pro predictis omni tempore etc. et renumpiaverunt etc. et ad hec ad petitionem et instantiam predictis procuratoris, quo supra nomine, penes dictum Nucium, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, Bucius Octabiani de regione Ripe, Randulfus Bucii Herrici de Thedallinis de regione Columpne, qui iuravit etc. Martinus Tracchioli, Nectolus Meuli Hominisdei de regione Trivii, quilibet ipsorum in solidum, sponte ex certa scientia fideiusserunt in omnem casum causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluerunt teneri et obligati esse in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus procurator, quibus supra nominibus tenetur et obligatus est, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt omnia eorum bona et cuisulibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerut pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato pp <sup>(b)</sup> Omesso “Nicolaus” o “procurator” <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> Corretto Nucii in Nucio poi depennato q <sup>(e)</sup> Non depennato s seguito da una macchia di inchiostro.

## 62.

1368, giugno 14

Nuzio *Brance* del rione Colonna, in presenza dei notai Sabba di mastro Paolo e Paolo *de Seromanis*, rilascia una quietanza a Nicola *Baracte* del rione Pigna, procuratore di Andrea di Oddone di Palombara e del figlio Andreuzio, per i diritti che vantava sulle persone da lui rappresentate, sui loro *castra*, sui loro vassalli e sui loro beni, dopo aver ricevuto 30 rubbia di grano e 12 fiorini d'oro in relazione ad un arbitrato rogato dal notaio Nuzio di Pietro *scrinarius*.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia supradicti Sabbe et mei notariorum et testium etc. dictus Nucius ac die presente, sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo, remisit supradicto procuratori, quo supra nomine recipienti, omnia iura omnesque actiones que et quas nunc dictus Nucius habet vel habere posset quomodolibet<sup>(a)</sup>

f. 65r in futurum contra et adversus supradictum Andream et Andreutium, eius filium, castra vassallos et bona ipsorum, et mihi notario ut publice persone recipienti pro dictis<sup>(b)</sup> Andrea, Andreutio, vassallis et castris ipsorum et cuiuslibet ipsorum et bona ipsorum usque in diem presentem quomodocumque et qualitercumque, ita quod hec refutatio sit generalis et generalissima et omnia in ea veniant et venire intelligantur prout si essent expressa et specificata. Hanc autem refutationem fecit dictus Nucius dicto procuratori, procuratorio nomine quo supra recipienti, qui confessus fuit se recepisse a dictis Andrea et Andreutio, eius filio, ac suis vassallis omne id ad quod<sup>(c)</sup> eidem tenetur, usque in presentem diem, triginta rubla grani et XII florenos auri, in quibus dictus Andreas eidem Nucio tenetur vigore cuiusdam arbitrii lati inter eos, scripti manu Nucii Petri *scrinarii* notarii, dumtaxat exceptiones que in presente refutatione non veniant per directum nec per oblicum, tacite vel expresse et promisit dictus Nucius dicto procuratori, quibus supra nominibus, de evictione etc.

<sup>(a)</sup> La carta del protocollo presenta, sul margine destro ed inferiore del foglio e in quelle dei dei fogli che seguono fino alla fine del 2° quaderno (ff. 65-72), una macchia variamente estesa, a seconda dei fogli, precedentela stesura delle imbreviature e il notaio per evitare una lettura difficoltosa é indotto a restringere nello spazio bianco utile, secondo i casi, l'abituale giustezza della riga  
<sup>(b)</sup> Depennato “va” <sup>(c)</sup> P “quo”.

## 63. 1368, giugno 16

Pietro di Giacomo del rione Pigna rilascia una quietanza a Nuzio di Lullo dello stesso rione, presente anche a nome di Nuzio di Matteo *Rubei* suo garante, in relazione ad un deposito, rogato dal notaio Paolo di Giovanni di Paolo *de Rosa*, dopo aver ricevuto la somma di 10 fiorini d'oro.

f. 65v Indictione VI<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> iunii die XVI.

Testes: Martinus sutor et Matheolus Cole Quaranta de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus domini Iacobi de regione Pinee ac die presente, sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Nutio Lulli de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suo proprio nomine nec non vice et nomine Nucii Mathei Rubei fideiussoris ipsius Nucii<sup>(b)</sup>, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicti Nucii Mathei, idest omnia iura et actiones iustitias et petitiones que et quas dictus Petrus habet vel habere posset nunc et in futurum contra ipsos Nutium Lulli, principalem debitorem, et Nucium Mathei, eius fideiussorem, et quemlibet ipsorum in solidum, pretestu et occasione cuiusdam istrumenti depositi continentis quantitatem X florenorum auri, scripti manu Pauli Iohannis Pauli de Rosa publici notarii, plus vel minus prout in ipso

f. 66r deposito continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Petrus eidem Nucio, presenti et recipienti pro se et nomine quo supra, et mihi notario recipienti ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse dictos X florenos auri, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit dictus Petrus predictis Nucio et mihi notario recipienti ut supra, quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt etc. pro quibus observandis dictus Petrus obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “aprilis” <sup>(b)</sup> Depennato “id”.

64.

1368, giugno 18

Giacomo *de Mutis*, vescovo aretino e vicario del pontefice, promuove alla prima tonsura Giacomo di Gianquitello di Filippino del rione Colonna.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iunii die XVIII.

Testes: dominus Thomaxius de Catellinis canonicus Sancti Petri, dominus presbiter Bartholomeus archipresbiter Sancte Agnetis de Agone et dominus Nicolaus de Roseto.

In presentia mei notarii et testium etc. reverendus in Christo pater et dominus dominus Iacobus de Mutis episcopus Aretinus, vicarius domini nostri pape, promovit ad primam tonsuram Iacobum Ianquitelli Philippini de regione Columpne etc.

65.

1368, giugno 18

Francesco di Gregorio già di Sardegna ed ora di Roma del rione Pigna e la moglie Agnese rilasciano una quietanza a Paolo di Cecco di Alessandro dello stesso rione, presente anche a nome dei garanti Lorenzo *Colemfantis* e di Giacobello di Iuzio calzolaio, per una casa, situata nel rione Pigna, che era stata loro venduta

da Paolo al prezzo di 28 fiorini d'oro, come risulta dall'atto rogato dal notaio *Paolo de Rosa*, sulla quale era stato poi esercitato il diritto di evizione in base ad una sentenza scritta da un pubblico notaio.

La quietanza è stata rilasciata dopo che Francesco ed Agnese avevano ottenuto la restituzione del prezzo di 28 fiorini d'oro ed avevano restituito la casa a Paolo; inoltre essi dichiarano di rinunciare al rimborso del doppio della somma pagata, come è previsto per i beni sottoposti ad evizione.

Dietro richiesta di Francesco e di Agnese si offre quale garante Petruzio per la convalida del loro diritto alla restituzione della somma.

f. 66v

Indictione VI<sup>a</sup> mense iunii die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: Nardus calsolarius de regione Columpne, Iohannes Palmus de regione Parionis et Guilielmus de Rubeis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Francischus Gregorii dudum de Sardinia nunc de Urbe de regione Pinee, cum consensu et voluntate Agnetis uxoris sue, et dicta Agnes, cum consensu et voluntate dicti viri sui, que Agnes renumpiavit etc. sponte et ex certa scientia renumpiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt Paulo Cecchi Alexandri de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et vice et nomine Laurentii Colemfantis et Iacobelli Iutii calsolarii fideiussoribus suis, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro eis idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas dicti vir et uxor et quilibet ipsorum nunc habet et in futurum habere possent seu sperant contra et adversus

f. 67r

ipsum Paulum, ut principalem, et dictos fideiussores et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione evictionis cuiusdam domus vendite per ipsum Paulum dicto Francischo seu dicte eius uxoris pro pretio XXVIII florenorum auri, scripte manu notarii Pauli de Rosa publici notarii, que posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Paulus, ab alio heredes Pauli Troppe, ante est via publica, tum dicte domus sit evicta, ut patet publica sententia scripta manu publici notarii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt predicti vir et uxor et quilibet ipsorum, uno alteri consentientes, dicto Paulo, recipienti ut supra, et mihi notario ut supra, fecerunt pro eo quod presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt a dicto Paulo XXVIII florenos auri, in florenis de auro, pretium dicte domus evicte, remisse sibi Paulo et fideiussoribus prefatis per dictos Francischum et uxorem duplum pretii rei evicte ad quod tenebantur propter amorem et dilectionem quem et quam habent in dictum Paulum, de quibus XXVIII florenis auri et de evictione predicta se bene quietos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt etc. et promiserunt predicti vir et uxor et quilibet ipsorum dicto Paulo, recipienti

f. 67v

ut supra, quod dicta iura sunt ipsorum et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione ad duplum pretii rei evicte et ad hec ad petitionem et instantiam dictorum Francischi et uxoris et cuilibet ipsorum penes<sup>(a)</sup> dictum Paulum, presentem et stipulantem pro se et nomine quo supra, me notario ut publica persona recipiente pro eis<sup>(b)</sup>, fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti Francischus et uxor et dictus Petrucius<sup>(c)</sup> obligaverunt bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "dictos Francischum et uxorem et quemlibet ipsorum" <sup>(b)</sup> È stato omissa il nome del garante "Petrucius" come si può ricavare dalla successiva citazione <sup>(c)</sup> Così P, ma si tratta di una persona non citata in precedenza: ciò induce ad avvalorare l'integrazione proposta nella precedente nota b.



**66. 1368, giugno 18**

Paolo di Cecco di Alessandro, da una parte, e Francesco di Gregorio e la moglie Agnese, dall'altra parte, nominano arbitro Giovanni di Lello di Andrea *de Rubeis* per risolvere le controversie circa le spese sostenute a causa del diritto di evizione presente sulla casa indicata nell'atto precedente.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare con l'impegno che il compromesso sia valido per i prossimi 15 giorni.

Le parti promettono di osservare l'arbitrato e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una pena pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

Eodem mense et die et coram dictis testibus<sup>(a)</sup>.

Predictus Paulus, ex una parte, et dicti Franciscus et uxor et quilibet ipsorum, ex alia, sponte compromiserunt in Iohannem Lelli Andree de Rubeis, presentem et recipientem, de omni lite que esset vel esse posset inter ipsas partes, pretestu et occasione expensarum factarum per dictas partes occasione evictionis predictae, dantes et concedentes dicte partes dicto Iohanni, arbitro et arbitratori, plenam potestate arbitrandi inter ipsas partes, alte et basse etc. promittentes dicte partes ad alterutrum ratum habere quicquid per dictum Iohannem mandatum fuerit in predictis, sub obligatione bonorum ipsorum partium et pena C librarum pro medietate etc. et renuntiauerunt etc. quod compromissum durare voluerunt hinc ad XV dies proxime futuros, pro quibus observandis obligauerunt bona ipsorum etc. et renuntiauerunt etc.

<sup>(a)</sup> Omessa la consueta premessa sul notaio rogante.

**67.**

**1368, giugno 20**

Giacomo *de Mutis*, vescovo aretino e vicario del pontefice, promuove alla prima tonsura Antonio di Cola *Traversi* del rione Pigna e della contrada *Ascesa Proti* secondo il rito della Chiesa romana.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iunii die XX<sup>o</sup>.

Testes: dominus Paulus de Toscis, Petrus Venture notarius et dominus Nicolaus cappellanus domini episcopi. In presentia mei notarii et testium etc. dominus Iacobus de Mutis episcopus Aretinus, vicarius domini nostri pape, promovit ad primam tonsuram Anthonium Cole Traversi de regione Pinee et contrada Ascese Proti secundum ritum sancte matris ecclesie etc.

**68.**

**1368, giugno 29**

Cecco *de Clerica* e Tuzio *Ubere* del rione Pigna nominano loro arbitri i muratori Paolo di Pietro di Ruggero e Giacobello di Buonanno *Grassi* detto Cianca per risolvere la controversia circa un muro, situato nell'orto di Cecco nel rione Pigna, che questi asseriva essere stato abbattuto con frode e colpa di Tuzio come dimostrerebbero i calcinacci trovati presso il muro; ed ancora per risolvere la controversia circa un canale, situato presso la casa di Cecco, dove scorre l'acqua che coinvolge il muro stesso della casa.

Gli arbitri ricevono ampio mandato di deliberare con l'impegno che il compromesso sia valido per i prossimi 8 giorni.

Le parti promettono di osservare l'arbitrato sotto pena di una ammenda di 100 libbre di provisini del senato.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iunii die XXVIII.

Testes: Paulus Talgialonto, Iohannes della Celsa de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus de Clerica de regione Pinee, ex una parte, et Tucius Ubere de dicta regione, ex alia, sponte compromiserunt in Paulum Petri Rogerii et Iacobellum Bonianni Grassi dictum alias Cianca muros, presentes et recipientes, tamquam in eorum arbitros arbitratores amicales compositores et communes amicos de omni lite discordia controversia et questiones que est vel esse posset inter ipsas partes pretestu et occasione cuiusdam parietis ipsius Cecchi, positi in orto domus ipsius Cecchi, que posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Egidius Sollacii, ab alio latere tenet Piccolante, ante est via publica, quem dictus Cecchus asserebat fuisse dirutum dolo et culpa ipsius Tucii. Item pretestu et occasione calcinariorum positarum in orto dicti Tucii prope supradictum parietem. Item pretestu et occasione

cuiusdam canalis, positi in pariete domus ipsius Cecchi, unde<sup>(a)</sup> veniunt aque in pariete dicti Cecchi et generaliter de omni eo quod una pars alteri et altera alteri petere posset occasionibus supra dictis dantes et concedentes<sup>(b)</sup> dicte partes dictis eorum arbitris arbitratoribus plenam et liberam potestatem arbitrandi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de iure, semel et pluries, ipsis presentibus vel absentibus, citatis et non citatis, una presente et alia absente, una citata et alia non citata prout et sicut dictis arbitratoribus videbitur

et placebit, promictens dicte partes ad alterutrum ratum et firmum habere quicquid per dictos eorum arbitratores arbitratum fuerit sub obligatione bonorum ipsorum partium et pena C librarum rovisinorum, aplicanda pro medietate etc. et obligantes pro predictis bona ipsarum etc. et renumpiaverunt etc. duraturum de voluntate ipsarum partium hinc ad VIII<sup>o</sup> dies proxime futuros.

(a) P “une” (b) P “concedendes”.

69.

1368, giugno 29

Paolo di Pietro di Ruggero e Giacobello di Buonanno Grassi detto Cianca, muratori, eletti arbitri da Cecco de Clerica e da Tuzio *Ubere* (v.doc. 196), insediati davanti la casa di Cecco, esaminano il muro, il canale ed i calcinacci e, dopo aver ascoltato le parti in contrasto, deliberano, sotto pena dell'ammenda prevista nel compromesso, che Tuzio dovrà riparare a sue spese, nell'orto di Cecco, il muro fino al segno di croce indicato sulla sommità delle pietre ad esso adiacenti entro la prossima festa dell'Assunzione; inoltre deliberano che Tuzio costruisca un altro muro di fronte al cumulo di calcinacci fino all'altezza del segno di croce, indicato sul muro presso il solaro della casa, e faccia sistemare il canale affinché l'acqua non scorra sul muro di Cecco.

Eodem<sup>(a)</sup> anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Supradicti Paulus et Iacobus, arbitri et arbitratores prefati, sedentes pro tribunali ante domum predictam dicti

f. 69v

Cecchi, pro bono pacis et concordie dictarum partium, viso dicto pariete, viso dicto canale, visis dictis calcinariis, auditis ipsis partibus et ea que dicere proponere et allegare voluerunt, Christi nomine invocato, in hiis scriptis pronuntiamus ac arbitrando precipiendo mandamus, ad penam in dicto compromisso contentam, quatenus dictus Tucus Ubere hinc ad festum Sancte Marie de mense augusti proxime futurum suis sumptibus et expensis resarceat parietem predictum, usque ad crucem signatam in capide dictis parietis lapides existentes in orto dicti Cecchi, que sunt prope dictum parietem, dictus<sup>(b)</sup> Tucus habeat pro pariete predicto. Item arbitramur, modo redicto, quod dictus Tucus, suis sumptibus et expensis, faciat alium parietem ad faciem calcinariorum, existentium in dicto suo orto, altitudinis usque ad crucem signatam in pariete prope dictum solarium. Item modo et forma predictis arbitramur quatenus dictus Tucus faciat volvi dictum canale ita et taliter quod aqua nullo modo, cadat nec cadere possit supra<sup>(c)</sup> pariete dicti Cecchi etc. reservato eis potestate iterum arbitrandi etc.

(a) Sul margine sinistro del foglio é annotato “missum” (b) Depennato “Tec” (c) Depennato “c”.

70. 1368, luglio 6

Giovanni di Stefano *Rubei* di Velletri riceve in soccida da Francesca *de Comite*, badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, 17 bestie vacche tra buoi e giovenchi mansueti stimati dal bifolco Santuzio, con il consenso dei contraenti, in 123 fiorini d'oro e promette di custodirli con profitto fino al prossimo Natale. Il socciario, al termine del contratto, si impegna a dividere in parti uguali, di restituire una metà al monastero e, per la seconda metà, di pagare allo stesso monastero la somma di 61 fiorini e mezzo d'oro.

f. 70r

Indictione VI<sup>a</sup> mense iulii die VI<sup>o</sup>.

Testes: Raynallus Cece de Velletri et Vassianus Francisci dudum de Mediolano nunc de Urbe de regione Montium.

In presentia mei notari et testium etc. Iohannes Stephani Rubei de Velletri ac die presente sponte et ex certa scientia recongnovit se recepisse et habuisse habere et tenere a venerabile in Christo matri et domina domina Francisca de Comite humili abatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presente et stipulante nomine dicti monasterii et dominarum eiusdem, XVII<sup>(a)</sup> bestias vaccinas inter boves et iuvenchos domitos, extimatis per Santucium bubulcum, de voluntate partium, CXXIII florenorum auri, quos boves et iuvenchos dictus Iohannes confessus est se habere et tenere, de quibus etc et renumpiavit etc. quos boves dictus Iohannes tenere et custodire promisit hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Ieshu Christi proxime futurum ad omne lucrum et dampnum, quod absit, quos boves et iuvenchos dictus Iohannes, statim post dictum festum, per medium dividere promisit<sup>(b)</sup> et dicta domina abatissa seu alter pro ea, nomine dicti monasterii, pro se et dicto monasterio medietatem recipiet, pro alia vero medietate dictus Iohannes

f. 70v

solvere teneatur dicto monasterio LXI florenos auri et dimidium, quos dictus Iohannesolvere teneatur et debeat dicto monasterio, tempore finite soccite bubalarum, quas ipse Iohannes a dicto monasterio habet in<sup>(c)</sup> soccita aut in pecunia numerata aut in bestis, sicut melius poterunt convenire, et si autem, finitam dictam soccitam, dictum monasterium indigebit citiusolvere renumpiavit, quia sic actum et conventum estitit inter eos, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iohannes dicte domine abatisse, nomine dicti monasterii recipienti, obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> L'iniziale numero "XVIII" é stato poi corretto in "XVII" <sup>(b)</sup> P "promissit" <sup>(c)</sup> Depennato "lo".

71.

1368, luglio 6

Giovanni di Stefano *Rubei* e Rinaldo *Cece* nominano loro procuratore il notaio Paolo di Andrea di Buonanno per tutte le loro cause e promettono di ratificare il suo operato.

Eodem mense et die et coram dictis testibus Supradictus<sup>(a)</sup> Iohannes et Raynaldus Cece<sup>(b)</sup>, quilibet ipsorum, sponte et ex certa scientia fecerunt eorum procuratorem Paulum Andree Bonianni notarium, licet absentem tamquam presentem, ad causas cum potestatem substituendi unum vel plura procuratores etc. et promiserunt de rato etc.

<sup>(a)</sup> Omessa la consueta indicazione sul notaio rogante <sup>(b)</sup> Depennato "et".

72.

1368, luglio 7

Antonio figlio del defunto Lino di Velletri ed ora del rione Monti riceve in deposito da Francesca, badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, la somma di 29 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta della depositante.

f. 71r

Indictione VI mense iulii die VII<sup>o</sup>.

Testes: Andreas Pesolinus et Tutius Cole Nicolutie.

Actum in Sancta Eufemia.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius filius olim Lini de Vellethro nunc de regione Montium sponte confessus est habere in depositum, nomine et causa depositi, a venerabile in Christo matre et domina domina Francischa, humili abbatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe, stipulante et recipiente vice et nomine dicti monasterii et pro ipso, XXVIII<sup>o</sup> florenos boni et puri auri, quos confessus est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum, exceptioni doli mali metus etc. quos florenos dictus Anthonius dicte domine abatisse et mihi notario, ut supra recipienti, tenere custodire et salvos facere promisit ad omne ipsius rescicum periculum et fortunam, scilicet incendi naufragi etc. et ipsos XXVIII<sup>o</sup> florenos auri dictus<sup>(a)</sup> Anthonius dicte domine abatisse redere et restituere promisit ad

f. 71v

petitionem et voluntatem ipsius domine abatisse cum damnis et expensis ab inde in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis

observandis dictus Anthonius obligavit dicte<sup>(b)</sup> abatisse, quo supra nomine recipienti, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec precario<sup>(c)</sup> nomine dicti monasterii tenere et possidere constituit et precario recongnovit et voluit dictus Anthonius pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari, renumpsiavit in hiis beneficio fori legi cedo bonis epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "domini" <sup>(b)</sup> Ripetuto "dicte" ma intendasi "domine" <sup>(c)</sup> P "preclario".

73.

1368, luglio 7

Lello figlio del defunto Cecco *Sassi* del rione Pigna nomina suo procuratore Paolo di Andrea di Buonanno per stipulare un atto di pace e di perpetua sicurezza, con Andrea *Ciardi* del riona Colonna e per ricevere a sua volta un analogo patto di pace, per rimettere le ingiurie e le offese intervenute tra le due parti, sotto pena di qualsiasi ammenda, e per ricevere un'analogha promessa con l'impegno reciproco di obbligare i rispettivi beni. Lello assicura infine il procuratore di ratificarne l'operato.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Lellus Corraducii et Sabas Iohannis de Sorromanis de regione Pinee.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Lellus filius olim Cecchi Sassi de regione Pinee ac die presente, sua bona voluntate, fecit

f. 72r

constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem et numptium specialem seu quocumque alio nomine melius dici potest Paulum Andree Bonianni, absentem tamquam presentem, ad dandum prestandum et redendum pacem et securitatem perpetuam, osculo vere pacis interveniente, cum Andrea Ciardi de regione Columpne seu eius procuratore, pro eo recipiente, et similem pacem et securitatem recipiendam ab ipso Andrea seu eius procuratore predicto et ad remittendum omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas partes usque in presentem diem et ad promittendum de cetero non offendere nec offendi faciendo ipsum Andream pro se vel alium eius nomine in persona vel bonis sub quacumque pena et similem remissionem et promissionem cum adiectione pene recipiendi ab ipso seu

eius procuratore prefato et ad declarandum quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et quod totiens dicta pena tollatur quotiens contra factum fuerit a contra faciente et ad obligandum pro predictis, bona dicti Lelli et<sup>(b)</sup>

f. 72v

ad dandum, pro predictis omnibus et singulis observandis, ydoneam fideiussionem et ad renumpsiandum capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et omnibus aliis renumpsiationibus oportunis et similem declarationem promissionem obligationem fideiussionem et renumpsiationem recipiat ab ipso seu eius procuratore prefato et generaliter etc. promictens dictus constituens se ratum firmum habere et tenere omne et quicquid in predictis et circa predicta actum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsius etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

(a) Depennato "I" (b) Ripetuto "et".

74.

1368, luglio 7

Giovanni *Paschueri*, priore della chiesa delle SS. Prisca ed Aquila di Roma nomina suo procuratore il notaio Matteozio di Paolo di Giovanni di Giacomo, ad integrazione dei procuratori già nominati, per tutte le sue cause, promette di esonerarlo da ogni obbligo di garanzia e di ratificarne l'operato sotto pena di un'ammenda di una libbra d'oro.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Paulus Andree Bonianni de regione Pinee et Petrus Marronis de regione Columpne.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis et religiosus vir dominus fratrem Iohannes Paschueri, prior ecclesie Sanctarum Prisce et Aquile de Urbe ac die presente, sua bona voluntate,

f. 73r

fecit constituit creavit et ordinavit suum et dicte sue ecclesie verum et legitimum procuratorem actorem factorem et numptium speciale seu quocumque alio nomine melius dici potest providum virum Mathiotium Pauli Iohannis Iacobi notarium, presentem et recipientem, non revocando alios suos procuratores per eum iam factis, scilicet eos et quemlibet ipsorum ac gesta per eos potius conservando ad omnes et singulas suas causas lites et questiones que et quas habet vel habere posset contra omnes personas et loca et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore ad agendum petendum defendendum etc. relevans ipsum ex nunc ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo cum omnibus clausolis oportunis promisit mihi notario recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel intererit in futurum nec non se ratum perpetuo abiturum quicquid per dictum suum procuratorem actum factum et procuratum fuerit sub obligatione bona ipsius et dicte sue ecclesie mobilia et immobilia presentia et futura et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

75.

1368, luglio 9

Pietro figlio del defunto Vandetto *Marronis* del rione Colonna, a nome della sorella Gaeta e della nipote Lella figlia del defunto Giovanni di Giovanni *Theballi* detto *Sclavus* e della stessa Gaeta, e Iuzio di Angelo detto Tronba e il figlio Pietro Paolo, con il consenso del padre, stipulano una convenzione di fidanzamento: Pietro promette di dare in moglie a Iuzio la sorella Gaeta con la dote e gli ornamenti di 100 libbre di provisini del senato e di dare in moglie la nipote Lella a Pietro Paolo con la dote e gli ornamenti di 200 libbre di provisini, inoltre avrà cura che le sponse li ricevano come mariti; Iuzio e Pietro Paolo promettono, a loro volta, di ricevere come mogli Gaeta e Lella con le rispettive doti e gli ornamenti e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro il prossimo mese, a discrezione delle parti, sotto pena di un'ammenda di 200 libbre di provisini del senato e, per l'osservanza dei patti, si scambiano il bacio della vera pace.

f. 73v

Indictione VI<sup>a</sup> mense iulii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus magister Iacobus, Paulus eius filius, Nicolaus Iohannis Stephani et Iacobus Gentilis notarius.

Actum in Sancto Marcello.

In presenta mei notarii et testium etc. Hec sunt fidantie conventiones et pacta habita in Dei nomine et firmata inter Petrum filium olim Vendecti Marronis de regione Columpne pro domina Gayta, sorore sua germana, et Lella filia dicte domine Gayte, nepote sua, filia olim Iohannis Iohannis Theballi de regione Columpne dicti alias Sclavi, ex una parte, et Iutium Angeli dictum alias Tronba et Petrum Paulum, eius filium, cum consensu et voluntate dicti sui patris, asserens se magiorem XIII<sup>o</sup> annorum et qui iuravit etc., ex parte alia, videlicet quod dictus Petrus promisit et solempni stipulatione inter veniente convenit dicto Tronbe, presenti et stipulanti, dare in suam legitimam uxorem dictam dominam Gaytam, sororem suam, nec non promisit et convenit dicto Petro Paulo, presenti et stipulanti cum consensu et voluntate dicti sui patris, dare in suam legitimam uxorem dictam Lellam cum dote et guarnimentis inter ambas III<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, videlicet ipsam dominam Gaytam cum dote et guarnimentis C librarum

f. 74r et dictam Lellam cum dote et guarnimentis II<sup>c</sup> librarum, quia sic actum et conventum estitit inter eos nec non se facturum et curaturum quod dicta domina Gayta recipiet ipsum Iutum, in suum legitimum maritum cum dote predicta et dicta Lella dictum Petrum Paulum etiam cum dote et guarnimentis predictis; et versa vice dictus Tronba promisit et solemni stipulatione interveniente convenit dicti Petro, recipienti et stipulanti pro dicta domina Gayta, sorore sua, et mihi notario ut publice persone stipulanti pro ea, ipsam dominam Gaytam<sup>(a)</sup> recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis predictis et dictus Petrus Paulus, cum consensu et voluntate dicti sui patris, promisit et convenit dicto Petro Marronis, presenti et stipulanti pro dicta Lella nepote sua et mihi notario stipulanti et recipienti pro ipsa, ipsam Lellam recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis predictis, quam parentelam dicte partes ad<sup>(b)</sup> effectum ducere promiserunt hinc ad unum mensem proxime futurum, plus vel minus prout ipsis partibus videbitur et placebit, sub pena et ad penam II<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti ad fidem omnium

f. 74v predictorum, nomine sacramenti, sese ad alterutrum dederunt osculum vere pacis obligantes pro predictis omnibus et singulis observandis bona ipsarum partium etc. renumpiaverunt in predictis capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et generaliter etc.

<sup>(a)</sup> P “Gaytatam” <sup>(b)</sup> Ripetuto “dicte partes”.

76.

1368, luglio 9

Pietro Paolo di Iuzio, con il consenso del padre, e Lella figlia del defunto Giovanni di Giovanni *Theballi* detto *Sclavus* interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Pietro Paolo infila l’anello d’oro con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Lella, mentre il notaio pronuncia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

Eodem anno, mense et die.

Testes: Nicolaus de Thedallinis dictus alias Schiavo, Petrus Iohannis Ciole notarius et Bernardus Locii de regione Columpne.

Actum in domo habitationis infrascripte<sup>(a)</sup> Lelle.

In presentia mei notarii et testium etc. Contractum fuit matrimonium per verba de presente inter supradictum Petrum Paulum filium dicti Iutii, qui iuravit etc., cum consensu et voluntate dicti Iutii suis patris, ex una parte, et Lellam supradictam ex alia, qui Petrus Paulus interrogatus si volebat dictam Lellam in suam legitimam uxorem respondit sponte “Volo”; et versa vice dicta Lella interrogata per me notarium si volebat dictum Petrum Paulum in suum legitimum maritum que sponte respondit “Volo” et sic dictus Petrus Paulus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso,

f. 75r intervenientibus verbis “Quod Deus coniunxit homo non separet” per me notarium, dictus<sup>(b)</sup> Petrus Paulus subarravit ipsam immictendo dictum anulum in digito anulari dicte Lelle manus destre etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Ritole” <sup>(b)</sup> Ripetuto “dictus”.

77.

1368, luglio 10

Giacobello figlio del defunto Giovanni di Nicola *Marronis* del rione Pigna fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a 7 testimoni, e istituisce erede universale dei beni mobili ed immobili il figlio Renzo, salvo alcuni legati.

Lascia alla figlia Palozia la dote di 208 fiorini e due terzi d’oro, che fu consegnata a Cecco *Quatracie*, ora defunto, padre della moglie Giovanna, anch’essa defunta, e trasmessa a Francesco *de Theballescis*, suo zio paterno, insieme agli ornamenti, un anello e una cintura, che già furono della moglie Giovanna e che ora ha in pegno Fancesca vedova di Cecco *Quatracie* per un valore di 59 fiorini d’oro; lascia inoltre alla stessa Palozia una cassa piena di panni di lino e di altri oggetti che si trovano presso Ceccola figlia del defunto Nicola *Marronis*, monaca del monastero di S. Ciriaco.

Destina all’ospedale di S. Luca presso il fiume, a suffragio della sua anima, la somma di 20 libbre di provisini del senato che deve ricevere da Angelo *Marronis*, affinché sia utilizzata a vantaggio dell’ospedale secondo la volontà dei suoi esecutori testamentari; un’altra somma di 20 fiorini d’oro é destinata per il maltolto incerto.

Lascia a Vannozia figlia del defunto Nicola *Marronis* e vedova di Giovanni *Carli* i suoi vestiti; a Ceccola figlia del defunto Nicola *Marronis*, monaca del monastero di S. Ciriaco, due fiorini d’oro.

Nomina esecutori testamentari Francesco *de Theballescis* e Vannozia vedova di Giovanni *Carli*.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iulii dieX<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes de Anibaldis, Lellus Iohannis Cinthei, Petrus Alexandri, Paulus eius frater, Paulus Marronis, presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea et Iohannes Berardi de regione Pinee.

Actum<sup>(a)</sup> in domo dicti testatoris.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Iacobellus filius olim Iohannis Nicolai Marronis de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, tymens future mortis periculum nollens decedere intestaus, idcircho constitutus coram Paulo de Sorromanis notario et VII supradictis testibus ad hec vocatis et rogatis hunc numcupativum testamentum quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio, in quo quidem

f. 75v

meo testamento mihi heredem istituo Rentium, filium meum, cui relinquo, iure istitutionis trebellianice debito iuris nature et pro omni suo iure, omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones preter infrascripta legata que volo executioni mandari per infrascriptos meos executores. In primis relinquo de bonis meis Palotie, filie mee, iure istitutionis trebellianice debito iuris nature pro sua dote et matrimonio et pro omni suo iure, dotem quam recepit, meo nomine, dominum Franciscum de Theballescis, patruus meus, a quondam Ceccho Quatracie pater quondam domine Iohanne olim uxoris mee, que sunt et est CCVIII florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri. Item relinquo dicte filie mee omnia guarnimenta que remanserunt de dicta domina Iohanna uxore mea, que guarnimenta, anula et scaiala habet in pignus domina Francischa uxor olim Cecchi Quatracie pro LVIII florenis auri. Item relinquo dicte Palotie, filie mee, unam cassam<sup>(b)</sup> plenam pannis lini et aliis rebus, que est in Sancto Ciriaco penes<sup>(c)</sup> Ceccholam filiam olim Nicolai Marronis monialem dicti monasterii. Item relinquo ospitali Sancte<sup>(d)</sup> Lucie iuxta flumen, pro anima mea, de illa pecunia quam recipere

f. 76r

debeat a domino Angio<sup>(e)</sup> Marronis XX libras provisinorum pro utilitate dicti ospitalis, prout meis executoribus videbitur expendenda. Item relinquo de dicta pecunia pro male ablatis incertis XX florenos auri. Item relinquo Vannotie filie olim Nicolai Marronis et uxori olim Iohannis Carli omnes meos pannos vestitorios. Item reliquo Cecchole filie olim Nicolai Marronis, moniali predicte, de bonis meis duos florenos auri, omnia alia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura iura actiones ubicumque existentia relinquo dicto Rentio filio meo. Executores et fidei commissarios huius mei testamenti et mee ultime voluntatis facio constituisco et ordino venerabilem virum dominum Franciscum de Theballescis et Vannotiam prefatam, quibus do plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omni capiendi etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc. cassans irritans et annullans omne aliud testamentum etc.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue é stata annotata, rispetto ai casi precedenti, subito dopo la datazione: tuttavia si é ritenuto di ripristinare la successione abituale seguita nelle imbreviature del protocollo <sup>(b)</sup> P "cassa" <sup>(c)</sup> P "pene" <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> Così P, intendasi "Angelo".

78.

1368, luglio 14

Paolo figlio del defunto Cecco di Alessandro detto *Cotica* del rione Pigna nomina suo arbitro Giovanni di Lello di Andrea *de Rubeis* per risolvere la controversia con Francesco asinaio, con Pietro *Saragone* e la moglie di lui Agnese in merito alle spese che erano state chieste dagli stessi Francesco e Agnese.

L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare con l'impegno che il compromesso sia valido per i prossimi 15 giorni.

Paolo promette di osservare l'arbitrato sotto pena di un'ammenda di 100 libbre di provisini del senato.

f. 76v

Indictione VI mense iulii die XIII.

Testes: Laurentius Peccioli, Bucius Cole Marisani et Tucius dictus alias Sancta Rosa.

In presentia mei notari et testium etc. Paulus filius olim Cecchi Alesantri dictus *Cotica* de regione Pinee sponte compromisit et compromissum fecit in Iohannem Lelli Andree *de Rubeis*, presentem et recipientem, de omni lite discordia et questiones que est vel esse posset inter ipsum Paulum, ex una parte, et Franciscum casengum, Petrum *Saragone* et Agnetem uxorem suam, ex parte altera, pretestu et occasione certarum expensarum quas dictus Franciscus et Agnens<sup>(a)</sup> petebant et petere intendebant a dicto Paulo<sup>(b)</sup>, dans et concedens dictus Paulus dicto Iohanni arbitro et arbitratori plenam et liberam potestatem balmam et auctoritate arbitrandi inter ipsas partes, alte et basse, de facto vel de iure, semel vel pluries prout ipsi<sup>(c)</sup> arbitro videbitur et placebit, promictens dictum Paulum omne arbitrium unum seu plura, ex dicto compromisso descendencia<sup>(d)</sup>, ratum et firmum habere

f. 77r

et ab ipso seu ipsis non suplicare appellare nec petere reduci ad arbitrium boni viri ad penam C librarum provisinorum pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti, duraturum hinc ad XV dies proxime futuros etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> P "Paulum" <sup>(c)</sup> Depennata la "s" terminale del precedente "ipsis" <sup>(d)</sup> P "descendendetia".

79.

1368, luglio 19

Taddeo di Abramo, professore di legge, é stato eletto arbitro da Materica *Oculi* del rione Trevi e da Angeluzio di Angelo di Oddone di Tivoli, come risulta dal compromesso rogato dal notaio Nicola di Cecco di Martino, per risolvere la controversia relativa ad una somma di 50 fiorini d'oro richiesta da Materica per una obbligazione stipulata da Angeluzio, come risulta da un atto rogato dal notaio Giovanni *de Cerbaria*.

L'arbitro, seduto su un podo posto davanti la sua casa, dopo aver considerata la richiesta di Materica ed i termini da lui accordati alle due parti per convalidare i loro diritti, dopo aver ascoltato i testimoni sui quesiti proposti e constatato che Angeluzio non aveva prodotto alcuna nuova attestazione, delibera, sotto pena di un'ammenda prevista nel compromesso, che Angeluzio dovrà versare a Materica, entro il prossimo 1 ottobre, la somma di 27 fiorini d'oro e, dopo il pagamento, Materica dovrà rilasciare una quietanza di 50 fiorini ad Angeluzio il quale deve essere affrancato dalle restanti rivendicazioni.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iulii die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Marronis de regione Pinee, Theodinus Nelli Pauli de regione Columpne, Nardus filius domini Thadei.

Actum ante domum domini Tadei.

In presentia mei notarii et testium etc. Nos Tadeus domini Abraammi, legum professor, arbiter arbitrator amicabile compositor et communis amicus electus<sup>(a)</sup> et ordinatus inter Mathericam Oculi de regione Trivii, ex una parte, et Angelutium Angeli Oddonis de Tybure, ex alia parte, pretestu et occasione 4 florenorum auri quos dictus Matherica petebat et petit coram nobis a dicto Angelutio vigore cuiusdam promissionis et obligationis facte

f. 77v per ipsum Angelutium dicto Matherice, ut patet de dicta promissione manu Iohannis de Cerbaria publici notarii, et de compromisso in nos facto<sup>(b)</sup>, patet manu Nicolai Cecchi Martini publici notarii, unde viso dicto compromisso in nos acto, visa petitione dicti Matherice coram nobis producta et assignata contra dictum Angelutium, viso termino per nos dato ipsis partibus ad probandum et producendum omnia eorum iura, visis capitulis assignatis coram nobis per ipsum Mathericam, visis testibus examinatis super dictis capitulis et eorum publicationibus, viso termino dato per nos ad opponendum infra quem dictus Angelutius nichil produxit apposit nec probavit et toto processu viso et diligenter inspecto, auditis sepe sepius ipsis partibus et ea que coram nobis dicere proponere et allegare voluerunt, habita super hiis matura deliberatione et omnibus dicte cause meriti diligenter discussis et sepe sepius recensitis per eaque vidimus et cognovimus et cognoscemus, propositis coram nobis sacrosanctis scripturis viam arbitrationis respicientem, sedentibus in podiis ante domum nostre habitationis pro tribunali, pro bono pacis et concordie partium predictarum,

f. 78r Christi nomine invocato, in scriptis arbitramur laudamus pronuntiamus precipimus et mandamus quatenus ad penam in dicto compromisso contentam dictus Angelutius hinc ad calempnas mensis octubris proxime futuras det et solvat ac satisfaciat cum effectu dicto Matherice XXVII florenos boni et puri auri et recti ponderis et facta solutione dictus Matherica teneatur et debeat facere dicto Angelutio refutationem de dictis L florenis auri et de omnibus et singulis in dicta petitione contentis ac in presente arbitramento ab omnibus aliis in dicta petitione contentis ac etiam in compromisso predicto in nos facto dictum Angelutium absolvemus et redimus absolutum, reservata nobis potestate iterum et iterum arbitrandi etc.

<sup>(a)</sup> P "eletus" <sup>(b)</sup> Omesso "ut".

**80.**

**1368, luglio 20**

Antonio e Rinalduzio figli di Paoluzio già di S. Severino ed ora di Roma del rione Pigna nominano loro procuratore Giovanni *Maffaronis* per tutte le loro cause, con l'impegno di non revocare il mandato già affidato ad altri procuratori, e promettono di ratificare il suo operato.

Indictione VI<sup>a</sup> mense iulii die XX<sup>o</sup>.

Testes: Colutia Cole Brende de regione Pinee et Anthonius Cecchi de regione Campitelli.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius et Ranaldutius, germani frates<sup>(a)</sup>, filii Paulutii dudum de Sancto Severino nunc de Urbe de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, non revocando alios procuratores, sponte fecerunt eorum procuratorem dominum Iohannem Maffaronis, presentem, ad omnes eorum causas etc. cum potestate substituendi etc. et promiserunt de rato etc.

<sup>(a)</sup> P "fretes".

**81.**

**1368, settembre 26**

Angela figlia del defunto Luzio di Vitale del rione di S. Eustachio, con il consenso del nipote Tuzio figlio del defunto Giovanni di Vitale vende a Francesca, figlia del defunto Nicola di maestro Romano e moglie di Antonio di Tuzio *Ubere*, del rione Pigna due pezze di vigneto con parte di una vasca e di un tino, salvo i diritti di proprietà del monastero dei SS. Andrea e Gregorio *in clivo Scauri*, situate dentro le mura di Roma nella località *Antingiano*, al prezzo di 38 fiorini d'oro.

La venditrice nomina suo procuratore Antonio Tuzio *Ubere* marito della stessa Francesca per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Le parti convengono che le uve maturate nel vigneto durante l'anno in corso siano proprietà della venditrice.



La somma versata da Francesca per l'acquisto del vigneto é stata ricavata dai suoi beni parafernali attraverso la vendita di una casa con pianoterra e solario, situata nel rione Colonna, avvenuta, con il consenso del marito, dopo la morte del padre di lei.

Dietro preghiera e richiesta di Angela si offre quale garante Cola speciale già di Viterbo ed ora di Roma del rione Colonna a convalida del diritto di proprietà della venditrice.

f. 78v

Indictione VII<sup>a</sup> mense septembris die XXVI.

Testes: Petrus Pacçus de regione Trivii, Anthonius Cole de regione Sancti Eustachii et Francischinus barbitonsor de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> domina Angela filia olim Lutii Vitalis de regione Sancti Eustachii, que renumpsiavit auxilio velleiani senatus etc. cum consensu et voluntate Tucii filii olim Iohannis Vitalis nepotis sui, qui Tucius quantum ad infrascripta renuptiavit omni suo iure etc. hunc autem consensum dictus Tucius dicte domine Angele fecit ob amorem et dilectionem quem et quam habet in ea, ac die presente sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Francisce filie quondam Nicolai magistri Romani uxori Anthonii Tucii Ubere de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina emptris dare et concedere voluerit, salvo semper et reservato iure monasterii Sanctorum Andree et Gregorii in clivo Scauri de Urbe suus est proprietas infrascripte vinee, idest vites et arbores fructiferas

f. 79r

et infructiferas duarum petiarum vinearum, plus vel minus quante sunt, cum parte vase vascalis et tini, cum introitibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, que vinea posita est infra menia Urbis in loco qui dicitur Antingiano in proprietate dicti monasterii, inter hos fines, ab uno latere tenet Damarus<sup>(b)</sup>, ab alio tenet Petrus domini Iacobi Petri Angeli, desuper tenet Lellus Petri Stati, forma antiqua mediante, ante est viculum vecinalis vel si qui etc. et per Anthonium Tucii Ubere virum ipsius domine Francisce, emptricis, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam emptricem de dictis vineis cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis investiendi voluit et mandavit et donec fuerit investita et in corporalem possessionem inducta constituit se dicta venditris, nomine dicte emptricis, possidere et ad quam possessionem apprehendam et aquirendam dicta venditris eidem emptrici, presenti et recipienti, liberam facultatem et potestatem concessit pro eius propria auctoritate et sine alicuius curie proclamatione<sup>(c)</sup> et suorum iurium lesione possint dictas vineas libere capere apprehendere etc.

f. 79v

iure dicti monasterii semper salvo, volens dicta venditris quod dicta emptris in locum ius et privilegium ipsius succedat et succedere voluit et mandavit, nullo sibi iura in predictis dicta venditris<sup>(d)</sup> dicte emptrici dedit cessit et concessit omnia iura omnesque actiones que et quas habet et in futurum sibi competere possent in vineis predictis contra quascumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat etc. hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dicta venditris eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii XXXVIII<sup>(e)</sup> florenorum boni e puri auri iusti et recti ponderis, de quibus nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit XXVIII florenos auri, X floreni auri confessa fuit dicta venditris se recepisse<sup>(f)</sup> pro arris et parte pacamenti totius pretii supradicti, de quibus triginta octo florenis auri, pretium supradictarum vinearum, se dicta venditris bene quietam contentam pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum etc. proviso semper quod uve que sunt in dictis vineis sint et esse debeant dicte venditricis anno isto et si

f. 80r

plus dicto pretio dicte vinee valerent dicta venditris eidem emptrici, presenti et stipulanti, inter vivos donavit, qui quidem triginta octo florenos auri devenerunt ad ipsam emptricem de bonis suis parafernalis, videlicet de pretio unius domus terrinee et solarate, posite in regione Columpne, quam ipsa emptris vendidit post mortem<sup>(g)</sup> dicti sui patris et pretium recepit, presente et confitente dicto Anthonio viro suo, sic fuisse et esse verum: promisit insuper dicte venditris dicte emptrici, presenti et stipulanti ut supra, quod dicte vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est sunt ipsius venditricis et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite date donate cesse concesse nec quomodolibet alienate in totum nec in partem et si contrarium aliiquo tempore appareret et aut propter dicta emptris vessaretur in iudicio seu extra iudicium promisit ipsam defensare suis sumptibus et expensis et finaliter si evinceretur voluit teneri de evictione ad duplum pretii rei evicte, asserens dicta venditris talem esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris obligavit dicte emptrici omnia bona sua mobilia et immobilia presentia<sup>(h)</sup>

f. 80v

futura et ad hec ad petitionem et instantiam dicte venditricis penes dictam emptricem, presentem et stipulantem ut supra, Cola<sup>(i)</sup> specarius dudum de Viterbio nunc de Urbe de regione Columpne sponte fideiussit in omne casum causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluit teneri in omnibus et per omnia in quibus et ad que dicta venditris tenetur et obligata est, pro quibus etiam omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus fideiussor obligavit penes dictam emptricem, presentem et stipulantem, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura renumpsiantes in predictis dicta

venditris et dictus fideiussor epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis etc. et generaliter etc. et voluerunt dicta venditris et dictus fideiussor et quilibet ipsorum pro predictis omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiaverunt in predictis ferris et diebus feriatis beneficio fori etc. et generaliter etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato “missum” <sup>(b)</sup> È stata depenata una i dopo la prima “m” che é stata integrata da un segno di abbreviazione <sup>(c)</sup> P “plocamatione” <sup>(d)</sup> Ripetuto “dicta venditris” <sup>(e)</sup> P “XXXVIII”, ma l’amanuense, pur omettendo la cancellazione di una “I” superflua, mette in evidenza solo l’accentuazione su tre “I”: l’esatta indicazione del prezzo versato si ricava, comunque, dalle ripetizioni contenute successivamente nello svolgimento del formulario <sup>(f)</sup> Depennato “tempore arre” <sup>(g)</sup> P “morti” <sup>(h)</sup> Omesso “et” <sup>(i)</sup> Così P.

82.

1368, settembre 28

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma riunite presso la grata della cappella, secondo la consuetudine, ed in particolare la badessa Francesca, Eufemia, Lorenza, Clara, Anastasia, Costanza, Leonarda, Amadio, Antonia, Illuminata, Biagia, Andrea e Scolastica nominano loro procuratori Giovanni di Stefano *Rubei* di Velletri, Vassiano di Francesco già di Milano, Antonio di Lino per tutte le loro cause, promettono di esonerarli da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il loro operato.

f. 81r

Indictione VI mense septembris die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Nini, Tutius de Puteo Probe et Cola de Sonnino.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregate et coadunate simul venerabiles et humiles domine domina Francischa humilis abbatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe, soror Eufemia, soror Laurentia, soror Clara, soror Anestaxia, soror Costantia, soror Leonarda, soror Amadio, soror Anthonia, soror Aluminata, soror Blaxia, soror Andrea, soror Scolastica moniales dicti monasterii ad sonum campanelle ad gratam ferream cappelle dicti monasterii, more solito, congregate verbo et mandato dicte domine abbatisse, ipsa domina abbatissa, cum consensu et voluntate ipsarum dominarum monialium, et ipse domine moniales, cum consensu voluntate licentia et mandato dicte domine abbatisse, pro sese ipsis ac vice et nomine aliarum dominarum monialium ipsius monasterii a dicta grata absentium et pro ipso monasterio eorum bona voluntate fecerunt constituerunt creaverunt et ordinarunt earum et dicti monasterii veros et legitimos scyndicos, yonomos, procuratores et personas legitimas Iohannem Stephani Rubei de Velletri, Vassianum Francisci dudum de Mediolano, Anthonium Lini, presentes et<sup>(a)</sup>

f. 81v

recipientes ad omnes et singulas ipsarum et dicti monasterii causas et lites et questiones que et quas habent in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram<sup>(b)</sup> quocumque iudice, relevantes ex nunc dictos earum procuratores et quemlibet ipsorum ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo promiserunt<sup>(c)</sup> mihi notario infrascripto, ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium eorum procuratores seu ipsorum alterum factum fuerit sub obligatione bonorum dicti monasterii etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “et” <sup>(b)</sup> P “quoram” <sup>(c)</sup> P “promisit”.

83.

1368, ottobre 14

Nardolo figlio del defunto Tuzio di Pietro di Rieti, con il consenso della madre Lorenza, vende a Perna moglie di Nuzio di Iuzio detto *Zuccaro* del rione Pigna due pezze di vigneto con parte di una vasca e un tino, salvo i diritti di proprietà del monastero di S. Saba, situate dentro le mura di Roma, al prezzo di 19 fiorini d’oro ricavati dalla dote di Perna.

Il venditore nomina suo procuratore Lello di Pietro di Rieti per l’insediamento dell’acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta di Nardo si offre quale garante Lello di Pietro di Rieti macellaio del rione Ripa a convalida del diritto di proprietà del venditore.

Indictione VI<sup>a</sup> mense octubris die XIII<sup>or</sup>.

Testes: Stephanus carpentarius dictus alias Lopiumazo, Tucius Petri dudum de Ariano<sup>(a)</sup> de regione Pinee, Iohannes Laurentii de Mutis de regione Campimartis.

In presentia mei notarii et testium etc. Nardolus filius olim Tucii Petri de Reate, asserens se magiorem XIII annorum et qui iuravit etc., cum consensu et voluntate domine Laurentie matris sue uxoris olim dicti Tucii, que domina Laurentia primo renumpsiavit

f. 82r

quantum ad infrascripta omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum etc. et omni alio<sup>(b)</sup> suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti, certiorata primo per me notarium infrascriptum de ipso auxilio quid sit et quid dicat, hunc autem consensum dicta<sup>(c)</sup> Laurentia dicto Nardolo, filio suo, fecit pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene cautelatam de dote sua et

f. 82v iuribus dotalibus in aliis et super aliis bonis dicti olim Tucii viri sui patris dicti Nardoli, ac die presente sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Perne uxori Nucii Iutii dicti alias Zuccaro de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Perna, emptris, dare et concedere voluerit, salvo semper et reservato iure monasterii Sancti Sabbe cuius est proprietas infrascripte vinee, scilicet vites et arbores fructiferas et infructiferas duarum petiarum vinearum, plus vel minus quante sunt, cum parte vasce vascalis et tynii<sup>(d)</sup> cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis et introitibus et exitibus suis ad habendum tenendum vendendum<sup>(e)</sup> etc. que vinee posite sunt infra menia Urbis in proprietate monasterii Sancti Sabbe de Urbe inter hos fines, ab uno latere est via publica, ab omnibus aliis lateribus tenent heredes quondam Heunufrii Petri Pauli ferrarii vel si qui sunt ad predicta plures vel veriores confines et per Lellum Petri de Reate quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam emptricem de dictis vineis cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus et<sup>(f)</sup> corporalem possessionem inductus constituit se dictus venditor, nomine dicte emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendum dictus venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictas vineas propria auctoritate possit intrare tenere possidere etc. Item eidem titulo venditionis dictus venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti, dedit cessit et concessit omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in dictis vineis contra quascumque personas huniversitate et loca nullum sibi ius in predictis dictus venditor aliquialiter reservavit ipsamque in re sua procuratorem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus venditor cum consensu et voluntate

f. 83r dicte sue matris, presentis et consentientis ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii XVIII florenorum boni et puri auri iusti et recti ponderis, de quibus nunc dictus venditor a prefata emptrice presentialiter et manualiter recepit et habuit X florenos auri in florenis de auro, residuum autem dictorum XVIII florenorum auri, videlicet VIII floreni auri, dictus venditor a dicta emptrice confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus XVIII florenis auri pretium dictarum vinearum dictus venditor se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumptiavit<sup>(g)</sup> omni exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti et generaliter etc. qui quidem XVIII floreni auri sunt dos seu de parte dotis dicte domine Perne, presente et confitente dicto suo<sup>(h)</sup> viro, sic verum esse, et si plus dicto pretio dicte vinee valerent dictus venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti, inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, quod dicte vinee sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium appareret

f. 83v et ea propter dicta emptris vel sui heredes et successores si quo tempore molestarentur in iudicio sive extra iudicium promisit ipsam defensare indempnem suis sumptibus et expensis et finaliter si evinceretur promisit ipsam evictionem duplam de bonis suis propriis reficere et resarcire, asserens dictus venditor talem esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum et ad hec ad petitionem et instantiam dicti venditoris penes dictam emptricem, presentem et stipulantem ut supra, Lellus Petri de Reate macellarius de regione Ripe sponte fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum<sup>(i)</sup> et voluit teneri in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus venditor, tenere et obligatus est, teneri et obligari posset occasionibus supradictis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus venditor et dictus fideiussor et quilibet ipsorum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura penes dictam emptricem, presentem et stipulantem ut supra, et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumptiaverunt ferriis diebus ferriatis epistule divi Adriani beneficio fori etc. et generaliter etc.

(a) Omesso "nunc" (b) P "lio" (c) Ripetuto "dicta", ma intendasi "domina" (d) Così P (e) P "vendendum" (f) Omesso "in" (g) Depennato "suo iur" (h) Depennato "iu" (i) P "predicto".

#### 84.

1368, ottobre 15

Margherita vedova di Nuzio detto *Zinnacanna*, erede dei suoi defunti figli \*\*\* e del marito Nuzio, nomina suo procuratore il fratello Nicola figlio del defunto Martino *Cafari* per rinunciare ai diritti che essa vanta nei confronti di \*\*\*

f. 84r Indictione VII<sup>a</sup> mense octubris die XV.

Testes: Bucius Iubillei de regione Pinee et Ceccholellus Cafari de dicta regione.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Margarita uxor olim Nucii dicti alias *Zinnacanna*, mater heres et legitime succedens quondam \*\*\*<sup>(a)</sup> filiorum ipsius et dicti olim Nucii olim mariti sui, sponte fecit constituit creavit et ordinavit suum procuratorem et numptium specialem Nicolaum filium olim Martini Cafari fratrem suum, presentem et recipientem, ad renumptiandum et refutandum omnia iura que ipsa domina habet contra et adversus \*\*\*<sup>(b)</sup>

<sup>(a)</sup> Segue uno spazio di una riga e mezza <sup>(b)</sup> Segue uno spazio bianco nel mezzo foglio inferiore ed ancora per l'intero f. 84v.

85.

1368, ottobre 16

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma riunite presso la grata della cappella, secondo la consuetudine, ed in particolare la badessa Francesca, Biagia, Eugenia, Clara, Marta, Santa, Cecilia, Giacomina, Pellegrina, Anastasia, Costanza ed Eufemia nominano loro procuratori Giovanni di Stefano *Rubei* di Velletri, Antonio di Lino, frate Michele *Pacini* di Brescia per tutte le loro cause ed in particolare per ricevere una quietanza da Nicola di Andrea circa la somma di 40 fiorini d'oro che esse dovevano spendere dopo sua la morte per i funerali.

Le monache promettono ai procuratori di esonerarli da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il loro operato.

f. 85r

Indictione VII<sup>a</sup> mense octubris die XVI.

Testes: Cola de Sonnino, Tucius de Puteo Probe et Nicolaus de Neapolim<sup>(a)</sup> de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregate et coadunate simul humiles et venerabiles domine domina Francischa humilis abatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe, soror Blaxia, soror Eugenia, soror Clara, soror Marta, soror Santa, soror Cecilia, soror Iacoba, soror Peregrina, soror Anestaxia, soror Costantia et soror Heufemia, moniales dicti monasterii ad gratam ferream cappelle dicti monasterii ad sonum campanelle, mandato dicte domine abatisse more solito, congregate ipsa domina abatissa, cum consensu et voluntate dictarum monialium, et dicte domine moniales, cum consensu et voluntate licentia et auctoritate dicte domine abatisse, pro sese ipsis et vice et nomine aliarum dominarum absentium ad dictam gratam et pro ipso monasterio, ac die presente sponte fecerunt constituerunt creaverunt et ordinarunt ipsarum et dicti monasterii veros et legitimos procuratores actores et factores et numptos speciales seu quocumque alio nomine melius dici potest, videlicet Iohannem Stephani Rubei de Velletro, Anthonium Lini, fratrem Michelem Pacini de Brescia,

f. 85v

presentes et recipientes, ad omnes ipsarum et dicti monasterii causas que et quas habent contra quascumque personas et loca et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice ad agendum etc. et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis etc. relevantes ex nunc dictos earum procuratores et quemlibet ipsorum ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo cum clausolis oportunitatis etc. nec non sese ratum et firmum habere omne et quicquid per dictos earum procuratores seu alterutrum ipsorum<sup>(b)</sup> actum factum gestum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsarum et dicti monasterii etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc. nec non ad recipiendum, nomine monasterii prefati et ipsarum dominarum, refutationem quietationem et pactum de ulterius non petendo a Nicolao Andree de Rubeis de XL florenis auri quos dictus monasterium et ipse domine solvere tenebantur tempore mortis ipsius Nicolai pro funderalibus ipsius, cum promissione quod de dictis iuribus nulli alii sit facta venditio etc. et cum curis et cautelis de iure sufficientibus etc.

<sup>(a)</sup> Omesso "nunc" <sup>(b)</sup> P "ipsarum".

86.

1368, ottobre 16

Nicola di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, rilascia una quietanza a Giovanni di Stefano *Rubei* di Velletri, procuratore della badessa e delle monache del monastero di S. Eufemia di Roma, come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis* (v. doc. 213) in relazione alla somma di 40 fiorini d'oro che esse dovevano spendere, dopo la sua morte, per i suoi funerali.

La quietanza é stata rilasciata dopo che Nicola aveva ricevuto la somma a suo tempo versata.

f. 86r

Eodem anno mense et die et coram<sup>(a)</sup> hiis testibus, scilicet Petro Nati casalis et Natolo, eius filio, de regione Campimartis.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus Andree de Rubeis de regione Pinee ac die presente sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Iohanni Stephani Rubei de civitate Velletri<sup>(b)</sup>, procuratori et persone legitime dominarum abatisse, monialium et conventus monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presenti et recipienti procuratorio nomine ipsarum et dicti monasterii, ut patet de dicto procuratorio manu mei eiusdem notarii ut publice persone stipulantis et recipientis vice et nomine dicti monasterii et dictarum dominarum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas Nicolaus nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsum monasterium et contra ipsas dominas pretestu et occasione XL florenorum auri quos dicte domine, nomine dicti monasterii, solvere tenebantur tempore mortis ipsius Nicolai pro funderalibus ipsius,

f. 86v

ut de dicta obligatione et promissione plene patet manu mei eiusdem notarii et generaliter de omni eo quod dictus Nicolaus dicto monasterio et dictis dominabus petere posset vigore dictorum XL florenorum auri et

obligationis predicte. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Nicolaus fecit dicto Iohanni procuratori predicto, presenti et recipienti ac legitime stipulanti procuratorio nomine quibus supra<sup>(c)</sup>, et mihi notario ut publice persone stipulanti, nomine quibus supra, pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se dictos XL florenos auri recepisse et habuisse ab ipsis dominabus in florenis de auro, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit etc. et renumpiavit etc. liberans et absolvens dictus Nicolaus dictum monasterium et dictas dominas ex nunc ab obligatione prefata et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ad duplum secundum quos iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Nicolaus prefato procuratori, procuratorio nomine quibus supra recipienti, obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “dictis” <sup>(b)</sup> Depennato “presenti et recipienti pro se et” <sup>(c)</sup> Depennato “pro”.

87.

1368, ottobre 16

Tuziarelo di Riccardo del rione Pigna riceve da Cecco *Cafari* dello stesso rione una caparra di altri 25 fiorini d'oro per la vendita di 700 *vescusi* di lana al prezzo convenuto dalle due parti, come risulta dall'atto rogato dal notaio Giovanni di Giacomo, ricavata da un gregge di 707 pecore viterbesi *viscusce et magensis*.

f. 87r

Indictione VII<sup>a</sup> mense octubris die XVI.<sup>(a)</sup>

Testes: Iohannes Liscius, Foscinus et Herricus proseneta de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Tucciarellus Ricardi regione<sup>(b)</sup> Pinee ac die presente presentialiter et manualiter recepit et habuit a Ceccho Cafari de dicta regione, pro parte pretii lane LXXVII<sup>c</sup> pecudum viterbiensium viscuse et magensis venditarum per dictum Tucciarellum ipsi Ceccho pro pretio inter eos convento, ut patere dicitur de predictis publico istrumento scripto manu Iohannis domini Iacobi publici notarii, pro qua quidem tota dicta lana dictus Tuciarellus alias confessus est se recepisse a dicto Ceccho pro arris et parte pacamenti totius dicte lane XXV aliorum florenorum auri, de quibus florenis<sup>(c)</sup> se bene quietum et pacatum vocavit dictus Tuciarellus et renumpiavit etc. et dictus Cecchus confessus est se recepisse a dicto Tucciarello VII<sup>c</sup> vescusi dicte lane, de quibus etc. et renumpiavit etc. salvis et reservatis<sup>(d)</sup> semper inter dictas partes omnia pacta et conventiones inter eas appositas etc.

<sup>(a)</sup> Depennato il primo “X” <sup>(b)</sup> Omesso “de” <sup>(c)</sup> Depennato “q” <sup>(d)</sup> P “reservantis”.

88.

1368, ottobre 17

Lippo di Giacomo *de Falconinis* del rione Monti riceve in deposito da Francesca, badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, 30 rubbia di orzo che promette di seminare nelle terre del monastero nel casale detto *lo Palazepo*, situato fuori della porta di S. Giovanni, di restituire la quarta parte del raccolto sull'aia del casale e di consegnarlo al monastero entro la prossima festa dell'Assunzione.

f. 87v

Indictione VII<sup>a</sup> mense octubris die XVII<sup>o</sup>.

Testes: Petrus de Regno, Cola de Pellestrina olim nunc de regione Trivii et Angelus Magni Philippe de regione Pinee.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Lippus domini Iacobi de Falconinis de regione Montium ac die presente sua bona voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et habere et tenere in depositum, nomine et causa depositi, a venerabile in Christo matri et domina Francischa humili abatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presente et stipulante vice et nomine dicti monasterii et dominarum ipsius, me notario ut publica persona stipulante et recipiente vice et nomine dicti monasterii, XXX rubla ordeis sine malitia ad mensuram romanam quod ordeum dictus Lippus a dictis dominabus monialibus dicti monasterii confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. quod ordeum dictus Lippus eidem domine abatisse sementare promisit in terris casalis ipsarum dominarum et dicti monasterii quod vocatur lo Palazepo, positi extra portam Sancti Iohannis, inter suos confines, et ipsum sementare bene laborare et cultivare ad usum boni laboratoris et de

f. 88r

toto ordeo, quod de dictis terris exierit, dicto monasterio redere et restituere quartam partem sine malitia in aia, nec non et dicta XXX rubla ordeis eidem domine abatisse, nomine dicti monasterii, dictus Lippus custodire promisit ad omne ipsius Lippi resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem domine abatisse, quo supra nomine recipienti, redere et restituere promisit hinc ad festum Sancte Marie de mense augusti proxime futurum ad mensuram predictam in dicto monasterio sine malitia, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Lippus obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato il segno convenzionale di “completum”.

Nicola *Brenda* asinaio del rione Pigna colloca al lavoro il figlio Pietro come lanaiolo presso Ceccolello *Cafari* del rione Pigna per il periodo di un anno, secondo la consuetudine dell'arte della lana, con un salario di 6 fiorini dei quali riceve un anticipo di 3 fiorini.

Indictione VII<sup>a</sup> mense octubris dieXXII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Cafari, Laurentius Marcellutii de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus Brenda casengus de regione Pinee sponte plativit Petrum filium suum, ipso presente et volente, cum Ceccholello Cafari de regione Pinee pro uno anno proxime futuro ad artem lane, ad omnem consuetudinem dicte artis, pro pretio VI florenorum auri, de quibus nunc presentialiter recepit tres etc.

Tuzio *Ubere* del rione Pigna fa testamento, davati al notaio Paolo *de Seromanis* ed a 7 testimoni, e nomina eredi tre poveri ai quali lascia 5 solidi di provisini a ciascuno.

Lascia alla figlia Giacobella per le nozze o per una eventuale scelta monastica una dote di 150 libbre di provisini del senato.

Destina al nascituro, generato dalla moglie Caterina, la somma di 150 libbre di provisini del senato per la dote nuziale se si tratterà di una femmina, nel caso invece che si tratti di un maschio lo designa erede, in parti eguali, con gli altri suoi figli.

Lascia al figlio Antonio, nato dal primo matrimonio, la somma di 100 libbre di provisini del senato, che ricevette da Iozia per la dote al tempo del contratto di matrimonio, e nel caso egli rivendicasse una somma maggiore dovrà essere considerato decaduto dal lascito.

Destina alla moglie Caterina l'usufrutto dei suoi beni finché vivrà con i suoi figli e, qualora volesse convolare a seconde nozze, le assegna la dote di 100 libbre di provisini e, inoltre, la somma di 50 libbre di provisini del senato; nel caso che essa rivendicasse una somma maggiore dovrà essere considerata decaduta dal lascito.

Lascia infine tutti gli altri beni mobili ed immobili ai figli Giovanni e Renzo ed al nascituro, se verrà alla luce, in parti eguali: se uno dei figli pupilli dovesse morire senza aver generato figli, il lascito sarà devoluto ai superstiti e se tutti i figli dovessero morire senza aver generato altra prole il lascito sarà devoluto ad Antonio, figlio di primo letto; se poi Antonio dovesse morire senza aver generato figli, il lascito attribuitogli sarà devoluto, in parti eguali, agli altri figli maschi o a quello superstite.

Il testatore nomina suoi esecutori testamentari la moglie Caterina e Paolo Buccamoza.

f. 88v

Indictione VII<sup>a</sup> mense octubris die XXV<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Marronis dictus alias Pellaccio, Egidius Sollacii dictus alias Iencha, Santus Veri, Matheus dictus Rubeus pellarius, Petrucius Ceccharelli dudum de Urbeveteri, Vannes Bonfilgi, Iohannes Ceccholi omnes de regione Pinee, Iulianus Tucii Carli et Oddo Egidii de Fesca de regione Columne.

Actum in domo infrascripti testatoris.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Tucius Ubere de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, tymens future mortis periculum nollens decedere intestatus, idcirco constitutus coram Paulo de Sorromanis notario et VII testibus suprascriptis a me vocatis et rogatis hunc<sup>(a)</sup> nuncupativum testamentum quod iure civili dicitur sine scriptis facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi heredes istituo tres pauperes Christi, quibus et cuilibet ipsorum relinquo quinque solidos provisinorum tam iure institutionis trebellianice debito iure nature et pro omni ipsorum iure et in hiis ipsos contentos

f. 89r

facio, ita quod in bonis meis plus non petant nec petere possint quoque modo. Item relinquo Iacobelle filie mee, pro sua dote et maritaggio sive monachagio, CL libras provisinorum et in hiis ipsam mihi heredem istituo et ipsam contentam facio, ita quod in bonis meis plus non petat<sup>(b)</sup> nec petere possit tam debito iure nature trebellianice institutionis, nec alia ratioe quocumque. Item reliquo postumo Catherine uxoris mee, que pregnans est, si filiam fecerit et ad lucem pervenerit CL libras provisinorum pro sua dote et maritaggio et pro omni suo iure, ut dictum est, et sit contentam; si vero filium masculum peperit<sup>(c)</sup> et ad lucem pervenerit ipsum heredem instituo<sup>(d)</sup> una cum infrascriptis aliis filiis meis pro equali portione. Item relinquo Anthonio, filio meo ex primo matrimonio, pro omni suo iure etc. C libras provisinorum senatus, quas recepi pro dote a domina Iotia, matre ipsius Anthonii, et dudum uxore mea tempore contracti matrimonii inter nos et sit contentum, ita quod de bonis meis plus petere non possit quovis colore quesito et si plus petere quod cadat a dicto relicto per me sibi facto.

f. 89v

Item relinquo Catherinam, uxorem meam, dominam et dominatricem in omnibus bonis et usufructis dum honeste et caste cum filiis meis infrascriptis stare et sedere voluerit et si a secunda vota transire voluerit, tunc in eo casu relinquo sibi dotem suam et iura dotalia, que fuit etc. C libras provisinorum et, ultra dotem suam, L libras provisinorum et sit contentam, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit quoque modo et si plus quoque modo atemptare presumpserit quod cadat a meo relicto. Cetera alia bona mea,

mobilia et immobilia presentia et futura, relinquo Iohanni et Rentio, filiis meis, et postumo prefato, si ad lucem pervenerit, pro equali portione et si aliquis dictorum filiorum meorum pupillorum si quo tempore in pupillari etate morientur vel quandocumque sine legitimis filiis, quod moriatur unus alteri et si omnes dicti filii mei pupilli sine legitimis filiis morientur in pupillari etate vel quandocumque, quod moriantur dicto Anthonio filio meo et si dictus Anthonius, filius meus, si quo tempore sine legitimis filiis moriretur, quod in dicto relicto per me sibi facto moriatur, quod in dicto relicto per me sibi facto moriatur dictis filiis meis masculis pro equali portione seu illi, ex eis, qui tunc superesset. Executores et fidei

f. 90r

commissarios huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mei facio constituisco et ordino dictam Catherinam, uxorem meam, et Paulum Buccamozam sutorem quibus do et concedo plenam et liberam potestatem bona mea omnia capiendi etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc. cassans irritans et annullans omne aliud testamentum per me actenus factum et per quemcumque notarium scriptum etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “nuncupp” <sup>(b)</sup> P “petatat” <sup>(c)</sup> P “perperit” <sup>(d)</sup> P “instituo”.

91.

1368, ottobre 29

Nettolo di Anastasio di Benevento ora del rione Pigna nomina suoi procuratori Anestassello di Anastasio ed i notai Giovanni di Giacomo e Nicola *Iannocari* per tutte le sue cause, promette di esonerarli da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il loro operato.

Indictione VII<sup>a</sup> mense octubris die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Papa casengus et Anthonius Iacobelli de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nectolus Anestaxii de Benevento nunc de regione Pinee sponte fecit suos procuratores Anestaxellum Anestaxii, presentem, Iohannem domini Iacobi et Nicolaum Iannocari<sup>(a)</sup> notarios, licet absentes tamquam presentes, ad omnes suas causas etc. relevans ipsos et quelibet ipsorum ex nunc ab omni honore satisfactionis et promisit de rato etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “p”.

92.

1368, ottobre 29

Cola di Pietro di Giovanni già di Ciciliano e ora di Roma del rione Pigna offre la sua opera ad Anestassello di Anastasio dello stesso rione per trasportare la pozzolana con gli asini di lui per il periodo di un anno con un compenso di 40 libbre di provisini del senato da versare mensilmente e con le spese del vitto da consumare nella casa dello stesso Anestassello.

Le parti convengono che se Anestassello volesse inviare Cola nelle selva sarà tenuto a recarvisi con due asini e non di più; se poi Cola dovesse recarsi fuori Roma per le sue necessità dovrà darne notizia ad Anestassello due o tre giorni prima e dovrà trovare un sostituto da pagare con il suo compenso o dovrà integrare i giorni di assenza, sotto pena di un'ammenda di 50 libbre di provisini del senato.

f. 90v

Eodem die.

Testes: Papa casengus et Paulus Grassus casengus de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Cola Petri Iohannis dudum de Cicigliano nunc de Urbe de regione Pinee sponte plativit se et operas suas cum Anestaxello Anestaxi de regione Pinee ad carriandum puteolanam cum somariis ipsius Anestaxelli pro uno anno proxime futuro et pro pretio et nomine pretii quatragesima librarum provisinorum senatus distribuendis sibi per menses<sup>(a)</sup> et tempora et expensis vitalibus in domo ipsius Anestaxelli, actum et conventum inter ipsas partes quod si dictus Anestaxellus vellet ipsum Cola mictere ad silvam, quod tantum cum duobus somariis ire teneatur et non cum pluribus. Item actum et conventum estitit inter ipsos quod si accideret ipsum Colam pro aliquis suis negotiis expediendis extra Urbem vellet ire, quod debeat ipsi Anestaxello per duos vel tres dies predicere et tunc, in casu predicto, alium loco sui ponere teneatur aut possit solvere de stipendio, supra dicto, aut dies restaurare, sic inter se

f. 91r

poterint convenire, quod sic actum et conventum estitit inter eos, promictens ad invicem predicta servare ad penam L librarum provisinorum pro medietate etc. pro quibus obligaverunt ad alterutrum bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “mensens”.

93.

1368, ottobre 29

\*\*\*\*\* vescovo di Nepi, commissario del pontefice, riconosce l'idoneità di Romano figlio del defunto Romanello *de Mutis* al canonicato della chiesa di S. Maria Maggiore di Roma e gli conferisce, in caso di vacanza, il canonicato e la prebenda della stessa chiesa e gli concede l'investitura con un anello.



Indictione VII<sup>a</sup> mense octubris die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Iacobus episcopus Aretinus, Silvester de Mutis, Christophanus Raynonis et dominus Nicolaus dicti domini episcopi cappellanus.

Actum in domo dicti domini episcopi Aretini.

In presentia mei notarii etc. dominus \*\*\*\*\* episcopus nepesinus<sup>1</sup>, in hoc parte commissarius domini nostri pape, abilitavit idoneum Romanum filium olim Romanelli de Mutis ad canonicatum ecclesie Sancte Marie Magioris de Urbe et eidem contulit canonicatum et prebendam dicte ecclesie, si quod vacat vel cum primum vacaverit sibi debito in dicta ecclesia, investiens ipsum suum anulum de predictis etc.

94.

1368, dicembre 5

Giovanni di Cecco già di Gubbio ed ora del rione Pigna, con la garanzia di Antonio di Tuzio *Ubere* dello stesso rione, riceve in deposito da Paolo di Petruccio *Marronis* detto Pellaccio sarto del rione Pigna la somma di 25 fiorini d'oro e promette di restituirla entro la prossima Pasqua.

f. 91v

Indictione VII<sup>a</sup> mense decembris<sup>(a)</sup> die quinto.

Testes: Tucius, Macius et Cecchonus Iohannis pelliparii de regione Pinee.

Actum ante<sup>(b)</sup> ecclesiam Sancti Stephani de Pinea.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Cecchi dudum de Agubio nunc de regione Pinee, ut principalis debitor, et Anthonius Tucii Ubere, ut fideiussor ipsis, de dicta regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ambo liberentur, sponte confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse nunc habere et tenere a Paulo Petrucii Marronis sutore de dicta regione dicto alias Pellaccio, presente et recipiente ac legitime stipulante, XXV florenos auri, quos presentialiter et manualiter receperunt et abuerunt<sup>(c)</sup> in florenis de auro, de quibus post ipsam receptionem se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum non habitorum dictorum florenorum etc. et spei future numerationis, quos quidem florenos et depositum predictum dicti depositarii et quilibet ipsorum tenere et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendi naufragii etc. et eidem Paulo redere et restituere promiserunt<sup>(d)</sup> hinc ad festum Pasce Resurrectionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti depositarii et quilibet ipsorum obligaverunt omnia eorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. renumpsiaverunt in hiis feriis beneficio fori epistule divi Adriani etc.<sup>(e)</sup> et generaliter etc.

f. 92r

<sup>(a)</sup> Così P, tuttavia mi sembra opportuno affacciare l'ipotesi che, in considerazione della sequenza delle datazioni dei protocolli, il notaio possa aver errato nella indicazione del mese annotando dicembre anziché novembre: infatti il presente documento e quelli immediatamente successivi, scritti nello stesso giorno, si inquadrano correttamente nell'ambito della successiva datazione del doc. 226, che riprende dal 7 novembre <sup>(b)</sup> P ripete "actum" ma intendasi "ante" <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> Depennato "ad omne" <sup>(e)</sup> Depennato "pro".

95.

1368, dicembre (?) 5

Nicola *de Thedallinis* del rione Colonna dà in locazione a Luigia moglie di Simeone già di \*\*\*\*\* ed ora di Roma del rione Pigna, per il periodo di un anno a cominciare dal giorno di S. Luca evangelista già trascorso, un palazzo con pianoterra e solario, con torre, sale, camere e stalle all'interno, dietro un orto con pozzo e davanti un porticato chiuso, situato nel rione Pigna, al prezzo di 16 fiorini d'oro.

Le due parti convengono di non rinunciare all'impegno assunto sotto pena di un'ammenda di 100 libbre di provisini del senato.

Eodem die.

Testes: Cecchus Cafari et Anthonius Lelle Perulle.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus de Thedallinis de regione Columpne sponte locavit domine Aluyse uxori Symonis dudum de \*\*\*\*\* nunc de Urbe pro uno anno proxime futuro, incepto a die Sancti Luce evangeliste proxime preterito et finiendo ut sequitur, idest unum suum palatium

f. 92v

terrarium et solaratum cum turri, salis, cameris, stabulis infra se, orto cum puteo post se, porticali recluso ante se, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, quod positum est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes de Sorromanis, ab alio latere tenet Cecchus Cafari, ante est via publica vel si qui etc. ad habendum tenendum habitandum predicto anno tantum. Hanc autem locationem fecit pro pretio et nomine pretii XVI florenorum auri, quos presentialiter numeraliter et manualiter recepit et

<sup>1</sup> Cfr. C. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, I, Monasterii 1913, pp. 380 e 566: "Bonifatius Cepti Barcigrossi de Urbeveteri o.m.".

habuit, de quibus etc. et renumpsiavit etc. actum et conventum inter ipsas quod dicta locatio, pro dicto anno tantum, revocari et renumpsiari non valeat quovis colore quesito ad penam C librarum pro medietate etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

96.

1368, dicembre (?) 5

Francesco asinaio già di Civitella dell'abbazia sublacense offre la sua opera alla badessa di S. Eufemia in qualità di asinaio per il periodo di un anno con un compenso di 24 fiorini d'oro e delle spese per il vitto.

Eodem die.

Testes: Iohannes Ofertus de regione Montium, Petrus Paulus Pontiani de regione Sancti Angeli.

In presentia mei notarii etc. Franciscus casengus dudum de Civitella abatie sublacensis sponte locavit se et operas suas cum abatissa Sancte Eufemie ad casengum, pro uno anno proxime futuro, pro pretio XXIII florenorum auri anno quolibet et expensis victualibus etc.

97.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola nuovamente il protocollo delle imbreviature dell'anno 1368.

f. 93r

In<sup>(a)</sup> nomine Domini amen. Anno domini millesimo III<sup>o</sup>LXVIII pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII<sup>a</sup> mensibus et diebus infrascriptis.

Hic est liber sive quaternus contractuum mei Pauli de Sorromanis Deo gratia sacre prefecture auctoritate notarii.

<sup>(a)</sup> Il notaio, all'inizio del terz'ultimo quaderno del protocollo rinnova la seguente "inscriptio", solitamente annotata all'inizio di ciascun protocollo annuale, computata secondo lo "stile della Natività": ciò induce a confermare l'ipotesi, già avanzata, circa la datazione del precedente doc. 222, che egli abbia seguito, di nuovo per errore, la datazione del mese di dicembre ed abbia predisposto l'"inscriptio" in vista del nuovo anno, sempre conteggiato secondo lo "stile della natività", che avrebbe avuto inizio a partire dal 26 dicembre. Ma in realtà i documenti che seguono sono la continuazione dello stesso protocollo e la loro datazione prosegue per tutto il mese di novembre fino al 18 dicembre 1368.

98.

1368, novembre 7

Antonio di Tuzio *Stalgie* detto *Scipio* del rione di S. Eustachio rilascia una quietanza a Paola moglie di Buzio di Cola trombettiere del rione Pigna per un prestito di 16 fiorini d'oro, da lei ricevuto con la garanzia del marito, come risulta da un atto di deposito rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*.

La quietanza é stata rilasciata dopo che Antonio ha ricevuto la somma data in prestito: il depositante si riserva, comunque, il diritto delle spese effettuate nel litigio promosso contro Paola e il marito per il recupero del prestito.

Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die VII<sup>o</sup>.

Testes: Laurentius Berardi et Iotius Pillelle de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius Tucii Stalgie dictus alias Scipio de regione Sancti Eustachii ac die presente, sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit domine Paule uxori Bucii Cole tubatoris de regione Pinee, principali debitrice, et ipsi Bucio, eius fideissori, et cuilibet ipsorum, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc habet vel habere posset contra ipsos uxorem et virum et quemlibet

f. 93v

ipsorum et bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum, pretestu et occasione XVI florenorum auri in quibus dicti uxor, ut principalis debitoris, et vir, ut eius fideiussor, et quilibet ipsorum dicto Anthonio tenebantur et obligati erant, vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis dictam quantitatem scripti manu mei eiusdem notarii, plus vel minus, prout in dicto istrumento depositi plenius continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt prefatus Anthonius dicte domine Paule et Bucio, viro suo, et cuilibet ipsorum, presentibus et recipientibus, fecit pro eo quod presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit dictos XVI<sup>(a)</sup> florenos auri, de quibus, post ipsam receptionem, se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. reservato ipsi Anthonio contra ipsos virum et uxorem, iure expensarum factarum in litigio nato per ipsum Anthonio contra ipsos occasione predicta et promisit dictus Anthonius predictis viro et uxori, quod predicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione secundum quod iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Anthonius obligavit predictis viro et uxori omnia sua bona etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiavit in hiis beneficio fori ferris etc.

<sup>(a)</sup> p "XV".

Giovanni di Gaetano dei conti Palatini, signore del *castrum* di Ninfa, nomina suo procuratore Paluzio detto *Garofolium* pescivendolo del rione di S. Angelo \*\*\*

f. 93r bis<sup>(a)</sup> Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Iohannes Mathei Martini de regione Pinee, Theolus Bernabeus de regione Montium et Gentilis de Cavis<sup>(b)</sup> et Petrucius Palicii de regione Montium.

Actum in palatiis Sancti Basilii.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(c)</sup> magnificus vir Iohannes Gaytani ex comitibus Palatinis, dominus castri Nimphe, ac die presente, sua bona voluntate, fecit constituit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem et numptium specialem seu quocumque alio nomine melius dici potest, videlicet Palutium dictus alias Garofolium pescivendolum de regione Sancti Angeli, licet absentem tamquam presentem \*\*\*<sup>(d)</sup>

<sup>(a)</sup> Sull'angolo sinistro superiore è stato omissa il numero progressivo del foglio al quale abbiamo assegnato il numero 93r bis

<sup>(b)</sup> L'espressione che segue, integrativa dei testimoni, è stata aggiunta in continuazione, nell'interlinea inferiore, subito dopo l'"Actum" <sup>(c)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato "missum" <sup>(d)</sup> L'atto è interrotto: segue in bianco la metà del foglio inferiore, come pure segue in bianco il successivo f. 93v bis.

Bonifacio figlio del defunto Nicola di Riccardo *de Annibaldis*, procuratore della madre Margherita di Gaetano vedova di Nicola di Riccardo, dei fratelli Bertoldo, Giacobello e Ildebrandino, e dei figli di Nicola di Riccardo, come risulta dall'atto rogato dal notaio Saba *de Graptulis*, unitamente al fratello Gentile, presente anche a nome del fratello minore Giovanni, convenuti in presenza dei notai Antonio di Lorenzo e di Paolo *de Seromanis*, vendono a Francesca *de Comite*, badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, ed a Pietro

Paolo figlio del defunto Andreozio *Pontiani* pescivendolo di Roma del rione di S. Angelo, una pescheria assegnata a ciascuno per metà, situata nel lago *Fulgiani* detto comunemente *Lo paparescho* nel tenimento di Ninfa nella Marittima, al prezzo di 700 fiorini d'oro.

I venditori nominano loro procuratori Cola *Balli* del *castrum Asturii* e Schiavo di Nicola di Cecco del *castrum Notune* per l'insediamento degli acquirenti nella pescheria.

Alla stipula dell'atto danno il loro consenso i nobili Stefano e Giovanni figli del defunto Rainero *de Stephanescis* del rione Trastevere e Lello di Giovanni *Pisani* del rione Monti, ciascuno a proprio nome, e Paluzio detto *Garofolus* pescivendolo del rione di S. Angelo procuratore di Giovanni di Gaetano *de Palatinis* di Ninfa, come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*.

f. 94r Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die VIII.

In presentia Anthonii Laurentii et mei Pauli de Sorromanis notariorum et testium etc. magnificus et venerabilis vir dominus Bonifatius natus quondam magnifici viri Nicolai domini Riccardi de Anibaldis, pro se et suo proprio nomine et non nomine alicuius sui beneficii seu dignitatis, ac etiam ut procurator et persona legitima magnifice domine domine Margarite Gayetane, matris ipsius domini Bonifatii, relicte quondam dicti magnifici Nicolai domini Ricardi, et ut procurator et persona legitima magnificorum virorum Bertuldi, Iacobelli et Iltebrandini, germanorum fratuum ipsius domini Bonifatii, et filiorum dicti quondam Nicolai domini Ricardi et cuiuslibet ipsorum, habens dictus dominus Bonifatius ad infrascripta omnia et singula facienda et exercenda speciale mandatum ab eis et quolibet ipsorum, ut patet manu Sabbe de Graptulis notarii publici, et magnificus vir Gentilis, germanus frater dicti domini Bonifatii et filius quondam Nicolai domini Ricardi, pro se ipso et suo proprio et privato nomine et non nomine alicuius sui<sup>(a)</sup> beneficii seu dignitatis, et dictus dominus Bonifatius, extra dictum officium procurationis et dictus Gentilis, pro sese ipsis et quolibet ipsorum ut dictum est, ac vice et nomine Iohannis germani fratris ipsorum et filii dicti quondam Nicolai domini Ricardi ac ipsius domine

f. 94v Margarite, pro quo ipsi et quilibet ipsorum sese et bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum, nec non et predictorum Bertuldi, Iacobelli et Iltebrandini obligaverunt et promiserunt de rato et rati abitione et sese facturos et curaturos quod dictus Iohannes infrascriptus omnia et singula perpetuo observabit et rato habebit et in nullo contra faciet vel veniet aliqua ratione vel causa et quando ipse Iohannes erit ad perfectam etatem XIII annorum hanc venditionem et omnia et singula infrascripta ratificabit et acceptabit et ipsam, cum omnibus suis tenoribus et articulis, emologabit et consensum prestabit ad omnem infrascriptorum emptorum et cuiuslibet ipsorum petitionem requisitum et voluntatem sine alicuius curie proclamatione et iudicis officio etc. qui dominus Bonifatius et Gentilis et quilibet ipsorum iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula perpetuo non facere vel venire, tam ratione eorum vel alteris ipsorum minoris etatis XX seu XXV annorum quam etiam quacumque alia occasione causa titulo

sive modo quocumque et qualitercumque, nec non et adversus omnia et singula restitutionem in integrum promiserunt perpetuo non petere, certiorati ipsi dominus Bonifatius et Gentilis et quilibet ipsorum per nos notarios de effectu iuramenti et beneficium restitutionis in integrum quid sit et quid dicat, a die presente, pro sese ipsis et quolibet ipsorum et nominibus

f. 94r bis<sup>(b)</sup> quibus supra et quolibet eorum, vendiderunt et titulo venditionis dederunt cesserunt et concesserunt transtulerunt et mandaverunt et per publicorum istrumentorum traditionem corporaliter investierunt venerabili et honeste domine Francisce de Comite humili abbatisse venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presenti et recipienti et stipulanti pro se et vice et nomine dicti monasterii et pro ea et eius successoribus in dicto monasterio ac monalium et capituli eiusdem in perpetuo, pro medietate integra<sup>(c)</sup> infrascriptis possessionibus et iuribus et pertinentiis infrascriptis et Petro Paulo quondam Andreotii Pontiani pescivendolo de Urbe de regione Sancti Angeli, presenti et recipienti et stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus perpetuo, pro alia medietate integra infrascriptis possessionibus, iuribus et pertinentiis infrascriptis et cui vel quibus ipsi emptores pro toto et quilibet ipsorum pro medietate dare vendere et concedere voluerunt ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem, idest quadam piscariam et usum piscarie seu lacum piscandi, positam in lacu Fulgiani, que piscaria vulgariter dicitur lo Paparescho et locande<sup>(d)</sup> cum omnibus et singulis introitibus exitibus usibus et utilitatibus pertinentiis et adiacentiis<sup>(e)</sup> et iurisdictionibus suis antiquis et modernis, que piscaria seu lacu et usus piscarie, posita est seu sunt in tenimento Nimphe in partibus Maretime, inter hos fines, ab uno latere est silva Nimphe, ab alio latere est quedam alia piscaria

f. 94v bis que dicitur lo Grecescho monasterii Sancte Marie Gripte Ferrate, ab alio est navis Fulgiani predicti, ab alio latere est quedam alia piscaria que dicitur Fosselle domini comitis Fundorum, ab alio latere est tenimento seu plagia castri Asturii vel si qui etc. ad habendum tenendum possidendum vendendum fruendum donandum obligandum piscandum, piscari faciendum pignorandum et cetera alia facienda, que ipsi ementes et quilibet ipsorum pro medietate, ut supra dictum est, ac eorum heredes et successores perpetuo facere placuerit tamquam de rebus et iuribus eorum propriis. Item dicti venditores et quilibet ipsorum, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, vendiderunt et titulo venditionis dederunt cesserunt et concesserunt eodem modo et forma dictis emptoribus et cuilibet ipsorum, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et nominibus quibus supra, et unicuique ipsorum emendis pro medietate, ut dictum est, idest omnia et singula iura nomina actiones petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas ipsi venditores et quilibet ipsorum et nominibus quibus supra habent vel habere possent nunc et in futurum in dicta piscaria, iuribus et pertinentiis suis contra quascumque personas et loca volentes etiam et mandantes quod dicta iura ex nunc eorum propriis nominibus agant defendant etc. constituentes dicti venditores, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, dictos emptores, presentes et recipientes ut supra, et quemlibet

f. 95r ipsorum pro medietate dominos et procuratores, ita quod in locum ius et privilegium ipsorum succedant et nichil hominus ad magiorem cautelam dicti venditores et quilibet ipsorum, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, constituerunt procuratorem ad investiendum ipsos emptores de predictis Colam Balli de castro Asturii et Sclavum Nicolai Cecchi de castro Notune, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis etc. et donec ipsi emptores vel aliter ipsorum seu alteri pro eis de predictis corporaliter fuerint investiti etc. constituerunt sese dicti venditores pro se et nominibus quibus supra, nomine dictorum emptorum, tenere et possidere etc. Hanc autem venditionem dationem etc. et que dicta sunt et infra dicentur fecerunt dicti venditores et quilibet ipsorum, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, eisdem emptoribus, presentibus et recipientibus, pro sese ipsis et nominibus quibus supra et pro medietate, ut supra, pro pretio et nomine pretii VII<sup>c</sup> florenorum auri, de quibus nunc presentialiter receperunt IIII<sup>c</sup>LXII, residuum vero confessi fuerunt dicti venditores, pro se et nominibus quibus supra, ab ipsis emptoribus, presentibus et stipulantibus ut supra, recepisse et habuisse pro arris et parte pacamenti predicti, de quibus sese bene quietos et contentos vocaverunt etc. et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum etc. et si plus dicto pretio valere dicti

f. 95v venditores, pro se et quibus supra nominibus, dictis emptoribus, presentibus et stipulantibus ut supra, inter vivos et inrevocabiliter donaverunt cesserunt et concesserunt honesti amoris et dilectionis causa et voluerunt dicti venditores, pro se et quibus supra nominibus, quod tot intelligantur esse facte presentes donationes quot sunt florenorum auri, quam donationem promiserunt dicti venditores, pro sese et quo supra nomine, perpetuo non revocare ratione ingratitude sive paupertatis vel aliis rationibus etc. et promiserunt dicti venditores et quilibet ipsorum pro sese ipsis et nominibus quibus supra, dictis emptoribus, presentibus et recipientibus ut supra, quod dicta piscaria et usus piscarie cum iuribus et pertinentiis suis sunt sive est ipsorum venditorum et cuiuslibet ipsorum et ad eos spectat et pertinet pleno iure et nulli alii persone vel loco sunt vendite date donate etc. nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona huniversitate vel loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis istrumenti etc.<sup>(f)</sup> et si contrarium appareret promiserunt de evictione etc. et ipsos emptores etc. in predictis defendere ab omni persona et loco etc. tali quidem pacto quod dicti emptores nec alter eorum vel heredes et successores ipsorum in predictis nullum dampnum patiantur etc.

f. 96r pro quibus evictione dampnis et expensis dicti venditores et quilibet ipsorum, pro sese et nominibus quibus supra, stare et credere voluerunt solo simplici sacramento ipsorum emptorum et heredum et successorum ipsorum sine alterius honore probationis etc. scilicet solum dictum sacramentum habere voluerunt pro plena

et sufficienti probatione, ceteris aliis probationibus dicti venditores, pro sese et quibus supra nominibus, ex certa scientia renumpsiaverunt expresse et voluerunt dicti venditores, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, renumpsiaverunt in predictis ferriis beneficio fori etc. et generaliter etc. data nobis potestate per dictos contraentes<sup>(g)</sup> hunc contractum posse curare ad sensum sapientis etc. presentibus et in hiis omnibus et singulis suprascriptis consentientibus et volentibus nobiles viris Stephano et Iohannes, germanis fratribus, filiis quondam Raynerii de Stephanescis de regione Transtiberim, Lello Iohannis Pisani de regione Montium, nominibus eorum et cuiuslibet eorum propriis, et Palutio dicto Garofulo pescivendolo de regione Sancti Angeli, procuratore et persona legitima magnifici viri Iohannis Gaytani de Palatinis de Nimpha, habentem ab ipso Iohanne infrascripto faciendi speciale mandatum, ut patet manu mei infrascripti notarii etc. ipsi omnes et quilibet ipsorum,

f. 96v

eorum bonis voluntatibus, supradicte venditioni et omnibus et singulis ex certa scientia et non per errorem consentierunt et eorum et cuiuslibet ipsorum consensum prestiterunt ratificaverunt et acceptaverunt, presentibus stipulantibus et recipientibus dictis emptoribus pro se ipsis et nominibus quibus supra, et quo ad predictam venditionem renumpsiaverunt refutaverunt ipsi et quilibet eorum omni eorum et cuiuslibet ipsorum et dictus Garofolus, quo supra nomine, iura si qua habent vel habere possent quomodocumque et qualitercumque in dictis piscaria, iuribus et pertinentiis suis et que dicte venditiones cum omnibus in ea contentis vel fuisse contraria vel adversa et promiserunt in dictis istrumentis et contentis in eo, ipsos emptores vel heredes et successores ipsorum in totum vel in partem perpetuo non molestare aliquo quesito colore etc. nullo iure, nulla actione in dictis piscaria, iuribus et pertinentiis suis, eis nec aliter eorum modo aliquo reservatis, iura tamen que habent in bonis dictorum venditorum et contra ipsos venditores tam in personis ipsorum quam in aliis ipsorum bonis integre reservatis. Hunc autem consensum et que dicta sunt et dicentur infra, fecerunt prefati Stephanus, Iohannes et Lellus et dictus Garofolus procurator, procuratorio nomine quo supra, ob amorem et dilectionem quem et quam habent in dictos venditores et etiam in dictos emptores et quemlibet ipsorum et propter multa

f. 97r

servitia que ab eis recepisse confessi sunt et in futurum sperant recipere, Deo dante etc. et pro eo etiam quod dicti Stephanus, Iohannes et Lellus confessi sunt et eis et cuiuslibet eorum fuisse et esse bene cautelati de iuribus que habent et habere pretendunt contra ipsos venditores et<sup>(h)</sup> bonis eorum in et super aliis bonis ipsorum venditorum et promiserunt hunc consensum perpetuo non revocare aliqua ratione etc. pro quibus etc. renumpsiaverunt etc.

Actum in dicto monasterio, presentibus hiis testibus, scilicet Nucio Rentii Iohannis Sisti notario de regione Sancti Angeli, Iohanne Stephani Rubei de Velleto, Anthonio Lini de Velleto et Marcho Stephani Ponpi de Valle Montonis nunc de regione Montium.

<sup>(a)</sup> Depennato "off" <sup>(b)</sup> Sull'angolo destro superiore é stato di nuovo omesso il numero progressivo del foglio al quale abbiamo assegnato il numero 94r bis <sup>(c)</sup> P "intregra" <sup>(d)</sup> P "lecande" <sup>(e)</sup> Ripetuto "et adiacentis" <sup>(f)</sup> Depennato "pro" <sup>(g)</sup> P "conthaentes" <sup>(h)</sup> Depennato "in"

## 101.

1368, novembre 10

Nicola rettore della chiesa di S. Stefano di Pigna, e il chierico Lorenzo *de Seromanis*, per sé e per il prete Francesco *de Buccabellis* e di Oddone *de Thedallinis* chierici della stessa chiesa, danno in locazione a Santo figlio del defunto Martino *Neri* del rione Pigna per il periodo di 19 anni, con l'impegno di un rinnovo annuale, una casa scoperta con un orto, situata nel rione Pigna presso l'edificio sacro nella proprietà dei conti palatini degli Orsini, ai quali sono dovuti i loro diritti, con l'obbligo di ricoprirla e di destinarla ad uso di abitazione al prezzo di 12 denari di provisini del senato da versare ogni anno nella festa di S. Stefano.

Le parti convengono che se l'affitto della locazione non sarà pagato entro 8 giorni dalla festa di S. Stefano il prezzo sarà raddoppiato e sarà versata una libbra di cera.

Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die X.

Testes: Paulus Marronis, Butius Iubillei et Petrus Iohannis Iacobi dictus alias Cenphia de regione Pinee.

Actum in domo mea.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea et dominus Laurentius de Sorromanis clericus dicte ecclesie, pro sese ipsis ac vice et nomine presbiteris<sup>(a)</sup> Francisci<sup>(b)</sup>

f. 97v

de Buccabellis et Oddonis de Thedallinis clericorum dicte ecclesie, pro quibus et quolibet eorum promiserunt de rato et bona dicte ecclesie principaliter obligaverunt etc. ac die presente sponte<sup>(c)</sup> locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Santo filio olim Martini Neri de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suis heredibus et successoribus in perpetuum, singulis XVIII annis renovandis, idest unam domum discopertam ipsius ecclesie, positam in regione Pinee prope dictam ecclesiam, super proprietate dominorum comitum palatinorum de Ursinis, cum orto et omnibus suis usibus etc. ad

recoperiendam ipsam et habitari faciendum, salvo semper iura dictorum dominorum etc. Hanc autem locationem fecerunt dicti clerici, pro se et quibus supra nominibus et nomine dicte ecclesie, pro eo quod dictus Sanctus promisit et convenit omni anno in festo Sancti Stephani respondere dicte ecclesie pro reddito et pensione dicte locationis XII denarios anno quolibet, quos si non solverit infra VIII dies post dictum festum duplicentur et tempore dicte renovationis fiende unam libram cere pro renovatione dicte locationis et dicti clerici, pro se et quibus supra nominibus, promiserunt dicto Sancto in predictis facere consentire \*\*\*<sup>(d)</sup> vicarium dicte ecclesie cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “presbiteri” <sup>(b)</sup> Ripetuto “Francisci” <sup>(c)</sup> Depennato “obl” <sup>(d)</sup> Omesso il nome.

102.

1368, novembre 12

Giovanni di Giacobetto del rione Trevi, con la garanzia di Andrea di Buzio di Andrea *Vecchi* detto *Ariciolus* dello stesso rione, ricevono in deposito da Anestaxello di Anastasio del rione Pigna la somma di 3 fiorini d'oro e promettono di restituirla a richiesta del depositante.

f. 98r

Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die XII.

Testes: Nutolus casengus et Nucius dictus alias Ciancha de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Iacobicti de regione Trivii, ut principalis debitor, et Andreas Bucii Andree Vecchi dictus alias Ariciolus de regione Trivii, ut fideiussor ipsius, uno solvente etc. ac die presente confessi sunt habere in depositum ab Anestaxello Anestaxii de regione Pinee tres florenos auri, quos confessi sunt se recepisse, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. quos tenere promiserunt ad omne ipsorum resicum periculum et fortunam scilicet incendii etc. et eidem Anestaxello redere et restituere promiserunt in florenis de auro ad omnem suam petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus observandis obligaverunt bona ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

103.

1368, novembre 14

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma si riuniscono in capitolo presso la grata della cappella, secondo la consuetudine, ed in particolare sono presenti la badessa Francesca *de Comite*, Eufemia, Biagia, Andrea, Marta, Clara, Agnese, Anastasia, Antonia, Amadio, Eugenia, Caterina, Marta, Giacoma, Cecilia, Scolastica, Nanna, Pellegrina, Agapita, Lorenza e Leonarda, che rappresentano oltre due parti delle monache conventuali, per trattare alcuni affari necessari per la vita monastica.

La badessa si alza in piedi e dichiara che il monastero é sprovveduto della quantità di denaro per la costruzione di una casa, da edificare nell'area del monastero stesso, per l'acquisto di un frantoio, per la realizzazione di un mulino, idoneo per macinare a vantaggio della comunità monastica e degli inservienti, e per un granaio adatto alla conservazione del grano, dell'orzo e delle altre biade; aggiunge ancora che il monastero deve restituire al priore di S. Trifone la somma di 300 fiorini d'oro, per la quale sono stati pignorati alcuni vasi d'argento, stimati oltre 300 fiorini, che sono stati tratti in deposito dal creditore; sottolinea inoltre che é necessario un intervento di risanamento edilizio per i tetti del monastero e della chiesa di S. Eufemia, che da molto tempo sono stati trascurati e minacciano di crollare. La badessa osserva che attualmente il monastero non potrà procurarsi il denaro necessario per supplire alle spese se non con la vendita di alcuni beni immobili e sottopone alla decisione del capitolo la proposta della vendita del casale, situato nel territorio di Roma fuori della porta Appia nella località detta *Campo Magiure* sulla strada antica, composto da un modesto appezzamento di 30 rubbia di terra che dista oltre sei miglia dall'altro casale del monastero; propone inoltre la vendita di una pedica di terra detta *Peçalonga*, separata dal terreno del casale, che é scomoda per il lavoro agricolo degli uomini ospitati nell'adiacente casale. Aggiunge infine la badessa che il mercante Pietro figlio del defunto Lorenzo di Buzio *Saragone* del rione Pigna, con i fratelli Giovanni e Nicola desidera acquistare il casale, egli ha offerto 1110 firini d'oro né si trova altra persona che possa offrire di più, d'altra parte sono particolarmente urgenti gli impegni della comunità per evitare il danno della perdita dei pegni, della sospensione dei lavori della casa e della riparazione dei tetti del monastero e della chiesa.

Dopo questa esposizione dei fatti si alza in piedi Eufemia, una delle monache più anziane del monastero, che riconosce la preoccupante realtà del quadro che è stato tracciato, si associa alla proposta della badessa e propone di incaricare un sindaco per la vendita del casale e per la riscossione del prezzo convenuto.

La badessa Francesca, a conclusione degli interventi, sottopone la decisione al giudizio del capitolo ed invita le monache che approveranno il parere di Eufemia ad alzarsi in piedi, le altre resteranno sedute: tutte le monache presenti si alzano in piedi e, in segno di ulteriore approvazione, pronunciano in coro l'espressione “placet, placet”.

Il notaio Paolo *de Seromanis* é pregato di redigere un atto sulla delibera del capitolo e sul consenso manifestato dai presenti per la vendita dei beni immobili del monastero.



- f. 98v Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die XIII.  
 Testes: Iohannes Offertus, Marcus Stephani Ponpi et Tucius Cole Nicolucie, omnes de regione Montium.  
 In presentia mei notarii et testium etc. Congregate et coadunate simul venerabiles domine domina Francisca de Comite humilis abbatissa monasterii Sancte Eufemie de Urbe<sup>(a)</sup>, soror Eufemia, soror Blaxia, soror Andrea, soror Marta, soror Clara, soror Agnes<sup>(b)</sup>, soror Anestaxia, soror Anthonia, soror Amadio, soror Eugenia, soror Catherina, soror Marta, soror Iacoba, soror Cecilia, soror Scolastica, soror Nanna, soror Peregrina, soror Agapta, soror Laurentia, soror Leonarda, moniales dicti monasterii, que sunt due partes ipsius monasterii monialium et ultra in dicto monasterio ad capitulum ad gratam, ut moris est ad sonum campanelle, de mandato expresso et licentia dicte domine Francisce abatisse pro tractandis quibusdam negotiis utilibus et necessariis dicti monasterii et specialiter pro habendo pecuniam ipsius monasterii necessariam pro eis arduis et necessariis negotiis, qua dictum monasterium eget a presens inter quas moniales, dicta domina abbatissa sursessit dixit et proposuit quod cum dictum monasterium a presens intingeat<sup>(c)</sup>
- f. 99r magna quantitate pecunie pro edificando quamdam domum, inter ambitum ipsius monasterii, pro centemulo sive molentino, acto ad molendum predicto monasterio et monialibus in eo existentibus et aliis personis ibi servientibus et pro granario acto ad retinendum granum ordeum et alias segetes ipsius monasterii, ex qua edificatione ipsum monasterium sentiet et sentire poterit<sup>(d)</sup> maximum comodum et profictum<sup>(e)</sup>, ac etiam quia ipsum monasterium tenetur et obligatum est in III<sup>c</sup> florenis priori Sancti Triphonis, pro quibus sunt obligata et detempta penes eum, iure pignoris, vasa argentea valoris et extimationis ultra III<sup>c</sup> florenos auri. Item pro reparatione tectorum dicti monasterii et ecclesie Sancte Eufemie, que intigent magna reparatione, eo quod iam est diu quod non fuerint reparati et quod, si non reparantur, possent de facili minare ruyna et pro multis aliis negotiis ipsi monasterio necessariis, nec dictam pecuniam seu aliquam eius partem ipsum monasterium habere valeat a presens, nisi de rebus et bonis immobilibus dicti monasterii vendatur tantum quod sufficiat ad quantitates predictas cum ipso monasterio et apud ipsas dominas abbatissam et moniales non sit
- f. 99v pecunia nec res mobiles que vendi et distrari possint pro habendo pecuniam supra dictam, idcirco dicte moniales deliberarent et deliberare eis placeret una et qualiter dicta pecunia haberi posset per monasterium prelibatum occasionibus supradictis, verum quia monasterium habet, quod casale, positum in territorio Urbis extra portam Apiam in loco qui dicitur Campo Magiure in strata veteri, inter hos fines, ab uno latere est tenimentum casalis Rotundi monasterii Sancti Sisti, ab alio latere est tenimentum casalis Sancte Marie Nove, ab alio est tenimentum casalis Iohannis et Guilielmi de Rubeis, quod est modici territorii, videlicet triginta rublorum terre vel idcirca et modicos fructus dictum monasterii ex eo percipere consuevit et maxime occasione unius pedice terre, que est separata ab alio territorio dicti casalis que vocatur Peçalonga, que non comode potest coli et laborari per homines stantes in dicto casale. Item et pro eo quod dictum casale distat ab alio casale dicti monasterii per VI miliaria et ultra et non videtur ipsi domine abatisse alias res ipsius monasterii utilior ad vendendum pro rebus predictis et minus utilis ad retinendum
- f. 100r et a presens vendi potest magis quam alio tempore et de ipso casali Petrus filius olim Laurentii Bucii Saragone mercator de regione Pinee, pro se, Iohanne et Nicolao fratibus suis, volens hemere dictum casale otulit se daturum mille CX florenos auri, nec reperitur ab aliqua alia persona maior quantitas quam ab ipso Petro volente hemere, pro se et dictis fratibus suis, ut dictum est, pro pretio dicti casalis et necessitas urget ut dicta pecunia habeatur, ut supra dictum est, alias dictum monasterium poterit dampnum non modicum pati, tam in perditione dictorum pignorum quem etiam propter edificationem et reparationem predictam, si fieri non contingerit; post quam dominam abbatissam et eius dicta sursessit soror Eufemia, una ex antiquioribus dominabus dicti monasterii, et dixit quod ea, quod ipsa domina abbatissa disserat tam de oportunitate edificationis predicte quam de dictis debitis et penuria et oportunitate pecunie, vera erant et quod dictum casale est utilius pro dicto monasterio ad vendendum et minus utile ad tenendum rationibus supra dictis et ideo bonum erat quod venderetur dicto Petrutio pro pretio prelibato et ita ipsa dixit et voluit, pro parte sua, quod dictum casale vendatur
- f. 100v dicto Petrucio, pro dicto pretio mille CX florenorum auri, et quod ipse domine abbatissa moniales conventus vendant ipsum cum solempnitatibus de iure debitis et consuetis vel constituent scyndicum ad vendendum cum plena et libera potestate et libera aministracione et cum clausolis consuetis et oportunis et ad recipiendum pretium supradictum; post cuius domine sororis Eufemia dicta, per ipsam dominam abbatissam fuit missum partitum inter ipsas dominas moniales de levando ad sedendum, videlicet quod ille quibus dicta dicte domine sororis Eufemie placeret surgerent et que vellent contrarium sederent. Omnes moniales et totum conventus ibi existens surrexit dicendo “Placet, placet omnibus nobis quod fiat quicquid per dictam dominam sororem Eufemiam dictum est secundum quod dictum fuit per dictam dominam abbatissam” et sic deliberatum fuit per omnes supradictas dominas, nemine discordante, quod dictum casale vendatur dicto Petro pro pretio supradicto et quod ipse vendant ad gratam<sup>(a)</sup> vel scyndicum fieret ad vendendum, ita et taliter quod dicta pecunia recipiatur, nomine dicti monasterii, et dicto Petro fieret istrumentum dicte venditionis cum curis et cautelis et clausolis oportunis et necessariis ad sensum sapientis dicti Petri et sic in hanc sententia omnes hunanimitate consensierunt et rogaverunt, me notario infrascripto, quatenus de hoc contractu et omnibus et singulis supradictis publicum conficerem istrumentum.



<sup>(a)</sup> P “sorore” e così erroneamente nei casi successivi del presente atto, ma intendasi sempre “soror” <sup>(b)</sup> P “sorore Agnete” <sup>(c)</sup> Così P e così di seguito, ma intendasi “indigeat” <sup>(d)</sup> P “poteri” <sup>(e)</sup> P “profectum” <sup>(a)</sup> Così P.

104.

1368, novembre 14

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma, riunite in capitolo presso la grata della cappella con il consenso della badessa Francesca *de Comite*, nominano loro procuratori Cola di Paolo di Valmontone, l'abate Lino e Cola di Supino per ricevere la donazione dalla priora e dalle monache del monastero di S. Benedetto di Ferentino in Campagna, con il consenso del vescovo di Ferentino Pietro, di tutti i beni mobili ed immobili di quel monastero con l'obbligo di mantenerne le conventuali vita natural durante, sia con l'usufrutto dei beni ricevuto in dono che con l'usufrutto dei beni del monastero di S. Eufemia, e di riformare il monastero secondo le regole di S. Benedetto.

Le monache del monastero di S. Eufemia invitano ancora i procuratori a ricevere il consenso di un sindaco nominato dal comune di Ferentino, promettono di esonerarli da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il loro operato sotto pena di una ammenda di una libbra d'oro.

f. 101r Eodem anno, mense, indictione et die et coram dictis testibus.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Congregate et coadunate, ut supra, omnes supradicte domine abbatisse videlicet et moniales prefate ad gratam predicta, de mandato expresso et licentia dicte domine Francisce abbatissa, cum consensu et voluntate ipsorum dominarum monialium et ipse domine moniales, cum licentia et mandato ipsius domine abbatisse, que domine moniales sunt ultra due partes monialium dicti monasterii secundum earum asertionem, pro sese ipsis ac vice et nomine aliarum dominarum monialium ipsius monasterii absentium a grata predicta, ac vice et nomine ipsius monasterii opus et utilitatem, earum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt constituerunt et creaverunt et ordinaverunt earum et dicti monasterii veros legitimos et generales yconomos scyndicos procuratores actores factores negotiorum gestores et numptios speciales seu quocumque alio nomine de iure melius dici potest, videlicet Colam domini Pauli de castro Vallis Montonis, abbatem Linum et Cola Mei de castro Supini, absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad recipiendum, nomine dictarum dominarum

f. 101v abbatisse, monialium et dicti monasterii, donationem inter vivos et inrevocabiliter a venerabilibus et honestis dominabus domina priorissa, monialibus et conventu monasterii Sancti Benedicti de civitate Florentini in Campanea constituti, cum consensu et voluntate reverendi in Christo patris et domini domini Petri episcopi civitatis Florentini predicte, et ipsum consensum de omnibus et singulis bonis et rebus ipsius monasterii Sancti Benedicti mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus ubicumque existentibus et sub quocumque vocabulo numcupentur ac etiam contra quascumque personas et loca, etiam de se ipsis dominabus et de ipso monasterio cum curis et cautelis de iure sufficientibus et cum promissionibus ipsam donationem perpetuo ratam gratam et firmam habere et ipsam non revocare ratione ingratitude sive paupertatis nec aliquo colore quesito et ad promictendum, nomine dicte domine abbatisse et monialium dicti monasterii Sancte Eufemie, pro sese ipsis ac vice et nomine aliarum dominarum eis in dicto monasterio succedentibus et ipsius monasterio Sancte Eufemie predicte, ipsis dominabus priorisse et monialibus dicti monasterii Sancti Benedicti, pro sese ipsis et aliis in dicto monasterio successoribus recipientibus, ipsas dominam priorissam et moniales et alias que per tempora erunt in dicto monasterio Sancti Benedicti gubernare regere et sustentare,

f. 102r rebus omnibus oportunitis, ad vitam, tam de dictis fructibus dictorum bonorum donandorum quam de fructibus bonorum dicti monasterii Sancte Eufemie de Urbe, ita et taliter quod dicte domine priorissa et moniales predicte et alie que per tempora erunt in dicto monasterio Sancti Benedicti defectum in vivendo nullatenus patiantur et ipsum monasterium reformare secundum regulam Sancti Benedicti, nec non ad recipiendum<sup>(b)</sup> ratificationem emolationem acceptationem seu quocumque alio nomine melius dici potest a scyndico communis civitatis Florentini predicte, ad hec legitime constituto, cum curis et cautelis de iure sufficientibus et generaliter ad omnia alia et singula facienda operanda procuranda et exercenda, que in predictis et circa predicta essent necessaria et oportuna et que ipsemet constituentes facere possent, si personaliter interessent, et qua causarum meritum exigunt et requirunt, relevantes ex nunc dictos earum yconomos, scyndicos et procuratores et quemlibet ipsorum ab omni honore satisfactionis, promictentes dicte constituentes sese ratum gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per dictos earum yconomos, scyndicos et procuratores et quemlibet ipsorum in predictis et circa predicta actum factum gestum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum dicti monasterii Sancte Eufemie de Urbe

f. 102v mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio il segno convenzionale di “completum” <sup>(a)</sup> Depennato, con una punteggiatura sottostante, il vocabolo “refutatione”.

105.

1368, novembre 14

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma, riunite in capitolo, nominano loro protettore il cardinale vescovo della Sabina con piena potestà e balivo del monastero.

Eodem anno, mense indictione et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. supradicte domine, ut supra, insimul congregate, ac die presente sponte fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt earum et dicti monasterii protectorem<sup>(a)</sup>, defensorem et dominum singularem reverendissimum in Christo patre et dominum<sup>(b)</sup> dominum episcopum sabinensem Sancte Romane Ecclesie cardinalem<sup>1</sup>, licet<sup>(c)</sup> absentem tamquam presentem, cum plena et plenissima potestate, baliva et auctoritate etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato il primo tratto verticale di una P <sup>(c)</sup> P "licite".

106.

1368, novembre 15

Oddone figlio del defunto Pietro *de Seromanis* del rione Pigna, con il consenso della moglie Giacoma, vende ad Antonio figlio del defunto Tuzio *Stalgie* detto *Scipio* due pezze di vigneto con vasca e tino, situate fuori della porta Latina, nella proprietà del monastero di S. Erasmo al quale é dovuta una corrisposta del quarto, al prezzo di 7 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore il notaio Biagio di Alessio di Giovanni di Paolo *de Rosa* per l'insediamento dell'acquirente.

Dietro preghiera e richiesta di Oddone si offre quale garante Giacobello *Iusii* lanaiolo del rione Pigna e insieme promettono di assolvere l'obbligo nei confronti del monastero di S. Erasmo secondo le indicazioni del venditore.

f. 103r

Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die XV.

Testes: Paulus Tucii Sassi et Anthonius de Urbe Veteri nunc de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Oddo filius olim Petri de Sorromanis de regione Pinee, cum consensu et voluntate domine Iacobe uxoris sue, presentis et consentientis, que domina Iacoba primo renumpsiavit quantum ad infrascripta omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quos est pro mulieribus introductum, de ipso per me eundem notarium primo certiorata quid sit et quid dicat, ac die presente sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Anthonio filio olim Tucii Stalgie dicto alias Scipio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus vel cui dare et concedere voluerit in perpetuum, idest duas petias vinearum, plus vel minus quante sunt, scilicet vites et arbores fructiferas et ad quartam redendam, salvo semper et reservato iure proprietatis monasterii Sancti Herasmi, cum vasca vascali et tyno omnibus que suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacetiis et cum introitibus et exitibus suis, que vinee posite sunt extra portam Latinam, super proprietate<sup>(a)</sup>

f. 103v

dicti monasterii Sancti Erasmi, inter hos fines<sup>(b)</sup>, ab uno latere tenent heredes quondam Petri Alli, ab alio latere tenent heredes quondam Lelli Buccabelle, ante est viculus vecinalis vel si qui sunt ad predicta plures vel veriores confines et per Blaxium filium Alexii Iohannis Pauli de Rosa notarium, licet absentem tamquam presentem, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiiri voluit et mandavit etc. et donec fuerit investitum constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplenda dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, plenam licentiam et liberam facultatem concessit ut ipsam vineam propria auctoritate possit intrare etc. vendidit etiam dictus venditor eidem emptori omnia iura sibi competentia et in dicta vinea etc. Hanc autem venditionem fecit dictus venditor, cum consensu dicte sue uxoris, dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii VII florenorum auri, quos presentialiter recepit et habuit, de quibus etc.

f. 104r

et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio valeret, dictus venditor eidem emptori, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, inter vivos donavit etc. et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod dicte vinee sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicti venditoris penes dictum emptorem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, Iacobellus Iusii lanarolus de regione Pinee sponte fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum etc. insuper promiserunt dictus venditor et dictus fideiussor et quilibet ipsorum dicti emptori, presenti et stipulanti ut supra, in predictis et quolibet predictorum facere consentire abbatissam, moniales, capitulum et conventum dicti monasterii Sancti Erasmi ad omnem petitionem et voluntatem ipsius emptoris cum curiis et

<sup>1</sup> Cfr. C. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, I, Monasterii 1813, pp. 18, 37, e 43: "Guilielmus de Agrifolio (Aigrefeuille) Lemovicensis (Limonge) o.s.b. ep. Caesaraugustensis (Saragozza, Spagna), tit. S. Marie in Trastiberim, postea (1368 oct. 31) ep. Sabinensis vulg. "Caesaraugustensis"; obit Viterbii 4 oct. 1369".

cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis ipsius etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dictus venditor et dictus fideiussor et quilibet ipsorum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “mobiliium et immobiliium presentium et futurorum et pena unis libre auri, qua soluta vel hec firma semper perdurent”

<sup>(b)</sup> Ripetuto “hos fines”.

107.

1368, novembre 17

Giovanna moglie di Giovanni di Gaetani *de Palatinis* signore di Ninfa, con il consenso del marito, informata della vendita già fatta da Bonifazio figlio del defunto Nicola di Riccardo *de Annibaldis* di Cave, incaricato anche a nome della madre Margherita, vedova di Nicola, dei fratelli Bertoldo, Giacobello e Ildebrandino, e dal fratello Gentile della peschiera detta Lo Paparescho, situata nel lago Fulgiani, a Francesca *de Comite*, badessa del monastero di S. Eufemia ed a Pietro Paolo figlio del defunto Andreozio *Pontiani*, ai quali é destinata una metà per ciascuno al prezzo di 700 fiorini d'oro, secondo l'atto di vendita rogato dal notaio Antonio di Lorenzo e dallo stesso Paolo *de Seromanis* (v. doc. 228), dà il suo consenso a richiesta di Gentile.

f. 104v

Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die XVII.

Testes: dominus Iohannes Theobaldi canonicus<sup>(a)</sup> ananginus, Nardutius Rutii de Anticulu, Iohannes<sup>(b)</sup> Pica de Sculcula [omnes]\* familiares infrascripti Iohannis.

Actum in Sancto Basilio videlicet in palatio.

<sup>(c)</sup> In presentia mei notarii et testium etc. magnifica domina domina Iohanna consors magnifici viri Iohannis Gaytani de Palatinis domini castri Nimphe, cum consensu et voluntate dicti Iohannis viri sui, presentis et consentientis, que domina presentialiter ac die certiorata per me infrascriptum notarium de quadam supradicta venditione iam facta per reverendum et magnificum virum Bonifatium filium olim magnifici viri Nicolai domini Riccardi de Anibaldis de Cavis, suo proprio nomine, et ut procurator magnifice domine domine Margarite, matris sue, olim dicti Nicolai, nec non magnificorum virorum Bertuldi, Iacobelli et Yltibrandini<sup>(d)</sup>, germanorum fratuum ipsius domini Bonifatii, et per Gentilem, fratrem germanum ipsius domini Bonifatii filium olim dicti Nicolai, reverende in Christo matri domine Francisce de Comite, Dei gratia abbatisse monasterii Sancte Eufemie de Urbe, nomine dicti<sup>(e)</sup> monasterii et dominarum ipsius recipienti, pro medietate et

f. 105r

Petro Paulo filio olim Andreotii Pontiani de alia medietate infrascripte<sup>(f)</sup> piscarie ipsorum fratuum que vocatur lo Paparescho, posite in lacu Fulgiani, infra confines in ipso istrumento venditionis contentos, pro pretio et nomine pretii VII<sup>c</sup> florenorum auri sic vel aliter, plus vel minus, prout in ipso istrumento venditionis scripto per Anthonium Laurentii et me notarios plenius continetur, ad requisitionem dicti Gentilis, pro se et nomine quibus supra, dicte venditionis consentiit et suum consensum prestitit eamque venditionem emoluavit ratificavit et acceptavit cum omnibus suis tenoribus et articulis prout iacet, renumpsiavit et refutavit dicta domina ex nunc et cuiuslibet ipsorum et mihi notario recipienti pro eis omnia iura ipsi domine competentia nunc et que sibi competere possent in futurum in piscaria predicta et iuribus et pertinentiis suis cum ratione dotis donationis propter numptias etc. et omni alio suo iure etc. et promisit quod si aliqua iura sibi competenter in predictis nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret promisit et voluit teneri de evictione etc. pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “canonicum” <sup>(b)</sup> P “Iohanne” <sup>(c)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio “missum” <sup>(d)</sup> P “Yltibrandini” <sup>(e)</sup> P “domini” ma intendasi “dicti” <sup>(f)</sup> Depennato “piss”.

108.

1368, novembre 18

Giovanni e Marco figli del defunto Maddaleno speciale del rione Monti, con il consenso della madre Caterina e delle loro rispettive mogli Francesca e Giovanna, vendono a Giovanni, a Giacomo, canonico della basilica dei XII Apostoli di Roma, e a Lorenzo, canonico della chiesa di S. Marco di Roma, figli del defunto Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna un palazzo con pianoterra e solaro, con sale e camere all'interno, una loggia di sotto, con case basse sotto il palazzo, situate nel rione Pigna, al prezzo di 100 fiorini d'oro.

I venditori nominano loro procuratore Lello di Maddaleno per l'insediamento dell'acquirente nella loro proprietà.

Dietro preghiera dei venditori si offre quale garante Paluzio di Buzio *Partimedalgia* del rione Monti per la convalida del loro diritto di proprietà.

f. 105v

Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die XVIII.

Testes: Stephanus Capudguche, Cecchus Pauli Infantis et Paulus Dompnicelle [omnes]\* de regione Trivii.

Actum in domo infrascriptorum venditorum.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes et Marchus, germani fratres, filii olim Madaleni spetiarii de regione Montium, asserentes sese magiorem XIII annorum et qui ambo iuraverunt ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV annorum seu XX nec aliqua ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere de effectu iuramenti et beneficium restitutionis in integrum, per me eundem notario primo certiorati, ac die presente, cum consensu et voluntate domine Catherine matris ipsorum, domine Francisce uxoris dicti Iohannis et domine Iohanne uxoris dicti Marci, que domine Catherina, Francischa et Iohanna primo renumpiaverunt omni earum et cuiuslibet ipsarum iure, tum ratione dotis donationis propter numptias alimentorum parafernorum guarnimentorum et omni alio earum<sup>(a)</sup> et cuiuslibet ipsarum iure<sup>(b)</sup> et specialiter

f. 106r auxilio velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductum etc. et que domine Francisca et Iohanna primo<sup>(c)</sup> iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula et etiam suprascripta non venire ratione earum et cuiuslibet ipsarum minorum etatum XXV seu XX annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere etc. ac die presente predicti Iohannes et Marchus, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, vendiderunt et venditionis titulo dederunt et cesserunt et concesserunt Iohanni, domino Iacobo canonico basilice XII apostolorum de Urbe et domino Laurentio canonico ecclesie Sancti Marci de dicta Urbe, germanis fratribus, filiis olim Lelli Bucii Iohannis Rubei de regione Pinee, presentibus et recipientibus pro sese ipsis, coniuntim et non divisim, eorumque heredibus et successoribus in perpetuum et non nomine dictarum suarum ecclesiarum seu alterius ipsarum, videlicet unum palatium sive domum ipsorum fratuum terrineum et solaratum, cum salis et cameris infra se, lovio suptus se, domibus vassis suptus eum, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberum et exemptum ab omni nesso servitutis iure canonici sive censu, quod palatium positum

f. 106v est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Nucius Astalli, ab alio latere tenet Iohannes Lelli Andree de Rubeis, a duobus lateribus sunt vie publice vel si qui sunt ad predicta plures et veriores<sup>(d)</sup> confines et per Lellum Madaleni, licet absentem tamquam presentem, quem dicti venditores eorum procuratorem constituerunt ad investiendum ipsos emptores de predictis investiiri voluerunt et mandaverunt et donec fuerunt investiti constituerunt se dicti venditores, nomine dicti emptoris, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendum dicti venditores eisdem emptoribus, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus ut supra, plenam licentiam et liberam facultatem concesserunt ut, amodo in antea, dictum palatium cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere etc. Item eodem titulo venditionis dicti venditores et quilibet ipsorum vendiderunt dederunt cesserunt et concesserunt dictis<sup>(a)</sup> emptoribus, presentibus<sup>(b)</sup> et recipientibus ac legitime stipulantibus ut supra, omnia iura eis competentia et in futurum competitura in dicto palatio, iuribus et pertinentiis suis contra quascumque personas et loca, ita quod, amodo et deinceps, proprio nomine agant petent etc. nullo eis iure in predictis aqualiter reservato

f. 107r ipsosque in rem procuratorem constituerunt. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dicti venditores, cum consensu et voluntate dictarum dominarum, eisdem emptoribus et cuilibet ipsorum, ut dictum est, fecerunt pro pretio et nomine pretii C florenos auri, quos C florenos auri pretium dicte domus sive palatii dicti venditores a dictis<sup>(c)</sup> emptoribus, presentialiter numeraliter et manualiter receperunt et habuerunt, de quibus se bene quietos vocaverunt etc. et renumpiaverunt exceptioni non solutorum dictorum florenorum etc. et si plus<sup>(d)</sup> dicto pretio dictum palatium cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valeret nunc vel in futurum valere posset dicti venditores, cum consensu dictarum dominarum, eisdem emptoribus, recipientibus et stipulantibus ut supra, inter vivos et irrevocabiliter donaverunt etc. et promiserunt dicti venditores dictis<sup>(e)</sup> emptoribus, ut supra recipientibus et stipulantibus, quod dictum palatium est ipsorum et ad eos spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est venditum per eos nec aliquem ipsorum seu per alium vel alios eorum nomine et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione secundum quod iura volunt et ad hec ad preces et instantiam dictorum venditorum et pro eis et quolibet ipsorum penes dictos<sup>(f)</sup>

f. 107v emptores, presentes et recipientes ac legitime stipulantes ut supra, Palutius Bucii Partimedalgia de regione Montium sponte fideiussit et promisit quod dictum palatium per dictos venditores nec aliquem ipsorum vel alium seu alios est venditum datum donatum etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout ipsi venditores tenentur et obligati sunt et voluerunt pro predictis dicti venditores et fideiussor et quilibet ipsorum posse cogi omni tempore et in omni curia etc. obligantes pro predictis bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "iure" <sup>(b)</sup> P "ipsa" <sup>(c)</sup> Depennato "renumpiaverunt" <sup>(d)</sup> P "verios" <sup>(a)</sup> Corretto sul precedente "dictos" <sup>(b)</sup> P "prese"  
<sup>(c)</sup> Corretto sul precedente "dictos" <sup>(d)</sup> P "pulus" <sup>(e)</sup> Corretto sul precedente "dictos" <sup>(f)</sup> Ripetuto "dictos".

## 109.

1368, novembre 22

Giovanni, Giacomo canonico della basilica dei XII Apostoli di Roma e Lorenzo canonico della chiesa di S. Marco di Roma figli del defunto Lello di Buzio di Giovanni *Rubei*, con il consenso della madre Margherita e

di Francesca moglie di Giovanni, vendono a Giacoma moglie di Nuzio di Tommaso *de Astallis* del rione Pigna un palazzo con sale e camere all'interno, una loggia davanti, con case basse sotto il palazzo, situato nel rione Pigna, al prezzo di 140 fiorini d'oro.

Giacoma dichiara, in presenza del marito Nuzio, che la somma per l'acquisto fa parte dei beni parafernali ricavata dalla vendita di una casa, situata nel rione di S. Eustachio, e da un terzo di oggetti preziosi lasciati gli entrambi dal defunto padre Pietro di Tozio.

I venditori nominano loro procuratore Cecco di Buzio *de Rogeriis* mercante del rione Pigna per l'insediamento dell'acquirente nella loro proprietà.

Dietro preghiera dei venditori si offrono quali garanti Lello di Maddaleno mercante, Guglielmo di Pietro de Rubeis e Nicola di Cola Griffoli del rione Pigna per la convalida del diritto di proprietà.

Indictione VII mense novembris die XXII.

Testes: Iacobus Lucii calsolarius, Cola dictus alias Paternoster et Lellus Mathioli de regione Pinee.

Actum in domo infrascriptorum venditorum.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Iohannes, dominus Iacobus canonicus basilice XII Apostolorum de Urbe et dominus Laurentius canonicus Sancti Marci de dicta Urbe, qui dominus Iacobus et dominus Laurentius, nomine proprio et non nomine alicuius ipsorum nec alterius ipsorum ecclesie

f. 108r

nomine, germani frates, filii olim Lelli Bucii Iohannis Rubei, qui Iohannes, dominus Iacobus et dominus Laurentius et quilibet ipsorum primo iuraverunt etc. tactis sacrosanctis scripturis,

cum consensu et voluntate domine Margarite communis matris eorum et domine Francisce uxoris ipsius Iohannis, que domina Francisca primo iuravit etc. que domine Margarite et Francisca et quilibet ipsarum primo<sup>(b)</sup> renuntiaverunt etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus quod est pro mulieribus introductum etc.

ac die presente, eorum et quilibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt domine Iacobe uxori Nucii Thome de Astallis de regione Pinee, presenti ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui seu quibus ipsa domina emptris dare et concedere voluerit, idest quodam palatium sive domum ipsorum venditorum cum salis, cameris infra se lovio ante se et domibus vassis suptus ipsum, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huiusmodi, quod positum est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet dictus Nucleus maritus dicte emptricis, ab alio latere tenet Iohannes Lelli Andree de Rubeis, a duobus lateribus sunt vie publice et cum introitibus et exitibus suis et per Cecchum Butii de Rogeriis mercatorem de regione Pinee, quem dicti venditores

f. 108v

et quilibet ipsorum eorum procuratores constituerunt ad investiendum ipsam venditricem de dicto palatio sive domo cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluerunt et mandaverunt et donec dicta emptris fuerit investitam constituerunt se dicti<sup>(c)</sup> venditores, nomine dicte emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendum dicti venditores et quilibet ipsorum dicte emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, plenam licentiam et liberam facultatem concesserunt ut ipsum palatium sive domum propria auctoritate possit intrare vendere possidere etc. Item eodem titulo venditionis dicti venditores et quilibet ipsorum eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, dederunt cesserunt et concesserunt omnia iura eis et quilibet ipsorum competentia et in futurum competitura in dicto palatio sive domo cum omnibus suis usibus, ut dictum est, nullo eis nec alteri ipsorum iure in dicto palatio sive domo per directum sive per oblicum aliquo modo reservato. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur predicti venditores et quilibet ipsorum eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, fecerunt pro pretio et nomine pretii centum quatuoraginta florenos auri, quos CXL florenos auri dicti venditores a dicta emptrice presentialiter et manualiter

f. 109r

repperunt in florenis de auro, de quibus sese bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renuntiaverunt etc. que pecunia et floreni predicti fuerunt et sunt de bonis parafernalis ipsius domine et ad ipsam dominam pervenerunt de pretio cuiusdam domus que quondam fuit Petri Totii, patris ipsius domine, posite in regione Sancti Eustachii, inter suos confines, quam domum dicta emptris, post mortem sui patris, vendidit et pretium recepit de tercis aliis localibus que sibi remanserunt post mortem dicti patris sui, presente et confitente dicto Nucio viro suo, sic verum esse, et si plus dicto pretio dictum palatium cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valeret nunc vel valere posset in futurum dicti venditores et quilibet ipsorum dicte emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, inter vivos et inrevocabiliter honesti amoris causa donaverunt cesserunt et concesserunt et promiserunt dicti venditores et quilibet ipsorum in solidum eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, quod dictum palatium sive domus est ipsorum<sup>(d)</sup> et ad eos spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone huiusmodi sive loco in totum vel in parte est venditum datum donatum etc. et si contrarium appareret et dicta emptris vel sui heredes et successores molestarentur in iudicio sive extra iudicium promiserunt dicti venditores et quilibet ipsorum ipsam emptricem exonerare

f. 109v

et defendere in iudicio et extra iudicium eorum sumptibus et expensis<sup>(e)</sup> et in se ipsos sumere ipsum iudicium et defensionem contra omnes turbatores vel volentes ipsam quomodolibet perturbare, ita quod nullum

dampnum patiat in ea et finaliter si evictio aliqua sequeretur in totum vel in partem promiserunt de evictione secundum quod iura volunt et ad hec Lellus Maddaleni mercator, Guilielmus Petri de Rubeis et Nicolaus Cole Griffoli de regione Pinee, qui Guilielmus et Nicolaus principaliter iuraverunt etc. ad petitionem et instantiam dictorum venditorum et cuiuslibet ipsorum et pro eis penes dictam emptricem<sup>(f)</sup>, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, fideiusserunt et promiserunt quod dictum palatium cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsorum venditorum et ad eos spectat et pertinet pleno iure et<sup>(g)</sup> quod nemini est venditum etc. et si contrarium appareret voluerunt quilibet ipsorum in solidum teneri de evictione prout ipsi venditores tenentur et obligati sunt, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti venditores et quilibet ipsorum<sup>(h)</sup> penes dictam emptricem obligaverunt bona ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renuntiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio “missum” <sup>(b)</sup> Depennato “in” <sup>(c)</sup> Depennato con una riga sottostante, il vocabolo “emptores” <sup>(d)</sup> Corretto sul precedente “ipsius” <sup>(e)</sup> Depennato “contra” <sup>(f)</sup> Depennato “per” <sup>(g)</sup> Depennato si <sup>(h)</sup> P “ipso”.

110.

1368, novembre 25

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma, riunite in capitolo presso la grata della cappella secondo la consuetudine, ed in particolare la badessa Francesca *de Comite*, Eufemia, Lorenza, Biagia, Scolastica, Andrea, Caterina, Santa, Eugenia, Antonia, Clara, Marta, Amadio, Illuminata, Costanza, Anastasia, Antonia, Pellegrina, Cecilia, Vanna, Marina, Giovanna, Giacoma, Leonarda, Angela e Agnese, che rappresentano oltre due parti delle monache conventuali, dopo aver deliberato di procedere alla vendita di un casale per affrontare con il denaro ricavato gli impegni pressanti della comunità (v. doc. 231), con il presente atto vendono al mercante Pietro figlio del defunto Lorenzo di Buzio *Saragona* del rione Pigna, presente anche a nome dei fratelli Giovanni e Cola, il casale che una volta fu di Nicola di Andrea *de Rubeis* detto lo casale delle *Muggie*, unito con il casale di Giovanni figlio del defunto Lello di Andrea *de Rubeis* e di Guglielmo di Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, con pascoli e prati comuni, con torre, case forno, chiostro, terre coltivate ed incolte, ruscelli e pozzi, situato fuori della porta Appia nella contrada detta *Campo Magiure*, al prezzo di 1110 fiorini d'oro.

Le monache nominano loro procuratori il mercante Lello di Maddaleno del rione Pigna ed Antonio di Belluomo per l'insediamento degli acquirenti nella loro proprietà.

Le venditrici dichiarano che se la somma dovesse superare i bisogni della comunità l'eccedenza sarà versata ad una persona idonea per l'investimento in beni immobili a vantaggio del monastero.

Dietro richiesta delle monache si offrono quali garanti Cecco di Folco del rione Monti, Cencio *de Frangipanensibus* del rione Trastevere, Lello di Maddaleno mercante del rione Pigna e Pietro Paolo di Andreozio *Pontiani* del rione S. Angelo nel caso di evizione della proprietà.

f. 110r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXVIII pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> novembris die XXV.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Congregate et coadunate simul venerabiles et humiles domine domina Francischa de Comite humilis abbatissa venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, soror<sup>(b)</sup> Eufemia, soror Laurentia, soror Blaxia, soror Scolastica, soror Andrea, soror Catherina, soror Santa, soror Eugenia, soror Anthonia, soror Clara, soror Marta, soror Amadio, soror Luminata, soror Costantia, soror Anestaxia, soror

Anthonia, soror Peregrina, soror Cecilia, soror Vanna, soror Marina, soror Iohanna, soror Iacoba, soror Leonarda, soror Angela, et soror Agnes<sup>(c)</sup>, monialibus dicti monasterii, que sunt due partes monialium dicti monasterii et ultra, ad capitulum ad gratem<sup>(d)</sup>, ubi est locus earum capituli deputatus ut moris est, ad sonum campanelle, de mandato licentia ipsius domine Francisce abbatisse, ipsa domina Francischa abbatissa, cum consensu et voluntate dictarum dominarum monialium, et ipse domine moniales, cum consensu voluntate licentia

f. 110v et mandato dicte domine abbatisse, pro sese ipsis et aliis dominabus monialibus a dicta grata absentibus, habito diligenti tractato et deliberatione inter eas de vendendo infrascriptum casale, pro quibus de negotiis utilibus et necessariis dicto monasterio et specialiter pro habendo pecuniam ipsi monasterio necessariam pro certis arduis et necessariis negotiis, qua dictum monasterium eget ad presens et specialiter pro edificando quamdam domum intra ambitu dicti monasterii pro centemulo sive molendino, acto ad molendum pro dicto monasterio et monialibus in eo existentibus et aliis personis sibi servientibus, et pro quodam granario acto ad retinedum granum,

ordeum et alias segetes ipsius monasterii ex qua edificatione dictum monasterium sentiet et sentire poterit maximum comodum et profictum<sup>(e)</sup>, ac etiam quia dictum monasterium tenetur et obligatum est priori Sancti Triphonis in III<sup>c</sup>florenis auri, pro quibus sunt obligata et detempta penes dictum priorem<sup>(g)</sup>, iure pignoris, vasa argentea, videlicet<sup>(h)</sup> una figura argentea deaurata cuiusdam sancte, unum turibulum deauratum et



- smantatum<sup>(i)</sup>, unum urceum de arigento, unum anulum de auro cum quodam diamante pretioso et alia vasa argenti valoris et extimationis trecentorum florenorum auri et ultra. Item et pro reparatione tectorum dicti monasterii que intingent<sup>(i)</sup>
- f. 111r reparatione, que si non reparentur de facili possent devenire in ruyna et pro certis aliis negotiis arduis et necessariis dicto monasterio a presens oportunis et quia pecunia, ex alia parte, dictum monasterium nisi de dicto casali habere non potest<sup>(k)</sup>, idcircho dicte domine abbatissa et moniales earum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, pro sese ipsis et vice et nomine aliarum dominarum monialium a dicta grata absentibus, et dicti monasterii, pro quibus dominabus monialibus absentibus, promiserunt de rato et rati abitione et dicti monasterii bona principaliter obligaverunt, ac die presente vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Petro filio olim Laurentii Bucii Saragona mercatori de regione Pinee, presenti ementi recipienti ac legitime stipulanti, pro se et vice et nomine Iohannis et Cole, fratuum suorum, filiorum dicti olim Laurentii communis patris, eorumque<sup>(l)</sup> heredibus et sucessoribus vel cui seu quibus ipsi dare vendere cedere aut concedere voluerunt in perpetuum, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro eis et quolibet eorum, idest quodam casale ipsius monasterii quod olim fuit Nicolai Andree de Rubeis quod vocatur lo casale delle Mugie<sup>(m)</sup> liberum et exemtum ab omni nesso servitutis, iuribus canonici sive census, iunto pro indiviso<sup>(n)</sup> cum casale Iohannis filii olim Lelli Andree de Rubeis et Guilielmi Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, pratis et pasculariis communibus inter ipsos,
- f. 111v cum turre, redimine, domibus, accasamentis, furno, reclaustro, terris, magensibus, cultis et incultis, montibus, vallibus, collibus, planis, planitiis, fontibus, puteis, aquis, rivis et aquarum decursibus et cum omnibus eis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversalibus et cum introitibus et exitibus suis, quod totum casale cum suo tenimento positum est extra portam Apiam in<sup>(o)</sup> contrada que dicitur Campo Magiure, inter hos fines, ab uno latere tenet tenimentum casalis Rotundi monasterii Sancti Sisti, ab alio latere tenet tenimentum casalis Sancte Marie Nove, ab alio est tenimentum<sup>(p)</sup> casalis dictorum Iohannis et Guilielmi vel si qui sunt ad dictum casale et eius tenimentum plures et veriores confines antiqui vel moderni et per Lellum Madaleni mercatorem de regione Pinee, presentem et recipientem, et Anthonium Bellihominis<sup>(q)</sup>, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum<sup>(r)</sup>, ita quod non sit melior conditio occupantis, scilicet quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire, quos et quemlibet ipsorum dicte venditricis, pro sese ipsis et vice et nomine aliorum dominarum absentium, et dicti monasterii earum procuratores et scyndicos constituerunt ad investiendum ipsum emptorem, pro se et quo supra nomine,
- f. 112r investiri voluerunt et mandaverunt et donec fuerit dictus emptor, pro se et quibus supra nominibus, investitus et in corporalem et vacuum possessionem inductus constituerunt sese dicto venditricis, pro se et quibus supra nominibus, nomine dicti emptoris tenere et possidere, ad quam possessionem adimplistendum dicte venditricis, pro se et quibus supra nominibus, eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, plenam licentiam et liberam facultatem concesserunt ut, amodo in antea, dictum casale cum suo tenimento redimine cum iuribus et pertinentiis suis, propria auctoritate, possit intrare tenere possidere uti frui vendere donare obligare, pretium recipere et sibi retinere, dominium per possessionem in alium transferre et de eo facere quicquid eis perpetuo placuerit. Item vendiderunt eodem titulo venditionis dicte venditricis, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et quibus supra nominibus, dederunt cesserunt et concesserunt omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas<sup>(s)</sup> expressas ipotecaria atque mistas civiles et pretorias et in rem scriptas,
- f. 112v que et quas nunc dicte venditricis habent et dictum monasterium et in futurum habere possent seu sperant in dicto casale cum toto suo tenimento redimine iuribus et pertinentiis suis, ut supra dictum est, vel eius occasione contra quascumque personas huniversalitates et loca, ita quod, amodo in antea, dictus emptor, pro se et quo supra nomine, proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat, utatur fruatur experiatur et in locum ius et privilegium dictarum venditricum et dicti monasterii succedat succedereque voluerunt et mandaverunt nullo eis et dicto monasterio iure per directum vel per oblicum aliquo modo reservato ipsumque emptorem in rem suam procuratores constituerunt. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefate venditricis, pro se et quibus supra nominibus, dicto emptori tamquam plus offerenti, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et quibus supra nominibus, me notario ut publica persona stipulante et recipiente pro eis, fecerunt pro eo quod dictum monasterium intiget<sup>(t)</sup> pecuniam pro rebus oportunis et necessariis ipsi monasterio, ut supra dictum est, pro pretio et nomine pretii mille CX florenorum<sup>(u)</sup> boni et puri auri, iuxti et recti ponderis, de quibus mille CX florenis auri pretium dicti casalis dicte domine venditricis confesse fuerunt centum floreni auri recepisse pro arris
- f. 113r et parte pacamenti dicti casalis per manus Nucii Spene prosenete et mei notarii, residuum autem, videlicet mille X florenos, presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt in florenis de auro, de quibus mille CX florenis, pretium dicti casalis, et de ipso pretio post ipsam receptionem se bene quietas contentas et pacatas vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non receptorum et non ponderatorum dictorum mille CX florenorum auri et pretii predicti dicti casalis non habiti et non recepti exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebita ob causam et sine causa et spei future



- numerationis et receptionis exceptioni similem contractum aliud actum quam scriptum vel aliud scriptum quam actum et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus tam iuris quam facti quibus contra predicta venire possent dicte venditrices, ex certa scientia, renumpsiaverunt expresse et si ex dicta pecunia aliquid superaret dicte venditrices, pro se et quibus supra nominibus, dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, in re stabili utili et fructifera cum magiori quantitate pecunie pro utilitate dicti monasterii investire promiserunt et donec investiatur confitentes dicte venditrices a nulla alia persona seu loco de dicto
- f. 113v casali invenisse magiorem quantitatem quam a dicto Petrucio, emptore, finaliter si plus dicto pretio dictum casale cum suo tenimento valeret nunc vel in futurum valere posset dicte venditrices, pro se et quibus supra nominibus, dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, inter vivos et inrevocabiliter donaverunt cesserunt et concesserunt honesti amoris et dilectionis causa et propter multa et grata servitia, que dicte venditrices, nomine dicti monasterii, ab ipso emptore et predecessoribus suis recepisse et habuisse confesse sunt, que servitia congrua ascendunt totum illud plus quod dictum casale et eius tenimentum valere posset et promiserunt insuper dicte venditrices, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, me notario ut publica persona recipiente et stipulante pro eis, quod dictum casale cum toto suo tenimento est ipsius monasterii et quod nulli alii persone huniversitati seu loco in totum vel in partem est venditum datum donatum cessum concessum pignoratium alienatum distractum nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona huniversitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus in totum nec
- f. 114r in partem et quod dicto emptori dictum casale et eius possessiones cum omnibus suis iuribus et pertinentiis supradictis habere et tenere licebit et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter dictus emptor vel sui heredes et sucessores aut abentes<sup>(v)</sup> causam ab ipso molestaretur in eo vel partes ipsius in iudicio vel extra iudicium, promiserunt dicte venditrices, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, et dicti monasterii nomine, eidem emptori, presenti et legitime stipulanti pro se et quibus supra nominibus, ad simplicem requisitum dicti emptoris suorumque heredum et sucessorum aut habentes causam ab ipso eum defendere et defendi facere in iudicio suis sumptibus et expensis, sumendo in se ipsum iudicium et defensionem contra omnes turbatores vel volentes ipsum quomodolibet perturbare usque ad finem cause, tali quidem pacto quod dictus emptor vel suis heredes et sucessores nullum dampnum patiatur in eo et finaliter si dictus emptor vel suis heredes et sucessores in dampnum venerint expensas fecerint aut evicti fuerint in totum vel in partem aut interesse aliquod paterentur, dicte venditrices, pro sese ipsis et quibus supra nominibus et aliis in dicto monasterio sucessoribus earumdem, de aliis bonis dicti monasterii propriis reficere et resarcire promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie
- f. 114v seu re et pro ipsa evictione duplum pretii rei evicte restituere evicto quacumque ex causa ipsa evictio sequeretur, etiam si in totum evinceretur et si in partem in ea parte in qua evinceretur, asserentes et constituentes dicte venditrices talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum, quod duplum pretii rei evicte restituantur evicto et nichil homninus dampna omnia<sup>(w)</sup> expensas et interesse, de quibus dampnis expensis et interesse et de ipsarum quantitate vel numero dicte venditrices, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, stare et credere voluerunt solo simplici sacramento ipsius emptoris aut heredum et sucessorum ipsius sine alterius honore probationis, iudicis tassatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluerunt pro plena et sufficiente probatione ceterisque aliis probationibus et defensionibus dicte venditrices, ex certa scientia, renumpsiaverunt expresse et ad hec ad petitionem et instantiam dictarum dominarum vendentium, pro se et quibus supra nominibus, penes dictum emptorem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, Cecchus domini Fulci de regione Montium, Cincius de Frangiapanesibus de regione Transtiberim, Lellus Madaleni de regione Pinee mercator et Petrus Paulus<sup>(x)</sup>
- f. 115r<sup>(y)</sup> Andreetii Pontiani de regione Sancti Angeli, quilibet ipsorum in solidum eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus<sup>(z)</sup>, animo donandi, sese et bona ipsorum principaliter obligaverunt, fideiusserunt in omne casum causam et eventum omnium et singulorum predictorum, videlicet que promissa sunt in casu evictionis tantum et voluerunt ipsi et quilibet ipsorum in solidum tenere et obligati esse ad omnia et singula ad que dicte venditrices tenentur et obligate sunt teneri et obligari possent occasionibus supradictis, videlicet in dicto casu evictionis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis, tam dicte venditrices quam dicti fideiussores earum et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt<sup>(aa)</sup> dicto emptori, pro se et quo nomine recipienti, omnia eorum et dicti monasterii bona mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec precario nomine dicti emptoris tenere et possidere constituerunt et voluerunt pro predictis et quolibet predictorum posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam feriatis diebus, quibus ferris et diebus feriatis dicte venditrices et dicti fideiussores et quilibet ipsorum, ex certa scientia, renumpsiaverunt expresse et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vel auditore renumpsiaverunt in hiis dicte venditrices et dicti fideiussores et quilibet ipsorum prescriptioni beneficio fori causis positis et<sup>(bb)</sup>
- f. 115v ponendis beneficio cessionis bonorum, legitime cruce signato, epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis de duobus vel pluribus reis debendis cedendis et dandis<sup>(cc)</sup> actionum et illi legi qua cavetur, quod si debitor non habuerit aurum argentum nec aliqua mobilia, quod possit solvere creditori suo de

stabilibus, scilicet penitus eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, in casu evictionis reficere promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie seu re et omnibus aliis singulis exceptionibus et defensionibus, iuribus canonico et civili, statutis privilegiis et consuetudinis Urbis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent vel quomodolibet se tuere dicte venditrices et dicti fideiussores et quilibet ipsorum, ex certa scientia, renuntiaverunt expresse. Que quidem omnia et singula supradicta dicte venditrices, pro se et quibus supra nominibus, et dicti fideiussores et quilibet ipsorum atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub ypotheca et obligatione dictorum bonorum eorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

Actum Rome in regione Montium in dicto monasterio et ad dictam gratam, presentibus hiis testibus, scilicet Petrucio Iohannis Pauli notario de regione Pinee, Iohanne Lelli Andree de Rubeis, Colella Romanelli Bucii de Malpileis de regione Pinee et presbitero [\*]amindio [\*] Trivenia [\*\*\*]<sup>(dd)</sup> [a]d hec speci[a]liter vocatis et r[ogatis]<sup>(ee)</sup>.

<sup>(a)</sup> Depennato “decembris” <sup>(b)</sup> P “sorore” e così erroneamente nei casi successivi del presente atto, ma intendasi sempre “soror” <sup>(c)</sup> P “sorore Agnete” <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> P “profectum” <sup>(f)</sup> Depennato “l” <sup>(g)</sup> P “prioro” <sup>(h)</sup> L’atto ripropone l’elenco degli impegni e delle necessità del monastero e, rispetto all’elenco del recedente doc. 231, specifica gli oggetti preziosi concessi in pegno <sup>(i)</sup> Così P <sup>(j)</sup> Così P, ma intendasi “indigent” <sup>(k)</sup> P “poteste” <sup>(l)</sup> Ripetuto “eorum” prima della congiunzione <sup>(m)</sup> È lo stesso casale che nel precedente dooc. 231 è stato indicato solo in riferimento alla topografia della contrada “Campo Magiure” <sup>(n)</sup> P “diviso” <sup>(o)</sup> L’espressione che segue fino a “Campo Magiure” è annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(p)</sup> Depennato “dicto” <sup>(q)</sup> Depennata la prima “s” del precedente “Bellishominis” <sup>(r)</sup> P “solitum” <sup>(s)</sup> Depennato “vel” <sup>(t)</sup> Così P <sup>(u)</sup> L’espressione che segue fino a “ponderis” è stata annotata nell’interlinea superiore <sup>(v)</sup> Così p e in altri casi successivi <sup>(w)</sup> Depennato et <sup>(x)</sup> Ripetuto “et Petrus Paulus” presumibilmente per collegare il nome a quello indicato alla fine del foglio <sup>(y)</sup> Segue il penultimo quaderno del protocollo composto da tre fogli privi del numero progressivo ma perfettamente inseriti nello svolgimento del formulario, che sono stati incollati sul margine sinistro dell’ultimo quaderno nel quale il notaio prosegue l’indicazione numerica dal f. 115 al f. 124. In tempi recenti un archivistica per dare continuità al protocollo ha numerato con matita blu i tre fogli privi di numero (oggi ff. 115-117) ed ha aggiornato l’antica numerazione dell’ultimo quaderno (oggi ff. 118-127). Per comodità seguiamo nel testo la numerazione moderna <sup>(z)</sup> L’espressione che segue fino ad “obligaverunt” è annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(aa)</sup> L’espressione che segue fino a “recipienti” è annotata nell’interlinea superiore senza un segno di richiamo, ma è evidente la collocazione in base ai consueti formulari <sup>(bb)</sup> Ripetuto “et” <sup>(cc)</sup> P “dundis” <sup>(dd)</sup> Come sembra <sup>(ee)</sup> Il foglio, sul lato inferiore, sporge leggermente dal formato del protocollo, sicché la carta è usurata e la scrittura dell’ultima riga è pressoché illegibile.

111.

1368, novembre 26

Giacomo *de Mutis*, vescovo di Arezzo e vicario del pontefice Urbano V a Roma e nel distretto, informato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis* della vendita del casale *delle Mugie* fatta dalla badessa e dalle monache del monastero di S. Eufemia a Petruzio figlio del defunto Lorenzo di Buzio *Saragona* dà il suo consenso e, dalla sua residenza nel rione di S. Eustachio, convalida la decisione con l’autorità del suo incarico.

f. 116r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXVIII pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die XXVI.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, reverendus in Christo pater et dominus dominus Iacobus de Mutis, Dei et apostolice sedis gratia episcopus Aretinus, santissimi in Christo patris et domini domini Urbani divina providentia pape quinti in alma Urbe suisque suburbiis et districtu in spiritualibus vicarius generalis, certioratus per me notarium infrascriptum de supradicta venditione facta per dictas dominas abbatissam et moniales dicti monasterii Sancte Eufemie de Urbe, pro se et quibus supra nominibus, supradicto Petrucio emptori, presenti et recipienti pro se et quibus supra nominibus, ipsa venditione coram eius paternitate diligenter lecta per me notarium infra scriptum, videns et concernens ipsam fore et esse iustam et ad commodum et utilitatem dicti monasterii propter causas in ipsa venditione contentas, sua bona propria et spontanea voluntate, dicte venditioni consentiit<sup>(a)</sup> et suum consensum prestitit eamque cum omnibus suis tenoribus et articulis ratificavit, emoluavit et acceptavit, nec non pro tribunali sedendo in domibus sue habitationis dicte venditioni et omnibus et singulis in ea contentis suam et dicti officii auctoritatem interposuit<sup>(b)</sup> et decretum,

f. 116v

omnimodo via iure et forma quibus melius fieri potest et debet. Actum in domo dicti domini episcopi, posita in Urbe in regione Sancti Eustachii, presentibus hiis testibus, scilicet Ceccho Tucii Vecchi de regione Parionis, Romanello Cole Romanelli de regione Campimartis et domino Romano filio olim Romanelli de Mutis de regione Sancti Eustachii et Saba filio Cole Theballi de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> P “consentii” <sup>(b)</sup> P “interposui”.

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma, in presenza dei notai Antonio di Lorenzo e di Paolo *de Seromanis*, riunite in capitolo presso la grata della cappella secondo la consuetudine, ed in particolare la badessa Francesca *de Comite*, Eufemia, Lorenza, Scolastica, Eufrazia, Caterina, Eugenia, Amadio, Marta, Clara, Andrea, Costanza, Anastasia, Agnese, Giovanna, Pellegrina, Santa, Antonia, Agapita, Cecilia, Marina, Giacomina e Vanna danno in locazione a Pietro Paolo figlio del defunto Andreozio *Pontiani* pescivendolo del rione S. Angelo, per il periodo di 7 anni a cominciare dalla festa di S. Biagio del prossimo anno, la metà di una peschiera di loro proprietà unita con l'altra metà dello stesso Pietro Paolo, situata nel lago *Fulgiani* in Marittima, al prezzo annuale di 45 fiorini d'oro.

Pietro Paolo promette di dare ogni anno alle monache del monastero due salme di pesce della peschiera, una nel periodo della Quaresima maggiore e l'altra nel periodo dell'Avvento; inoltre le monache promettono di non revocare, né Pietro Paolo di rifiutare la locazione e, a tal fine, impegnano i loro beni.

Si conviene fra i contraenti che, durante il periodo della locazione, non è loro consentito di stipulare un contratto con altre persone; se poi alla fine del contratto una delle due parti volesse vendere la propria metà della peschiera dovrà offrirla prima all'altra parte compartecipe e chiedere un prezzo corrente ridotto di un fiorino.

Indictione VII<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> novembris die XXVI.

In presentia Anthonii Laurentii et mei notarii etc. Congregate et coadunate abbatissa, moniales et capitulum monasterii Sancte Eufemie de Urbe ad sonum campanelle, ut moris est, videlicet domina Francischa de Comite abbatissa dicti monasterii, soror<sup>(b)</sup> Eufemia, soror Laurentia, soror Scolastica, soror Euplasia, soror Catherina, soror Eugenia, soror Amadio, soror Marta, soror Clara, soror Andrea, soror Costantia, soror Anestaxia, soror Agnes<sup>(c)</sup>, soror Iohanna, soror Peregrina, soror Sancta, soror Anthonia, soror Agapta, soror Cecilia,

f. 117r soror Marina, soror Iacoba, soror Vanna, moniales dicti monasterii, pro sese ipsis et vice et nomine dicti monasterii et earum in dicto monasterio successoribus pro infrascripto tempore<sup>(d)</sup>, videlicet pro VII annis proxime futuris incipiendis in festo Sancti Blaxii proximo futuro anno, videlicet anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXX<sup>(e)</sup>, et finiendo ut sequitur, idest medietatem cuiusdam piscarie<sup>(f)</sup> ipsius monasterii, iuntam pro indiviso cum alia medietate dicti Petri Pauli, que posita est in partibus Maretime in lacu Fulgiani, inter hos fines, \*\*\*<sup>(g)</sup> vel si qui etc. cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis ad habendum tenendum etc. Hanc autem locationem et que dicta sunt et infra dicentur prefate domine abbatissa et moniales dicti monasterii, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, fecerunt dicto Petro Paulo, presenti et stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii ac censu et reddito dicte

f. 117v locationis quatragesima quinque florenorum auri anno quolibet, durantibus dictis septem annis et locatione predicta, quod pretium dicte domine, pro se et quibus supra nominibus, confesse sunt se recepisse et habuisse et, de ipsis florenis, emisse dictam piscariam, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. Item et pro eo quod dictus Petrus Paulus promisit et convenit eisdem abbatisse et monialibus, omni anno dictorum VII annorum durante locatione predicta, dare et assignare in dicto monasterio dictis dominabus duas salmas piscium dicte piscarie, unam videlicet in Quatragesima magiori et aliam tempore Adventus, quam locationem promiserunt dicte domine non revocare, nec ipse Petrus Paulus renuere sub obligatione bonorum ipsarum et dicti Petri Pauli etc. actum et conventum expresse inter dictos contraentes<sup>(h)</sup> quod, durante tempore dicte locationis, nulli ipsorum liceat ipsam piscariam vendere, nec de ea cum aliqua alia persona aliquem contractum facere inter se ipsas tantum vel cum eius<sup>(i)</sup> consensu et voluntate, actum etiam et conventum estitit inter ipsas partes quod, si finito tempore dicte locationis, aliqua ipsarum partium vellet partem suam dicte piscarie cum iuribus et pertinentiis suis vendere, quod primo teneatur et debeat aliam partem consortem sibi requirere si dictam

f. 118r piscariam hemere voluerit, et si eam hemere voluerit quod dicta pars que<sup>(j)</sup> vellet vendere teneatur et debeat sibi vendere pro eo pretio quo communiter poterit invenire sine fraude et pro uno floreno minus, quia sic actum et conventum solempni stipulatione interveniente estitit inter eas.

Actum in dicto monasterio, presentibus hiis testibus, videlicet Palutio dicto alias Garufulo pescivendolo de regione Sancti Angeli, Iohanne Belvedere et Marcho Stephani Ponpi dudum de Valle Montone nunc de Urbe de regione Montium.

(a) Depennato "decembris die" (b) P "sorore" e così erroneamente nei casi successivi del presente atto, ma intendasi sempre "soror" (c) P "sorore Agnete" (d) Presumibilmente omesso "ac die presente locaverunt" (e) Così P (f) P "piscare" (g) Segue uno spazio bianco di una riga e mezza: per integrare i confini si può fare riferimento al precedente doc. 228 (h) P "conthaentes" (i) Corretto sul precedente "eis" (j) Depennato "hemere" con una riga sottostante.

Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna riceve in deposito da Petruccio di Lorenzo *Saragona*, mercante della stessa regione, la somma di 90 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

Indictione VII<sup>a</sup> mense novembris die XXVIII.

Testes: Cecchus Sabbatini, Iohannes Lelli de Rubeis<sup>(a)</sup> de regione Pinee et Sabbas de Graptulis notarius de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX seu XXV annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere, ac die presente, sua bona voluntate, confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a Petrucio Laurenti Saragona mercatore de dicta regione, dante et deponente ac legitime stipulante et recipiente pro se et suis heredibus et sucessoribus in perpetuum vel cui ipse Petrucius dare et concedere voluerit, idest nonaginta florenos boni et puri auri, iusti et recti ponderis, quos LXXXX florenos auri dictus Guilielmus a dicto Petrucio, dante et deponente, presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus nonaginta florenis auri et depositum predictum dictus Guilielmus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum et non ponderatorum dictorum florenorum et depositi predicti non habiti et non recepti et spei future numerationis et receptionis etc. et ipsum depositum et florenos predictos dictus Guilielmus tenere et custodire et salvos facere promisit ad omne ipsius Guilielmi resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Petrucio dare solvere et restituere promisit in pecunia numerata et non in alia specie, ad omne ipsius<sup>(b)</sup> petitionem et voluntatem cum dampnis omnibus et expensis ab inde in antea faciendis, pro quibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Guilielmus eidem Petrucio, presenti et stipulanti, obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis dictus Guilielmus posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit ferris beneficio fori et omnibus aliis exceptionibus etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "et Sa" <sup>(b)</sup> Depennata, con una riga sottostante, la ripetizione "resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc."

Stefanello figlio del defunto Giacomo *Ricii* del rione Campitelli rilascia una quietanza a Giovanni di Lello di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, che riceve a nome di Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea de Rubeis del rione Pigna, in relazione ad una somma di 210 libbre di provisini del senato per la quale era stato diffidato da Blasco *Servandi de Belviso* milite già senatore di Roma, come risulta dalla diffida scritta dallo scrivano del senato Lorenzo *de Amedeis*, ed alle spese sostenute durante la rivendicazione della somma. La quietanza é stata rilasciata dopo che Stefanello aveva ricevuto la somma richiesta.

Indictione VII<sup>a</sup> mense decembris die primo.

Testes: dominus Petrusbonus de regione Campitelli, Bernardus Locii de regione Columpne<sup>(a)</sup>, Nicolaus Iohannis Stephani, Iohannes Lelli Bucii Iohannis Rubei de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Stephanellus quondam Iacobi<sup>(b)</sup> Ricii de regione Campitelli, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit perpetuo vel ad tempus Iohanni Lelli Andree de Rubeis de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine Guilielmi filii olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, et pro ipso, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Guilielmi et pro ipso, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas ipse Guilielmus<sup>(c)</sup> nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsum Guilielmum, pretestu et occasione II<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus in quibus dictus Guilielmus eidem Stephanello<sup>(d)</sup> diffidationi apparet<sup>(e)</sup> in dicta quantitate per dominum Blaschum Servandi de Belviso militem dudum alme Urbis senatorem illustrem, scripte manu Laurentii de Amedeis scribe sacri senatus, et generaliter de omni eo quod dictus<sup>(f)</sup> Stephanellus eidem Guilielmo realiter et personaliter petere posset occasione dicte diffidationis, expensis factis in litigio per ipsum Stephanellum dumtaxat exceptionibus. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Stephanellus eidem Iohanni, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario, stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius<sup>(g)</sup> Guilielmi et pro ipso, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Iohanne, dante et solvente de propria pecunia ipsis Guilielmi et eius nomine, dictas ducentas decem libras provisinorum senatus in dicta

diffidatione contentas<sup>(h)</sup> in florenis de auro, de quibus II<sup>c</sup>X libris provisinorum senatus in dicta diffidatione contentis, dictus Stephanellus

f. 120r

a dicto Guilielmo se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non habitorum<sup>(i)</sup> et non receptorum dictorum II<sup>c</sup>X librarum provisinorum senatus in dicta diffidatione contentarum et spei future numerationis et receptionis et generaliter etc. et promisit dictus Stephanellus dicto Iohanni, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicti Guilielmi et pro ipso, quod dicta iura dicte diffidationis sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium apparet voluit dictus Stephanellus teneri de evictione in forma prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Stephanellus obligavit dicto Iohanni, presenti et stipulanti ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit, pro predictis<sup>(j)</sup>, posse cogi omni tempore etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato et <sup>(b)</sup> "Iacobii" <sup>(c)</sup> Così P, ma intendasi "Stephanellum" <sup>(d)</sup> Così P, ma a cusa di una inversione di nomi intendasi "Stephanellus eidem Guilielmo" <sup>(e)</sup> P "appare" <sup>(f)</sup> Depennato G <sup>(g)</sup> Depennato "Stephanelli" <sup>(h)</sup> Depennato de <sup>(i)</sup> P "habitorum" <sup>(j)</sup> Depennato "pro".

## 115.

1368, dicembre 4

Anestasello di Anastasio del rione Pigna e Nuzio di Ventura del rione Parione formano una società per la fornitura della pozzolana, per il periodo di un anno, e stabiliscono che ciascuno di loro dovrà mettere a disposizione 3 asini: Nuzio dovrà condurre gli asini e Anestasello, a sua volta, incaricherà un servitore. Il guadagno o le perdite saranno divise per metà.

I contraenti convengono che se qualche asino dovesse morire oppure dovesse essere perduto o subire un infortunio il proprietario dovrà sostituirlo e, finché non sarà avvenuta la sostituzione, dovrà essere dedotto il mancato apporto agli utili della società, sotto pena di un'ammenda di 100 libbre di provisini del senato.

f. 120v

Indictione VII<sup>a</sup> mense decembris die quarto.

Testes: Nectolus casengus de regione Pinee, Andreas Nelli dello Stanio de regione Parionis et Nucius dictus alias Viancha de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Anestaxellus Anestaxii de regione Pinee, ex una parte, et Nucius Venture de regione Parionis, ex alia parte, sponte et ex certa scientia fecerunt insimul societatem et<sup>(b)</sup> pactum ad artem puteolane, pro uno anno proxime futuro ab hodie in antea computando, tali quidem pacto quod quilibet ipsorum ponat et ponere teneatur et debeat in dicta arte tres somarios et dictus Nucius teneatur et debeat ipsos scorgere sive scorgi facere per famulum et ipse Anestaxellus teneatur, in dicta societate, ponere famulum suum qui ducat dictos asinos et omne lucrum et dampnum sic commune inter eos, actum tamen et declaratum inter dictas partes quod si aliquis ditorum somariorum mori, perdi vel deguastari contingerit, quod ille cuius est asinus alium de suo proprio in dicta societate mictere teneatur et donec alium miserit pro rato teneatur et debeat excomputare de lucro quam quidem societatem<sup>(c)</sup> ad alterutrum observare promiserunt pro dicto anno, ad penam C librarum provisinorum senatus, pro medietate etc. pro quibus obligaverunt ad alterutrum bona ipsorum etc; et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P "He" non depennato <sup>(b)</sup> Depennato "p" <sup>(c)</sup> P "societatem".

## 116.

1368, dicembre 4

Nuzio di Ventura del rione Parione riceve in deposito da Anestasello di Anastasio del rione Pigna la somma di 5 fiorini d'oro corrispondente al prezzo di un asino vendutogli dallo stesso Anestasello, e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 121r

Eodem anno mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. supradictus Nucius sponte confessus fuit habere in depositum a dicto Anestaxello, presente et stipulante, quinque florenos auri, qui sunt pretium unius somarii venditi per dictum Anestaxellum dicto Nucio pro dictis quinque florenis auri, quem somarium dictus Nucius confessus est se recepisse pro dicto pretio et penes se habere et tenere, de quo somario et dictis quinque florenis auri se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. quos florenos et depositum predictum dictus Nucius tenere custodire et salvos facere promisit ad omne ipsius resicum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii etc. et eidem Anestaxello redere et restituere promisit ad omnem ipsius Anestaxelli petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Nucius dicto Anestaxello obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit in hiis beneficio fori ferriis epistule divi Adriani, beneficio nove constitutionis etc.

117.

1368, dicembre 4

Angelo di Cola già di Narni ed ora abitante nel rione Ponte, con il consenso del proprietario Nuzio *Spene*, dà in locazione a Cecco *Manti* già di Città di Castello e ora di Roma del rione Ponte due pezze e mezza di terra situate fuori porta Castello, che egli aveva ricevuto in affitto dallo stesso Nuzio come risulta dall'atto dello stesso notaio Paolo *de Seromanis*, per un periodo di due anni al prezzo di 3 libbre di provisini del senato per ciascun anno da versare nel mese di settembre: in caso di ritardato pagamento l'affittuario dovrà versare il doppio della somma.

f. 121v

Eodem die.

Testes: Petrus Paulus Ianarolus, Petrus Gazasare de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Angelus Cole dudum de Narnia nunc de Urbe habitator in regione Pontis, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate Nucii Spene de regione Pinee domini<sup>(a)</sup> infrascripti proprietatis, presentis et consentientis, sponte locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit Ceccho Manti dudum de civitate Castelli et nunc de Urbe de regione Pontis, presenti et recipienti, idest duas petias et dimidium terre ipsius Nucii, locatas per ipsum Nucium ipsi Angelo pro certo tempore, ut patet manu mei notarii, que terra posita est extra portam Castelli, inter hos fines<sup>(b)</sup>, \*\*\* vel si qui etc. Hanc autem locationem fecit dictus Angelellus dicto Ceccho, presenti et stipulanti ut supra, pro duobus annis proxime futuris, et pro pretio et nomine pretii trium librarum provisinorum quolibet anno, quas dictus Cecchus dicto<sup>(c)</sup> Nucio, cum voluntate dicti Angelelli, dare et solvere promisit omni anno dictorum duorum annorum de mense septembris et per totum ipsum mensem ad penam dupli etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P "dominus" <sup>(b)</sup> Segue uno spazio bianco di una riga e mezza <sup>(c)</sup> L'espressione che segue mostra una sostituzione di nomi come si desume dal contesto dell'atto, perciò si intenda" Angelo, cum voluntate dicti Nucii".

118.

1368, dicembre 4

Cecco *della Celsa* del rione Pigna procuratore di Antonio *Fei* cimateore dello stesso rione, come risulta dalla procura rogata dal notaio \*\*\*\*\*, presentatosi davanti a \*\*\*\*\* giudice palatino del senatore di Roma incaricato per i delitti, seduto presso il banco dal quale venivano emanati i giudizi, dichiara che, in merito all'accusa formulata da Nisciolo calzettaio del rione Campitelli contro Antonio circa le percosse da lui ricevute, non siano esaminati i testimoni malevoli o nemici del suo assistito, né i consanguinei o i sostenitori dell'accusatore: in tal caso si riserva di proporre, a suo tempo, tutte le eccezioni processuali.

f. 122r

Indictione VII<sup>a</sup> mense decembris die quarto.

Testes: Stephanellus accimotor et Anthonius Cacchi sutor de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus della Celsa de regione Pinee procurator, ut se asserit, et persona legitima Anthonii Fei accimotoris de dicta regione, ut patere asserit de dicto procuratorio manu \*\*\*\*\* publici notarii, coram domino\*\*\*\*\* iudice palatino presentis domini senatoris ad maleficia deputato, sedente ad banchum iuris pro tribunali ad iura redendum, procuratorio nomine quo supra, dixit et protestatus fuit quod super accusa istituta per Nisciolum calsectarium de regione Campitelli contra ipsum Anthonium de percussione cum sanguine et sine, nullus testis examinetur qui sit odiosus, malevolus vel inimicus dicti Anthonii, consanguineus vel ascriptus dicto Nisciolo et si secus fieret quod sunt sibi salve omnes exceptiones suo loco et tempore proponende etc.

119.

1368, dicembre 5

Giovanni di Stefano *Rubei* di Velletri nomina suoi procuratori i notai Francesco di Puzio, Antonio di Lorenzo, Paolo di Andrea di Buonanno e Petruzio di Giovanni di Paolo *de Rosa* per tutte le sue cause e li esonera da ogni obbligo di garanzia.

f. 122v

Indictione VII<sup>a</sup> mense decembris die quinto.

Testes: Nucius Spene et Cola de Penestre murator.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Stephani Rubei de Vellestro ac die presente sponte fecit suos procuratores Francischum Putii, Anthonium Laurentii, Paulum Andree Bonianni et Petrucium Iohannis Pauli de Rosa, notarios, licet absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc. relevans, ex nunc, ipsos suos procuratores et quemlibet ipsorum ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo, promisit mihi notario infrascripto cum clausolis oportunis etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

120.

1368, dicembre 5

La badessa Francesca *de Comite* e le monache del monastero di S. Eufemia, riunite in capitolo presso la grata ferrea della cappella secondo la consuetudine, nominano loro procuratore Giovanni di Lello di Buzio *de Rubeis* per ricevere il consenso da Giovanni di Lello di Andrea *Rubei* e dalla sua moglie Alena, da Guglielmo di Pietro di Andrea *de Rubeis* e dalla sua moglie Lorenza, circa la donazione e la convalida fatta da Nicola di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna dei palazzi e delle case, situate nel rione Pigna, da lui donate al monastero, come risulta dall'atto rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, e promettono di ratificare il suo operato.

f. 123r

Eodem mense, indictione et die.<sup>(a)</sup>

In presentia mei notarii et testium etc. Supranominate domine abbatissa et moniales prefati monasterii Sancte Eufemie, insimul ad gratam ferream dicti monasterii more solito congregatae ad sonum campanelle, sponte fecerunt procuratorem Iohannem Lelli<sup>(b)</sup> Bucii de Rubeis, licet absentem tamquam presentem, ad recipiendum, nomine ipsarum et dicti monasterii, consensum a Iohanne Lelli<sup>(a)</sup> Andree Rubei et domina Alena uxore sua, Guilielmo Petri Andree de Rubeis et domina Laurentia uxore sua, donationis et eius ratificationis facte per Nicolaum Andree de Rubeis de regione Pinee de palatiis et domibus que olim fuerunt ipsius Nicolai dicto monasterio donate, ut patet manu mei notarii, positis in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Petrus Alesantri, ab omnibus aliis lateribus sunt vie publice, cum curis cautelis et clausolis oportunis, et promiserunt de rato etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "supradicto" <sup>(b)</sup> Depennato "Andree".

121.

1368, dicembre 10

Alena moglie di Giovanni di Lello di Andrea de Rubeis, con l'approvazione del marito, dà il suo consenso a Giovanni di Lello di Buzio di Giovanni *Rubei*, procuratore del monastero di S. Eufemia, in merito alla donazione fatta da Coletta (Nicola) di Andrea *de Rubeis* delle case situate nel rione Pigna.

f. 123v

Indictione VII<sup>a</sup> mense decembris die X<sup>o</sup>.

Testes: Bartholomeus dudum de Piperno nunc de regione Pinee et Iacobellus Bartholomei Thome Obicionis de regione Campimartis.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Alena uxor Iohannis Lelli Andree de Rubeis, que primo iuravit etc. que renumpsiavit quantum ad hec omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus, cum consensu et voluntate dicti Iohanni viri sui, presentis et consentientis, donationi facte per supradictum Colectam de supradictis domibus supradicto monasterio Sancte Eufemie cum omnibus suis tenoribus et articulis consentiit et suum consensum prestitit eamque ratificavit et acceptavit prout iacet, presente et recipiente dicto Iohanne Lelli Bucii Iohannis Rubei procuratore et persona legitima dicti monasterii etc.

122.

1368, dicembre 16

Antonio di Salomone del rione Campitelli, procuratore di Stefanello di Giacomo *Ricii* dello stesso rione, come risulta dall'atto rogato dal notaio Cola *Pappazuri*, rilascia una quietanza a Cola detto Paternostro del rione Pigna, presente a nome di Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea de Rubeis del rione Pigna, in relazione ad una somma di 4 libbre e mezza di provisini del senato che Guglielmo doveva pagare a Stefanello per una sentenza relativa ad una valutazione di spese, scritta dal notaio Alessio di Giovanni.

La quietanza è stata rilasciata dopo che Antonio aveva ricevuto la somma rivendicata.

Indictione VII<sup>a</sup> mense decembris die XVI.

Testes: Alexius Iohannis Alexii de regione Campitelli, Cola Pappazuri de regione Arenule notarius.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius Salomonis de regione Campitelli, procurator et persona legitima Stephanelli Iacobi Ricii de dicta regione,

f. 124r

habens speciale mandatum et plenariam potestatem ad omnia infrascripta, ut patet manu dicti Cole<sup>(b)</sup> notarii presentis et fidem facientis, ac die presente, procuratorio nomine quo supra, sponte renumpsiavit et per pactum de ulterius non petendo remisit Cole dicto alias Paternostro de regione Pinee, presenti et recipienti pro Guilielmo filio olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, et mihi notario recipienti et stipulanti pro ipso, idest omnia iura que et quas dictus Stephanellus habet contra ipsum Guilielmum pretestu et occasione IIII librarum et dimidium in quibus dictus Guilielmus dicto Stephanello tenetur vigore sententie tassationis expensarum, scripte manu Alexii Iohannis publici notarii. Hanc autem refutationem fecit dictus procurator, quo supra nomine, dicto Cole, presenti et recipienti quo supra nomine, me notario stipulante pro ipso, eo quia presentialiter recepit et habuit dictas IIII libras et dimidium, de quibus dictus procurator, quo supra nomine,



se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et promisit, quo supra nomine, quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium apparet promisit de evictione, obligans pro predictis bona dicti Stephanelli etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “P” <sup>(b)</sup> Nel formulario si fa riferimento al notaio Cola Pappazuri presente fra i testimoni.

123.

1368, dicembre 18

Agapito *de Columpa* di Roma del rione Colonna, già arcidiacono della chiesa di Bologna, ora vescovo di Ascoli Piceno e vicario imperiale a Siena ed in tutto il territorio senese, consigliere e familiare dell'imperatore, nomina suo procuratore Pietro di Todi, suo familiare e cappellano, detto comunemente *Priore* perché lo rappresenti davanti a Carlo, imperatore dei Romani e re di Boemia, ed agli ufficiali del comune di Siena per chiedere un onorario mensile di 1000 fiorini d'oro a cominciare dal mese di giugno 1355 in poi per sé e per i suoi familiari, cioè una somma di denaro che era stata percepita da Maquardo vescovo di Augsburg (Augusta), principe e consigliere dell'imperatore nella città di Pisa, e tutto l'ammontare delle multe e dei bandi applicati dal comune durante l'esercizio del privilegio del vicariato attribuitogli, oltre alle pene pecuniarie da lui inflitte allo stesso comune per la ribellione promossa in quanto non voleva accoglierlo come vicario imperiale ed al risarcimento di tutte le spese da lui sostenute.

Agapito dà inoltre mandato al suo procuratore di stipulare un compromesso arbitrale per la valutazione dei compensi e delle spese da lui richiesta, di ratificare la sentenza arbitrale e di rilasciare la relativa quietanza; infine assicura di esonerarlo da ogni obbligo di garanzia e di ratificare il suo operato, sotto pena di un'ammenda di un marco d'oro.

f. 124v Indictione<sup>(a)</sup> VII<sup>a</sup> mense decembris die XVIII.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, reverendus in Christo patre et dominus dominus Agapitus de Columpna dudum archidiaconus ecclesie bonomiensis nunc Dei et apostolice sedis gratia episcopus esculanus<sup>1</sup>, pro imperiali magestate vicarius communitatis civitatis et districtus senarum et omnium terrarum quas commune senarum quocumque titulo tenet et possidet, consiliarius, familiaris, commensalis, domesticus et devotus, dilectus dicte imperiali magestati, de Urbe de regione Columpne, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem negotiorum gestorem et numptium specialem seu quocumque alio nomine melius de iure dici et censeri potest, videlicet venerabilem virum dominum Petrum de Tuderto, familiarem et cappellanum suum dilectum, Priorem vulgariter<sup>(b)</sup> appellatum, absentem tamquam presentem, ad eundem et se representandum, vice et nomine ipsius domini Agapiti constituentis, coram serenissimo domino Carlo, Romanorum imperatore semper augusto et Boemie rege, et coram officialibus communis senarum per dictum dominum imperatorem ad ipsius communis regimen deputatis quocumque

f. 125r vocabulo noncupentur per ipsum dominum Carlum imperatorem sive per ipsum commune, ad exigendum petendum et postulandum, nomine ipsius domini Agapiti constituentis, ab ipso communi et officialibus ipsius communis salarium mille florenorum auri mense, ab anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LV mensis iunii successive, per prefatum serenissimum imperatorem Carlum eidem domino Agapito constituto per sue personam salarium deputato, de proventibus ipsius communis senarum et eius comitatum, nec non pro familiaribus suis, competens et congruum prout venerabilis Maquardus augustensis episcopus<sup>2</sup> princeps et consiliarius dicti domini Carli imperatoris in civitate pisana, talia dignoscebatur obtineri, nec non omnes et singulas penas et banda que et quas dictum commune civitatis senarum incorrisset seu incurrere potuisset occasione privilegiorum eidem domino Agapito concessorum ratione vicariatus predicti, nec non pene quas dictum commune incurrit ratione processuum et sententiarum latarum per ipsum dominum Agapitum occasione rebellionis facte per dictum commune, tempore quo noluerunt recipere dictum dominum Agapitum ad vicariatus officium, prout superius est expressum, nec non omnes expensas, dampna et interesse que et quas dictus dominus Agapitus fecit et passus fuit occasionibus supradictis ipsumque salarium recipiendum, nomine dicti domini Agapiti constituentis et pro ipsa, et de ipso salario dampnis expensis et interesse componendi transigendi et de dicto salario

<sup>1</sup> C. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevii*, I, Monasterii 1913, pp. 23, 40, 111, 147, 507: “Agapitus (de Columna) archip. Bononien., cappellanus summi pontificis, in minoribus ordinibus constitutus, ep. esculanus electus 1363 iulii 21, translatus ad Brinxien.(Brescia) aug. 11, electus cardi. 1379, obitus 1380 ott. 3”. Per un'ampia e documentata biografia cfr. M. DYKMANS, *Colonna Agapito*, in *Dizionario Biografico degli Italiani*, XXVII, Roma 1982, pp. 256-260.

<sup>2</sup> C. EUBEL, *Hierarchia Catholica* cit., I pp. 93 e 116: Marquardus (de Randek), praepositus Bambergen. (Bamberg in Germania), subdiaconus, electus episcopus Augusten. (Augsburg in Germania) 1348 mai 30, translatus ad Aquilegen. (Aquileia) 1365 aug. 23, obitus 1381 ian. 3.

- f. 125v pena, banda, expensis et interesse in unum vel plures bonos viros compromictendum et eorum arbitrationi<sup>(a)</sup> standum et promictendum, quo supra nomine, omne arbitrium laudum sive mandatum unum vel plura per ipsum seu ipsos ferendum ratum et firmum habere sub obligatione bonorum ipsius constituentis et pena adiectionis<sup>(b)</sup> quacumque alte et basse de facto et de iure vel de iure tantum, prout ipsi procuratori melius visum fuerit expedire, et de recipiendis per ipsum finem quietationem et generalem refutationem faciendum cum curis et cautelis et clausulis necessariis et oportunis et cum promissione de evictione ad sensum sapientis solvente, nec non pro predictis et quolibet predictorum ad omnes ipsius domini Agapiti<sup>(c)</sup> constituentis, causas lites et questiones que et quas dicta occasione nunc habet et in futurum habere posset seu sperat cum ipso communi et quacumque alia persona pro ipso et in omni curia coram dicto domino imperatore et eius officialibus, quam in quacumque alia curia tam ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vicario auditore delegato seu subdelegato posito vel ponendo seu quocumque alio nomine censeatur ad agendum petendum defendendum litigandum excipendum replicandum et triplicandum, libellum dandum assignandum et recipiendum, litem contestandum petendum iuramentum calumpnie protestandum et prestari petendum
- f. 126r et cuiuslibet alterius generis iuramenti, in anima ipsius constituentis, prestandum, iudicem seu iudices eligendum et recusandum, suspectum dandum et recipiendum ponendum, positum per sacramentum et positum adverse partis, nomine ipsius constituentis, respondendum per sacramentum, articulandum testes iuramenti et ipsorum publicationem videndum petendum et audiendum istrumenta privilegia transupta licteras et quocumque alia probationis genus producendum contra testes et ipsorum dicta, atestationes et istrumenta et quecumque alia producta per adversam partem, opponendum termina et defectum testium iuramenta et ipsorum publicationem videndum petendum et audiendum, terminos dilatandos, petendum dandum et recipiendum beneficium restitutionis in integrum incidentur seu quomodocumque petendum et in causa concludendum, sententiam difinitivam, interlocutoriam pronumptiatam seu quocumque alio nomine censeatur, petendum et audiendum et ipsius sententie executionem petendum, protestandum et appellandum et causam ipsius appellationis prosequendum, etiam de nullitate agendum, nec non ad substituendum unum vel plures procuratores loco sui in premissis et quolibet premissorum, et si et quando sibi videbitur oportunum eum sive eos etiam revocandum et promictendum, nomine ipsius domini Agapiti constituentis, quod iura que dictus dominus Agapitus habet contra dictum commune
- f. 126v nemini sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata in totum nec in partem et ad obligandum pro predictis bona omne ipsius domini Agapiti<sup>(d)</sup> constituentis, mobilia et immobilia presentia et futura et generaliter ad omnia alia et singula facienda procuranda et exercenda, que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum et connessiis ab eis essent necessaria et oportuna et que merita causarum exigunt et requirunt et que ipsemet constituens facere posset, si personaliter interesset, et que veri et legitimi procuratores actores et factores et speciales numptii facere possent et debent etiam si mandatum exigere speciale, relevans ex nunc dictus dominus Agapitus constituentes dictum suum procuratorem ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo cum omnibus clausulis oportunis, promisit mihi notario infrascripto recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, nec non se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem substituendum ab eo, actum factum gestum et procuratum fuerit in predictis circa predicta et quolibet predictorum sub obligatione bonorum ipsius constituentis mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena unius marche auri, qua soluta vel non firmata semper perdurent.
- f. 127r Actum in domibus dicti domini Agapiti, presentibus hiis testibus, videlicet Lello filio olim Iohannis de Palonbaria de regione Columpne, Nernando Mathei de Acerbia, Iohanne Florentini de Placentia et Prancatio Mannucii de Monteflascone, familiares dicti domini Agapiti ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato il segno convenzionale di “completum” <sup>(b)</sup> P “vulgaliter” <sup>(c)</sup> Corretto sul precedente “arbitrationes” <sup>(d)</sup> P “aiectionis” <sup>(e)</sup> P “Agapi” <sup>(f)</sup> P “Agapi”.

## 124.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

Scriptum per me Paulus de Seromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarium et meum signum apposuit consuetum.

(S)<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Segue in bianco il f. 127v.

1.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1369 e comincia, secondo lo "stile della Natività" che inizia con sette giorni di anticipo rispetto allo stile moderno, traccia il proprio segno monogrammatico e aggiunge la sottoscrizione notarile.

f. 1r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo sessagesimo nono pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII<sup>a</sup> mensibus et diebus infrascriptis.  
Hic est liber sive quaternus contractuum mei Pauli de Sorromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarius, anno supradicto, sub brevitare compilatus meumque signum apposui consuetum.

(S)

Scriptum per me Paulum de Sorromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarium<sup>(a)</sup>.

<sup>(a)</sup> Segue in bianco il f. 1v.

2.

1368, dicembre 30

Alessio di Petruzio di Paolo di Enrico del rione Trevi concede in soccida ad Angelo di Vanni *Grassi* del rione Ponte 5 buoi mansueti per un periodo di 2 anni. Il soccidario promette di lavorare con i 5 buoi i terreni del tenimento del casale *Patellini*, che il soccidante ha ricevuto in locazione dall'ospedale di S. Spirito di Roma. Alla scadenza del contratto di soccida i buoi saranno divisi per metà secondo l'usanza di Roma. I contraenti si impegnano a non rinunciare, né ad annullare il contratto sotto pena di 50 libbre di provisini del senato.

f. 2r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXVIII pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII mense decembris die penultimo.

In presentia mei notarii et testium infrascriptorum etc. Alexius Petrutii Pauli Herrici de regione Trivii ad sancta Dei evangelia iurans etc. ac die presente sua bona voluntate dedit et concessit Angilello filio Vannis Grassi de regione Pontis, presenti et recipienti, quinque boves ipsius Alexii, quos dictus Angelellus confessus est se recepisse, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. pro duobus annis proxime futuris ab hodie in antea numerandis ad omnem usum et consuetudinem bone soccite, cum quibus bobus dictus Angelellus eidem Alexio laborare promisit in tenimento casalis Patellini, quod casale ipse Alexius tenet ad locationem a Sancto Spirito de Urbe, quibus duobus annis completis dictam soccitam per medietatem dividere promiserunt, ut est moris, tali quidem pacto quod nulli liceat<sup>(a)</sup> ipsam soccitam renumpiare nec reaccipere ad penam L librarum pro medietate etc. renumpiaverunt etc. obligantes pro predictis bona ipsorum etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "con".

3.

1368, dicembre 30

Alessio di Petruzio di Paolo di Enrico del rione Trevi rilascia una quietanza ad Angelo di Vanni *Grassi* del rione Ponte dopo aver ricevuto la somma di 27 fiorini d'oro per la restituzione di un deposito, rogato dal notaio Pietro *Cari*, e la restituzione della quota parte dei 5 buoi concessi in soccida nei due anni trascorsi con un atto dello stesso notaio Paolo *de Seromanis*.

Eodem anno, mense, indictione et die.

In presentia mei notarii et testium infrascriptorum etc. Alexius prefatus, sua bona voluntate renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit dicto Angelo, presenti et recipienti, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas nunc habet contra ipsum vel habere posset contra ipsum pretestu et occasione XXVII florenorum auri in quibus dictus Angelus eidem Alexio<sup>(a)</sup> tenetur et obligatus apparet vigore cuiusdam istrumenti depositi scripti manu Petri Cari publici notarii. Item et occasione V bobum eidem Angelo datorum in soccitam<sup>(b)</sup> per ipsum Alexium iam sunt duo anni proxime preteriti, ut patet manu mei notarii et generaliter de omni eo quod sibi petere posset occasionibus supradictis<sup>(c)</sup> tantum. Hanc autem refutationem fecit dictus Alexius prefato Angelo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, pro eo quod confessus fuit se recepisse et habuisse a dicto Angelo dictos XXVII florenos auri et partimenti dictorum V bobum secundum tenore carte soccite prelibate, de quibus etc. et renumpiavit etc.

f. 3r

et promisit dictus obligavit bona sua etc.

Alexius dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret<sup>(d)</sup> voluit teneri de evictione, pro quibus et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “Alexico” <sup>(b)</sup> P “soccitatem” <sup>(c)</sup> Depennato “et al” <sup>(d)</sup> P “apparet”.

4.

1368, dicembre 30

Angelo di Vanni *Grassi* del rione Ponte riceve in deposito da Alessio di Petruccio di Paolo di Enrico del rione Trevi la somma di 13 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

Dictus<sup>(a)</sup> Angelus, sponte et ex certa scientia confessus est recepisse in depositum, nomine et causa depositi, a prefato Alexio, presente et stipulante, XIII florenos boni et puri auri iusti et recti ponderis, quos confessus est se recepisse, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. quos florenos et dictum depositum tenere et custodire promisit ad omnem ipsius petitionem et voluntatem et eidem Alexio dare redere et restituere promisit ad omnem<sup>(b)</sup> ipsius Alexii petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligavit dictus Angelus dicto Alexio, presenti et stipulanti, omnia bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit beneficio fori etc. et generaliter etc.

Testes ad omnia predicta: Cecchus Cafari et Cecchus Iohannis Guallati.

Actum in domo mea.

<sup>(a)</sup> Omessa l'espressione introduttiva dell'atto <sup>(b)</sup> Depennato “pet”.

5.

1369, gennaio 3

Silvestro figlio del defunto Lello di Sant'Angelo del rione Campitelli vende a Lello di Meo ed a Paolo Balli del rione di S. Eustachio la lana carfangina di 1200 pecore con la loro prole equivalente a 70 rubbia di lana scelta e pulita, secondo l'uso e la consuetudine dei mercanti di lana, al prezzo di 3 libbre di provisini per ciascun rubbio che il venditore si impegna a consegnare a Roma nelle casa degli acquirenti. Lello e Paolo versano un anticipo di 70 fiorini d'oro e promettono che il residuo sarà versato al momento della consegna della lana. Dietro richiesta di Silvestro si offre quale garante Antonio di Cola di Giovanni del rione Campitelli.

f. 3v

Indictione<sup>(a)</sup> VII<sup>a</sup> mense ianuarii die III<sup>o</sup>.

Testes: dominus Angelus Sassi, Fustinus lanarolus et proseneta.

In presentia mei notarii et testium etc. Silvester filius olim Lelli Sancti Angeli de regione Campitelli sponte vendidit et venditione titulo dedit cessit et concessit Lello Mei et Paulo Balli<sup>(b)</sup> de regione Sancti Eustachii lanam carfanginam XII<sup>c</sup> pecudum ipsius Silvestri cum allevo, videlicet LXX rubla lane ipsius bene lutam et purgatam ad usum et consuetudinem bone mercatantie lane. Hanc autem venditionem et que dicta sunt fecit dictus venditor eisdem emptoribus, presentibus et stipulantibus ut supra, pro pretio et nomine pretii trium librarum provisinorum pro quolibet rublo lane, quam lanam promisit dictus venditor eisdem emptoribus, presentibus et stipulantibus dare et assignare in Urbe suis expensis tempore proxime futuro cum dampnis et expensis etc. et pro pretio predicto totius dicte lane presentialiter et manualiter recepit dictus venditor a dictis emptoribus, presentibus et stipulantibus, LXX florenos auri, residuum autem totius dicte lane dicti emptores eidem venditori dare et solvere promiserunt tempore<sup>(c)</sup> assignationis lane predictae, pro quibus ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc. et ad hec ad instantiam et petitionem dicti venditoris penes prefatos emptores, presentes et stipulantes, Anthonius Cole Iohannis Iacobi de regione Campitelli sponte fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue è stato annullato con due tratti di penna incrociati e se ne dà giustificazione nell'annotazione inserita sul margine inferiore del foglio “Die XXVII maii, Cancellatum fuit presens contractus de voluntate dictorum emptorum, presentibus Ceccho Saragona et domino Laurentio de Seromanis” <sup>(b)</sup> P “Balii” <sup>(c)</sup> Depennato “hinc”.

6.

1369, gennaio 7

Giacomo *de Mutis* vescovo aretino concede l'ufficio del tabellionato a Pietro di Buzio *Fasani*.

f. 4r

Indictione<sup>(a)</sup> VII<sup>a</sup> mense Ianuarii die VII<sup>o</sup>.

Testes: Sabbas magistri Pauli et Romanellus de Mutis, dominus Thomaxius de Catellinis.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus Iacobus de Mutis episcopus Aretinus concessit officium tabellionatus Petro filio Butii Fasani \*\*\*.<sup>(b)</sup>

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio "missum" <sup>(b)</sup> L'atto è stato interrotto: seguono due terzi del foglio in bianco.

7.

1369, gennaio 19

I canonici della chiesa di S. Maria in Via Lata, tra i quali Paolo *Capucie* canonico e camerario, Buzio, Pietro, Angelo *Leporis* e Nicola di Francesco, riuniti in capitolo nel luogo consueto della chiesa, danno in locazione, anche a nome degli altri canonici assenti, a Cecco Sabatino del rione Pigna un casale detto *Violata et Violatella*, situato fuori di ponte Milvio, per un periodo di tre anni al prezzo annuale di 80 fiorini d'oro, con l'impegno di lavorarlo e di renderlo fruttuoso.

Si conviene che l'affittuario beneficerà integralmente di tre raccolte di erbatico e di spicatico e di tre raccolte di maggese e di coltivo. Si stabilisce inoltre che Cecco potrà intervenire per la raccolta dell'erbatico nel prossimo mese di settembre; che le terre seminate a maggese dovranno essere destinate l'anno prossimo al coltivo e il ricavato sarà destinato interamente ai canonici; che il casale dovrà rimanere incolto per la terza parte; infine che il coltivo dell'ultimo anno sarà destinato all'affittuario.

Cecco versa la somma di 15 fiorini d'oro e si impegna a corrispondere al camerario della chiesa la somma residua con rate uguali da pagare a Pasqua ed a Natale, nel corso dei tre anni della locazione, fino alla scadenza del contratto.

I canonici si impegnano ad ottenere il consenso di Stefano *Paloscii*, vicario della chiesa, mentre Cecco dichiara che qualora si verificassero disordini nel territorio del casale si riterrà esonerato dal pagamento della quota corrispondente all'affitto.

f. 4v Indictione VII<sup>a</sup> mense ianuarii die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Lelli domni Angeli, dominus Oddo de Columpna, Paulus Fatigati dictus alias Cerronus.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregati et coadunati semel canonici et capitulum ecclesie Sancte Marie in Via Lata, videlicet dominus Paulus Capucie canonicus et camerarius, dominus Butius, dominus Petrus, dominus Angelus Leporis et dominus Nicolaus Francisci, canonici dicte ecclesie in loco capituli dicte ecclesie, more solito, ad sonum campanelle, congregati ad capitulum<sup>(a)</sup> et pro infrascripto locatore facienda pro utilitate dicte ecclesie ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus locaverunt et locatione titulo dederunt cesserunt et concesserunt Ceccho Sabbatino de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro tempore infrascripto, casale ipsius ecclesie quod vocatur Violata et Violatella cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis cum terris cultis et incultis etc. quod casale positum est extra pontem Milvum inter hos fines, ab uno latere est tenimentum casalis Patellini ospitalis Sancti Spiritus de Urbe, ab alio est tenimentum casalis Sancti

f. 5r Petri, ab alio Petrus Cortus, ab alio Iohannes Quatraccie vel si qui etc. ad laborandum fructificadum tenendum alteri locandum fructum percipiendum et de eo faciendum quicquid sibi placuerit pro tempore infrascripto. Hanc autem locationem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefati canonici pro sese ipsis et vice et nomine aliorum canonicorum absentium<sup>(b)</sup> ipsius ecclesie eidem Ceccho, presenti et stipulanti ut supra, fecerunt pro tribus annis proxime futuris a die presente in antea numerandum et pro pretio et nomine pretii otuaginta florenorum boni et puri auri quolibet anno, annuatim dictis tribus annis durantibus, tali quidem pacto habito inter eos quod in dictis tribus annis dictus Cecchus habeat et habere debeat integraliter tres fructus, scilicet tria erbatica, tria spicatica et tres recollectas magensium et cultorum et quod in dicto erbatico dictus Cecchus interesset de mense septembris proxime futuro, actum etiam expresse estitit inter ipsas partes quod terre que nunc sunt sementate ad magenses et debent isto anno sementare ad cultum, fructus omnia dictorum magensium quam futurorum cultorum sit ipsorum canonicorum et quod dictus Cecchus in eis nichil percipiat aut<sup>(c)</sup>

f. 5v percipere possit, actum etiam inter ipsas partes quod dictus Cecchus, tempore fructus dicte locationis casale predicto, debeat in trium remanere<sup>(d)</sup> incultum, idest sodum et sic dicti canonici eidem Ceccho promiserunt pro casale predictum remanebit in tertium. Item actum et conventum fuit inter ipsas partes quod culti ultimi anni sint ipsius Cecchi, quam quidem pecuniam et pretium dicte locationis dictus Cecchus eidem canonicis, quo supra nome recipientibus, solvere promisit in hunc modum, videlicet nunc de presente XV florenos auri, excomputando de quantitate, residuum dictorum LXXX florenorum auri dare et solvere promisit dictus Cecchus dictis canonicis, quo supra nomine recipientibus, pro medietate in festo Nativitatis deinde proxime subsequendum et sic, ut sequitur, dictis tribus annis durantibus, donec de pretio sic dictis canonicis integre persoluto, proviso quod si briga generalis esset in partibus quod dictus Cecchus non teneatur solvere nisi pro ratione temporis et voluerunt dicti canonici quod liceat ipsi Ceccho solvere ipsam pecuniam camerario dicte ecclesie qui nunc est et per tempora fuerit ipsis canonicis in premissis facere consentire dominum Stephanum Paloscii vicarium ipsius ecclesie ad

f. 6r omnem petitionem et voluntatem ipsius Cecchi cum curis et cautelis de iure sufficientibus, promicentes predictae partes ad alterutrum predicta omnia et singula observare sub obligatione bonorum suorum et pena unius libre auri etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “ad capitulum” <sup>(b)</sup> Segue una “e” non depennata <sup>(c)</sup> Ripetuto “aut” <sup>(d)</sup> P “remane”.

8.

1369, gennaio 20

Giovanni cernitore ed il fratello Cecco del rione Colonna ricevono in deposito da Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* la somma di 4 fiorini d'oro e 4 rubbia di grano e promettono di restituirli a richiesta del depositante.

Indictione VII<sup>a</sup> mense ianuarii die XX<sup>o</sup>.

Testes: Butius della Torre, Martinus de Tuderto sutor et Anthonius dictus Picchio calsectarius.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes cernitor et Cecchus eius frater de regione Columpne, qui iuraverunt etc. sponte confessi sunt habere in depositum, nomine et causa depositi, a Ceccho filio olim Nicolai *Marronis*, presente et recipiente ac legitime stipulante, quatuor florenos boni et puri auri et recti ponderis et quatuor rubla grani, quos florenos et granum confessi sunt se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus etc. et renumptiaverunt etc. et eidem Ceccho promiserunt ipsum depositum granum et florenos predictos tenere et salvos facere ad omne ipsorum rescicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem redere et restituere

f. 6v promiserunt ad omnem ipsius petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti depositarii et quilibet ipsorum obligaverunt penes dictum Cecchum, presentem et stipulantem omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumptiaverunt ferriis, beneficio fori etc.

9.

1369, gennaio 21

Paolo di Petruzio *Marronis* detto *Pellacio* sarto del rione Pigna rilascia una quietanza a Giovanni di Ceccolo ed al garante Antonio di Tuzio *Ubere* del rione Pigna, in seguito alla restituzione della somma di 25 fiorini d'oro relativa ad un atto di deposito rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*.

Indictione VII<sup>a</sup> mense ianuari die XXI<sup>o</sup>.

Testes: dominus Laurentius de Seromanis, dominus Iohannes Petri Guictonis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Petrutii *Marronis* sutor de regione Pinee dictus alias Pellaccio<sup>(a)</sup> ac die presente, sua bona volumptate, renumptiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo remisit Iohanni Ceccholi de regione Pinee, principali debitori, et Anthonio Tutii *Ubere* de dicta regione eius fideiussori et cuilibet ipsorum, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et eorum heredibus et successoribus, idest omnia iura omnesque actiones iusti-

f. 7r tias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas habet nunc et in futurum habere sperat contra ipsos principalem et eius fideiussorem et quemlibet ipsorum, pretestu et occasione XXV florenorum auri in quibus predicti principalis et eius fideiussor et quilibet ipsorum eidem Palutio tenentur et obligati sunt vigore cuiusdam instrumenti depositi, scripti manu mei eiusdem notarii, continentis dictam quantitatem plus vel minus, prout in ipso instrumento depositi continetur. Hanc autem refutationem renumptiationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Paulus eidem Iohanni, principali, et Anthonio, fideiussori, et cuilibet ipsorum fecerunt pro eo quod dictos XXV florenos auri presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit ab eis, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renuptiavit exceptioni non solutorum non numeratorum etc. et generaliter omnibus aliis exceptionibus etc. et promisit dictus Palutius dictis Iohanni et Anthonio et cuilibet ipsorum quod dicta iura dicti depositi nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Paulus obligavit bona sua etc. et renumptiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renuptiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “dictus alias Pellaccio”.

10.

1369, gennaio 25

Paolo figlio del defunto Paolo *Buccamoze* del rione Pigna fa testamento davanti al notaio Paolo *de Seromanis* e a sette testimoni e designa erede il nascituro della moglie Lella, se verrà alla luce, o diversamente tre poveri a ciascuno dei quali lascia 5 soldi di provisini. Se Lella dovesse dare alla luce un figlio lo designa erede universale, ad eccezione dei legati che desidera che siano eseguiti dopo la sua morte; se infine Lella dovesse dare alla luce una figlia dispone che le siano assegnati 170 fiorini d'oro ed altri oggetti preziosi per la sua dote, come già hanno ottenuto le altre sue figlie.

Nomina usufruttuaria dei suoi beni la moglie Lella, se vorrà vivere con il figlio postumo o con la figlia postuma; se invece vorrà unirsi in seconde nozze o disporre altrimenti della sua vita fuori della sua casa gli lascia la dote di 62 fiorini d'oro, che egli ricevette in due volte dal notaio Nicola *Iannocari* del rione Pigna, gli indumenti con gli ornamenti, un materasso, una coperta, un cuscino e un paio di lenzuola.

Lascia alla figlia Caterina moglie di Matteolo di Cola *Quaranta* del rione Pigna la dote consegnatagli al tempo del contratto matrimoniale oltre a 70 fiorini d'oro dai quali debbono essere sottratti 22 fiorini d'oro dovutigli da Matteolo per un mutuo.

Lascia alla figlia Andreozia moglie di Lello *Pontiani* del rione di S. Angelo la dote consegnatagli al tempo del contratto matrimoniale oltre a 30 fiorini d'oro.

I lasciti alle figlie, sopra indicate, sono stati disposti per equiparare la loro dote con quella dell'altra figlia Ceccola moglie di Stefanello di Lello di Giovanni *Cinthei* del rione Pigna alla quale lascia 12 fiorini d'oro che il testatore doveva ancora versare per gli ornamenti.

Dispone che se dovesse nascere dalla moglie Lella un figlio e questi dovesse morire in tenera età senza eredi legittimi l'eredità dei suoi beni dovrà essere trasferita in parti eguali alle tre figlie; se invece dovesse venire alla luce una femmina l'eredità sarà destinata in parti uguali alle tre figlie ed alla figlia postuma dopo che sia stata sottratta la somma destinata alla dote ed agli ornamenti della nascita.

Lascia 50 fiorini a suffragio della sua anima da distribuire a discrezione dei suoi esecutori testamentari.

Destina tutti gli altri suoi beni al figlio postumo o alla figlia postuma insieme alle sorelle, come già indicato in precedenza, e se qualcuna di loro dovesse morire senza figli legittimi l'eredità sarà trasferita alle sorelle superstiti.

Dichiara di aver ricevuto da Bona e da Risabella 20 dei 30 fiorini d'oro concessi in mutuo per la vendita di una casa, eseguita a suo nome da Cecco *Peregrini*, nella quale le acquirenti risiedono, e dispone che la casa sia loro consegnata definitivamente dopo il versamento dei restanti 10 fiorini.

Destina a Clara di Bartolino la casa nella quale essa abita senza pretendere il pagamento del canone di locazione per i prossimi due anni.

Lascia alla nipote Ceccola moglie di Coluzia di Cola *Brende* tre fiorini d'oro.

Nomina suoi esecutori testamentari frate Lorenzo dell'ordine dei predicatori e la propria figlia Andreozia.

f. 7v

Indictione VII<sup>a</sup> mense ianuarii die XXV.

Testes: Nicolaus Iannocari notarius, Matheolus Cole Quaranta, Stephanellus Lelli Iohannis Cinthii, Colutia Cole Brende, Andreotius Lelli Angeli Blaxii et Laurentius filius olim Petri Santoro de regione Pinee et Lellus Pontiani de regione Sancti Angeli.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Paulus filius olim Pauli Buccamoze de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens decedere intestatus, idcirco constitutus coram Paulo de Seromanis notario et VII suprascriptis testibus ad hec specialiter vocatis et a me rogatis hunc nuncupativum testamentum quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi heredem istituo ventrem Lelle uxoris mee, que pregnans est si eius partum ad lucem pervenerit<sup>(a)</sup> et filium fecerit, alias tres pauperes Christi, quibus tribus pauperibus et cuilibet ipsorum relinquo iure institutionis trebellianice debito iure nature et pro omni eorum iure V solidos provisionum et sint contenti, ita quod de bonis meis plus non petant nec petere possint aliquo modo iure titulo sive causa; si vero dicta Lella filium fecerit ipsum in omnibus bonis meis universalem heredem istituo, preter quod infrascriptis legatis que volo statim post mortem meam executionem mandari per infrascriptos meos executores;

f. 8r

si vero filiam feminam fecerit et ad lucem pervenerit, tunc relinquo sibi pro sua dote et guarnimentis CLXX florenos auri de bonis meis et alia iocalia prout alie mee filie<sup>(b)</sup> habuerunt et, in casu predicto, relinquo dictam Lellam<sup>(c)</sup> uxorem meam dominam et dominatricem in omnibus bonis meis, si cum dicto postumo sive postuma<sup>(d)</sup> stare voluerit tam diu quam stare voluerit cum eis, alioquin si transire voluerit ad secunda vota vel aliter disponere vitam suam extra domum meam relinquo sibi dotem suam et iura sua dotalia, videlicet LXII florenos auri quos confiteor recepisse inter duos vices a Nicolao Iannocari notario de regione Pinee dantes et solventes pro dicta Lella, videlicet L florenos auri in una manu et XII florenos auri in alia manu et illa iura que habeo contra dictum Colutiam pro dote ipsius, ita tamen<sup>(e)</sup> quod uno semel tantum dictam dotem recipere debeat et habere an vigore presentis relictis an vigore sui instrumenti dotalis. Item relinquo dicte Lelle, uxori mee, omnes suos pannos vestitorios quos sibi feci cum ornamentis in eis existentibus. Item relinquo dicte Lelle, uxori mee, unum lectum, videlicet matharatum cultrum, capitale et unum par

f. 8v

lintheaminum. Item relinquo Caterine, filie mee, uxori Matheuli Cole Quaranta de regione Pinee dotem suam et iura sua dotalia quam sibi dedi tempore sui contracti matrimonii et ultra dotem suam LXX florenos auri. Item quod iure ystitutionis trebellianice supplementi dotis debito iure nature et pro omni suo iure de bonis meis plus non petat nec petere possit, in quo relicto sibi excomputentur XXI florenos auri, in quibus michi tenetur Matheolus predictus ratione mutui. Item relinquo Andreotie, filie mee, uxori Lelli Pontiani de regione Sancti Angeli dotem suam et iura sua dotalia que sibi dedi tempore contracti sui matrimonii cum dicto Lello



et pro supplemento dotis sue et pro omni suo iure sibi relinquo triginta florenos auri. Hoc autem ideo facio adheo<sup>(f)</sup> ut fuit dicte filie mee equalis in dotibus earum cum Cecchola, filia mea, uxore Stephanelli filii Lelli Iohannis Cinthei de regione Pinee cui Cecchole, filie mee, relinquo XII florenos auri, quos sibi remansi

f. 9r dicte uxoris mee filius masculum nasceretur et quocumque tempore in pupillari etate vel quandoque sine legitimis filiis moriretur, quod succedant sibi dicte filie mee et quelibet ipsarum pro equali portione; si vero filiam feminam fecerit, detracta dicta dote sua et alia iocalia, ut supra est expressum, succedat in omnibus aliis bonis meis cum aliis filiabus meis pro equali portione. Item relinquo pro anima mea de bonis meis L libras provisinorum, distribuendas per infrascriptos meos executores, prout eis melius visum fuerit pro salute anime mee; residuum autem omnium bonorum meorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, iurium et actionum ubicumque existentibus relinquo dicto postumo, si filius masculus fuerit, modo supra dicto; si vero femina fuerit, una cum aliis filiabus meis supradictis succedant in omnibus aliis bonis meis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus, ut supra dictum est, pro equali portione et si aliqua dictarum filiarum mearum quocumque tempore sine legitimis filis moriretur, quod moriatur alteri sive alis pro equali portione. Item confiteor me recepisse a dominabus Risabella et Bona XX florenos

f. 9v de summa et quantitate triginta florenorum auri per me eis mutuati, pro quibus Cecchus Peregrini, nomine meo habuit venditionem de quadam domo ipsarum in qua ipse habitant et volo et mando quod soluti per eas X florenos quos solvere debent dictus Cecchus faciat eis dictam venditionem vel cui ipse relinquo Clare Bartholini sedium et habitationem domus mee, qua habitat, pro duobus annis proxime futuris sine aliqua portione. Item relinquo de bonis meis Cecchole, nepoti mee, uxori Colutie Cole Brende tres florenos auri. Executores huius mei testamenti et mee utime voluntatis facio constituisco et ordino fratrem Laurentium ordinis predicatorum et Andreotiam, filiam meam predictam, quibus do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omnia capienda etc. pro satisfactione dicte mee ultime voluntatis et hoc est ultimum meum testamentum etc. cassans irritans et annullans omne aliud testamentum per me actenus factum et per quemcumque notarium scriptum, quod valere volo et mando iure testamenti sive codicilli vel donationis causa mortis et omnimodo et iure quo melius potest.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "fecerit" è annotata nell'interlinea superiore <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Depennato f <sup>(d)</sup> Depennata una r finale <sup>(e)</sup> Ripetuto "ita tamen" <sup>(f)</sup> Così P.

## 11.

1369, gennaio 25

Paolo figlio del defunto Paolo *Buccamoza* rilascia una quietanza a Coluzia di Cola *Brende* del rione Pigna in seguito alla restituzione della somma di 12 fiorini d'oro relativo ad un atto di deposito rogato dal notaio Paolo *de Rogeriis*.

f. 10r Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

Prefatus Paulus Buccamoza, sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Colutie Cole Brende de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecharia seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere sperat contra et adversus ipsum Colutiam, pretestu et occasione XII florenorum auri, in quibus dictus Colutia eidem Paulo tenebatur et obligatus erat vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis quantitatem XII florenorum auri, scripti manu Pauli de Rogeriis publici notarii, sic vel aliter plus vel minus prout in ipso istrumento scripto manu dicti notarii seu alterius cuiuscumque dicitur continere. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Paulus eidem Colutie, presenti et stipulanti, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit sine spe future numerationis dictos XII florenos auri in dicto istrumento contentorum recepisse et habuisse, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit de evictione etc.

## 12.

1369, gennaio 28

Iutio di Angelo detto Tromba mandatario del rione Colonna contrae un'obbligazione dotale nei confronti di Gaeta figlia del defunto Vendetto *Marronis* del rione Colonna vedova di Sclavo di Giovanni *Thebaldi*, a favore di Lella, figlia della stessa Gaeta e futura sposa di Pietro Paolo di Iutio, già impegnata ma non condotta nella casa dello sponso, su una casa a pianoterra con solario e camere, con un orto dietro ed un porticato davanti, situata nel rione Colonna, e su un'altra casa a pianoterra situata nello stesso rione, in cambio della dote di 133 libbre, 13 soldi e 4 denari di provisini del senato.

I contraenti convengono che se Lella dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli, la dote in denaro contante sarà consegnata entro sei mesi dal decesso, alla madre Gaeta, se vivente, o ad un erede da lei designato; se Pietro Paolo dovesse morire prima della moglie, sia con figli che senza figli, la dote in denaro contante sarà consegnata, entro sei mesi dal decesso, alla stessa madre Gaeta.

In aggiunta all'obbligazione Iuzio offre a Gaeta, che riceve a nome della figlia Lella, la donazione nuziale di 66 libbre, 6 soldi e 8 denari con questi impegni: se Pietro Paolo dovesse morire prima della moglie, senza aver procreto figli, Lella potrà utilizzare liberamente la donazione nuziale; se invece ci saranno dei figli, nati dal matrimonio, allora Lella avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale, vita natural durante, e dopo la sua morte la donazione sarà trasferita ai figli.

f. 10v

Indictione VII<sup>a</sup> mense ianuarii die XXVIII.

Testes: Petronus Magalactus de regione Trivii, Petrus Marronis de regione Columpne, Papa casengus et Iacobus Hominisdei de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iutius Angeli dictus alias Tronba mandatarius de regione Columpne ac die presente sua bona voluntate, obligavit et pignore posuit domine Gayte filie olim Vendecti Marronis de regione Columpne, presenti et recipienti pro Lella, filia sua, filia olim Sclavi Iohannis Thebaldi et ad ipsius opus et utilitatem et mihi notario, ut publice persone, stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Lelle et ad ipsius Lelle opus et utilitatem sponse et future uxoris, in Dei nomine Petri Pauli filii Iutii, idest unam domum terrinea et solaratam cum cameris infra se, orto post se et porticali ante se, positam in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenet Butius Cole Raynerii, ab alio Cola Santamaria, ante est Cola Sanctamaria, ante est via publica, retro Cola Philippucie. Item et unam aliam domum terrineam positam in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenet dictus Butius, ab alia ecclesia Sancti Maguti, retro tenet ecclesia Sancte Marie supra Minerbam, ante

f. 11r

est via publica vel si qui etc. Hunc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Iutius eidem domine Gayte, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, fecit et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa Lella, filia sua, pro dote et nomine dotis ipsius Lelle, filie sue, future uxoris ipsius Petri Pauli, arrate et non transducte, CXXXIII libras provisinorum senatus solidos XIII, denarios IIII<sup>or</sup> provisinorum senatus sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam Lellam premori dicto Petro Paulo filio ipsius Iutii sine comunibus filiis ex eorum matrimonio natis, tunc in eo casu dictus Iutius, pro se et suis heredibus et successoribus, promisit et convenit dicte domine Gayte, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, ipsam dotem in pecunia numerata et non in alia specie seu re, infra dimidii anni spatium a die obitu ipsius Lelle computando, redere et restituere ipsi domine Gayte, si tunc visserit, alias cui ipsa domina Gayta commiserit et si non commiserit cui lex dederit; si vero contingat ipsum Petrum Paulum premori dicte Lelle future<sup>(a)</sup>

f. 11v

uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc in eo casu promisit et convenit dictus Iutius dicte domine Gayte, presenti et stipulanti ut supra, ipsam dotem ipsi domine Gayte et ipsi Lelle, infra dictum spatium dimidii anni in pecunia numerata, redere et restituere et non in alia specie seu re ipsi Lelle et dicte domine Gayte, matri sue, pro ea recipere; in superfluo autem dicti pignoris in dictis bonis, dictus Iutius propter nuptias donavit dicte domine Gayte, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa Lella et ad ipsius opus et utilitatem LXVI libras provisinorum senatus, solidos VI, denarios VIII sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsum Petrum Paulum, futurum virum dicte Lelle, premori dicte Lelle, future uxori sue, sine legitimis filiis ex eis communiter natis, tunc in eo casu dicta Lella dictam donationem libere habeat ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit tamquam de propria re sua; si vero contingat ipsum<sup>(b)</sup> Petrum Paulum premori dicte Lelle future uxori sue<sup>(c)</sup>

f. 12r

comunibus filiis existentibus, hinc in eo casu dicta Lella dicte donationis habeat usufructum totum tempore vite sue, post eius vero mortem, dicta donatio et ipsius proprietas ad dictos communes filios libere revertatur, quia sic actum et conventum estitit inter partes predictas; quas quidem CXXXIII libras provisinorum senatus et solidos XIII, denarios VIII<sup>(d)</sup> predictus Iutius, nomine dicti Petri Pauli, filii sui, confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicta domina Gayta, dante et solvente<sup>(e)</sup> pro dote et nomine dotis dicte Lelle, filie sue, de quibus etc. et renumpsiavit etc. promisit insuper dictus Iutius dicte domine Gayte, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicte domus, superius obligate pro dictis dote et donatione, sunt ipsius et spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone huniversitati seu loco sunt vendite date donate etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc. et si ut dictum est hec omnia adimpleta fuerint, tunc hec carta sit vacua et nullius valoris alioquin etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "future" <sup>(b)</sup> P "ipsam" con un segno di correzione sulla a <sup>(c)</sup> Depennato "tam cum filiis quam" <sup>(d)</sup> Così P, in precedenza denarios IIII<sup>or</sup> <sup>(e)</sup> Depennato "dante"

### 13.

1369, gennaio 28

Iutio di Angelo detto *Tronba* mandatario del rione Colonna contrae un'obbligazione dotale nei confronti di Gaeta figlia del defunto Vendetto *Marronis*, sua moglie già trasferita nella sua casa dove è stato consumato il matrimonio, e non essendo stato fatto alcun atto dotale prima delle nozze, impegna due pezze di vigna,

situate fuori della porta Pinciana nella località *Nove vasce* in cambio della dote di 100 libbre di provisini del senato ricevuta dalla moglie.

I contraenti convengono che se Gaeta dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli, la dote in denaro contante sarà consegnata, entro sei mesi dal decesso, alla persona indicata dalla defunta o al destinatario indicato dalla legge; se Iutius invece dovesse morire prima della moglie, sia con figli che senza figli la dote in denaro contante sarà consegnata, entro sei mesi dal decesso, alla stessa Gaeta. Si conviene ancora tra le due parti di rinunciare alla donazione nuziale.

f. 12v Indictione VII<sup>a</sup> mense et die supradicto et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Iutius Angeli dictus alias Tronba supradictus ac die presente, sua bona voluntate, obligavit et pignore et loco pignoris dotalis posuit domine Gayte filie olim Vendecti Marronis, uxori sue transducte et post consumatum matrimonium inter eos, cum nondum sit factum istrumentum dotale inter eos, ipsa presente et recipiente ac legitime stipulante pro se et suis heredibus et sucessoribus in perpetuum, idest duas petias vinearum, plus vel minus quante sunt, ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberas et exemptas ab omni nesso servitutis, iure canonici sive census cum arboribus fructiferis et infructiferis in eis existentibus cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis, que vinee posite sunt extra portam Pincianam in loco qui dicitur<sup>(a)</sup> Nove vasce seu<sup>(b)</sup> quocumque alio vocabulo nuncupetur, inter hos fines, ab uno latere tenet Petrus

f. 13r Iutii iure proprietatis Ceccholini magistri Raynaldi, ab alio idem Iutius, ab alio idem Ceccholinus et Petrus Centurelli, ab alio est viculus Sancte Romete et generaliter et specialiter omnia alia bona mobilia et immobilia presentia et futura, que nunc habet et in futurum acquisitura est dum hoc pignus et obligatio duraverit inter eos. Hoc autem pignus et obligatio et que dicta sunt et infra dicentur dictus Iutius fecit<sup>(c)</sup> eidem domine Gayte, presenti et stipulanti ut supra, fecit pro dote et nomine dotis ipsius domine Gayte C librarum provisinorum senatus, quas C libras provisinorum senatus dictus Iutius a dicta domina Gayta confessus est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus C libris provisinorum et dote predicta se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis consuetis in Urbe, videlicet quod si contingat ipsam dominam Gaytam premori dicto Iutio, viro suo, sine filiis, tunc in eo casu promisit dictus Iutius dicte domine Gayte<sup>(d)</sup>, uxori sue, infra dimidium anni spatium a die obitus ipsius domine Gayte numerandum, ipsam dotem, videlicet dictas

f. 13v C libras provisinorum senatus, cui ipsa domina Gaita commiserit in pecunia numerata, redere et restituere et si non commiserit cui lex dederit; si vero contingat ipsum Iutium premori dicte domine Gayte<sup>(e)</sup>, uxori sue, cum filiis vel sine filiis ex eorum matrimonio legitime natis, tunc infra eodem spatio dimidii anni a die obitus ipsius Iutii numerandum dictam dotem, videlicet dictas C libras provisinorum senatus per heredes et successores ipsi domine Gayte redi et restitui voluit et mandavit cum dampnis omnibus et expensis a dicto termino in antea faciendis, nulla interveniente donatione propter nuptias de communi partium voluntate; promisit insuper dictus Iutius dicte domine Gayte, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta bona superius obligata pro dicta dote<sup>(f)</sup> sunt ipsius Iutii et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone huniversitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata distracta nec contractum vel quasi cum aliqua alia persona huniversitate seu loco factus est nec factus apparet in prejudicium presentis contracti et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus Iutius et promisit, pro se et suis heredibus et sucessoribus, teneri de evictione ut iura volunt etc.

f. 14r et si, ut dictum est, hec omnia firmiter observata fuerunt, tunc hec carta sit vacua irrita et inanis, alioquin liceat ipsi domine Gayte et heredibus et sucessoribus suis aut habentibus causam ab ipso omnia supradicta bona superius obligata et alia quecumque bona ipsius Iutii capere apprehendere intrare tenere possidere uti frui vendere donare alienare et de ipsis facere quicquid sibi suisque heredibus et sucessoribus perpetuo placuerit donec sini de dictis<sup>(g)</sup> dote cum dampnis expensis et interesse fuerit eidem integre satisfactum, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Iutius obligavit dicte domine Gayte, presenti et stipulanti ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones et voluit, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiavit in hiis feriis beneficio fori etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Septe” <sup>(b)</sup> Depennato “in qu” <sup>(c)</sup> Così ripetuto <sup>(d)</sup> Depennato “future” <sup>(e)</sup> Depennato “future” <sup>(f)</sup> Depennato “et donatione” <sup>(g)</sup> Così P, intendasi “dicta”.

#### 14.

1369, gennaio 28

Iuzio di Angelo detto *Tronba* mandatario del rione Colonna riceve in deposito da Gaeta, sua moglie, figlia del defunto *Vendetto Marronis*, la somma di 65 libbre di provisini del senato, 6 soldi e 8 denari prima del contratto di matrimonio per gli ornamenti di Lella, figlia di Gaeta e moglie di Pietro di Paolo figlio dello stesso *Tronba*, che egli promette di utilizzare per l'acquisto degli ornamenti di Lella a richiesta della stessa Gaeta.

f. 14v

Indictione VII<sup>a</sup> mense et die predictis et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. dictus Iutius, sua bona voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes se habere et tenere a domina Gayta uxore sua, presente et recipiente ac legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest LXVI libras provisinorum senatus, solidos VI et denarios VIII, quas confessus fuit se a dicta domina Gayta recepisse et habuisse ante tempus contracti matrimonii inter ipsos, quas quidem LXVI libras, solidos VI et denarios octo sunt guarnimentum et pro guarnimento Lelle filie ipsius domine Gayte et uxoris<sup>(a)</sup> Petri Pauli filii ipsius Tronbe, quas pecunias dictus Tronba tenere et salvas facere promisit ad omnem ipsius periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et<sup>(b)</sup> ipsas solvere et pacare pro guarnimentis dicte Lelle ad omnem requisitionem et volumptatem dicte domine Gayte cum dampnis omnibus expensis et interesse a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iutius obligavit dicte domine Gayte, uxori sue, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia et coram<sup>(c)</sup> quocumque iudice etc. renumpsiavit in hiis beneficio fori epistule divi Adriani etc. et renumpsiavit etc.

f. 15r

<sup>(a)</sup> Depennato d <sup>(b)</sup> Depennato "eidem" <sup>(c)</sup> P "quoram"

15.

1369, marzo 9

Lello di Maddaleno del rione Pigna concede in soccida ad Antonio di Cecco di Andrea del *castrum Molarie* 5 buoi mansueti per un periodo di due anni. Il socciario promette di impiegare i 5 buoi secondo la consuetudine di Roma. Alla scadenza del contratto di soccida i buoi saranno divisi per metà.

I contraenti si impegnano a rispettare il contratto sotto pena di 100 libbre di provisini del senato.

Lello promette ancora di concedere, nel corso del contratto di soccida, un prestito di 6 fiorini d'oro e, a sua volta, Antonio dichiara di aver già ricevuto 2 fiorini d'oro.

Indictione VII<sup>a</sup> mense martii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Ceccholellus Cafarii et Iohannes Lelli Andree de Rubeis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Madaleni mercator de regione Pinee ac die presente, sua bona voluntate dedit et concessit in soccitam Anthonio Cecchi Andree de castro Molarie, presenti et recipienti pro tempore infrascripto, quinque boves domitos ipsius Lelli, quos dictus Anthonius confessus est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et quas tenere custodire<sup>(a)</sup> promisit<sup>(b)</sup>

f. 15v

ad omnem usum et consuetudinem bone soccite, cum quibus quidem bobus dictus Anthonius laborare promisit ad usum et consuetudinem boni laboratoris. Hanc autem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Lellus eidem Anthonio dedit et concessit pro duobus annis proxime futuris, ut consuetum est, quibus completis et integre revolutis dictus Anthonius eidem Lello ipsam soccitam sive dictos boves dividere per medium promiserunt, ut moris est<sup>(c)</sup>, qua soccita durante omne lucrum et si contrarium accideret, quod absit, inter se communiter dividatur quam soccitam et que dicta sunt ad alterutrum unus alteri promiserunt ratam et firmam habere et contra non venire sub obligatione bonorum ipsius mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena C librarum provisinorum senatus, pro medietate etc. insuper dictus Lellus promisit et convenit dicto Anthonio, durante dicta soccita, mutuare sibi VI florenos auri dictis duobus annis durantibus etc. de quibus VI florenis auri dictus Anthonius a dicto Lello confessus est se recepisse duos, de quibus etc. et renumpsiaverit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "et salvos" <sup>(b)</sup> Segue "cum" non depennato <sup>(c)</sup> Depennato "cum".

16.

1369, febbraio 18

Andrea di Valente del rione Colonna, procuratore di Giovanna figlia del defunto Cecco di Martino e moglie di Stefanello di Tuzio di Pietro di Paolo dello stesso rione, come risulta dalla procura rogata dal notaio Antonio di Giovanni *Berte*, vende a Lello di Maddaleno del rione Pigna, procuratore della badessa Francesca *de Comite* e delle monache del monastero di S. Eufemia, come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, una casa a pianoterra con solario, sale, camere, stalle, orto pozzo e menangolis (?) dietro le case che furono di Cecco suo padre, situate nel rione Monti al prezzo di 140 fiorini d'oro.

Il procuratore della venditrice nomina a sua volta procuratore Marco di Stefano *Pompi* per l'insediamento dell'acquirente nella casa.

Dietro richiesta di Andrea si offrono quali garanti Lorenzo di Giovanni *Losgarso* sarto, Tuzio detto *Mangiafarina* e Renzo di Luca detto *Toto* del rione Colonna.

Stefanello, marito di Giovanna, dà il suo consenso alla vendita della casa.

f. 16r

Indictione VII<sup>a</sup> mense february die XVIII.

Testes: Santus Veri, Anthonius Iohannis de Tosectis et Benedictus Butii Randulfi de Thedallinis de Urbe.  
Actum in ecclesia Sancte Marie supra Minerbam in loco capituli.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreas Valentis de regione Columpne procurator et persona legitima domine Iohanne filie olim Cecchi Martini et uxoris Stephanelli Tutii Petri Pauli de dicta regione Columpne, habens speciale mandatum ad omnia et singula infrascripta, ut patet manu Anthonii Iohannis Berte publici notarii presentem et fidem facientem, ac die presente, procuratorio nomine quo supra, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Lello Madaleno<sup>(a)</sup> de regione Pinee, procuratori scyndico yconomo et persone legitime reverende in Christo matris et domine domine Francisce de Comite humili abbatisse venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, dominarum monialium et conventus dicti monasterii, procuratorio nomine ipsarum recipienti et mihi notario ut publice persone stipulanti et<sup>(b)</sup>

f. 16v recipienti vice et nomine dictarum dominarum et dicti monasterii, ut patet de dicto procuratorio manu mei notarii, idest unam domum ipsius domine Iohanne terrineam et solaratam cum salis cameris stabulis orto cum puteo et menangolis post ipsas domos cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus ipsarum, que quidem domus fuerunt dicti olim Cecchi patris ipsius domine, que domus posite sunt in regione Montium, inter hos fines, ab uno latere tenet domus Sancti Urbani, ab alio domina Iohanna dudum de castro Zagaroli, ante via publica, retro Iohannes Mathei Martini vel si qui sunt ad predicta plures vel veriores confines ad habendum tenendum vendendum etc. vendidit etiam dictus procurator, quo supra nomine, dicto procuratori emptori, presenti et recipienti quo supra nomine, me notarium ut publicam personam<sup>(c)</sup> stipulantem ut supra omnia iura que dicta domina nunc habet et in futurum habere posset in domo predicta cum omnibus suis usibus, ut dictum est, et per Marchum Stephani Pompei quem dictus

f. 17r procurator venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum procuratorem emptorem, quo supra nomine, de dicta domo cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluit et mandavit et donec dictum monasterium sive dictum procuratorem, quo supra nomine, de predictis fuerit investitum se dictus procurator venditor, quo supra nomine, ipsam domum tenere et possidere ad quam possessionem adimplistendam dictus procurator venditor, quo supra nomine, eidem procuratori emptori, presenti et recipienti ut supra, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsam domum propria auctoritate possit intrare tenere possidere etc. nullo iure nulla actione dicte venditrici et dicto procuratori suo pro ea aliquantulum reservato. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus procurator venditor, procuratorio nomine quo supra recipiente, fecit eidem procuratori emptori, qua supra nomine et recipienti, me notarium ut publicam personam<sup>(d)</sup> stipulantem ut supra, et recepit pro pretio et nomine pretii CXL florenos boni et puri auri iusti et recti ponderis, quos dictus procurator

f. 17v venditor a dicto procuratore emptore dante et solvente de pecunia dicti monasterii presentialiter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus CXL florenis auri pretium dicte domus dictus procurator venditor, quo supra nomine, se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et si plus valeret inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dictus procurator venditor eidem procuratori emptori, quo supra nomine recipienti, quod dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, spectat et pertinet ad ipsam dominam Iohannam pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret et ea propter contra ipsum monasterium esset mota questio in iudicio vel extra promisit dictus procurator venditor, quo supra nomine, ipsum monasterium defensare ipsius venditoris sumptibus et expensis et si evinceretur promisit de evictione, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus procurator venditor obligavit bona sua dicte domine Iohanne, cuius procuratoris est, mobilia et immobilia presentia et futura et ad hec ad instantiam et petitionem dicti procuratoris venditoris, quo supra nomine, penes dictum procuratorem emptorem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, me notarium ut publicam personam<sup>(e)</sup> recipientem, quo supra nomine, Laurentius Iohannis dictus alias Losgarso sutor, Tutius dictus alias Mangiafarina et Rentius Luce dictus alias Toto de regione Columpne, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum premissorum, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia et coram quacumque iudice etc. renumpsiaverunt in predictis ferriis beneficio fori etc. et idem Stephanellus vir dicte domine, ex certa scientia, predicte venditioni et contentis in ea consentit et renumpsiavit omni suo iure, si quod haberet etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “not” <sup>(b)</sup> (c) P “publica persona” <sup>(d)</sup> P “publica persona” <sup>(e)</sup> P “publica persona”.

## 17.

1369, febbraio 18

Buzio di Giubileo del rione Pigna dà in locazione in perpetuo a Transitano figlio del defunto Giovanni *Torta* già di Calabria ed ora di Roma del rione Ripa due pezze di vigneto abbandonato, situate fuori della porta Appia, al canone annuo di 1 fiorino d'oro da versare nella festa di S. Angelo del mese di settembre.

I contraenti convengono che se il pagamento non dovesse avvenire entro 8 giorni l'affittuario dovrà versare il doppio del canone.

A richiesta di Trasitano si offre quale garante Buzio di Giuliano di Giovanni.

Indictione VII<sup>a</sup> mense februarii die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: Andreotius Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee, Anthonius Capocii de regione Campitelli.

In presentia mei notarii et testium etc. Butius Iubillei de regione Pinee, ac die presente sua bona voluntate, locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit in perpetuum Transiano

f. 18v

filio olim Iohannis Torta dudum de Calabria nunc de Urbe de regione Ripe, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, duas petiarum vinearum desertinarum<sup>(a)</sup>, videlicet terras et vites in ea existentes ipsius Butii ad abendum<sup>(b)</sup> tenendum alteri locandum etc. que posite sunt extra portam Apiam, inter hos fines, ab uno latere tenet Nutius Spene, ab alio Iuda marmorarius, ante est via publica vel si qui etc. Hanc autem locationem et que dicta sunt fecit dictus Butius dicto Trasitano pro eo quod dictus Trasitanus promisit et convenit eidem Butio dare et solvere omni anno pro reditu et pensione dictarum terrarum et vinearum in festo Sancti Angeli de mense septembris unum florenum auri, quem si non solverit infra VIII dies duplum solvere promisit et convenit ex pacto et ad hec ad petitionem dicti Transiani penes dictum Butium Butius Iuliani Iohannis fideiussit de solvendo, insuper dictus Butius promisit dicto Transiano quod dicte terre spectant ad eum et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt ad alterutrum bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Così P.

**18.**

**1369, febbraio 18**

Cecca di Paolo già di Olevano ed ora di Roma del rione Pigna si impegna a servire per 5 anni Andreozio di Lello di Angelo di Biagio del rione Pigna con un salario di 2 fiorini per ciascun anno al prezzo complessivo di 10 fiorini che dichiara di aver già ricevuto.

f. 19r

Eodem die.

Testes: Butius Iubillei et Anthonius dictus alias Picchio de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc.<sup>(c)</sup> Ceccha Pauli dudum de Olibano nunc de Urbe de regione Pinee, sponte et ex certa scientia, locavit se personam et operas ac honestum servitium suum cum Andreotio Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee pro V annis proxime futuris ab hodie in antea numerandis pro pretio et nomine pretii duorum florenorum auri quolibet anno, quod capit in summa X florenorum auri, quos X florenos auri dicta Ceccha presentialiter et manualiter recepit, de quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(c)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato un segno convenzionale di "completum".

**19.**

**1369, febbraio 20**

\*\*\*\*\* vedova di Nardo della Fara del rione Colonna e la figlia Gemma rilasciano una quietanza a Francesco *de Fisothiis*, procuratore delle anime deputato dal pontefice, presente a nome di *Tronba* mandatario del rione Colonna e di Tedallina vedova di Lello *Scarsi*, esecutori testamentari della defunta Giovanna già moglie di *Tronba* in seguito al pagamento di un lascito di 12 fiorini d'oro, come risulta da un codicillo e dal testamento rogati dal notaio Pietro di *Cari*.

f. 19v

Indictione VII<sup>a</sup> mense februarii die XX<sup>o</sup>.

Testes: dominus Paulus de Toscis, Edificatus de Malpileis, Sabbas de Graptulis notarius.

In presentia mei notarii et testium etc. domina \*\*\*\*\* uxor olim Nardi della Fara de regione Columpne et Gemma eius filia, cum consensu et voluntate dicte sue matris, que Gemma iuravit etc. ac die presente ambe ipse et quelibet ipsarum ac die presente earum et cuiuslibet ipsarum bonis voluntatibus renumpiaverunt et refutaverunt et per pactum de ulterius non petendo remiserunt domino Francischo de Fisothiis, procuratori animarum per dominum dominum papam specialiter deputato, presenti et recipienti, vice et nomine Tronbe mandatarii de regione Columne et domine Thedalline uxoris olim Lelli Scarsi, executores testamenti et ultime voluntatis quondam domine Iohanne olim uxoris ipsius Tronbe, nec non heredum et successorum ipsius domine Iohanne et omnium quorum interest vel interesse posset in futurum et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum predictorum et cuiuslibet ipsorum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias

f. 20r

et petitiones que et quas nunc ipse domine et quelibet ipsarum habent et in futurum habere possent seu sperant in bonis et super bonis et rebus dicte domine Iohanne, pretestu et occasione XII florenorum auri sibi mariti et filie relictorum in codicillo et testamento ipsius domine Iohanne, scripto manu Petri Cari publici

notarii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur predictae domine et quilibet ipsarum eidem domino Francisco, presenti et recipienti nomine quibus supra, et mihi notario, ut supra recipienti, fecerunt pro eo quod presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt dictos XII florenos auri de pecunia depositi penes me notarium per dictum Tronbam, de quibus post ipsam receptionem se bene quietas contentas et pacatas vocaverunt et renuntiaverunt etc. et promiserunt quod dicta iura nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluerunt quilibet ipsarum in solidum teneri de evictione in forma, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicte<sup>(a)</sup> domine mater et filia et quilibet ipsarum obligaverunt bona ipsarum et cuiuslibet ipsarum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renuntiaverunt etc.<sup>(b)</sup>.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "dicte" <sup>(b)</sup> Sul margine inferiore del foglio è annotato un segno di richiamo, composto da due punti intervallati da una riga, che è riproposto all'inizio del successivo doc. 23: il notaio ha voluto probabilmente richiamare l'attenzione sulla successione cronologica sui due documenti tra i quali ha inserito un atto del 4 marzo (doc. 21).

**20.**

**1369, febbraio 28**

Nicola rettore della chiesa di S. Maria *de castro Pauli* riceve in deposito da Francesca *de Comite* badessa del monastero di S. Eufemia di Roma 20 rubbia di grano e promette di restituirle entro la festa dell'Assunzione.

f. 20v

Indictione VII<sup>a</sup> mense february die ultimo.

Testes: Nardus Menechence, Marchus Stephani Ponpi de regione Montium, dompnus Pomia monachus<sup>(a)</sup> monasterii Sancte Marie de Griptaferata.

Actum in Sancta Eufemia.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancte Marie de castro Pauli, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate, confessus fuit et in veritate recognovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes se habere et tenere a venerabile in Christo matri et domina Francesca de Comite, humili abbatissa venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presente et recipiente ac legitime stipulante pro se suisque in dicto monasterio successoribus, nec non vice et nomine dominarum ipsius monasterii et dicti monasterii, me notarium ut publicam personam<sup>(b)</sup> stipulantem et recipientem vice et nomine dicti monasterii, idest XX rubla boni grani ad mensuram romanam sine malitia, quod granum confessus est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quo se bene contentum vocavit et renuntiavit etc. quod granum dictus presbiter Nicolaus promisit tenere custodire et salvum facere ad omne ipsius resicum periculum

f. 21r

et fortunam, scilicet incendii naufragii furti rapinie exfortiamenti et cuiuslibet alterius casus fortune et ipsum granum promisit dictus presbiter Nicolaus eidem domine abbatisse, pro se et quo supra nomine recipienti, redere et restituere in bono grano ad mensuram prefatam sine malitia hinc ad festum Sancte Marie de mense augusti proximo futuro cum dampnis omnibus et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus presbiter Nicolaus obligavit et pignore posuit dicte domine abbatisse, quo supra nomine recipienti, et mihi notario etc. ut supra omnia et singula bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, que bona quantum ad hec, nomine dicte domine et ipsius monasterii, tenere et possidere constituit et precario<sup>(c)</sup> recognovit et voluit, pro predictis et quolibet premissorum, posse cogi compelli et

conveniri omni tempore etiam ferriato et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vel auditore, renuntiavit in hiis ferriis beneficio fori, epistule divi Adriani etc. et generaliter omnibus aliis exceptionibus etc.

<sup>(a)</sup> P "dompno Pomia monacho" <sup>(b)</sup> P "publica persona" <sup>(c)</sup> P "precario".

**21.**

**1369, marzo 4**

Lorenza moglie di Lorenzo *Poncelli* detto *Gebellino* del rione Pigna, con il consenso del marito, vende a Oddone figlio del defunto Pietro *Seromani* del rione Pigna due pezze di vigneto con una parte di vasca, con tino e due pezze di canneto, situate fuori della porta Appia, nella proprietà della chiesa di S. Giovanni al Laterano alla quale è dovuta la corrisposta del quarto, al prezzo di 32 fiorini d'oro.

La venditrice nomina suo procuratore Paolo di Oddone per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera della venditrice si offrono quali garanti Giovanni di Meolo *Roncionis*, Andrezio *Poncelli* e lo stesso Lorenzo *Poncelli*.

f. 21v

Indictione VII<sup>a</sup> mense martii die<sup>(a)</sup> quarto.

Testes: Petrucius Lellole, Anthonius Tutii Petriconis et Cola Laurentii de regione Pinee.



Actum ante domum infrascripte venditricis.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Laurentia uxor Laurentii Poncelli dicti alias Gebellino de regione Pinee, que renumpatiavit auxilio Velleiani senatus etc. cum consensu et voluntate dicti Laurentii viri sui, presentis et consentientis, qui Laurentius renumpatiavit quantum ad hec omni suo iure si quod habet vel habere posset in infrascriptis vineis, hunc autem consensum fecit dictus Laurentius dicte uxori sue propter amorem et dilectionem quem et quam habet in ea, ac die presente sua bona voluntate<sup>(b)</sup>, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Oddoni filio olim Petri Seromani de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Oddo dare et concedere voluerit, idest vites et arbores fructiferas et infructiferas duarum petiarum vinearum, plus vel minus quante sunt cum parte vascha vascalis et tini et cum duobus petii canneti cum omnibus suis

f. 22r usibus et utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus ipsorum, que vinee posite sunt extra portam Apiam super proprietate ecclesie Sancti Iohannis de Laterano ad quartam redendam, inter hos fines, ab uno latere tenet ecclesia Sancte Marie in Palmis, ab alio latere tenet uxor Petri Canicatoris, ab alio Ceccus Iohannis Pauli vel si qui etc. Vendidit etiam dicta venditris eidem emptori, presenti et recipienti, omnia iura et actiones que et quas habet vel habere posset in dicta vinea contra quascumque personas et loca et per Paulum filium ipsius Oddonis quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de predictis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum constituit se dicta venditris, nomine dicti emptoris, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dicta venditris eidem emptori plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictas vineas possit propria auctoritate intrare tenere et possidere vendere donare alienare fructificare recipere etc. et de eis facere quicquid sibi perpetuo placuerit, nullo iure nulla actione dicte venditrici per directum nec per oblicum aliquid reservato.

f. 22v Hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur dicta venditris eidem emptori<sup>(c)</sup>, presenti et stipulanti et recipienti, fecit pro pretio et nomine pretii triginta duorum florenorum boni et puri auri iusti et legalis ponderis, de quibus presentialiter et manualiter dicta venditris a dicto emptore recepit et habuit III<sup>or</sup> florenos auri residuum autem, videlicet XXVIII florenos auri dicta venditris a dicto emptore, presente et stipulante, confessus fuit se recepisse et habuisse, de quibus XXXII florenis auri pretium dictarum vinearum dicta venditris se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpatiavit exceptioni non solutorum etc. et si plus dicto pretio dicte vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valerent nunc vel valere possent in futurum dicta venditris eidem emptori, presenti et recipienti, honesti amoris causa inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dicta venditris eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod dicte vinee sunt ipsius venditricis et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite date donate cesse concesse nec quomodolibet alienate in totum vel in parte et si contrarium appareret et eam propter dictus emptor vel sui heredes et successores molestarentur in iudicio seu extra iudicium promisit

f. 23r dicta venditris ipsum emptorem exhonere ab omni persona etc. in iudicio et extra iudicium defensare eundem omnibus suis expensis et finaliter si dictus emptor vel sui heredes et successores evincerentur in totum vel in parte voluit teneri deevictione, ut iura volunt etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris penes dictum emptorem obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec nomine ipsius emptoris tenere et possidere constituit et precario recongnovit et ad preces et instantiam dicte venditricis penes dictum emptorem, presentem et stipulantem ut supra, Iohannes Meuli Roncionis, Andreotius Poncelli et ipse Laurentius, extra dictum consensum, qui iuraverunt etc. quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum premissorum<sup>(d)</sup>, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpatiaverunt epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Depennato VII<sup>o</sup> <sup>(b)</sup> Depennato “renumpatiavit et refutavit et per pactum de” <sup>(c)</sup> Corretto su “emprici” <sup>(d)</sup> Depennato “et volui”.

## 22.

1369, febbraio 22

Lello e Alterio figli del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna, da un lato, e Antonio di Paolo di Marco *Deuteguarde* e Cristoforo di Ceccarello di Marco *Deuteguarde* di Rieti, procuratori di Paolo di Marco *Deuteguarde*, Francesco di Marco *Deuteguarde* e Marco *Ceccarelli* di Marco *Deuteguarde* di Rieti, delegati con esplicito mandato come risulta dall'atto del notaio Tommaso figlio del defunto Marrone di Tommaso di Rieti, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente e, per la conservazione della pace, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 1000 libbre di provisini del senato.

Le parti dichiarano inoltre di rinunciare alle spese fatte in occasione del loro litigio e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una pena di una libbra d'oro.

- f. 23v In<sup>(a)</sup> nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXVIII pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII<sup>a</sup> mense februarii die XXII.
- In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Lellus et Alterius germani fratres filii olim Corraducii Mastronis spetiarii de regione Pinee, qui Alterius iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula nec quolibet predictorum non venire ratione minoris etatis XXV seu XX annorum seu quolibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec beneficium restitutionis in integrum petere aliqua ratione modo iure titulo sive causa de beneficio restitutionis in integrum et effecto iuramenti per me eundem notarium primo certioratus, ex una parte, et providus vir Anthonius Pauli Marci Deuteguarde, Christofanus Ceccharelli Marci Deuteguarde de Reate, procuratores et persone legitime Pauli Marci Deuteguarde, Francisci Marci Deuteguarde et Marci Ceccharelli Marci Deuteguarde de Reate habentes ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patet publico istrumento procurationis scripto manu Thome quondam Marroni Thome de Reate publici imperiali auctoritate notarii, ex parte
- f. 24r altera, ac die presente et cuiuslibet ipsorum proprio nomine et predicti procuratores et quilibet ipsorum, procuratorio nomine quo supra, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt inter sese et quibus supra nominibus ad invicem veram et mundam pacem perpetuamque securitatem osculo vere pacis interveniente inter eos pro sese ipsis et quo supra nomine et remiserunt ad invicem dicti contraentes<sup>(b)</sup>, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, omnes iniurias et offensas reales et personales graves et gravissimas factas et illatas inter ipsas partes, scilicet una pars contra aliam et alia contra aliam aut per earum et cuiuslibet ipsarum predecessores usque in presentem diem, tam in personis quam in bonis quocumque et qualitercumque dicto facto seu opere et promiserunt dicte partes ad alterutrum, pro se ipsis et quibus supra nominibus, de certo non offendere nec offendi facere una pars aliam et alia aliam per sese ipsas aut aliquem ipsarum seu per alium aut alios earum seu alterius, ipsarum nomine, in personis vel bonis immo dictam pacem et securitatem perpetuam perpetuo observare inlesam sub ypotheca et obligatione ipsarum partium et quorum procuratores sunt mobilia et immobilia presentia et futura
- f. 24v et sub pena et ad penam mille librarum provisinorum senatus, applicanda dicta pena si per dictum Lellum et fratrem aut aliquem ipsorum seu alium vel alios eorum seu alterius ipsorum nomine, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti offense et fidem servantem et si per dictos constituentes seu aliquem ipsorum aut alium vel alios eorum seu alterius, eorum nomine, contra factum fuerit, applicanda dicta pena pro medietate camere communis Reate et pro alia medietate parti offense et fidem servanti, me notarium ut publica persona stipulante vice et nomine dictarum camerarum et partium absentium; actum et declaratum inter ipsas partes quod securitas non intelligatur<sup>(c)</sup> nisi eo modo quo pax frangitur et voluerunt dicti contraentes, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, quod totiens dicta pena tollatur, tolli exigi possit quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis, nihilominus firmis manentibus renumpsiaverunt in predictis dicti contraentes et quilibet ipsorum, pro sese ipsis et quilibet supra nominibus, statuto et consuetudinibus de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis et omnibus aliis et singulis
- f. 25r legibus statutis et consuetudinibus quibus contra predicta vel aliquod predictorum predicti contraentes, pro sese et quibus supra nominibus, venire possent, ex certa scientia, renumpsiaverunt et refutaverunt expresse, nec non dicti contraentes et quilibet ipsorum, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, renumpsiaverunt et refutaverunt ad alterutrum, me notarium ut publica persona recipiente pro ipsis absentibus omnia et singula iura et actiones et iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas dicte partes ad alterutrum petere possent et exigere usque in presentem diem, tum ratione quarumcumque diffidationum hinc inde factarum, sententiarum latarum inter ipsas partes, privilegiorum, represaliarum et parigii<sup>(d)</sup> hinc inde concessorum quocumque tempore quocumque et qualitercumque, nec non omnium et singularum expensarum per ipsas partes factarum, tam in litigio quam extra occasionibus quibuscumque usque in presentem diem, ita quod hec refutatio sit quod dictos contraentes, pro sese et quibus supra nominibus, generalis et generalissima et nichil in ea intelligatur exceptionibus iuribus et actionibus ipsis Lello et Alterio eius fratri et cuiilibet ipsorum competentibus contra commune civitatis
- f. 25v Reate semper salvis et contra speciales personas ipsius, non obstante statuto Urbis in contrarium loquenti, quam quidem refutationem et que dicta sunt fecerunt dicti Lellus et Alterius et dicte partes ad alterutrum et quilibet ipsarum propter amorem et dilectionem quem et quam ad hinvicem<sup>(e)</sup> habent et muta et grata servitia que inde recepisse confessi sunt et promiserunt dicti contraentes, pro se et quibus supra nominibus, me notario ut publica persona pro absentibus recepisse quod si qua iura habent una pars contra aliam et alia contra aliam, tam realem quam personalem, tam specie quam in communi nemini sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata in totum nec in partem nec contractum vel quasi contractum cum aliqua persona huniversitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contracti et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt et promiserunt dicti contraentes ad alterutrum de evictione secundum formam iuris, obligantes pro predictis omnibus et singulis observandis omnia bona ipsorum et quorum procuratores sunt mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt predicti contraentes et quilibet ipsorum

f. 26r pro sese ipsis et quibus supra nominibus pro predictis omnibus et singulis et quolibet remissorum posse cogi omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari, renumptiaverunt in hiis beneficio fori, ferrii et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta venire possent renumptiaverunt expresse, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, que quidem omnia et singula supra dicta dicte partes ad alterutrum atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

Actum Rome in domo dicti Lelli Corraducii, presentibus hiis testibus, scilicet nobiles viri dominis Nicolao et Lodoyco germanis fratribus filiis nobilis et sapientis viri domini Iohannis de Canemuorto et Alexio Petrutii Pauli HERRICI de regione Trivii ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato il segno di richiamo di cui si è detto al termine del precedente doc. 20 nella nota b <sup>(b)</sup> P “conthaentes” ripetuto in altri casi successivi <sup>(c)</sup> Omesso “fracta” <sup>(d)</sup> Così P <sup>(d)</sup> Così P.

23.

1369, marzo 5

Petruzio figlio del defunto Lorenzo *Sarragona* del rione Pigna vende a Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* dello stesso rione la metà di un casale, che già fu dello stesso Guglielmo, unito con l'altra metà dello stesso venditore, con terre coltivate ed incolte del tenimento, detto *lo Casale delle Vingie*, situato fuori della porta Appia, al prezzo di 1000 fiorini d'oro.

Il venditore nomina procuratore Giovanni de Rubeis per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

f. 26v Indictione VII<sup>a</sup> mense artii die V<sup>o</sup>.

Testes: Cecchus Putii, Iohannes de Rubeis et Petrutius Laurentii Cecchi Putii.

In presentia mei notarii etc. Petrutius filius olim Laurentii Sarragona de regione Pinee, qui iuravit etc. ac die presente sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Gulielmo filio olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest medium cuiusdam casalis ipsius Petrutii, quod olim fuit ipsius Guilielmi, iunto pro diviso cum alia medietate ipsius venditoris, cum redimine terris cultis et incultis etc. et cum toto suo tenimento quod vocatur lo Casale delle Vingie, posito extra portam Apiam, inter hos fines, ab uno latere tenet idem<sup>(a)</sup> venditor, ab alio latere tenet \*\*\*<sup>(b)</sup> vel si qui etc. procuratorem ad investiendum constituit Iohannem de Rubeis, presentem etc. vendidit etiam omnia iura sibi competentia in predictis nulla facta reservatione deditque dictus venditor dicto emptori liberam facultatem dictum casale cum suo tenimento posse intrare etc. Hanc autem venditionem fecit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, pro pretio et nomine pretii mille florenorum auri, quos dictus

f. 27r venditor a dicto emptore confessus fuit se recepisse et habuisse, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit et renumptiavit etc. et si plus dicto pretio valeret inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, quod dictum casale cum toto suo tenimento spectat ad eum iure venditionis sibi facte per dictum Gulielmum et quod per ipsum Petrum nulli alii persone huniversitati seu loco est venditum datum donatum et si contrarium appareret<sup>(c)</sup> promisit de evictione in forma, pro quibus etc. et renumptiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “emp” <sup>(b)</sup> È stato lasciato in bianco lo spazio corrispondente ad una riga <sup>(c)</sup> P “apparet”.

24.

1369, marzo 8

I frati dell'ordine dei predicatori, riuniti in capitolo nel luogo consueto (nel convento di S. Maria super Minerbam doc. 96), per disposizione di Stefano maestro dell'Ordine di Roma, presenti Stefano *de Cumba* maestro in teologia, procuratore e vicario del maestro dell'Ordine, Stefano maestro e amministratore, Angelo *de Filaciano*, Angelo *de Campofloris*, Antonio *de Corneto* sottopriore, Antonio *de Provincia*, Lorenzo *de Brescia*, Pietro *della Celsa*, Angelo *de Narnia*, Bartolomeo *de Senis*, Domenico *de Aspra*, Filippo *de Augubio*, Giovanni di Benedetto, Giacomo *de Provincia*, Randolfo e Alberto *Sassone*, Nicola *Bonus de Tybure*, Coluzia *de Tybure*, Pietro *Diteguardi de Roma*, Michele *Ungarus* e Raimondo *de Capua* priore nominano procuratori Pietro *de Vineis de Capua* e il notaio Paolo *de Capua* per tutte le loro cause.

f. 27v Indictione VII<sup>a</sup> mense martii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Ugo Iohannis domini Iohannis de Modonecia, Landulfus Alfieri de Saltrino.

In presentia mei notarii etc. Congregati simul venerabilis et religiosi, scilicet frater Stephanus de Cumba, magister in theologia procurator Ordinis et vicarius magistri ordinis, frater Stephanus magister et regens, frater Angelus de Filaciano, frater Angelus de Campofloris, frater Anthonius de Corneto subprior, frater Anthonius de Provincia, frater Laurentius de Brescia, frater Petrus della Celsa, frater Angelus de Narnia, frater Bartholomeus de Senis, frater Dominicus de Aspra, frater Philippus de Augubio, frater Iohannes Benedicti, frater Iacobus de Provincia, frater Radulfus et frater Albertus Sassone, frater Nicolaus Bonus de

f. 28r

Tybure, frater Colutia de Tybure, frater Petrus Diteguardi de Roma, frater Michael Ungarus, frater Raymundus de Capua prior, ad sonum campanelle in loco capituli, more solito, ad capitulum faciendum mandato dicti fratris Stephani magistri Ordinis, Ordinis predicatorum de Urbe, ipsi frates cum consensu et voluntate dicti magistri et procuratoris<sup>(a)</sup> eorum bona voluntate constituerunt creaverunt et ordinaverunt eorum et dicti conventus, non revocando alios, yconomos scyndicos et procuratores Petrum de Vineis de Capua et notarium Paulum de Capua, licet absentes tamquam presentes et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis ad omnes ipsis conventis et ipsorum fratrum causas et cuiuslibet ipsorum ad agendum petendum etc. cum potestate<sup>(b)</sup> substituendi unum vel plures procuratores, nec non ad locandum dislocandum etc. pecuniam recipiendam et de receptione finem et quietationem faciendam et generaliter etc. relevantes ipsos et quemlibet ipsorum ex nunc ab omni honore satisfactionis<sup>(c)</sup> etc. quicquid predictos procuratores seu alterum ipsorum factum fuerit sub obligatione bona ipsius monasterii<sup>(d)</sup> etc. pro quibus etc. renumpriaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “procuris” <sup>(b)</sup> P “potestante” <sup>(c)</sup> Depennato “de” <sup>(d)</sup> Il vocabolo è stato inserito nell’interlinea superiore, ma in realtà non è indicato il monastero al quale appartengono i frati.

25.

1369, marzo 8

Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Campitelli rilascia a Oddone *de Cerronibus* del rione Monti una quietanza di rinunzia ad ogni sua rivendicazione.

f. 28v

Eodem anno, mense et die.

Testes: Anthonius Butii Temperii notarius, Butius Angeli dictus alias Rubeus de regione Campitelli.

In presentia mei notarii etc. Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis de regione Campitelli, qui iuravit etc. sponte fecit generalem refutationem et pactum de ulterius non petendo Oddoni de Cerronibus de regione Montium, presenti et recipienti, de omni eo quod sibi petere possent usque in presentem diem etc.

26.

1369, marzo 8

Oddone *de Cerronibus* del rione Monti rilascia ad Agapita vedova di Pietro *de Ciceronibus* dello stesso rione una quietanza di rinunzia ad ogni sua rivendicazione.

Eodem die et coram dictis testibus.

Oddo predictus, qui iuravit etc. sponte fecit generalem refutationem domine Agapte uxori olim Petri de Ciceronibus de regione Montium, presenti et recipienti, de omni eo quod sibi petere possent usque in presentem diem et promisit quod, si qua iura aberet seu abuisset<sup>(a)</sup> contra eam, nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione in forma etc.

<sup>(a)</sup> Così P.

27.

1369, marzo 18

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma, riunite presso la grata ferrea per disposizione della badessa, presenti la stessa badessa Francesca *de Comite*, Eufemia, Lorenza, Scolastica, Agnese, Clara, Costanza, Anastasia, Eugenia, Giovanna, Giacomina, Amadio, Marta e Antonia danno in locazione, anche a nome delle monache assenti, a Pietro Paolo di Andreozio *Pontiani* di Roma del rione S. Angelo per un anno, a cominciare dalla festa di S. Biagio del mese di febbraio, dopo la fine dei sette anni per i quali é stata concessa la locazione allo stesso Pietro Paolo, come risulta da un atto rogato dai notai Antonio *Pocie* e Paolo *de Seromanis*, la metà della pescaia detta *Lo Paparescho*, situata nel lago di Fogliano nel territorio della Marittima, unita con l’altra metà dello stesso Pietro Paolo, al prezzo di 45 fiorini d’oro.

Il locatario promette inoltre di consegnare presso il monastero 2 salme di pesce, una nel periodo della Quaresima maggiore e l’altra nella Quaresima dell’Avvento.

f. 29r

Indictione VII<sup>a</sup> mense martii die XVIII.

Testes: venerabiles viri dominus Laurentius Egidii canonicus lateranensis et Paulus Lelli Iohannis Stephani et Marchus Stephani Ponpi.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Congregate et coadunate simul venerabiles domine, videlicet domina Francischa de Comite abbatissa, soror Eufemia, soror Laurentia, soror Scolastica, soror Agnes, soror Clara, soror Costantia, soror Anestasia, soror Eugenia, soror Iohanna, soror Iacoba, soror Amadio, soror Marta et soror Anthonia, moniales venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe ad gratam ferream dicti monasterii ad sonum campanelle mandato dicte domine abbatisse, congregate ac die presente ipsa domina abbatissa cum consensu et volutate ipsarum dominarum monialium et ipse domine moniales cum consensu et voluntate et

mandato ipsius domine abbatisse, pro sese ipsis ac vice et nomine ipsius monasterii et dominarum absentium, earum bonis propriis et spontaneis voluntatibus locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Petro Paulo filio Andreotii

f. 29v Pontiani de Urbe regione Sancti Angeli, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipse Petrus Paulus dare et concedere voluerit pro infrascripto tempore, videlicet pro uno anno proxime futuro, incipiendo in die Sancti Blaxii de mense februarii, post finitos VII annos proxime futuros<sup>(b)</sup> pro quibus facta est locatio ipsi Petropaulo, de infrascripta piscaria per ipsas dominas, nomine dicti monasterii, ut patet manu Anthonii Pocie et mei notarii, idest totum et integram medietatem cuiusdam piscarie et usus piscarie seu loco piscandi, posite in lacu Fulgiani, que vocatur lo Paparescho, et locande cum iure et pertinentiis suis, que medietas iunta est pro indiviso cum alia medietate dicti Petri Pauli que tota piscara est in lacu Fulgiani in tenimento Nimphe in partibus Maretime, inter hos fines, ab uno latere est silva Nimphe, ab alio est quedam alia piscaria que dicitur lo Grecesco monasterii Gripteferrate, ab alio est navis Fulgiani, ab alio est quedam alia piscaria que dicitur le Fosselle domini comitis Fundorum vel si qui etc. ad abendum<sup>(c)</sup> tenendum etc. iure proprietatis ipsi monasterio semper salvo. Hanc autem locationem et dicta sunt prefate domina abbatissa et moniales dicti monasterii et ipsius monasterii

f. 30r et ad ipsius monasterium comodum et utilitatem eidem Petro Paulo fecerunt pro reditu et pentione dicte locationis, pro dicto uno anno incepto et finiendo ut supra, XLV florenorum boni et puri auri, quod dicte domine abbatissa et moniales dicti monasterii, nomine dicti monasterii, confesse fuerunt integraliter recepisse et habuisse et penes eas habere et tenere, de quibus sese bene quietas contentas et pacatas vocaverunt et renumpsiaverunt etc. insuper promisit dictus Petrus Paulus dictis dominabus dare et assignare dicto anno duas salmas bonorum piscium de dicta piscaria in dicto monasterio, unam videlicet tempore Quatragesime magioris et aliam tempore Quatragesima de adventu cum dampnis expensis et interesse a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus observandis dictus Petrus Paulus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc. promiserunt insuper prefate domine abbatissa et moniales dicti monasterii eidem Petro Paulo, presenti et stipulanti ut supra, dictam locationem, dicto tempore durante, non revocare scilicet eam ratam habere et eam de iure defendere ab omni persona et loco et promiserunt de evictione, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte domine obligaverunt dicto Petro Paulo, presenti et stipulanti ut supra, omnia bona dicti monasterii mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato “missum” <sup>(b)</sup> Così P, intendasi “preteritos” <sup>(c)</sup> Così P.

28.

1369, marzo 19

Frate Agostino di Roma dell'Ordine di S. Francesco guardiano della chiesa di S. Maria *de Araceli*, a nome dei confratelli del monastero, rilascia una quietanza a frate Giovenale ed a Giovanni di Pietro di Prato ora del rione Trastevere, esecutori testamentari della defunta Mattea vedova di Nello di Angelo di Giovanni *Cinthii* del rione Trastevere, dopo aver ricevuto la somma di 100 fiorini d'oro relativa ad un lascito indicato nel testamento rogato dal notaio Nuzio.

La somma era stata ricavata dalla cessione di un casale di Mattea venduto a Silvestro de Mutis.

f. 30v Indictione VII<sup>a</sup> mense martii die XVIII.

Testes: dominus Philippus de Philippis canonicus lateranensis, Nutius Thome Vecce et dominus Thomax procurator animarum.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis et religiosus vir dominus frater Augustinus de Urbe de Ordinis S. Francisci, guardianus ecclesie Sancte Marie de Araceli, fratrum et conventus ipsius, ac die presente sponte<sup>(a)</sup> pro se ac vice et nomine fratrum<sup>(b)</sup>, capituli et conventus dicti monasterii et pro ipso, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit religioso viro fratri Iovenali et Iohanni Petri de Prato nunc de regione Transtiberim, executoribus testamenti et ultime voluntatis quondam domine Mathee uxoris olim Nelli Angeli Iohannis Cinthii de regione Transtiberim, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones utiles et directas tacitas et expressas, ypothecaria seu mistas que et quas ipse guardianus, fratres et conventus dicte ecclesie nunc habet et in futurum habere possent seu sperant contra ipsos executores in bonis et hereditate dicte quondam domine Mathee, pretestu et occasione C florenorum auri ipsi ecclesie relicte

f. 31r per ipsam dominam Matheam in suo ultimo testamento, ut patet manu supradicti Nutii notarii, et generaliter de omni eo quod petere posset in dictis bonis et hereditate et ipsis executoribus usque in presentem diem vigore dicti relictii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus dominus frater Augustinus custos predictus, pro se et quo supra nomine dictis executoribus, presentibus et stipulantibus ut supra, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dictis executoribus, dantibus et solventibus de pecunia per eos recepta, de pretio cuiusdam casalis, quod olim fuit dicte domine, venditi Sylvestro de Mutis, dictos C florenos auri in florenis de auro, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit<sup>(c)</sup>, nomine quo supra, et renumpsiavit exceptioni non solutorum non

haborum dictorum florenorum exceptioni doli mali etc. et promisit insuper dictus frater Augustinus custos pro se et quo supra nomine<sup>(d)</sup>, dictis executoribus ut supra, quod dicta iura dictorum C florenorum auri nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de bonis dicte ecclesie, pro quibus omnibus et singulis observandis obligavit bona dicte ecclesie et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc.

(a) P “ponte” (b) Così P (c) Corretto sul precedente “vocaverunt” (d) Depennato “quod”.

29.

1369, marzo 19

Filippo *de Philippis* canonico lateranense, delegato dal cardinale diacono Pietro del titolo di S. Maria Nova commissario del pontefice rilascia una quietanza a frate Giovenale ed a Giovanni di Pietro di Prato, esecutori testamentari della defunta Mattea vedova di Nello di Angelo di Giovanni *Cinthii* del rione Trastevere, dopo aver ricevuto la somma di 25 fiorini d'oro relativa ad un lascito destinato alla riparazione della chiesa Lateranense.

Il lascito é stato assolto con il ricavato della vendita di un casale della defunta Mattea ceduto a Silvestro *de Mutis*.

f. 31v Eodem anno, mense et die.

Testes: dominus frater Augustinus Ordinis minorum, Nutius Thome Vece notarius et dominus Thomax de Sisochio.

Venerabilis vir dominus Philippus de Philippis canonicus lateranensis commissarius, in hac parte, domini Petri tituli Sancte Marie<sup>(a)</sup> diaconi cardinalis<sup>1</sup>, habens ad hec omne et singula speciale commissione et plenissima potestate ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit supradictis executoribus, quo supra nomine recipientius, idest omnia iura et actiones iustitias et petitionem reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas idem dominus cardinalis commissarius domini nostri pape super reparatione ecclesie Lateranensis et ipsa ecclesia ac canonici ipsius, eidem executoribus et in bonis dicte olim domine Mathee, petere et exigere possent, pretestu et occasione XXV florenorum auri eidem ecclesie relictorum per ipsam olim dominam Matheam pro reparatione dicte ecclesie in suo ultimo testamento. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus dominus Pilippus procurator et commissarius predictus fecit eisdem executoribus, quo supra nomine recipientibus,

f. 32r pro eo et ex eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dictis executoribus, dantibus et solventibus de pecunia et pretio casalis dicte domine venditi Silvestro de Mutis, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit, nomine quo supra, et renumpiavit exceptioni non solutorum non haborum etc. dictorum florenorum auri et promisit insuper dictus<sup>(b)</sup> dominus Philippus, quo supra nomine, dictis<sup>(c)</sup> executoribus pro se et quo supra nomine recipientibus, quod dicta iura dictorum XXV florenorum auri sunt dicte ecclesie et quod nulli alii persone huniversitati seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione in forma, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus dominus Philippus obligavit omnia bona dicte ecclesie et extra dictum officium promissionis seu procurationis obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura penes dictos executores, presentibus et stipulantibus ut supra, et voluit pro predictis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

(a) Omesso per evidente distrazione il titolo “Marie” (b) Depennato “Lell” (c) Corretto sul precedente “rec”.

30. 1369, marzo 19

Perna figlia di Ottaviano senzale del rione Arenula rilascia una quietanza a frate Giovenale ed a Giovanni di Pietro di Prato, esecutori testamentari della defunta Mattea vedova di Nello di Angelo di Giovanni *Cinthii* del rione Trastevere, dopo aver ricevuto la somma di 25 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato é assolto con il ricavato della vendita di un casale della defunta Mattea ceduto a Silvestro *de Mutis*.

f. 32v Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. domina<sup>(c)</sup> Perna filia Otabiani sensalis de regione Arenule sponte renumpiavit et refutavit<sup>(d)</sup> et, per pactum de ulterius non petendo, remisit dictis executoribus, presentibus et recipientibus ac stipulantibus ut supra, idest omnia iura et actiones que et quas habet nunc et in futurum

<sup>1</sup> C. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevii*, I, Monasterii 1913, pp. 18 e 49: “Petrus Rogerii, lemovicensis, nondum 18 a. agens, nepos Clementis VI, notarius apost., prom. 1348 mai 29, diac. S. Mariae novae, card. Bellifortis vulg. nuncup., postmodum Gregorius papa XI”.

habere posset contra ipsos et in bonis dicte olim domine Mathee, pretestu et occasione XXV florenorum auri, in quibus dicti executores, executorio nomine quo supra, eidem domine Perne tenebatur vigore relictis facti per ipsam olim dominam Matheam dicte domine Perne in suo ultimo testamento. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicuntur prefata domina Perna dictis executoribus, quo supra nomine recipientibus, fecit pro eo et ex eo quod habuit et recepit in florenis de auro a dictis executoribus, dantibus et solventibus de pecunia et pretio<sup>(e)</sup> supradicti casalis venditi dicto Silvestro, dictos XXV florenos auri, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura dictorum XXV florenorum auri nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione in forma, pro quibus omnibus observandis obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(c)</sup> Depennato “Pers” <sup>(d)</sup> P “refutati” <sup>(e)</sup> Depennato “d”.

31.

1369, marzo 19

Nuzio di Tommaso *Vecce* notario e procuratore di Francesca, vedova di Cecco di Nicola di Pietro di Oddone del rione Trastevere e madre e amministratrice della figlia Palozia, delegato con un atto di procura rogato dal notaio \*\*\*\*\*, rilascia una quietanza a frate Giovenale ed a Giovanni di Pietro di Prato, esecutori testamentari della defunta Mattea vedova di Nello di Angelo di Giovanni *Cinthii* del rione Trastevere, dopo aver ricevuto la somma di 25 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Nutius Thome Vecce notarius procurator et persona legitima domine Francisce uxoris olim Cecchi Nicolai Petri Oddonis de regione Transtiberim, matris et legitime amministratricis Palotie filie sue et filie olim Cole Iohannis Francisci<sup>(a)</sup>, habens ad hec omnia speciale mandatum, ut patet manu \*\*\*\*\* publici notarii, et qui Nutius extra officium procurationis predictae, pro dicta domina Francisca et Palotia, promisit de rato et se et bona ipsius principaliter obligavit, ac die presente sponte, quo supra nomine, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit supradictis executoribus pro sese ipsis et quo supra nomine recipientibus idest omnia iura que dicta domina Francisca, nomine quo supra, et dicta Palotia petere et exigere posset in bonis et hereditate dicte olim domine Mathee, pretestu et occasione XXV florenorum auri sibi Palotie relictorum per ipsam olim dominam Matheam in suo ultimo testamento. Hanc autem refutationem fecit dictus Nutius, procurator predictus, dictis emptoribus, quo supra nomine recipientibus, pro eo quod presentialiter recepit et habuit dictos XXV florenos auri, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit, procuratorio nomine quo supra, de evictione etc.

<sup>(a)</sup> P “Francisci”.

32. 1369, marzo 20

Fratre Raimondo priore del monastero di S. Maria *supra Minerbam*, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, e Simone di Egidio *Angelerii* procuratore del nobile Nicola *de Aniballis* milite e signore del *castrum Molarie*, coesecutore testamentario della stessa Luisa delegato con un atto di procura del notaio\*\*\*\*\*, rilasciano una quietanza al notaio Nicola *de Porcariis* del rione Pigna dopo aver ricevuto in pagamento la somma di 850 fiorini d'oro, depositata presso il notaio Nicola in seguito alla vendita del casale *Turris de Orlando*, già posseduto dalla defunta Luisa, ceduto a Cinzio *de Marcellinis*.

Indictione VII<sup>a</sup> mense martii die XX<sup>o</sup>.

Testes: Cinthius de Marcellinis, Tutius magistri Iohannis et Bartholomeus tabernarius.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus frater Raymundus prior fratuum<sup>(a)</sup> et conventus monasterii Sancte Marie supra Minerbam, executor testamenti et ultime voluntatis quondam domine Aloyse quondam domini Iohannis de Anibaldis, et Simone Egidii Angelerii<sup>(b)</sup> procurator et persona legitima, ut dicitur, magnifici viri domini Nicolai de Aniballis domini castrum Molarie militis, coexecutoris dicte domine Aloyse, ut de dicto procuratorio nomine patere dicitur manu \*\*\*\*\* publici notarii, sponte, pro sese ipsis et quo supra nomine, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt<sup>(c)</sup> Nicolao de Porcariis notario de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia iura que habent vel habere possent contra ipsum VIII<sup>c</sup>L florenorum auri, qui fuerunt et sunt de parte de pretii cuiusdam casalis, quod olim fuit domine Aloyse<sup>(d)</sup> de Anibaldis quod vocatur Turris de Orlando, venditi Cinthio de Marcellinis per ipsos executores et depositorum<sup>(e)</sup> penes ipsum Nicolaum. Hanc autem refutationem fecit quia presentialiter receperunt et promiserunt de evictione etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “notarius” <sup>(c)</sup> Depennato “om” <sup>(d)</sup> P “Aloyse” <sup>(e)</sup> Depennato “per”.



Nicola *Cece* di Anagni rettore della chiesa di S. Maria *de castro Pauli*, procuratore dell'abate e dei monaci del monastero di Grottaferrata come risulta dalla procura rogata dal notaio Pietro *Alcadii* di Anagni, rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis* dopo aver ricevuto la somma di 40 fiorini d'oro relativo ad un lascito testamentario. L'importo era stato ricavato dal prezzo di cessione del casale *Turris de Orlando* venduto a Cinzio *de Marcellinis*.

Il legato contenuto nel testamento era di 80 fiorini, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore dei beni impegnati, sui quali gravavano alcuni debiti.

f. 34r

Indictione VII<sup>a</sup> mense martii die XX<sup>o</sup>.

Testes: Cinthius de Marcellinis, Tutius magistri Iohannis, Bartholomeus<sup>(f)</sup> tabernarius.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus Nicolaus Cece de Anania rector ecclesie Sancte Marie de castro Pauli, procurator et persona legitima domini abbatis monachorum et capituli monasterii Gripteferrate, habens speciale mandatum ad infrascriptis omnia et singula facienda, ut patet publico istrumento procurationis scripti manu Petri Alcadii publici notarii de Anania ac die presente, procuratorio nomine quo supra, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit suprascripto domino fratri Raymundo, executori predicto presenti et recipienti pro se et coexecutoribus suis, executorio nomine quo supra, idest omnia iura omnesque actiones que et quas<sup>(a)</sup> dicti dominus abbas, monaci capitulum et conventus dicti monasterii ipsis executoribus et in bonis et hereditate dicte olim domine Aloyse petere et exigere possent nunc et in futurum, pretestu et occasione LXXX florenorum auri relictis dicto monasterio per ipsam olim dominam Aloysam in suo ultimo testamento et generaliter de omni eo quod dictis executoribus et in<sup>(b)</sup> dictis bonis et hereditate petere et exigere possent dicta

f. 34v

occasione quocumque et qualitercumque. Hanc autem refutationem et omnia et singula que in hoc istrumento continetur dictus procurator, procuratorio nomine quo supra, eidem domino fratri Raymundo executori predicto, executorio nomine quo supra, recipienti pro se et aliis coexecutoribus et omnium quorum interest vel interesse posset quomodolibet in futurum, fecit pro eo et ex eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a ipso fratre Raymundo<sup>(c)</sup>, executore predicto, dante et solvente de pecunia<sup>(d)</sup> casalis Turris de Orlando venditi Cinthio de Marcellinis XL florenos auri, facta defalcatione, de medietate quia relicta ascendunt ad maiorem quantitatem quam valerent bona dicte domine Aloyse et etiam quia in hereditate ipsius certa debita interfuerunt, propter que fuit necesse pro medietate defalcari de omnibus legatis per ipsam dominam in suo testamento predicto, de quibus otuaginta florenos auri post receptionem dictorum florenorum auri dictus procurator, quo supra nomine, se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit omni exceptioni non solutorum non habitorum dictorum florenorum et spei future numerationis et promisit dictus procurator, quo supra nomine, dicto executori, quo supra nomine recipienti, quod dicta iura sunt ipsorum domini abbatis, monachorum et capituli et quod nemini sunt vendita data

f. 35r

donata etc. et si contrarium appareret promisit dictus procurator<sup>(e)</sup>, quo supra nomine, dicto fratri Raymundo, presenti et recipienti ut supra, ipsum conservare indempnem et finaliter de evictione in forma, pro quibus omnibus et singulis observandis obligavit bona dicti monasterii mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(f)</sup> Un segno convenzionale superfluo di "r" è annotato sulla "r" del nome <sup>(a)</sup> Depennato "q" <sup>(b)</sup> Depennato "p" <sup>(c)</sup> Depennato "pro"  
<sup>(d)</sup> Depennato "et" <sup>(e)</sup> Depennato "quod".

Cinzio Marcellino del rione Colonna rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 3 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 4 fiorini, due per il lascito e due per un debito contratto da Cinzio, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a diminuire la somma che risultava maggiore rispetto ai beni impegnati dalla testatrice.

Eodem die.

Testes: Nicolaus de Porcariis, Tutius magistri Iohannis et dominus Tomax de Fisochio.

In presentia mei notarii etc. Cintius Marcellinus de regione Columne sponte fecit refutationem dicto executori, quo supra nomine recipienti, de IIII<sup>or</sup> florenis auri sibi relictis per ipsam olim dominam Aloysam in dicto suo ultimo testamento, duos videlicet occasione debiti et duos alios occasione relictis. Hanc autem refutationem fecit dictus Cintius dicto executori, quo supra nomine recipienti, pro eo quod presentialiter recepit ab ipso tres florenos auri, facta defalcatione de uno, ut supra et ratione suprascripta, de quibus IIII<sup>or</sup> florenis se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit de evictione in forma etc.

35.

1369, marzo 20

Giacomella figlia di Rosella Falzi Rampazi rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 12 libbre e mezza di provisini relativa ad un codicillo testamentario rogato dai notai Pietro di Giovanni *Ciole* e Tuzio di maestro Giovanni.

Il legato contenuto nel codicillo era di 25 libbre di provisini, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore rispetto ai beni impegnati dalla testatrice.

f. 35v

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Iacobella filia Roselle Falzi Rampazi sponte fecit similem refutationem predicto fratri Raymundo, executori predicto pro se et quo supra nomine recipienti, de omni eo quod petere posset in dictis bonis et ipsius executoribus, pretestu et occasione XXV librarum sibi Iacobelle relictarum per ipsam dominam Aloysam in dicto suo ultimo testamento sive codicillo, scripto manu Petri Iohannis Ciole et Tutii magistri Iohannis notariorum. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod presentialiter recepit et habuit XII libras provisinorum et dimidium<sup>(a)</sup>, facta defalcatione, ut supra, et ratione supradicta, de quibus XXV libris se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione in forma, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "de".

36.

1369, marzo 20

Giordana vedova di Cecco di Giovanni di Egidio del rione Monti rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 12 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 16 fiorini, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a diminuire la somma, che risultava maggiore rispetto ai beni impegnati dalla testatrice, riducendola solo di 4 fiorini in considerazione della povertà e della nobiltà della destinataria.

Eodem mense et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Iordana uxor olim Cecchi Iohannis Egidii de regione Montium sponte fecit similem refutationem dicto fratri Raymundo de XVI florenis auri, facta defalcatione, de IIII<sup>or</sup> tantum, propter sui paupertate et nobilitate. Hanc autem refutationem fecit quia presentialiter recepit XII florenos auri, de quibus omnibus XVI florenis se bene quietam et pacatam vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione in forma<sup>(a)</sup>.

<sup>(a)</sup> Omesso "etc.".

37.

1369, marzo 20

Nicola *de Porcariis* notaio del rione Pigna, sensale della vendita del casale (*Turris de Orlando*), riceve da frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, un compenso di 12 fiorini per la sua prestazione.

f. 36r

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Nicolaus de Porcariis notarius de regione Pinee, qui fuit proseneta ad faciendum vendi<sup>(a)</sup> dictum casale, sponte confessus fuit se recepisse de dicta pecunia a dicto fratri Raymundo, executori predicto, pro iure sibi debito, XII florenos auri, de quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Così P.

38.

1369, marzo 20

Ceccola vedova di Lorenzo *Menscalchepti* del rione Pigna, erede dei beni del defunto marito, rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 7 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario destinato al defunto marito.

Il legato contenuto nel testamento era di 14 fiorini d'oro, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice.

Dietro preghiera di Ceccola si offre quale garante Bartolomeo taverniere, secondo marito della stessa Ceccola.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchola uxor olim Laurentii Menescalchepti de regione Pinee, heres et bonorum succeditris dicti olim Laurentii mariti sui, sponte fecit similem refutationem dicto fratri Raymundo executori predicto, presenti et stipulanti et recipienti pro se et quo supra nomine, de XIII<sup>or</sup> florenis auri dicti olim Laurentio, viro suo, relictis in suo ultimo testamento per dictam olim dominam Aloysam, facta defalcatione ut supra. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod<sup>(a)</sup> presentialiter et manualiter recepit et habuit VII florenos auri, de quibus XIII florenos auri se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione ut supra et ad hec ad petitionem et instantiam dicte Cecchole penes dictum executores, quo supra nomine recipientem, Bartholomeus tabernarius, vir dicte domine, sponte fideiussit in omnem causam et eventum omnium predictorum etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “confessa”.

**39.**

**1369, marzo 20**

Ceccarella figlia della defunta Bona del rione Monti rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 2 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel codicillo testamentario era di 4 fiorini d'oro, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Ceccharella filia olim domine Bone de regione Montium sponte fecit similem refutationem eidem fratri Raymundo executori predicto, presenti et recipienti ut supra, de III<sup>or</sup> florenis auri sibi relictis per ipsam dominam Aloysam in suo ultimo codicillo. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit duos florenos auri<sup>(a)</sup> ab ipso executore, facta defalcatione ut supra, de quibus III<sup>or</sup> florenis se bene quietam et contentam vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “auri”.

**40.**

**1369, marzo 20**

Siola vedova di Bucciarello cuoco, madre e amministratrice del figlio Sante, rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 3 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 6 fiorini d'oro, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Syola uxor olim Bucciarelli coci de regione<sup>(a)</sup> ut mater et legitima ministratis<sup>(b)</sup> Santi, filii sui, sponte fecit similem refutationem dicto fratri Raymundo executori predicto, quo supra nomine recipienti, de VI florenis auri sibi Santo relictis per dominam Aloysam. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto executore de dicta pecunia tres florenos auri, facta defalcatione ut supra, de quibus vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione ut supra, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omessa <sup>(b)</sup> Così P.

**41.**

**1369, marzo 20**

Nuta vedova di Sebastiano di Alatri, già serva della defunta Luisa, rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 12 libbre e mezza di provisini relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 25 libbre di provisini ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore dei beni impegnati dalla testatrice.

Eodem mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Nuta uxor olim Sebastiani de Alatro, dudum famula dicte domine Aloyse, sponte fecit similem refutationem dicto fratri Raymundo executori predicto, quo supra nomine recipienti, de XXV libris provisinorum sibi relictis per ipsam olim dominam Aloysam. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto executore, de dicta pecunia, XII libras et dimidiam,

facta defalcatione ut supra, de quibus XXV libris se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione in forma ut supra.<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Omesso “etc.”.

42.

1369, marzo 20

Il prete Matteo *de Puteo Probe* rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 8 fiorini d’oro relativa ad un lascito testamentario e ad un debito da lui contratto.

Il legato contenuto nel testamento era di 10 fiorini d’oro per il lascito e di 3 fiorini contratto dal prete Matteo, ma l’esecutore testamentario era stato costretto a ridurre la somma, che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice, attribuendo interamente i 3 fiorini per il debito e dimezzando la concessione degli altri 10 fiorini.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. presbiter Matheus de Puteo Probe sponte fecit similem refutationem dicto domino fratri Raymundo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, de X florenis auri sibi relictis per dictam olim Aloysam iure relictis et de tribus florenis auri sibi relictis per dictam olim dominam Aloysam occasione debiti. Hanc autem refutationem fecit quia presentialiter recepit a dicto executore, de dicta pecunia, integre dictos III florenos auri et, de dictis X, recepit V, facta defalcatione ut supra, de quibus omnibus se bene quietum vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione ut supra<sup>(a)</sup>.

<sup>(a)</sup> Omesso “etc.”.

43.

1369, marzo 20

Il prete Galasso del rione Monti rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 5 fiorini d’oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel codicillo testamentario era di 10 fiorini d’oro, ma l’esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice.

Eodem mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. presbiter Galassus de regione Montium fecit similem refutationem dicto fratri Raymundo executori predicto, presenti et recipienti ut supra, de X florenis auri sibi relictis per dictam olim dominam Aloysam in suo ultimo testamento sive codicillo. Hac autem refutationem fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit quinque, facta defalcatione ut supra, de quibus X florenis auri se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione ut supra, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpiavit etc.

44.

1369, marzo 20

Miozia, serva di Mabilia vedova di Riccardo *de Aniballis*, del rione Trastevere rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 2 fiorini d’oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 4 fiorini d’oro, ma l’esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Miotia, famula domine Mabilie uxoris olim Ricardi de Aniballis de regione Transtiberim sponte fecit similem refutationem dicto domino Raymundo, executori predicto quo supra nomine recipienti, de III<sup>or</sup> florenis auri sibi relictis per dictam olim dominam Aloysam. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod presentialiter recepit a dicto executore, solvente de dicta pecunia, II florenos auri, facta defalcatione ut supra, de quibus quatuor se bene quietam et pacatam vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione ut supra<sup>(a)</sup>.

<sup>(a)</sup> Omesso “etc.”.

45.

1369, marzo 20

Frate Lorenzo depositario del denaro e dei fiorini dei frati del monastero di S. Maria supra Minerbam di Roma, delegato alla riscossione come risulta da un mandato rogato da un notaio, rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni de Anibaldis, dopo aver ricevuto la somma di 5 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel codicillo testamentario era di 10 fiorini d'oro, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice.

f. 38r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. dominus frater Laurentius depositarius pecunie et florenorum fratuum et conventus Sancte Marie supra Minerbam de Urbe, habens ad hec speciale mandatum, ut patet manu publici notarii, sponte fecit similem refutationem supradicto fratri Raymundo, executori predicto quo supra nomine recipienti, de X florenis auri ipsi conventui relictis per dictam dominam Aloysam, ut in dicto testamento sive codicillo continetur. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit quinque florenos auri, facta defalcatione ut supra, de quibus X florenis auri dictus frater Laurentius quo supra nomine, se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et promisit, quo supra nomine, de evictione in forma, pro quibus omnibus observandis obligavit bona dicti conventus etc. et renumpiavit etc.

46.

1369, marzo 20

Giovanni detto *Carbonus* figlio di Lella di Lello *Florelle de castro Montis Compatrum*, a nome della madre, rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 5 fiorini d'oro relativa ad un lascito indicato in un codicillo testamentario per un debito contratto da Lella.

Dietro richiesta di Lella e di Giovanni si offre quale garante Pietro di maestro Giovanni del rione Colonna.

Indictione VII<sup>a</sup> mense et die predictis et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Iohannes dictus alias Carbonus filius Lelle Lelli Florelle de castro Montis Compatrum, vice et nomine dicte Lelle matris sue, pro qua promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, sponte, qui supra nomine, fecit refutationem dicto fratri Raymundo, executori predicto quo supra nomine recipienti, de

f. 38v

V florenis auri sibi Lelle relictis per ipsam dominam Aloysam occasione debiti, ut patet in codicillo ipsius olim domine Aloyse. Hanc autem refutationem fecit dictus Iohannes, quo supra nomine, dicto executori quo supra nomine recipienti, pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit de pecunia predicta, a dicto executore, dictos V florenos auri, de quibus V florenis auri dictus Iohannes, quo supra nomine, se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione in forma et ad hec ad instantiam et petitione dicte domine et dicti Iohannis penes dictum fratrem Raimundum, executorem prefatum<sup>(a)</sup>, sponte fideiussit<sup>(b)</sup> dominus Petrus magistri Iohannis de regione Columpne et promisit quod dicta domina predicta omnia, per dictum Iohannem filium suum, promissa, ratum habebit, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iohannes et filius obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc.

(a) (b)

47.

1369, marzo 20

Nuzio *Balli* notaio del rione Campitelli rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 5 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 10 fiorini d'oro, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice.

f. 39r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Nutius Balli notarius de regione Campitelli, ac die presente, sponte fecit similem refutationem supradicto domino fratri Raymundo<sup>(a)</sup>, predicto executori presenti et recipienti, de X florenis auri sibi relictis per dictam dominam Aloysam in sua ultima voluntate. Hanc autem refutationem fecit dictus Nutius dicto executori, pro se et quo supra nomine recipienti, pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto executore, quo supra nomine recipienti, V florenos auri de pecunia supradicta, facta defalcatione ut supra, de quibus X florenis auri se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et promisit de evictione etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “procuratori”.

**48.**

**1369, marzo 20**

Tuzio di maestro Giovanni del rione Colonna riceve da frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, la somma di 4 fiorini d’oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 6 fiorini, ma l’esecutore testamentario era stato costretto a ridurre la somma che risultava maggiore ai beni impegnati dalla testatrice.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Tutius magistri Iohannis de regione Columpne sponte, se et bona sua principaliter obligando<sup>(a)</sup> de rato et rati abitione, presentialiter et manualiter recepiret habuit a dicto frate Raymundo, executore predicto<sup>(b)</sup> presente et stipulante ut supra, VI florenos auri per dictam dominam Aloysam in sua ultima voluntate, videlicet tres florenos auri in pecunia et unum alium florenum auri pro uno abito<sup>(c)</sup>, quod presentialiter recepit in florenis de auro de pecunia supradicta, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “pres” <sup>(b)</sup> P “presenti” <sup>(c)</sup> Depennato “de”.

**49.**

**1369, marzo 21**

Cecca de Monte Compatrum rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 3 fiorini d’oro indicati in una obbligazione scritta per incarico della testatrice.

f. 39v

Indictione VII<sup>a</sup> mense martii die XXI<sup>o</sup>.

Testes supradicti.

In presentia mei notarii etc. Ceccha de Monte Compatrum sponte fecit similem refutationem dicto fratri Raymundo, executori predicto presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, de omni eo quod petere posset dicto executori et in dictis bonis, pretestu et occasione III florenorum auri contemptorum in quadam apodissa scripta mandato dicte olim domine Aloyse. Hanc autem refutationem fecit quia presentialiter recepit de pecunia supradicta a dicto executore dictos tres florenos auri, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit de evictione in forma.<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Omesso “etc.”.

**50.**

**1369, marzo 21**

Matteo di maestro Giovanni rilascia una quietanza a frate Raimondo, esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 10 fiorini relativo ad un mutuo concesso alla testatrice.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. dominus Matheus magistri Iohannis sponte fecit similem refutationem dicto domino fratri Raymundo, executori predicto quo supra nomine recipienti, de X florenis in quibus dicta domina tenebatur eidem ratione mutui. Hanc autem refutationem fecit quia presentialiter recepit a dicto executore, dante et solvente de dicta pecunia, dictos X florenos auri, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit de evictione in forma etc.

**51.**

**1369, marzo 21**

Giovanni di Paolo di Tommaso detto *Peperata* del rione Colonna rilascia una quietanza a frate Raimondo, priore del monastero di S. Maria *supra Minerbam* ed esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 3 fiorini d’oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 2 fiorini, sui quali l’esecutore testamentario aveva omesso ogni riduzione ed aveva aggiunto un altro fiorino dato in elemosina.

f. 40r

Eodem<sup>(a)</sup> anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Iohannes Pauli domini Thomaxii dictus alias Peperata de regione Columpne sponte fecit similem refutationem dicto domino priori, executori predicto presenti et recipienti ut supra, de duobus florenis auri sibi relictis per dictam dominam in suo testamento, nulla facta defalcatione, et per

modum elemosine dictus prior dedit sibi unum alium florenum auri, quos presentialiter recepit, de quibus etc. et renumpciavit etc. et promisit de evictione etc.

<sup>(a)</sup> Sull'angolo superiore sinistro del foglio è annotato "Item".

52.

1369, marzo 21

Paolo di Crescenzo e la moglie Lorenza del rione Colonna, anche in rappresentanza della figlia di primo letto di Lorenza e del defunto marito Giacomello *Albe*, rilasciano una quietanza a frate Raimondo, priore del monastero di S. Maria *supra Minerbam* ed esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, dopo aver ricevuto la somma di 5 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 10 fiorini, ma l'esecutore testamentario era stato costretto a dimezzare la somma che risultava superiore ai beni impegnati dalla testatrice.

Eodem anno mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Paulus Crescentii et domina Laurentia, uxor ipsius, de regione Columpne, cum consensu dicti viri sui, qui ambo<sup>(a)</sup> sese et bona ipsorum principaliter obligaverunt et promiserunt filia olim Iacobelli *Albe* et ipsius domine Laurentie. Hanc refutationem perpetuo ratam habebit etc. ac die presente sponte finem fecerunt dicto priori executori, quo supra nomine<sup>(b)</sup> recipienti, de X florenis auri relictis dicto olim Iacobello per dictam olim dominam Aloysam in suo ultimo testamento. Hanc autem finem fecit quia presentialiter recepit quinque, facta defalcatione ut supra, de quibus etc. et renumpciavit etc. et promiserunt de evictione etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "pro" <sup>(b)</sup> Depennato "de".

53.

1369, marzo 21

Paolo figlio del medico maestro Giacomo del maestro Giovanni del rione Colonna riceve a nome del padre, da frate Raimondo, priore del monastero di S. Maria *supra Minerbam* ed esecutore testamentario della defunta Luisa vedova di Giovanni *de Anibaldis*, la somma di 27 fiorini d'oro relativa ad un lascito testamentario.

Il legato contenuto nel testamento era di 25 fiorini d'oro per un debito, pagato interamente, e di 4 fiorini d'oro per i quali l'esecutore testamentario aveva dimezzato la somma che risultava superiore ai beni impegnati dalla testatrice.

f. 40v

Eodem anno mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. dominus Paulus filius magistri Iacobi magistri Iohannis medici de regione Columpne ac die presente, recepit pro dicto magistro Iacobo<sup>(a)</sup>, suo patri<sup>(b)</sup>, a dicto priore executori, predicto, dante et solvente, pro se et quo supra nomine de pecunia supradicta XXV florenos auri relictis dicto magistro Iacobo per dictam dominam Alysam in suo testamento occasione debiti et duos florenos auri de summa et quantitate IIII<sup>or</sup> florenorum auri sibi magistro Iacobo relictis per dictam dominam in suo testamento predicto, facta defalcatione ut supra, de quibus etc. et promisit de rato etc. ac etiam de evictione in forma etc.

<sup>(A)</sup> Depennato "viro" <sup>(B)</sup> Così P.

54.

1369, aprile 22

Tuzio *Monganari de Florentino* e la moglie Bona offrono i loro servizi per un anno alla badessa del monastero di S. Eufemia con un salario mensile di 2 fiorini d'oro.

Indictione VII<sup>a</sup> mense aprilis die XXII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Laurentius de Seromanis, Cola Gerardi et Bartholomeus Celantronicus.

In presentia mei notarii etc. Tutius Monganari de Florentino et Bona, uxor sua, cum consensu dicti viri sui, sponte locaverunt se et operas suas cum domina abbatissa Sancte Eufemie, pro uno anno proxime futuro, pro pretio duorum florenorum auri, mense quolibet, pro quibus etc. et renumpciaverunt etc.

55.

1369, maggio 1

Caterina, figlia del defunto Tommaso *Capucie*, del rione di Via Lata, vedova di Marco *de Ciceronibus* del rione Monti, nomina suo procuratore Angelo *Marronis*, suo fratello, per vendere ad Onofrio *de Tyneosis* del rione Pigna la quarta parte del suo casale detto la Torre già di Tommaso *Capucie*, unito con la quarta parte dei figli della stessa Caterina e dei figli del defunto Lello di Pietro *Gocie* di Pietro di Clemente e con un'altra



metà di Giacomo di Angelo di Marco di Tivoli, insieme alla quarta parte del tenimento e della selva comunale, situato fuori del ponte Mammolo, al prezzo convenuto fra le due parti e di rilasciare una quietanza dopo il pagamento.

f. 41r Indictione VII<sup>a</sup> mense maii die primo.

Testes: Laurentius Colelle, dominus Petrus de Thedallinis de regione Columpne, Cecchus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium supra subscriptorum etc. domina Catherina filia olim Thome Capucie de regione Vie Late et uxor olim domini Marci de Ciceronibus de regione Montium, ac die presente, sua bona voluntate fecit constituit et ordinavit suum verum et legitimum et generalem procuratorem actorem factorem, negotiorum gestorem et numptium speciale seu quocumque alio nomine de iure melius dici potest, videlicet venerabilem virum dominum Angelum Marronis, germanum fratrem ipsius domine Catherine, presentem et recipientem ac honerem huius mandati in se sponte suscipientem<sup>(a)</sup>, ad vendendum et venditionis titulo tradendum cedendum et concedendum Heunufrio de Tyneosis de regione Pinee, presenti et recipienti seu eius procuratori pro eo, videlicet quartam partem cuiusdam casalis ipsius domine Catherine quod vocatur la Tore olim Thome Capucie, iunta pro indiviso cum alia quarta parte filiorum ipsius domine Catherine, filiorum olim Lelli Petri Gocii Petri Clementis et iunta<sup>(b)</sup>

f. 41v indiviso cum alia medietate domini Iacobi Angeli Marci de Tybure, cum quarta parte retiminis<sup>(c)</sup> et totius sui tenimenti et cum quarta parte silve communis et cum quarta parte iurium et pertinentiis ipsius, quod totum casale<sup>(d)</sup>, positum<sup>(e)</sup> extra pontem Mammolum, inter hos fines, ab uno latere tenet tenimentum Sancti Ciriaci, ab alio latere est tenimentum Turris domini Oddonis, ab alio est tenimentum Pilirocti vel si qui etc. pro pretio inter ipsas partes convento, prout in istrumentum venditionis continebitur et ipsum pretium recipiendum seu confitendum se recepisse et post ipsam receptionem seu confessionem bene quietum vocandum etc. et ad donandum eidem emptori, si plus valeret, totum illud plus quod valeret et ad promictendum quod dictum casale sive pars ipsius est dicte domine et quod nemini fuit venditum per ipsam dominam seu alium eius nomine et si contrarium appareret ad promictendum de evictione cum omnibus curis et cautelis ac promissionibus et renumptiandum oportunis et ad dandum pro predictis omnibus et singulis et quolibet premissis ydoneam fideiussionem et generaliter ad omnia alia et singula facienda procuranda et exsercenda, que in predictis et circa predicta essent necessaria et oportuna et que ipsamet facere posset si personaliter interesset et promisit de rato, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumptiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “sussientem” poi corretto nell’interlinea superiore con “ci” posto sopra le due “ss” e corretta ancora l’ultima “s” con “p”

<sup>(b)</sup> Omesso “pro” <sup>(c)</sup> Così P, intendasi “rediminis” <sup>(d)</sup> P “case” <sup>(e)</sup> Omesso “est”.

## 56.

1369, maggio 1

Onofrio figlio del defunto Mattia *de Tyneosis* del rione Pigna contrae un’obbligazione dotale con Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis* del rione Vie Late, presente a nome di Caterina, sua sorella per parte della madre e figlia del defunto Tommaso *Capucie*, futura sposa di Onofrio, sulla quarta parte del casale detto *la Torre* di Tommaso *Capucie*, situato fuori del ponte Mammolo, da lui acquistata da Angelo, procuratore di Caterina come risulta dalla procura rogata dal notaio Alessio di Giovanni di Alessio, con la quarta parte del terreno circostante, delle case e del tenimento, unita con la quarta parte degli eredi del defunto Lello di Pietro Gocii di Pietro di Clemente e con la metà di Giacomo di Angelo di Marco di Tivoli, in cambio della dote di Caterina di 300 fiorini d’oro.

I contraenti convengono che se Caterina dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli, Onofrio promette di consegnare agli eredi la quarta parte del casale in sostituzione della dote o la stessa dote in denaro contante entro il periodo di 6 mesi dal decesso previsto dallo statuto di Roma; se Onofrio dovesse morire prima della moglie, sia con figli nati dal matrimonio o senza figli, la quarta parte del casale o la dote in denaro contante sarà consegnata, entro sei mesi dal decesso, ad Angelo, che riceve a nome di Caterina.

In aggiunta all’obbligazione dotale Onofrio offre ad Angelo, procuratore di Caterina, la donazione nuziale di 150 fiorini d’oro con questi impegni consueti a Roma: se Onofrio dovesse morire prima della moglie, dopo aver procreato figli nati dal matrimonio, Lella avrà diritto all’usufrutto della donazione nuziale, vita natural durante, e dopo la sua morte la donazione sarà trasferita ai figli; se invece Onofrio dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli, Caterina potrà utilizzare liberamente la donazione nuziale.

f. 42r Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Heunufrius filius olim Mathie de Tyneosis de regione Pinee sponte, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et pignore et loco pignoris dotalis posuit domino Angelo filio olim Laurentii Marronis de regione Vie<sup>(a)</sup> Late, presenti et recipienti vice et nomine domine Catherine, sororis sue ex parte matris sue, filie olim Thome Capucie de regione Vie Late predicta<sup>(b)</sup>, future uxoris, in Dei nomine, dicti Eunufrii suorumque heredum et successorum in perpetuum<sup>(c)</sup>, me notario ut

publica persona stipulante et recipiente vice et nomine ipsius domine Catherine suorumque heredum et successorum in perpetuum et ad ipsius domine Catherine opus et utilitatem, idest<sup>(d)</sup> integram quartam partem cuiusdam casalis ipsius Heunufrii hodie, dicto die, per eum empti a dicto domino Angelo, procuratore dicte domine Catherine, ut patet manu Alexii Iohannis Alexii publici notarii, cum quarta parte rediminis, accasamentorum et totius sui tenimenti, quarta parte terrarum magensium, cultorum et incultorum, montium, vallium, stirpariorum et silve<sup>(e)</sup>, aquis, fontibus, rivis et aquarum decursibus et cum iuribus et pertinentiis dicte quarte partis, iunta pro indiviso cum alia quarta parte heredum olim Lelli Petri Gocii Petri Clementis et iunta dicta quarta pars cum alia medietate domini Iacobi Angeli

f. 42v

Marci de Tybure pro diviso, silva tamen remanente in communi, quod casale vocatur la Torre Thome Capucie, quod totum casale positum est extra pontem Mammolum, inter hos fines, ab uno latere tenimentum Sancti Ciriaci, ab alio latere est tenimentum Turris domini Oddonis, ab alio est tenimentum Pili Ructi vel si qui sunt ad dictum totum casale plures aut veriores confines et generaliter et specialiter omnia alia bona ipsius Eunufrii mobilia et immobilia presentia et futura, que dictus Eunufrius nunc habet et in futurum acquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt. Hoc autem pignus et hanc autem obligatio et que dicta sunt et infra dicentur dictus Eunufrius eidem domino Angelo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, vice et nomine dicte domine Catherine sororis sue suorumque heredum et successorum ut supra, et me notario ut publica persona stipulante et recipiente ut supra, fecit pro dote et nomine dotis ipsius domine Catherine III<sup>c</sup> florenos auri, quos dictus Heunufrius a dicto domino Angelo, quo supra nomine recipienti, confessus fuit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numerorum non habitorum dictorum florenorum et dotis predicte non habite et non recepte exceptioni doli mali metus et factum conditioni indebita ob causam et sine causa et spei future numerationis

f. 43r

et receptionis et generaliter etc. sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam dominam Catherinam premori dicto Heunufrio, futuro viro suo, sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc in eo casu promisit et convenit dictus Heunufrius dicto domino Angelo, presenti et stipulanti ut supra, ipsam dotem, videlicet dictam quartam partem dicti casalis, si tempore restitutionis dotis predicte penes eam reperiat non diminutam, redere et restituere ipsi domine Catherine heredibus et successoribus cui seu quibus de iure debeatur; si vero dicta quarta pars dicti casalis, tempore restitutionis dotis predicte, penes eum non reperiretur, promisit et convenit dictus<sup>(f)</sup> Eunufrius dicto domino Angelo, quo supra nomine recipienti, ipsam dotem ut preferitur<sup>(g)</sup>, redere et restituere in florenos de auro seu pecunia numerata et non in alia specie seu re<sup>(h)</sup>, infra spatium statuti Urbis; si vero contingat ipsum Heunufrium premori dicte domine Catherine future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eorum matrimonio legitime natis, tunc in eo casu promisit et convenit ac voluit et mandavit dictus Eunufrius ipsam dotem, videlicet dictam quartam partem dicti casalis si tunc reperiretur, ut predicatur, alias in pecunia numerata<sup>(i)</sup> redi et restitui per heredes et successores suos, infra dimidii annii spatium, a die obitus computando, ipsi domine Catherine et ipsi domino Angelo, pro ea recipienti, cum dampnis et expensis a dicto termino in antea numerando.<sup>(j)</sup> In superfluo autem dicti pignoris dictus Heunufrius in aliis bonis suis donavit propter nuptias dicto domino Angelo, presenti et<sup>(k)</sup>

f. 43v

recipienti ac legitime stipulanti ut supra, CL florenos auri sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat ipsum Eunufrium premori dicte domine Catherine, future uxori sue, cum filiis ex eorum matrimonio legitime natis, tunc in eo casu dicta domina Catherina dicte donationis habeat usufructum toto tempore vite sue, pro eius morte dicta donatio et ipsius proprietates ad dictos communes filios libere revertatur; si vero contingat ipsum Heunufrium premori dicte domine Catherine, future uxori sue, sine filiis, tunc in eo casu dicta domina Caterina dicte donationis habeat proprietatem et ipsam donationem ad faciendum<sup>(l)</sup> de ea quicquid sibi perpetuo placuerit, quia sic actum et conventum est inter ipsas partes promisit; insuper dictus Eunufrius promisit dicto domino Angelo, quo supra nomine recipienti et stipulanti, quod dicta quarta pars dicti casalis est ipsius iure venditionis sibi facte per ipsum dominum Angelum, procuratorem dicte domine Catherine, et ad eum spectant et pertinent et quod per ipsum seu alium, eius nomine, nemini est vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione secundum quod iura volunt et si, ut dictum est, hec omnia firmiter observata fuerunt, tunc hec carta sit vacua et nullius valoris et partim redatur incisa, alias liceat ipsi domine Catherine et dicto domino Angelo, pro ea et heredibus et successoribus suis,

f. 44r

ipsa bona superius obligata et alia bona ipsius Heunufrii capere intrare tenere possidere vendere etc. et de eis facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus fuerit de dictis dote et donatione ac dampnis et expensis integre satisfactum, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Eunufrius obligavit dicto domino Angelo, quo supra nomine recipienti, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit, pro predictis, posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia, renumpsiavit in hiis ferriis, beneficio fori etc. et generaliter etc.

(a) P “Vice” (b) L’espressione che segue fino a “Eunufrii” è annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo  
(c) Omesso “et” (d) Ripetuto “idest” (e) Depennato “pa” (f) Depennato “dominus Ang” (g) Corretto sul precedente “preferturatur”  
(h) L’espressione che segue fino a “Urbis” è stata annotata nell’interlinea superiore e ad essa fa riferimento un segno di richiamo

<sup>(i)</sup> Depennato “pa” <sup>(j)</sup> L’espressione che segue fino a “suis” è annotata nell’interlinea inferiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(k)</sup> Ripetuto “et” <sup>(l)</sup> Depennato “q”.

57.

1369, maggio 2

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma, riunite in capitolo presso la grata ferrea per disposizione della badessa, presenti la stessa badessa Francesca *de Comite*, Eufemia, Lorenza, Scolastica, Euplasia, Marta, Amadio, Santa, Andrea, Anastasia, Pellegrina, Giacoma, Antonia, un’altra Antonia, Cecilia, Vanna e Marta nominano procuratore Lello di Maddaleno mercante del rione Pigna per ottenere la vendita o la promessa di vendita da parte del procuratore dei canonici e del capitolo della chiesa di S. Pudenziana di Roma, oppure per concordare la permuta di alcune case della chiesa stessa, situate nel rione Monti nella contrada *Via Recta* di fronte a S. Eufemia, e di un’altra casa o chiesa detta di S. Petronilla, insieme ad una casetta ad essa adiacente, ad un prezzo convenuto.

Il capitolo dà inoltre l’incarico al procuratore di ottenere il consenso da Giacomo, vicario del pontefice.

Indictione VII<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> maii die II<sup>o</sup>.

Testes: Marchus Stephani Ponpi, Cola Gerardi de regione Montium et dominus Laurentius Egidii de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Congregate et coadunate similiter venerabiles et humiles domine domine Francisca, Dei gratia, humilis abbatissa venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, soror Eufemia, soror Laurentia, soror Scolastica<sup>(b)</sup>, soror Euplasia, soror Marta, soror Amadio, soror Santa, soror Andrea, soror Anestasia, soror Peregrina, soror Iacoba, soror Anthonia alia soror Anthonia, soror Cecilia, soror Vanna,

f. 44v

soror Marta, soror Catherina, moniales dicti monasterii ad gratam ferream dicti monasterii, mandato dicte domine abbatisse, congregate ad sonum campanelle, ut moris est, que domine faciunt capitulum prefatum, domina abbatissa cum consensu et voluntate prefatarum dominarum monialium et ipse domine moniales cum consensu voluntate licentia et mandato ipsius domine abbatisse, ac die presente earum bonis propriis et sponaneis voluntatibus fecerunt constituerunt creaverunt et ordinarunt earum et dicti monasterii verum legitimum et generalem<sup>(c)</sup> scyndicum yconomum procuratorem actorem factorem, negotiorum gestorem et numptium speciale seu quocumque alio nomine de iure melius dici potest, videlicet Lellum Madaleni mercatorem de regione Pinee, presentem et recipientem, ad recipiendum, nomine ipsarum dominarum et dicti monasterii et pro ipso, venditionem sive promissionem de vendendo a procuratore scyndico et persona legitima canonicorum et capituli ecclesie Sancte Petentiane de Urbe sive per modum permutationis transigendi, de quibusdam domibus vassis ipsius ecclesie Sancte Petentiane<sup>(d)</sup>, positis in regione Montium in contrada Vie Recte, in opposizione Sancte Eufemie, et de quadam alia domo sive<sup>(e)</sup> ecclesia, que dicitur Sancta Petrunella et quadam alia domuncula, prope ipsam Sanctam

f. 45r

Petrunellam, inter eorum confinia cum iuribus et pertinentiis ipsarum et cuiuslibet ipsarum pro certo pretio sive mercede inter ipsas partes convento et ad recipiendum super premissa a domino Iacobo, vicario domini pape, cum curis et cautelis de iure sufficientibus et generaliter etc. promictentes dicte domine sese ratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per ipsum scyndicum yconomum et procuratorem in predictis factum fuerit, relevantes ipsum ex nunc ab omni honore satisfactionis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicte domine constituentes obligaverunt omnia bona dicti monasterii mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumptiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato iu <sup>(b)</sup> P “Scolastica” <sup>(c)</sup> L’espressione che segue fino a “yconomum” è stata annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno convenzionale <sup>(d)</sup> Depennato “et s” <sup>(e)</sup> Depennato “que”.

58.

1369, maggio 8

I Conservatori della camera di Roma, riuniti alla presenza di Lorenzo *de Amadeis* scribasenato, di Antonio di Lorenzo notaio dei Conservatori, di Paolo *de Seromanis* notaio della camera di Roma e dei testimoni, dichiarano di avere necessità di molto denaro da utilizzare per la riparazione del ponte pericolante di S. Maria: il pontefice ha già depositato una somma notevole presso il cardinale Francesco di S. Sabina e poiché occorre integrare questa somma con altri 900 fiorini d’oro con il concorso del popolo Romano si dà mandato agli ufficiali di Roma affinché scelgano una persona idonea per la raccolta del denaro che deve servire anche al pagamento dell’ultimo terzo del salario dovuto a Gentile, già senatore, ed a suoi ufficiali ed a fronteggiare molte altre spese.

I Conservatori rilevano inoltre che l’urgente necessità di denaro non può essere soddisfatta adeguatamente con la consueta riscossione del diritto di ripatico del Tevere e deliberano che esso sia venduto per un anno al

maggior offerente e il ricavato sia impiegato secondo le indicazioni contenute nell'atto scritto da Lorenzo scribasenato e dal notaio Antonio di Lorenzo.

La vendita all'incanto é annunziata solennemente, secondo le norme previste dallo statuto di Roma, con la lettura di un bando, preceduto dal richiamo di un trombettiere, ripetuta in giorni ed in luoghi diversi di Roma e sulle scale del Campidoglio. A conclusione del bando i nobili Buzio *Catellani* del rione Parione, Buzio di Lorenzo *Guidonis* del rione Ripa, Cinzio di Giovanni *Catini* del rione Trastevere, Conservatori della camera di Roma delegati dal pontefice per l'esercizio dell'ufficio senatorio, i nobili Silvestro *de Mutis* e Cinzio *de Frangipanensibus*, sindaco della camera e del popolo Romano, e Buzio *de Sanguineis*, camerario della camera, con un mandato del consiglio generale di Roma, scritto da Lorenzo scribasenato, e con l'autorizzazione di Francesco *de Casali*, giudice palatino e assistente dei Conservatori, vendono ai nobili Pietruzio di Lorenzo *Saragona* ed a Lello Maddaleno mercanti del rione Pigna ed a Paolo *Belcagia* del rione Trastevere l'ufficio del ripatico per un anno, a cominciare dal 9 maggio, con il reddito delle 104 barriere doganali (?) delle ripe del Tevere, dentro e fuori Roma, fino *ad montem Cercellorum et montem Arientarie* al prezzo di 2800 fiorini d'oro, detratti i 100 fiorini, versati da Lello Maddaleno, per il deposito di partecipazione all'asta.

I contraenti convengono che le merci destinate al pontefice, all'imperatore, ai cardinali ed ai loro ufficiali siano esentati dal tributo e da qualsiasi altro pagamento.

La Camera si impegna, a sua volta, a tutelare gli acquirenti ed i loro esattori nella riscossione del tributo del ripatico e, in caso contrario, dovranno risarcire i danni e le spese.

La somma convenuta per la vendita del diritto di ripatico é consegnata, in presenza del notaio Paolo *de Seromanis*, a Buzio *de Sanguineis*, camerario della Camera di Roma, sotto forma di una scrittura diretta ai Riformatori: il camerario incarica il notaio Paolo *de Seromanis* di annotare la somma nel registro delle entrate.

La camera si impegna ancora a costringere coloro che, provenienti da Civitavecchia, da Tarquinia o da Montalto di Castro, trasportassero a Roma le grascie o altre merci con barche, navi o altri mezzi di trasporto terrestri, a pagare il ripatico nelle 104 barriere doganali; si conviene infine che, se il popolo Romano dovesse convocare l'esercito per un'impresa, uno tra gli acquirenti possa restare a Roma per la riscossione della tassa del ripatico.

f. 45v In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII<sup>a</sup> mense maii die VIII<sup>o</sup>.

In presentia Laurentii de Amedeis scribe sacri senatus, Anthonii Laurentii notarii dominorum Conservatorum et mei Pauli de Seromanis notarii camere Urbis et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, cum camera Urbis intigeat<sup>(a)</sup> a presens pecuniam in maxima quantitate, tum pro reparatione pontis Sancte Marie, qui evidenter minatur ruynam, pro qua reparatione dominus noster papa deposuit penes venerabilem in Christo patrem et dominum Franciscum, tituli Sancte Sabine presbiterum cardinalem, maximam quantitatem florenorum solvendam per ipsum in reparatione dicti pontis, dummodo quod per Romanum populum solvatur residuum, videlicet VIII<sup>o</sup> florenos auri et primo et ante omnia per officiales camere Urbis, penes personam ydoneam, deponatur solvendo in reparatione prefatis pontis; tum etiam pro solvendo domino Gentili, dudum senatori, et eius officialibus de eorum salariis, tum etiam pro multis aliis necessariis expensis et arduis faciendis et quam de infrascripta ripa et factis deliberationibus et reformationibus in privatis et publicis

f. 46r consiliis Urbis, quod infrascripta ripa vendatur et eius fructus et redditus per modum infrascriptum, ut patet manu predictorum Laurentii et Anthonii notarii, facta subastatione solempni de ipsa ripa pluribus et diversis vicibus et diebus, tum per Urbem quam in scalis Campitolii ad sonum tube, more solito, et servatis aliis solempnitatibus tam de iure quam secundum formam statuti Urbis et plus infrascripto pretio haberi non possit quam ab infrascriptis emptoribus, idcircho nobiles viri Butius Catellini de regione Parionis, Butius Laurentii Guidonis de regione Ripe, Cinthius Iohannis Catini de regione Transtiberim, Conservatores camere Urbis, senatus officium exercentes mandato domini nostri pape, et nobilis viri Sylvester de Mutis, Cinthius de Fragiapanensibus, generales scyndici camere Urbis et Romani populi, et Butius de Sanguineis, camerarius camere Urbis, vice et nomine camere Urbis, habentes ad infrascripta omnia et singula speciale mandatum et plenariam potestatem a generali consilio Urbis, ut patet manu dicti Laurentii scribasenatus, uno alteri consensiente, pro se ipsis et eorum in dictis officiis sucessoribus et vice et nomine Romani populi et camere Urbis, cum decreto

f. 46v et auctoritate sapientis viri domini Francisci de Casali, legum doctoris iudicis palatini et collateralis ipsorum dominorum Conservatorum senatus officium exercentes, eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt nobilibus viris Petrutio Laurentii Sarragona, Lello Madaleno mercatoribus de regione Pinee et Paulo Belcogia de regione Transtiberim, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et eorum heredibus et sucessoribus, pro uno anno proxime futuro, incipiendo die VIII<sup>o</sup> presentis mensis maii et finiendo ut sequitur, videlicet omnes et

singulos fructus redditus et proventus de C quatuor ripe Tyberis riparmee, intus et extra Urbem usque ad montem Cercellorum et montem Arientarie et infra dictos confines, cum omnibus suis iuribus usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis, secundum quod consuetum est vendi et haberi et fructificari, secundum formam statuti Urbis, ad habendum tenendum possidendum utendum obventum, vetigalia habendum et recipiendum ipsosque fructus et ripam alii vel aliis vendendum, pro dicto tempore vel minori, prout eis placuerit et in locum et privilegium dicte camere quantum ad predictam, predicto tempore, penitus succedant, nulla reservatione nulloque iure dictis

f. 47r venditoribus et eorum officiis et successoribus suis et camere Urbis, toto dicto anno, quomodolibet reservato cum pactis et tenoribus ac capitulis infrascriptis, videlicet quod de rauba et rebus quibuscumque ad dictam ripam seu ubicumque, infra dictos confines venientes, domini nostri summi pontificis, domini imperatoris, dominorum cardinalium et aliorum officialium ipsorum seu alterius ipsorum, nichil possint nec debeant percipere vel habere<sup>(b)</sup> emptionem prefatam, scilicet prorsus a iure dicti ripatici et solutione quacumque fieri solita pro ipso ripatico, omnimode sint exempti, ita quod nullo modo de bonis et rebus ipsorum dominorum seu alicuius ipsorum et ipsorum officialium seu alterius eorumdem ad dictam ripam seu infra dicta confinia venientes dicti emptores nec aliquis ipsorum, nec alter pro eis seu altero ipsorum, aliquid valeant percipere recipere vel habere, promittentes dicti venditores, pro sese ipsis et eorum in dictis officiis successoribus, prefatis emptoribus, pro sese ipsis et eorum<sup>(c)</sup> heredibus et successoribus, ipsam ripam seu fructum ipsius ripe pro dicto tempore et infra dictum tempus cum iuribus et pertinentiis, nulli alii persone vendere nec uti facere ipsam ripam et iura ipsius, intus et extra Urbem, nec alium vel alios collectores ponere in dictis locis et usque ad dicta loca inclusive, scilicet liceat predictis emptoribus

f. 47v et cuilibet ipsorum solummodo, pro dicto tempore, collectorem seu collectores ponere in dictis locis et in dicta loca inclusive pro eorum libito voluntate, qui collectores teneantur et debeant de redditibus fructibus et proventibus dicte ripe per ipsos colligendos ipsis emptoribus et non alii seu aliis respondere et promiserunt dicti venditores, pro sese ipsis et eorum successoribus in dictis officiis dictos emptores<sup>(d)</sup>, toto tempore, pro possessione mandari et defendere a quibuscumque volentibus ipsos in perceptione dictorum fructuum, quomodolibet molestare impedire vel turbare per sese vel alium aliquo quesito colore et si contra facerent quoque modo, quod ille vel illi dumtaxat qui contra fecerint vel venerint tantum teneantur ipsi, nominibus eorum propriis, de propria eorum pecunia eisdem emptoribus reficere et emendare omnia dampna expensas et interesse, in quibus dicti emptores incurrerint seu incurrere possent occasione predicta et quod de predictis possent cogi<sup>(e)</sup> etiam per scyndicos, qui ipsos scyndicare debebunt, dantes et concedentes dicti venditores pro sese et eorum successores in dictis officiis eisdem emptoribus, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et suis heredibus et successoribus, plenam et plenissimam potestatem liberam licentiam et omnimodam facultatem ipsam ripam, ut supra dictum est, propria auctoritate posset intrare tenere possidere uti frui et dictas exationes facere et de ea facere pro libito voluntatis durante dicto anno,

f. 48r ut superius dictum est, et promiserunt dicti venditores, pro se ipsis et eorum successoribus in dictis officiis, quod dicta camera ipsos emptores nullo modo dicto tempore molestabit in predictis. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur fecerunt dicti venditores, pro sese ipsis et eorum successoribus in dictis officiis, et dicta camera eidem emptoribus, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et eorum heredibus et successoribus, ut dictum est pro tempore supradicto, pro pretio et nomine pretii XXVIII<sup>c</sup> florenorum boni et puri auri, iusti et recti ponderis, excomputando de dicto pretio C florenos auri debiti dicto Lello, emptori, per eum lucratum pro oblacionibus factis per eum super dicta ripa<sup>(f)</sup>, de quibus XXVIII<sup>c</sup> florenis, facta excomputatione de dictis centum florenis, dicti venditoris presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt XXVII<sup>c</sup> florenis, quos poni et scribi facere promiserunt ad introitum camere Urbis, de quibus XXVII<sup>c</sup> florenis et pretio predicto dicti venditores, quo supra nomine, se bene quietos contemptos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum non ponderatorum non electorum et non receptorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti, exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis, que XXVII<sup>c</sup> floreni dicti venditores me Paulo notario, presente et vidente, dederunt<sup>(g)</sup> et assignaverunt Butio de Sanguineis, camerario camere Urbis, tenendum expendendum

f. 48v per eum per apodissam ipsorum dominorum Reformatorem, tum pro reparatione pontis Sancte Marie quam etiam pro ultima terziaria salarii dicti domini senatoris et suorum officialium et in aliis emergentibus causis, quos florenos dictus camerarius poni et scribi fecit ad introitum camere Urbis per me eundem Paulum de Sorromanis notarium, ut patet in libris introitibus dicte camere, asserentes dicte partes dictam ripam et fructum dicte ripe exposuisse venalem et fecisse subastari in scalis Campitolii et per Urbem, more solito, et alia fecisse que in dicta venditione, tam de iure quam de facto, secundum formam statuti Urbis, requirentur et plus dicto pretio ab alia persona haberi non potuit. Item actum et conventum estitit inter dictas partes, quod si ad portas Civitevetule, Corneti, Montis Alti et alibi ubicumque, infra dicta confinia, aciderent barce seu navalia portantes grasciam vel alias res deferentes ac a quibuscumque aliis per terram ad Urbem<sup>(h)</sup>, infra dicta confinia et a dictis portis, quod dicti emptores habeant et habere debeant de C quatuor, prout in dicta ripa solitum est habere<sup>(i)</sup> Curia Capitolii et officiales ipsius teneantur et debeant ad omnem petitionem dictorum

f. 49r  
 emptorum dictos deferentes dictam grasciam et res sic per terram cogere ad solvendum remediis oportunis et promiserunt dicti venditores stipulatione solempni, pro sese et successoribus suis, in dictis officiis eidem emptoribus, presentibus et recipientibus pro sese et heredibus et successoribus suis, toto tempore unius anni, predictos omnes venientes ad dictam ripam Tyberis et portantes grasciam per terram a supradictis locis vel altero eorum<sup>(i)</sup> securare ab omnibus et singulis diffidationibus quondam factis et fiendis de eis seu eorum altero et represaliis factis et fiendis de eorum communibus, immo ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc omnes et singuli venientes cum dicta grascia, prout supradictum est, securamus nunc et securos esse voluerunt per eos et per successores ipsorum non obstantibus omnibus supradictis et quibuscumque statutis et privilegiis seu deliberationibus quibuscumque contra predicta vel aliquod predictorum venire, actum et conventum inter partes predictas quod si contingat Romanum populum exercitum facere generale, quod unus ipsorum emptorum remaneat et remanere debeat in Urbe ad colligendum fructum dicte ripe, quem ipsi emptores duxerunt ordinandi et ille in dicto exercitu ire non teneatur promiserunt, insuper dicti venditores, pro sese ipsis et eorum in dictis officiis successoribus et pro dicta camera, eidem emptoribus, presentibus et recipientibus ut supra, quod dicta ripa Tyberis et fructum dicte ripe cum iuribus et pertinentiis suis sunt populi Romani et camere Urbis et ad eos

f. 49v  
 spectant et pertinent pleno iure et non ad alias personas et quod in totum vel in partem nemini sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata pro dicto anno et quod dictis emptoribus habere licebit toto dicto tempore et si contrarium appareret et ea propter dicti emptores in dampnum venerunt vel expensas fecerunt seu evictos fuerint promiserunt dicti venditores, pro sese et eorum in dictis officiis successoribus, omnia dampna omnes expensas et interesse de aliis bonis camere Urbis reficere et restituere et ipsam evictionem duplam, asserentes dicti venditores tamen esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum, quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto, de quibus dampnis expensis et interesse stare et credere voluit, soli simplici sacramento ipsorum emptorum, sine alterius honore probationis, iudicis tassatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti venditores, pro se et nominibus quibus supra, obligaverunt dictis emptoribus omnia bona dicte camere, presentia et futura et voluerunt, pro predictis, dicti venditores, pro se et quibus supra nominibus, posse cogi omni tempore et in omni curia coram quocumque iudice renumptiaverunt in predictis beneficio fori, ferriis, epistule divi Adriani et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus, quibus contra predicta venire posset renumptiaverunt expresse.

f. 50r  
 Actum in Campitolio, presentibus hiis testibus, scilicet venerabile viro domino Petro Cintii canonico Sancti Petri de Urbe, Petro Iohannis Ciole notario, Iohanne Arlocti notario, Lello Corradutii et magistro Iohanne de Gallexio procuratore camere Urbis ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi “indigeat” <sup>(b)</sup> L’espressione che segue fino a “prefatam” è annotata nell’interlinea superiore senza un esplicito segno di richiamo <sup>(c)</sup> Depennato “in dictis oss” <sup>(d)</sup> P “emptore” <sup>(e)</sup> Depennato “et quod de predict” <sup>(f)</sup> Depennato “que” <sup>(g)</sup> Depennato “solverunt” <sup>(h)</sup> P “Urbe” <sup>(i)</sup> Depennato “et” <sup>(j)</sup> Depennato “predicti omnes venientes ad dictam ripam Tyberis et portantibus dictam grasciam ut dictum est”.

## 59.

1369, maggio 11

Nicola *de Magistris Luce*, canonico della chiesa di S. Pudenziana di Roma procuratore dei canonici e del capitolo della chiesa, in presenza dei notai Saba di Paolo di Nicola *de Graptulis* e di Paolo *de Seromanis*, vende a Lello Maddaleno del rione Pigna, procuratore della badessa e delle monache del monastero di S. Eufemia come risulta dalla procura rogata dallo stesso Paolo *de Seromanis*, le case con solaro della chiesa di S. Pudenziana con porticato davanti, grotte e orti e la chiesa esistente tra le abitazioni, situate nel rione Monti di fronte alla chiesa di S. Eufemia, insieme ad un'altra casetta adiacente alla chiesa stessa.

Nicola promette ancora di vendere attraverso una permuta i diritti che la chiesa di S. Pudenziana vanta su tre o quattro altre casette, situate nella stessa contrada.

La vendita e la permuta é concordata al prezzo di 80 fiorini d'oro, una somma che Lello Maddaleno conserva per l'acquisto di beni immobili, secondo le indicazioni dei canonici, per poi procedere alla permuta e al versamento della somma residua.

<sup>(a)</sup> Indictione VII mense maii die XI<sup>o</sup>.

Testes: magister Iohannes de Gallexio notarius, dominus Laurentius de Serromanis, Iohannes Gorini.

In presentia Sabbe Pauli Nicolai de Graptulis et mei Pauli de Sorromanis notariorum et testium etc. dominus Nicolaus de magistris Luce canonicus Sancte Petentiane de Urbe, procurator scyndicus yconomus et persona legitima canonicorum et capituli dicte ecclesie, pro se et suo proprio nomine et procuratorio nomine quo supra et ad opus et utilitatem dicte ecclesie Sancte Petentiane, sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Lello Madaleno de regione Pinee, procuratori et persone legitime dominarum abbatisse monialium et conventus monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presenti et recipienti vice et nomine ipsarum dominarum et dicti monasterii, ut patet de dicto procuratorio manu mei eiusdem<sup>(a)</sup>,



f. 50v videlicet omnes et singulas domos vassas et solaratas ipsius ecclesie Sancte Petentiane cum statiis ante se, griptis et ortis ac ecclesiam infra eis existentem, positas in regione Montium in oppositione ipsius ecclesie Sancte Eufemie, inter hos fines, ab uno latere tenet dicta ecclesia Sancte Eufemie, ante est via publica, retro sunt orti, ab alio est quodam cannetum vel si qui etc. Item quendam aliam domunculam vassam prope eam et cum ea iunta, que posite sunt in dicta regione prope dictam ecclesiam Sancte Eufemie, inter hos fines, ante est via publica, ab omnibus aliis lateribus tenet dictum monasterium Sancte Eufemie vel si qui etc. dedit etiam quoque cessit et concessit dictus dominus Nicolaus, pro se et quo supra nomine, dicto Lello, procuratori predicto, plenam licentiam et liberam potestatem<sup>(b)</sup>, nomine quo supra, ipsas domos et qualibet ipsarum intrandi etc. Item simili modo promisit per modum permutationis vendere omnia iura que habet dicta ecclesia Sancte Petentiane in tribus sive IIII<sup>or</sup> aliis domunculis vassis, positis in dicta contrada, inter suos confines, occasione cuiusdamcumque redditus sive census. Hanc autem venditionem sive promissionem de vendendo

f. 51r fecit pro pretio et nomine pretii LXXX florenorum auri, quos Lellus Madaleni, nomine ecclesie Sancte Petentiane predictae, habuit et recepit<sup>(c)</sup> tenendos<sup>(d)</sup> et conservandos per ipsum, donec ematur de eis res stabilis ad voluntatem canonicorum dicte ecclesie cum qua fiat permutatio prelibatarum domorum et iuravit etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato un segno convenzionale di “completum” <sup>(a)</sup> Omesso “notarii” <sup>(b)</sup> P “liberatam”  
<sup>(c)</sup> Depennato “in” <sup>(d)</sup> P “tenendo”.

60.

1369, maggio 11

Lello Maddaleno, procuratore della badessa e delle monache del monastero di S. Eufemia, conserva in deposito 80 fiorini d'oro da utilizzare per il pagamento di alcune case e per l'acquisto di beni immobili da consegnare ai canonici della chiesa di S. Pudenziana.

Eodem<sup>(e)</sup> die.

Lellus Madalenus predictus confessus est habere in depositum dictos LXXX florenos auri, detendos et conservandos per ipsum modo et forma predictis, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>(e)</sup> Omessa la consueta indicazione del notaio rogante.

61.

1369, giugno 14

Angelo di Agostino sarto del rione Pigna, in rappresentanza di Nicola figlio naturale del defunto nobile Paolo *Muti de Pappazuris* del rione Trevi chierico di S. Maria di Lanciano, nomina arbitro Giacomo vescovo di Arezzo e vicario generale del pontefice in Roma, per risolvere la controversia sorta tra lo stesso Nicola, da una parte, e Oddone di Pietro di Enrico e il fratello naturale Amatesco, dall'altra parte, a causa delle ingiurie e delle percosse che sono state scambiate tra di loro a proposito dell'accusa formulata circa le percosse e l'uccisione di un cavallo di Oddone, procurate, come sembra, da Nicola e le spese sostenute nella curia. L'arbitro è invitato a stipulare un atto di pace perpetua o temporanea: il richiedente promette di osservare l'arbitrato e, in caso di inadempienza al deliberato, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 1000 libbre di provisini del senato

Dietro richiesta di Angelo si offrono quali garanti Raoul di Giacomo *Theodini*, Angelotto *de Normandis* del rione Trevi, Lello *de Cancellariis*, Paolo del defunto Gorio *Surdi* e Giovanni di Andreozio speciale del rione Colonna.

Indictione VII mense iunii die XIII.

Testes: dominus Stephanus Paloscii, dominus Philippus de Philippis et dominus Petrus Capudguche.

In presentia mei notarii et testium etc. Angelus Augustini sutor de regione Pinee, qui pro domino Nicolao filio naturali olim nobilis viri Pauli Muti de Pappazuris de regione Trivii clerico Sancte Marie de Lanciano, pro quo promisit de rato et rati abitione, et se et bona sua principaliter obligavit et promisit se facturum

f. 51v et curaturum quod dictus dominus Nicolaus hunc compromissum et omne arbitrium laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habebit sub obligatione bonorum ipsius et penes infrascriptum, hac die presente, sua bona voluntate compromisit et compromissum fecit in reverendum in Christo patrem et dominum dominum Iacobum, Dei gratia episcopum aretinum, in alma Urbe domini nostri pape vicarium generalem, de omni et super omni lite discordia questione controversia atque briga que esset vel esse posset inter ipsum dominum Nicolaum, ex una parte, et dominum Oddonem Petri Errici et Amateschum fratrem suum naturalis, ex alia parte, tum pretestu et occasione brige vertentem inter ipsos, tum ratione quarumcumque percussionum, excessuum commissorum, iniuriarum illatarum factarum et commissorum inter ipsas partes, tum etiam, pretestu et occasione quarumcumque accusationum inquisitionum quondam factarum et istitutarum sive formatarum contra ipsas partes vel aliquam ipsarum, tum etiam ratione quarumcumque expensarum factarum per ipsas partes in quacumque



curia, tum etiam pretestu et occasione percussiois et mortis cuiusdam equi ipsius Oddarelli, ut dicitur, facte per dictum dominum Nicolaum et generaliter de omni et super omni eo quod una pars alteri et altera alteri petere et exigere posset, tum rationibus supradictis

f. 52r quam aliis quibuscumque, dans et concedens dictus Angelus, quo supra nomine, dicto domino episcopo, arbitro arbitratori amicali compositor et communi amico, plenam licentiam et absolutam potestatem et generalem aminationem<sup>(a)</sup> arbitrando laudandi definiendi mandandi inter ipsas partes, alte et basse, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, diebus feriatis vel non feriatis, partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non citatis, una presente et alia absente, una citata et alia non citate, una absente et alia presente, ipso stante<sup>(b)</sup> sedente vel ambulante, prout et sicut ei videbitur et placebit, pacem securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione quacumque, reale vel personale, promittens dictus Angelus constituens, quo supra nomine, quod ipse dominus Nicolaus omne arbitrium, laudum sive mandatum unum seu plura, ex presente compromisso descendente, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habebit et observabit et ab eo seu eis non appellabit supplicabit nec petet reductionem ad arbitrium alterius boni viri sub obligatione bonorum ipsius domini Nicolai et sub pena et ad penam mille librarum provisinarum senatus, applicanda pro medietate parti predictae servanti et pro alia medietate camere curie ipsius domini vicarii seu successorum ipsius in officio prelibato, me notario ut publica persona

f. 52v stipulante et recipiente, vice et nomine ipsarum camere et partium, renuntiavit in predictis dictus Angelus, quo supra nomine, statuto Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Angelus obligavit bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et ad hec ad instantiam et petitionem dicti Angeli, quo supra nomine, Ranullus Iacobi Theodini, Angeloctus de Normandis de regione Trivii, Lellus de Cancellariis, Paulus quondam Gorii Surdi et Iohannes Andreotii spetarius de regione Columpne, qui Paulus et Angeloctus iuraverunt etc. quilibet ipsorum in solidum, animo donandi, sese et bona ipsorum principaliter obligando, sponte fideiusserunt pro dicto domino Nicolao et promiserunt sese facturos et curaturos quod dictus dominus Nicolaus hunc compromissum et omne arbitrium unum seu plura, ex dicto compromisso descendente, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habebit sub obligatione bonorum ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena predicta<sup>(c)</sup> stipulata, applicanda ut supra, renuntiaverunt in predictis dicti fideiussores et quilibet ipsorum epistule divi Adriani etc. et generaliter etc. et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renuntiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “et p” <sup>(b)</sup> Depennato “pres” <sup>(c)</sup> Depennato “pro”.

62.

1369, giugno 14

Oddone figlio del defunto Pietro di Enrico del rione Monti, per sé e per il fratello Amatesco, nomina arbitro Giacomo, vescovo di Arezzo e vicario generale del pontefice in Roma, nel suburbio e nel distretto, per risolvere la controversia sorta tra lo stesso Oddone e Amatesco, da una parte, e Nicola figlio naturale del defunto nobile Paolo *Muti de Pappazuris* chierico della chiesa di S. Maria di Lanciano, dall'altra parte, a causa delle ingiurie e delle percosse che sono state scambiate tra di loro a proposito dell'accusa formulata circa le percosse e l'uccisione di un cavallo di Oddone, procurate, come sembra, da Nicola e le spese sostenute nella curia. L'arbitro è invitato a stipulare un atto di pace perpetua o temporanea: il richiedente promette di osservare l'arbitrato e, in caso di inadempienza al deliberato, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 1000 libbre di provisini del senato.

Dietro richiesta di Oddone si offrono quali garanti Paolo di Matteo, Pietro Paolo figlio del defunto *Guarsellona* del rione Trastevere, Paolo di Lello di Tommaso notaio del rione di S. Eustachio, Masciolo figlio del defunto Giovanni de Parione, Cola Martino del rione Parione e Stefano di Pietro Paolo del rione Colonna.

f. 53r Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Iohannes Petri de Prato de regione Transtiberim, Cola Tanze et Paulus Nutii pictoris de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Oddo quondam Petri Herrici de regione Montium, pro se et suo proprio nomine et qui pro Amatescho fratri suo naturali, promisit de rato, et se et bona sua principaliter obligavit et promisit se facturum et curaturum quod dictus Amateschus, eius frater, hunc compromissum et omnia contenta in eo nec omne arbitrium laudum sive mandatum, ex eo descendente, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habebit ad penam infrascriptam, ac die presente, sua bona voluntate, pro se et quo supra nomine, compromisit et compromissum fecit in reverendum in Christo pater et dominum Iacobum de Mutis, episcopum Aretinum domini nostri pape in alma Urbe suisque suburbiis<sup>(a)</sup> et districtu vicarii in spiritualibus generalis, de omni et super omni lite discordia questione et controversia atque briga que esset vel esse posset inter ipsum<sup>(b)</sup> Oddonem et Amatescum, ex una parte, et dominum Nicolaum filium naturalem

olim nobilis viri Pauli Muti de Pappazuris, clericum ecclesie Sancte Marie de Lanciano, ex alia parte, tum pretestu et occasione brige vertente inter

f. 53v

ipsos, tum pretestu et occasione quarumcumque percussione excessuum commissi, iniuriarum factarum et commissarum inter ipsas partes<sup>(c)</sup>, tum etiam quarumcumque percussione accusationum inquisitionum quondam factarum istitutarum sive formatarum per ipsas partes de ipsis partibus vel contra ipsas partes, tum etiam pretestu et occasione quarumcumque expensarum factarum per ipsas partes in quacumque curia, tum etiam pretestu et occasione cuiusdam percussione et occisionis cuiusdam equi ipsius Oddonis, ut dicitur, facte per dictum dominum Nicolaum et generaliter de omni et super omni eo quod una pars alteri et altera alteri petere et exigere posset in rationibus supradictis quam aliis quibuscumque, dans et concedens dictus Oddo, pro se et quo supra nomine, dicto arbitrio arbitratori plenam liberamque potestatem et auctoritatem arbitrandi laudandi et mandandi inter ipsas partes alte et basse, de facto vel de iure, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, diebus feriatis vel non feriatis, partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non citatis, una presente et alia absente, ipso sedente stante vel ambulante, prout et sicut sibi videbitur et placebit, pacem securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione quacumque, reali vel personali, promictens dictus Oddo, pro se et quo supra nomine, omne arbitrium unum seu plura, ex presente compromisso descendencia, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et quod dictus Amatescus ratum gratum et firmum habebit et tenebit et ab eo

f. 54r

seu eis non appellabunt, supplicabunt nec petentem reductionem ad arbitrium boni viri nec etiam nullum dicens sub ypotheca et obligatione bonorum omnium ipsius et sub pena et ad penam mille librarum provisinarum senatus, aplicanda et conferenda a contra faciendis pro medietate camere<sup>(d)</sup> vicarii domini nostri pape et pro alia medietate parti predictam servantem, me notario ut publica persona stipulante et recipiente vice et nomine dictarum camere et parti, renumptiavit in predictis dictus Oddo, pro se et nomine quo supra, capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Oddo obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et ad hec ad instantiam et petitionem dicti Oddonis, pro se et nomine quo supra, Paulus domini Mathei, Petrus Paulus filius olim Guarsellona de regione Transtiberim, qui Petrus Paulus iuravit etc. Paulus Lelli Thome notarius de regione Sancti Eustachii, Masciolus olim Iohannis de Parione, Cola Martinus de regione Parionis et Stephanellus Petri Pauli de regione Columpne, quilibet ipsorum in solidum, animo donandi, sese et bona ipsorum principaliter obligando, sponte fideisserunt pro dicto domino Oddone et Amatescho et quolibet ipsorum et promiserunt sese facturos et curaturos quod dictus Amateschus hunc compromissum et omne arbitrium laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia, unum seu plura semper et perpetuo ratum gratum et firmum

f. 54v

sub ypotheca et obligatione omnibus bonorum ipsius constituentium mobilia et immobilia, presentium et futurorum, et sub pena<sup>(e)</sup> et ad penam predictam stipulata et aplicanda ut supra, renumptiaverunt in predictis dicti fideiussores et quilibet ipsorum epistule divi Adriani etc. et generaliter etc. et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumptiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “uburbiis” <sup>(b)</sup> Depennato “dominum Nicolaum” <sup>(c)</sup> Ripetuto “partes” <sup>(d)</sup> Depennato “Urbis” <sup>(e)</sup> P “penam”.

### 63.

1369, giugno 14

Giacomo *de Mutis*, vescovo di Arezzo e vicario generale del pontefice in Roma, nel suburbio e nel distretto, é designato arbitro da Angelo di Agostino, in rappresentanza di Nicola figlio naturale del defunto nobile Paolo *de Muti de Pappazuris* chierico della chiesa di S. Maria di Lanciano, e da Oddone figlio del defunto Pietro di Enrico del rione Monti, per sé e per il fratello naturale Amatesco, come risulta da un compromesso rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, con il compito di risolvere la controversia intervenuta tra di loro a proposito dell'accusa formulata circa le percosse e l'uccisione di un cavallo di Oddone, procurate, come sembra, da Nicola e le spese sostenute presso la curia.

L'arbitro, insediato su di un podio situato nelle sue case di residenza, delibera, dopo aver ascoltato i contendenti, che Nicola o un suo delegato, dovrà versare ad Oddone, entro 3 giorni, la somma di 46 fiorini per il pagamento del cavallo ucciso e per le spese sostenute dallo stesso Oddone nell'acquisto di medicinali necessari alla cura dopo le percosse subite. Le due parti contendenti dovranno rilasciare reciprocamente un attestato di quietanza.

Eodem anno, mense et die.

Testes: venerabilis vir dominus Paulus de Toscis iuris peritus<sup>(a)</sup>, dominus Thomaxius de Catellinis canonici Sancti Petri de Urbe et dominus Silvester archipresbiter de Sancto Eustachio.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(b)</sup> Nos Iacobus de Mutis, Dei gratia episcopus Aretinus, domini nostri pape in alma Urbe suisque suburbiis et districtu in spiritualibus vicarius generalis, arbiter arbitrator amicabile compositor et communis amicus electus et ordinatus inter Angelum Augustini, qui pro domino Nicolao filio naturali olim Pauli Muti, ex una parte et Oddonem filium olim Petri HERRICI de regione

Montium<sup>(c)</sup>, pro se et Amatescho, frate suo naturali, pro quo etiam promisit de rato, ex alia parte, ut de compromisso in nos facto plene patet manu mei eiusdem notarii, conoscentes de causa lite  
f. 55r briga controversia et questione que est inter ipsas partes, rationibus in compromisso contentis, sedentibus pro tribunali in domibus nostre habitationis, auditis ipsis partibus et que coram nobis dicere et allegare voluerunt, propositis coram nobis sacrosanctis scripturis, Christi nomine invocato, in hiis scriptis mea manu<sup>(d)</sup> arbitrationis eligentes, pro bono pacis et concordia ipsarum partium, hoc nostro arbitramento semper firmo manente arbitramur laudamus precipimus et mandamus, inter ipsas partes, securitatem perpetuam et quod ad penam in compromisso in nos facto contentam de cetero unus alium et alter alterum non offendant nec offendi faciant in personis vel bonis per sese vel alium seu alios eorum nec alterius, ipsorum nomine, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et quod totiens dicta pena tollatur tolli exigi possit a contra faciente quotiens contra factum fuerit securitatem predictam nichilominus firma manente. Item arbitramur laudamus precipimus et mandamus quatenus ad penam in dicto compromisso in nos facto contentam, quod dictus Nicolaus, seu alter pro ipso, infra tres dies proxime futuros, a die presentis nostri arbitramenti computando, det et solvat cum effectu dicto Oddoni, tum pro emenda equi<sup>(e)</sup> ipsius Oddonis per ipsum Nicolaum interfecti, quam etiam pro expensis factis per ipsum  
f. 55v Oddonem in medela percussionum factorum in persona ipsius Oddonis per ipsum Colam, XLVI florenos auri boni et recti ponderis, quibus solutis et per ipsum Oddonem receptis fiat et fieri mandamus ad penam in dicto compromisso contentam inter ipsas partes refutatio generalis cum curis et cautelis<sup>(f)</sup> de iure sufficientibus de omni eo quod una pars<sup>(g)</sup> alteri et altera alteri petere et exigere posset usque in presentem diem quovis colore quesito quocumque modo iure titulo sive causa et predicta mandamus dicimus et arbitramur omni modo iure<sup>(h)</sup> et forma quibus melius possumus et debemus.

<sup>(a)</sup> Omesso “et” <sup>(b)</sup> Depennato “Reverendus in” <sup>(c)</sup> Depennato “qu” <sup>(d)</sup> P “manu”, come sembra <sup>(e)</sup> P “emeda” <sup>(f)</sup> P “cautellis” <sup>(g)</sup> P “par” <sup>(h)</sup> Segue “ma” non depennato.

64.

1369, giugno 14

Oddone figlio del defunto Pietro di Enrico rilascia una quietanza a Filippo *de Philippis* canonico lateranense, presente anche a nome di Nicola figlio del defunto Paolo Muti, \*\*\*

Eodem anno, mense et die et coram prefatis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Oddo filius olim Petri Herrici prefatus, ac die presente, sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit venerabili viro domino Philippo de Philippis canonico lateranensi, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicti domini Nicolai filii dicti olim Pauli Muti et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipso domino Nicolao, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsum dominum Nicolaum et in bonis suis<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> L'atto di Oddone figlio del defunto Pietro di Enrico si riferisce certamente ad una quietanza, come è indicato nella precedente “Sententia arbitratoria”, per aver ricevuto un compenso stimato in 46 fiorini dall'arbitro: il formulario dell'atto è incompleto e si arresta a questo punto alla fine del foglio.

65.

1369, giugno 27

Nicola di Paoello *Brende* del rione Pigna, a nome della figlia Caterina, e Lello di Matteo del rione Colonna, che dichiara di aver superato 14 anni di età, stipulano un accordo di fidanzamento e un patto di parentela: Nicola promette a Lello di dargli in moglie la figlia Caterina con dote, ornamenti e oggetti preziosi, convenuti tra le due parti, e reciprocamente intendono realizzare il rapporto di parentela entro il prossimo mese, a discrezione dei contraenti, sotto pena di 50 libbre di provisini del senato. A conferma dell'intesa i convenuti si scambiano il bacio della vera pace.

Indictione VII<sup>a</sup> mense iunii die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: Andreas Ballus, Paulus Buccamoza, Candulfellus Petri Candufi, Sclavus aurifex de regione Pinee.  
Actum in Sancta Maria supra Minerbam.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt fidantie conventiones et pacta parentele habita in Dei nomine et firmata inter Nicolaum Paelli Brende<sup>(a)</sup> regione Pinee, pro Catherina filia sua, ex una parte, et Lellum Mathei de regione Columpne asserens se magiorem XIII annorum et qui iuravit etc. ex alia parte, qui Nicolaus promisit et solempni stipulatione interveniente convenit eidem Lello, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, dare dictam Catherinam filiam suam in sua legitima uxore cum dote et guarnimentis, inter ipsas partes conventis, aliis iocalibus conventis inter ipsos, et facere et procurare quod dicta Catherina, filia ipsius Nicolai, recepit ipsum Lellum in suum legitimum maritum et versa vice dictus Lellus promisit et

convenit dicto Nicolao, presenti et stipulanti vice et nomine dicte Catherine filie sue, et mihi notario, ut publice persone stipulati et recipienti pro ipsa Catherina, quod recipit ipsam Catherinam in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus inter eos conventis, quam parentelam dicte partes promiserunt ducere ad effectum hinc ad unum mensem proxime futurum, plus vel minus, prout ipsis partibus placuerit sub pena et ad penam<sup>(b)</sup> L librarum provisinorum senatus, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti predicta servanti, renumpsiaverunt in predictis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et ad maiorem cautelam omnium premissorum dicte partes dederunt se ad alterutrum osculum vere pacis.

<sup>(a)</sup> Omesso “de” <sup>(b)</sup> P “penam”.

66.

1369, giugno 23

Nicola di Paolello *Brende* del rione Pigna, con la garanzia di Lello di Nuzio di Pietro di Lello del rione Trevi e di Lorenzo figlio del defunto Pietro *Santori* del rione Pigna, riceve in deposito da Lello di Matteo del rione Colonna la somma di 30 libbre di provisini del senato che sono la dote di Caterina, figlia dello stesso Nicola e futura moglie di Lello, e promette di consegnarla a Lello nella ricorrenza del prossimo Natale. Lello si impegna a sua volta, di investire la somma, con il consenso di Nicola, in beni immobili dotali e nella donazione nuziale di Caterina.

Indictione VII<sup>a</sup> mense iunii die XXIII.

Testes: Paulus Vari, Tutius Nicolai de Trincha de regione Campimartis et dominus Laurentius de Seromanis de regione Pinee.

Actum ante ecclesiam Sancti Stephani.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Nicolaus Palelli Brende de regione Pinee, ut principalis debitor, Lellus filius olim Nutii Petri Lelli de regione Trivii, asserens se emancipatum a dicto patre suo, ut patere asserit manu \*\*\*\* publici notarii, et Laurentius filius olim Petri Santori de regione Pinee, qui iuravit etc.<sup>(b)</sup> quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ceteri liberentur, sponte et ex certa scientia confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse, nunc habere et tenere a Lello

Mathei de regione Columpne, presente et stipulante ac recipiente pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, triginta libras provisinorum senatus, qui sunt et esse debent dos Catherine filie ipsius Cole et future uxoris dicti Lelli, quas tenere promiserunt ad omne ipsius periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Lello dare et solvere promiserunt hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum cum dampnis et expensis etc. investiendum per ipsum Lellum<sup>(c)</sup>, cum consensu et voluntate dicti Cole, in re stabili super qua fiat et fieri debeat cura et cautela dotalis et donatione propter nuptias ipsius Catherine filie dicti Cole, quia sic actum et conventum estitit inter eos, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus principalis et fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt eidem Lello omnia bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia etc. coram quocumque iudice etc. renumpsiaverunt in hiis beneficio fori ferriis epistule divi Adriani etc. pro quibus etc. renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato un segno di “completum” <sup>(b)</sup> Omesso nel formulario “fideiussores eius et” una qualifica che ricorre alla fine dell’atto. <sup>(c)</sup> Depennato “in re”.

67.

1369, giugno 23

Lello di Matteo del rione Colonna e Caterina figlia di Nicola di Paolello *Brende* del rione Pigna contraggono il matrimonio con il rito della *subarratio* notarile *per verba de presenti*. Lello infila l’anello d’oro con gemma nel dito anulare della mano destra di Caterina.

Eodem die et coram dictis testibus.

Facta<sup>(a)</sup> fuit aralia in forma per verba de presenti, videlicet dictus Lellus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso arravit dictam Catherinam filiam dicti Cole etc.

<sup>(a)</sup> Omessa nel formulario la consueta indicazione del notaio rogante.

68.

1369, giugno 23

Antonio figlio del defunto Lino *Vicoli* già di Velletri ed ora di Roma del rione Monti riceve in deposito da Francesca *de Comite*, badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, la somma di 34 fiorini d’oro ricavata dalla vendita di un cavallo di colore morello fatta allo stesso Antonio.

Il depositario promette di restituire la somma a richiesta del monastero: come garanzia impegna i suoi beni e, in particolare, le case, i palazzi ed i casamenti con forno situati a Velletri.

f. 57v

Indictione VII<sup>a</sup> mense iunii die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Marchus Stephani Ponpi et Stephanus Andree de Florentino de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius filius olim Lini Vicioli dudum de civitate Velletri nunc de Urbe de regione Montium, ac die presente, sua bona voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse nunc habere et tenere a venerabile in Christo matri et domina Francischa de Comite, Dei gratia, humili abbatissa venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presente et recipiente ac legitime stipulante vice et nomine ipsius monasterii et dominarum ipsius, triginta quatuor florenos auri, qui fuerunt et sunt pretium cuiusdam equi murelli sfrociati ipsius monasterii venditi dicto Anthonio per ipsam dominam abbatissam pro dicto pretio in credentia, quos florenos dictus Anthonius tenere custodire promisit ac salvos facere ad omne ipsius Antonii resicum periculum et fortunam, quem equum<sup>(a)</sup> dictus Anthonius confessus est se recepisse et penes se habere et tenere et ipsos XXXIII<sup>or</sup> florenos auri dictus Anthonius eidem domine abbatisse dare redere et restituere promisit

f. 58r

ad omnem ipsius domine abbatisse et successorum ipsius in dicto monasterio petitionem requisitionem et voluntatem cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis<sup>(b)</sup>, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Anthonius obligavit dicte domine abatisse, pro se et quo supra nomine recipienti, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones et specialiter domos, palatia et accasamenta ipsius cum forno que habet, positas in civitate Velletri, que bona et domos quantum ad hec, nomine dicti monasterii, tenere et possidere constituit et precario recongnovit etc. et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit beneficio fori ferriis etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato "pro".

69.

1369, giugno 29

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma riunite in capitolo presso la grata ferrea del monastero, secondo la consuetudine, con la presenza della badessa Francesca *de Comite*, Eufemia, Leonarda Scolastica, Euplasia, Marta, Amadio, Santa, Andrea, Anastasia, Pellegrina, Giacoma, Antonia, Cecilia, Vanna, Marta e Caterina, che sono la maggior parte delle monache del monastero, rilevano la necessità di denaro per fronteggiare le necessità della comunità. In particolare la badessa Francesca osserva che il monastero ha bisogno di una grande quantità di denaro per l'acquisto della metà del *castrum* di S. Gennaro con il suo tenimento dal nobile Nicola *de Sabello* al prezzo di 1700 fiorini d'oro: per questo acquisto é stata già consegnata la caparra che sarà incamerata dal venditore se non si disporrà della somma necessaria; tuttavia il monastero possiede una casa, situata nella contrada *Ascese Proti*, dalla quale percepisce un modesto usufrutto, e propone di venderla. A sua volta Marta, una delle monache più anziane, si associa alla proposta della badessa e rileva che la casa era meno utile al monastero a causa dell'attuale usufrutto, mentre era più utile la sua vendita allo scopo di ricavare il denaro necessario per l'acquisto della metà del *castrum* di S. Gennaro, indica come prezzo di vendita la somma di 130 fiorini d'oro e propone di delegare un procuratore per la vendita.

La badessa mette ai voti la proposta di Marta e invita le monache presenti al capitolo di alzarsi in piedi per confermare laproposta, mentre quelle dissenzienti resteranno sedute. Tutte le monache si levarono in piedi, in senso di accettazione, con il consueto assenzo: "*placet placet, volumus volumus*".

Indictione VII<sup>a</sup> mense iunii die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Covelli de castro Mareni, Meus Celantronicus de civitate Florentini dudum et Marchus Stephani Ponpi dudum de castro Vallis Montonis nunc de regione Montium.

Actum in ecclesie Sancte Eufemie.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis in Christo mater et domina Francischa, Dei gratia, humilis abatisa venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, sorore<sup>(a)</sup>

f. 58v

Eufemia, sorore Leonarda, sorore Scolastica<sup>(b)</sup>, sorore Euplaxia, sorore Marta, sorore Amadio, sorore Santa, sorore Andrea, sorore Anestasia, sorore Peregrina, sorore Iacoba, sorore Anthonia, sorore Cecilia, sorore Vanna, sorore Marta et sorore Catherina, moniales dicti monasterii, que sunt magior pars dicti monasterii, insimul ad gratam ferream ad capitulum faciendum, congregatae ad sonum campanelle, ut moris est, de mandato licentia dicte domine abbatisse, pro tractandis quilibet de negotiis utilibus et necessariis dicti monasterii et specialiter pro habendo pecuniam necessariam ipso monasterio pro eius arduis et necessariis negotiis, quibus dictum monasterium eget a presens, inter quas moniales suessit dicta domina abatisa dixit et proposuit quod cum dictum monasterium a presens intigeat<sup>(c)</sup> magna quantitate pecunie pro unendo medietatem castri Sancti Gennarii cum suo tenimento et iuribus et pertinentiis suis a magnifico viro Nicolao

de Sabello, pro quantitate XVII<sup>c</sup> florenorum auri, et sic dicto monasterio non modicum fructuosa, et iam sic data arra et nisi pecunia inveniatur perduretur, nec a presens ipsum monasterium habet pecuniam predictam solutionis faciendi et habeat unam domum ipsi monasterio modicum fructuosam, positam in contrada Ascese Proti, de quo ipsum monasterium modicum aut nichil percepit pro tempora et modo de ipsa domo possit pecunia haberi placeat ipsis monialibus, super predictis consulere et deliberare unde dictam pecuniam possit haberi pro emptione predicta etc. post quam dominam

f. 59r

abbatissam et eius dicta sursessit soror Marta, una ex antiquioribus monialibus dicti monasterii, et dixit quod ea que dicta domina abbatissa dixerat, tam de oportunitate pecunie inveniendi pro dicta emptione, quam de ipsa emptione vera erant et quod dicta domus est utilis predicto monasterio ad vendendum et minus utilis ad tenendum ratione emptionis predictae et ideo bonum erat quod vendatur dicto<sup>(d)</sup> emere volenti pro pretio prelibato et ita ipsa dixit et voluit, pro parte sua, quod dicta domus vendatur pro pretio CXXX florenorum auri si haberi poterit et quod ipsa domina abbatissa et moniales ipsarum<sup>(e)</sup> vendant cum solemnitatibus iuris vel constituent scyndicum ad vendendum cum clausulis oportunis et ad recipiendum pretium supradictum, post cuius sororis Marte dictum per ipsam dominam abbatissam fuit missum partitum inter ipsas moniales de levando ad sedendum, videlicet quod ille quibus dicta dicte sororis Marte placeret surgerent et que vellent contrarium sederent: omnes moniales ibidem absentes sursesserint dicendo “placet placet, volumus volumus quicquid per dictam dominam sororem Marta dictum et consultum est, secundum quod deliberatum fuit per dictam dominam abbatissam” et sic deliberatum fuit per eas ipsarum, nemine discordante etc.

<sup>(a)</sup> Così P e, anche nei casi successivi, la declinazione del sostantivo è indicata nel caso ablativo <sup>(b)</sup> P “Scolastica” <sup>(c)</sup> Così P, intendasi “indigeat” <sup>(d)</sup> Depennato “Petrutio” <sup>(e)</sup> Così P.

70.

1369, giugno 29

Le monache di S. Eufemia di Roma riunite in capitolo presso la grata ferrea della chiesa del monastero secondo la consuetudine, con il consenso della badessa, vendono alla nobildonna Nanna *Gayetane*, vedova di \*\*\*\*\* e sorella di Giovanni *Gayetani de Pallatio*, una casa a pianoterra con solario, sale, camere, stalle, orto e pozzo, che già fu di Giovanna figlia del defunto Cecco di Martino e moglie di Stefanello di Tuzio di Pietro Paolo del rione Colonna e venduta al monastero dal procuratore Andrea di Valente, situata nel rione Monti, al prezzo di 130 fiorini d'oro.

Le venditrici nominano loro procuratori Giovanni di Matteo di Martino e Andrea *Pasolinus* per l'insediamento dell'acquirente nella loro proprietà; dichiarano ancora che avevano ricevuto un'offerta maggiore da Petruzio, ma la vendita è stata assegnata alla nobildonna Nanna in considerazione delle continue attenzioni riservate da lei e dai suoi antecessori al monastero.

f. 59v

Eodem anno indictione, mense et die et coram dictis testibus.

Congregatis et coadunatis ut supra omnibus supradictis dominabus<sup>(a)</sup> abbatissa et monialibus ad gratam ferream in ecclesia dicti monasterii, de mandato expresso et licentia dicte domine abbatisse, que domina abbatissa cum consensu et voluntate ipsarum dominarum monialium et ipse domine moniales cum consensu voluntate licentia et mandato ipsius domine abbatisse, que domine moniales sunt ultra due partes monialium dicti monasterii, secundum earum assertionem pro sese ipsis ac vice et nomine aliarum dominarum monialium a dicta grata absentium, ac vice et nomine ipsius monasterii et pro ipso monasterio et ad ipsius monasterii opus et utilitatem earum, bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt magnifice mulieri domine Nanne Gayetane uxori olim magnifici viri \*\*\*\*\* germane sororis Iohannis Gaytani de Pallatio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Nanna dare vendere cedere vel concedere voluerit, idest unam domum ipsarum dominarum<sup>(b)</sup> monialium et dicti monasterii, que olim fuit domine Iohanne filie olim Cecchi Martini et uxoris Stephanelli Tutii Petri Pauli de regione Columpne, terrineam et solaratam cum salis, cameris, stabulis, orto, puteo, menangolis, infra se et post se, cum omnibus eorum usibus utilitatibus

f. 60r

pertinentiis et adiacentiis ab omni nesso servitutis iuris canonici seu census ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem ad habendum tenendum etc. que domus posita est in regione Montium, inter hos fines, ab uno latere tenet domus Sancti Urbani, ab alio domina Iohanna dudum de castro Zagaroli, ante est via publica, retro tenet Iohannes Mathei Martini vel si qui etc. et per Iohannem Macthei Martini, Andream Pesolinum et quemlibet ipsorum in solidum, quos dicte domine moniales pro sese ipsis et quo supra nomine earum et dicti monasterii, procuratores constituerunt ad investiendum ipsam empticem de dicta domo cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiri voluerunt et mandaverunt et donec fuerit investitam constituerunt se dicte venditricis, nomine dicte emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dicte venditricis, pro sese ipsis et quo supra nomine, dicte emptricis plenam licentiam et liberam facultatem concesserunt ut, amodo in antea, ipsam domum cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate et sine curie proclamatione et ipsius iuris lesione possit intrare tenere possidere etc.

dederunt etiam quoque cesserunt et concesserunt dicte venditricis, pro se ipsis et nomine quo supra, eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc habent et in futurum

f. 60v habere possent in dicta domo iuribus et pertinentiis suis contra quacumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, proprio nomine, agat petat excipiat et defendat in locum ius et privilegium ipsius monasterii et ipsarum dominarum succedat et succedere voluerunt et mandaverunt nullo iure nullaque actione ipsi monasterio et ipsis dominabus abbatissis et monialibus per directum vel per oblicum aliquo modo reservato. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicuntur prefate venditricis, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, fecerunt eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii CXXX florenorum auri boni et iusti et legalis ponderis, quos presentialiter numeraliter et manualiter a dicta emptrice receperunt et habuerunt in florenis de auro, de quibus et post ipsam receptionem sese bene quietas contentas et pacatas vocaverunt et renuntiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum dictorum florenorum auri et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali etc. asserentes et confitentes dicte venditricis a nulla alia persona seu loco de dicta domo invenisse magiorem quantitatem, quam a dicto Petrutio emptore<sup>(c)</sup>, finaliter si dicte<sup>(d)</sup> plus dicto pretio valerent, nunc vel in futurum valere possent, dicte venditricis, pro se et quibus supra nominibus, emptrici<sup>(e)</sup>, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, inter vivos et

f. 61r inrevocabiliter donaverunt cesserunt et concesserunt honesti amoris et dilectionis causa et propter multa et grata servitia que dicte venditricis, nomine dicti monasterii, ab ipsa emptrice et predecessibus suis recepisse et habuisse confesse sunt, que servitia congrue ascendunt totum illud plus quod dicte domus valere possent et promiserunt insuper dicte venditricis, pro sese ipsis et quibus supra nominibus, dicte emptrici, presenti et recipienti et legitime stipulanti ut supra, quod dicte domus cum iuribus et pertinentiis suis sunt ipsius monasterii et ad ipsum monasterium spectant et pertinent pleno iure, vigore venditionis ipsi monasterio facte per dictum Andream Valentis procuratorem supradicte domine Iohanne<sup>(f)</sup> et quod nulli alii persone universitati seu loco per ipsas dominas seu alium vel alios, eiusdem monasterii nomine, sunt vendite date donate cesse concesse pignorate alienate nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate seu loco per ipsas dominas seu ipsorum nomine factus est nec factus apparet in preiudicium presentia contracti et si contrarium aliquo tempore appareret<sup>(g)</sup> et ea propter dicta emptris in dampnum venerit, expensas fecerit aut evictionem fuerit in totum vel in partem promiserunt<sup>(h)</sup> omnia dampna omnes expensas et

f. 61v interesse, de aliis bonis dicti monasterii, reficere et resarcire promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie seu re ac ipsam evictionem duplam, quacumque ex causa, ipsa evictio sequeretur etiam si in totum evinceretur et si in parte, in ea parte in qua evinceretur asserentes et confitentes dicte venditricis tam fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionis, quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto, pro quibus dampnis expensis et interesse et de ipsarum quantitate vel numero stare et credere voluerunt et promiserunt solo simplici sacramento ipsius emptricis et suorum heredum et successorum sine alterius honore probationis iudicis tassatione, arbitrio seu arbitrati alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum haberi voluit et promiserunt<sup>(i)</sup> pro plena et plenissima probatione ceterisque aliis probationibus et defensionibus, tam iuris quam facti dicte venditricis, ex certa scientia renuntiaverunt expresse et voluerunt, pro predictis omnibus et singulis et quolibet premissorum, posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore renuntiaverunt in predictis<sup>(i)</sup> dicte venditricis, pro se et quo supra nomine, beneficio fori, feriis et diebus feriatis, epistule divi Adriani, beneficio nove constitutionis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus iuris canonici et civili statuti et consuetudinibus Urbis, quibus contra predicta vel

f. 62r aliquod predictorum venire possent vel quomodolibet se tuere dicte venditricis, pro se et nomine quo supra, ex certa scientia renuntiaverunt expresse, que quidem omnia et singula supradicta dicte venditricis, pro sese ipsis et quo supra nomine, atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum dicti monasterii mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

<sup>(a)</sup> Corretto sulla precedente espressione “Congregate et coadunate ut supra omnes supradicte domine” <sup>(b)</sup> Corretto sul precedente “ipsius dominorum” poi depennato “Nanne” <sup>(c)</sup> Depennato “fil” <sup>(d)</sup> Omesso presumibilmente “domus” va inoltre osservato che da questo punto in poi, nella parte conclusiva del formulario, il notaio fa riferimento nella declinazione a casi nominativi plurali “dicte domus” e non più ad una casa. <sup>(e)</sup> Corretto sul precedente “emptori” <sup>(f)</sup> Così P, ma intendasi “Nanna” <sup>(g)</sup> P “apparet” <sup>(h)</sup> P “promisit” <sup>(i)</sup> P “promisit” <sup>(j)</sup> Ripetuto “in predictis”.

## 71.

1369, giugno 29

La nobildonna Nanna *Gaytana* vedova di Rinaldo *de Supino* dona a Francesca *de Comite* badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, per deferenza a Dio, alla Vergine Maria e alla beata Eufemia, per la remissione dei suoi peccati e per la devozione che nutre per la comunità delle monache, un fondo della torre *de Alabro*, i mulini contigui con acqua e ruscelli ed il tenimento circostante, situato nel territorio di Ferentino



nella contrada detta *la torre dellalabro*, lungo il corso d'acqua di *Alapri* presso la contrada *Aurete*: il valore della proprietà é valutato in 500 fiorini d'oro.

La donatrice nomina suoi procuratori Antonio di Lino, Giovanni di Stefano *Rubei* di Velletri e Nicola di Gerardo del rione Monti per l'insediamento della badessa del monastero nella sua proprietà.

f. 62v

Indictione VII<sup>a</sup> mense iunii die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Covelli de castro Mareni, Meus Celantronicus dudum de civitate Florentini et Marchus Stephani Ponpi dudum de castro Vallis Montonis nunc de regione Montium.

Actum in ecclesia Sancte Eufemie.

In presentia mei notarii etc.<sup>(a)</sup> magnifica domina domina Nanna Gaytana<sup>(b)</sup> uxor olim Raynaldi de Supino<sup>(c)</sup>, que primo renumpsiavit quantum ad infrascripta omne et singula auxilio Velleiani senatus consultus<sup>(d)</sup> quod est pro mulieribus introductum, certiorata per me notarium de ipso auxilio quid sit et quid dicat, ac die presenti, non vi coacta nec dolo inducta, scilicet pure et libere, ac die presenti, sua bona propria et spontanea voluntate<sup>(e)</sup> donavit et donationis titulo dedit cessit et concessit inter vivos reverende in Christo matri et domine domine<sup>(f)</sup> Francisce de Comite, Dei gratia, humili abbatisse venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se et vice et nomine dicti monasterii et monasterii ipsius monasterii<sup>(g)</sup> et earum in dicto monasterio successorum inrevocabiliter et in perpetuum et mihi notario, ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicti

f. 63r

monasterii et pro ipso monasterio et dominarum ipsius, idest sedimen seu segum turris de Alabro et ipsam turrim de Alabro cum molendinis et ipsam turrim et molendinis ibi condiguis in ipso sedimine et cum sedimine ipsorum molendinorum dicte turris cum aquis et aquarum decursibus ac cum omnibus tenementis fraginalibus terris pascuis pratis silvis sterpariis ac omnibus possessionibus cultis et incultis dicte turris et sediminis ipsius<sup>(h)</sup>, positum in territorio civitatis Florentini in contrada que dicitur *la torre dellalabro* vel cursum aque *Alapri* iuxta contratam *Aurete* et viam publicam et alios ipsorum veriorum et propinquoos confines cum accessibus et egressibus, introitibus, usibus, viis ac omnibus iuribus utilitatibus actionibus realibus et personalibus utilibus vel directis, tacitis vel expressis, adiacentiis et pertinentiis ipsorum ad habendum tenendum possidendum vendendum alienandum donandum et quicquid eidem domine abbatisse et monialibus dicti monasterii ac ipsarum in dicto monasterio successoribus de predictis omnibus et singulis bonis et rebus placuerit perpetuo faciendum et per publicorum istrumentorum traditionem et assignationem<sup>(i)</sup> dicta domina Nanna investivit corporaliter ipsam dominam abbatissam<sup>(j)</sup>, presentem et recipientem pro se et nominibus quibus supra, de predictis nec non ad magiorem cautelam omnium premissorum dicta domina Nanna suos procuratores dictarum<sup>(k)</sup>

f. 63v

abbatisse et dicti monasterii et monialium ipsius ad hec legitime constitutos sive constituendos discretos viros Anthonium Lini, Iohannem Stephani Rubei de Velletri, Nicolaum Gerardi de regione Montium et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupatis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire et donec fuerit dictum monasterium in corporalem possessionem ademptum constituit se dicta domina Nanna donatrix, nomine dicti monasterii et ipsarum dominarum, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendum dicta domina Nanna dicte domine Francisce, presenti et recipienti ac legitime stipulati ut supra, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, omnes supradictas res donata et quamlibet ipsarum propria auctoritate possint intrare tenere possidere etc. donavit etiam quoque cessit et concessit dicta domina donatrix prefate domine abbatisse, quo supra nomine recipienti et mihi notario, ut publice persone recipienti ut supra, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas, que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat in dictis rebus donatis et qualibet ipsarum contra quascumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat excipiat recipiat utatur experiatur et defendat et in locum ius et privilegium ipsius domine Nanne succedat et succedere voluit et mandavit nullo iure

f. 64r

nullaque actione in predictis per directum vel per oblicum ipsi domine Nanne in predictis rebus donatis vel aliquot<sup>(l)</sup> ipsorum aliqualiter reservato. Hanc autem donationem inter vivos et inrevocabiliter et que dicta sunt et infra dicentur dicta domina Nanna eidem domine abbatisse, presenti et recipienti ac legitime stipulanti quo supra nomine, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti nomine quo supra, fecit ob reverentiam omnipotentis Dei, gloriose virginis Marie eius matri et beate Heufemie et ob remissionem peccatorum suorum et suorum defuntorum et ob massimam devotionem quam habet ad monasterium prelibatum et ad ipsas dominas abbatissam et moniales et propter multa grata et honesta servitia que et quas ab ipsis nominibus abbatissa et monialibus<sup>(m)</sup> dicti monasterii recepisse confessa est, que servitia congrue ascendunt valorem dicte donationis, actum et conventum estitit inter ipsas partes quod tot fuit dicta donatio et esse intelligantur quod essent summe V<sup>c</sup> florenorum auri, quam quidem donationem et omnia et singula supradicta dicta domina Nanna donatrix eidem domine abbatisse, presenti et recipienti et legitime stipulanti ut supra, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, promisit et solempni stipulatione convenit<sup>(n)</sup> ipsam non revocare ratione ingratitude seu paupertate nec aliqua ratione modo iure titulo sive

causa, scilicet ipsam semper et perpetuo ratam gratam et firmam habere sub obligatione bonorum ipsius domine Nanne

f. 64v mobilia et immobilia presentium et futurorum et promisit dicta domina Nanna quod dicta iura nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit<sup>(o)</sup> teneri de evictione in forma, pro quibus etc. et renuntiavit etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato un segno convenzionale di “completum” <sup>(b)</sup> Segue “predicta” non depennato sostituito poi nell’interlinea superiore dall’espressione che segue fino a “Supino” <sup>(c)</sup> Così, P <sup>(d)</sup> Così, P <sup>(e)</sup> Depennato “vendidit et venditionis” <sup>(f)</sup> Depennato “Nanne Gay” <sup>(g)</sup> Così P ripetuto <sup>(h)</sup> Ripetuto “ipsius” <sup>(i)</sup> P “assignarum” <sup>(j)</sup> P “abbatissa” <sup>(k)</sup> Così P <sup>(l)</sup> Corretto con “t” la precedente consonante finale “r” <sup>(m)</sup> Corretto sul precedente “moniale” <sup>(n)</sup> Depennato “dicte”.

72.

1369, luglio 11

Eustachio figlio del defunto Paoluzio *de Sancto Severino*, fratello di Antonio, con una lettera di cambio, scritta di suo pugno lo scorso 18 maggio e letta dal notaio Paolo *de Seromanis*, aveva dichiarato di aver ricevuto da Giacomo di Giovanni e dai suoi soci *de Sancto Severino* la somma di 600 ducati d’oro ed invitava il fratello Antonio che restituisse a Roma, entro 10 giorni dalla presentazione della lettera, l’importo in fiorini d’oro a Giovanni di Francesco, socio di Giacomo, ed altri soci.

Antonio dichiara che la lettera gli fu presentata l’ultimo giorno dello scorso mese di maggio e che aveva fatto a Giovanni ed a Tommaso di Cola, suo socio, diversi pagamenti eseguiti da lui in fiorini d’oro e da altri mercanti, per suo conto, con forniture di masserizie e di altre merci per un importo, valutato tra le due parti, di 447 fiorini d’oro, 34 soldi e 5 denari di provisini.

Antonio dichiara ancora, a tutela di Tommaso e dei suoi soci, che egli aveva ricevuto in deposito un residuo da pagare per un importo di 165 fiorini d’oro e 10 denari di provisini con l’impegno di restituirlo a richiesta del depositante e dei suoi soci; successivamente Tommaso, anche a nome dei suoi soci, aveva ricevuto il residuo della somma depositata.

Indictione VII<sup>a</sup> mense iulii die XI<sup>o</sup>.

Testes: Nutius Palelli aurifex de regione Campitelli, Colutia Cole Brende de regione Pinee et Petrus Lelli Ceccharelli de regione Campitelli dictus alias Muffo macellarius.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum dompnus Eustachius filius olim Palutii de Sancto Severino, frater germanus Anthonii de Sancto Severino filii dicti olim Palutii communis patris ipsorum, per suam patentem licteram, propria manu scriptam, a me notario visam et lectam, que scripta apparebat die XVIII mensis maii pro factis propriis ipsius et dicti Anthonii, confessus fuisse et in veritate recongnovisse se recepisse et habuisse per modum cambii a Iacobo domini Iohannis et sociis de Sancto Severino ducatos VI<sup>c</sup> auri et ideo voluit per licteram prefatam quod Anthonius, frater suus de Sancto Severino predictus, daret et pacaret in Urbem in florenis de auro

f. 65r numeratis post receptionem licteram infra X dies, a die presentationis ipsius lictere, ipsos VI<sup>c</sup> ducatos Iohanni Francisci, socio dicti Iacobi, et sociorum, que lictera assignata et representata fuit ipsi Anthonio die ultimo maii, proxime preterito, et per ipsum Anthonium recepta et acceptata, post quam acceptationem dictus Anthonius solvit dicto Iohanni et Thomaxio Cole, socio predictorum, inter plures et diversas solutiones factas, tum per ipsum Anthonium in florenis de auro, tum per alios mercatores, nomine ipsius Anthonii, tum incertis massaritiis, tum incertis mercatantiis per ipsum Anthonium Thomaxio Cole predicto assignatis et extimatis de communi partium voluntate, que quidem omnes soluti prefati floreni facti<sup>(b)</sup> per ipsum Anthonium et alios mercatores, eius nomine, mercatantie et massaritie ascendunt ad summam et quantitatem III<sup>c</sup>XLVII florenorum auri, solidorum XXXIII et denariorum V provisinorum senatus, qua propter dictus Anthonius volens recognoscere bonam fidem et, ut dicto Thomaxio et sociis sit cautelato, de residuo totius dicte quantitatis, idcirco sua bona propria et spontanea voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit ipsum dompnum Eustachium recepisse et habuisse, modo et forma predictis, pro se et dicto Anthonio, frate suo, a prefato

f. 65v supra nominato, dictos VI<sup>c</sup> ducatos auri, de quibus etc. et renuntiavit etc.<sup>(c)</sup> ideoque dictus Anthonius volens fore cautelam dicto Thomaxio et sociis de residuo totius quantitatis predictae et ne inter ipsos possit in posterum aliquod scandalum exoriri, ac die presente, sua bona voluntate, confessus fuit habere et tenere in depositum, nomine et causa depositi, a dicto Thomaxio, presente et recipiente ac legitime stipulante pro se et quo supra nomine et suorum heredum et successorum in perpetuum, idest CLXV florenos auri et denarios X provisinorum senatus, qui sunt residuum totius quantitatis predictae, de quibus dictus Anthonius se bene quietum contentum et pacatum vocavit etc. et renuntiavit etc. quos quidem CLXV florenos auri denarios X et depositum predictum dictus Anthonius tenere custodire et salvos facere promisit ad omne ipsius rescium periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii etc. et ipsos florenos et depositum predictum eidem Thomaxio, pro se et quo supra nomine, redere et restituere promisit in florenis de auro ad omnem petitionem et voluntatem ipsius Thomaxii<sup>(d)</sup> et sociorum eius seu alterius ipsorum cum dampnis et expensis etc. pro

quibus omnibus et singulis observandis dictus Anthonius obligavit dicto Thomaxio, pro se et quo supra nomine, omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

f. 66r residuum autem totius dicte quantitatis dictus Thomaxius, pro se et quo supra nomine, a dicto Anthonio, modo et forma predictis, confessus fuit sese recepisse et habuisse, de quibus, pro se et nomine quo supra, se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc.

(a) P “apparet” (b) P “facte” (c) Depennato “quos quidem” (d) Depennato “Antho”.

73.

1369, luglio 23

Maria figlia di Luzio di Marco vedova di Lorenzo *Marronis*, sposato in prime nozze, e vedova di Tommaso *Capucie*, sposato in seconde nozze, del rione via Lata fa testamento davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a sette testimoni e designa eredi Angelo, figlio di primo letto, per la terza parte dei suoi beni, Caterina, figlia di secondo letto, moglie di Onofrio *de Tineosis* per la terza parte ancora dei suoi beni, e Lella e Lorenzo, suoi nipoti, figli della defunta Rita, sua figlia, e del defunto Pietro *Theche* del rione Trevi per un'altra terza parte dei suoi beni. Dispone che qualora uno degli eredi dovesse esercitare altre rivendicazioni sarà considerato decaduto dal lascito ed i beni a lui destinati saranno trasferiti agli altri eredi, facendo salvi i legati affidati all'esecutore testamentario da assegnare dopo la sua morte.

Stabilisce che la vigna, locata a *Rapilaçus*, sia venduta ed il ricavato sia destinato, a suffragio della propria anima, a discrezione dell'esecutore testamentario.

Lascia tutte le sue masserizie da distribuire, a suffragio della propria anima, a discrezione dell'esecutore testamentario, ad eccezione di una padella, due spiedi, un materasso, una teglia(?), un cassone (?) e una coperta di lino che destina per metà alla figlia Caterina e per l'altra metà ai nipoti Lella e Lorenzo.

Lascia una tunica e un mantello neri per la partecipazione ai suoi funerali.

Nomina esecutore testamentario il figlio Angelo.

Indictione VII<sup>a</sup> mense iulii die XXIII.

Testes: (a) Nutius magistri Nicolai, dominus Angelus Leporis, Iohannes dictus alias Fortuccio, Iohannes Mariscinus, Iacobellus Perinsoli, Iohannes Palotie, Petolus Iohannis Quatrandi.

In presentia mei notarii etc. domina Maria filia olim Lutii Marchi et uxor olim Laurentii Marronis, ex primo matrimonio, et uxor olim Thome Capucie, ex secundo matrimonio, de regione Vie Late, licet infirma corpore tamen mente sana et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens decedere intestata, idcirco constituta coram (b) Paulo de Sorromanis notario et testibus supradictis hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio dicens sic: Ego (c) Maria predicta infirma corpore mente tamen sana et conscientia pura, timens

f. 66v periculum future mortis nollens decedere intestata, idcirco constituta coram Paulo de Seromanis notario et testibus supradictis hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere cupio atque volo, in quo quidem meo testamento mihi heredes instituo dominum Angelum filium meum, ex primo matrimonio, pro tertia parte omnium bonorum meorum, dominam Catherina filiam meam, ex secundo matrimonio, uxorem Eunufrii de Tyneosis pro alia tertia parte et Lellam et Laurentium, nepotes meos, filios olim Rite, filie mee, et filios olim Petri Theche, de regione Trivii pro alia tertia parte in omnibus bonis meis mobilia et immobilia presentia et futura et ipsos et quemlibet ipsorum contentos facio, ita quod de bonis nec in bonis meis plus non petant nec

petere possint quovis colore quesito et si ultra petere vel exigere presumpserit (d) cadant a meo relicto et alii non contradicentes succedant (e) in parte contradicentem, preter infrascripta legata, que volo executionem mandari per infrascriptum meum executorem statim post mortem meam. In primis volo quod vinea mea, in qua habet vites *Rapilaçus*, vendatur per infrascriptum meum executorem et pecunia ipsius detur, pro anima mea, per ipsum meum executorem prout ei melius visum fuerit. Item relinquo, pro anima mea, omnes meas masseritias

f. 67r distribuendas per infrascriptum meum executorem, pro anima mea, prout sibi visum fuerit; una sertagine, duobus spitis, uno matharatio, uno solo, uno arciscando et uno cultro panni lini dumtaxat exceptione, que relinquo dicte Catherine, filie mee, pro medietate et pro alia medietate dictis Lelle et Laurentio (f). Item relinquo, pro obsequio (g) mei funderis, tunicam et mantellum meum de nigro. Executorem huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio constituisco et ordino dominum Angelum filium meum, filium olim Laurentii Marronis olim viri mei cui do et concedo plenam et liberam potestatem omnia bona mea mobilia et immobilia, presentia et futura, capiendi etc. et executionem mandandi ut in presente testamento continetur et hoc est ultimum meum testamentum etc. cassans irritans et annullans omne aliud testamentum per me actenus factum et per quecumque notarium scriptum etc. quod valeret volo iure presentis testamenti et si non valeret iure testamenti volo quod valeat iure codicellorum vel donationis causa mortis et omni modo et iure quibus melius valere potest et debet.

<sup>(a)</sup> Depennato “T” <sup>(b)</sup> Depennato “me” <sup>(c)</sup> P “Eo” <sup>(d)</sup> P “presumpserit” <sup>(e)</sup> Depennato “cadant” <sup>(f)</sup> L’espressione che segue fino a “de nigro” è annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo. <sup>(g)</sup> P “osequio”.

74.

1369, luglio 28

Le monache del monastero di S. Eufemia riunite in capitolo presso la grata ferrea della chiesa secondo la consuetudine, presenti la badessa Francesca *de Comite*, Eufemia, Lorenza, Caterina, Euplasia, Scolastica, Tommasa, Margherita, Pellegrina, Antonia, Giacomina, Agnese, Cecilia, Anastasia, Andrea, Giovanna e Illuminata, nominano loro procuratori il notaio Francesco di Puzio, Lorenzo *de Seromanis* di Roma, Giovanni di Stefano *Rubei* e Nicola di Andrea di Velletri con il compito di ottenere dal nobile Nicola figlio del defunto Buzio *de Sabello*, con il consenso della moglie Angela, la vendita e la consegna della metà di un *castrum* disabitato detto di S. Gennaro, situato fuori della porta di S. Giovanni, nel territorio della Marittima, con la metà del castello, della rocca, dei palazzi, delle case e del tenimento, con diritto di patronato sulle chiese, sia all’interno che all’esterno del *castrum*, unita con l’altra metà posseduta dalla nobildonna Oddolina figlia del defunto maestro Giovanni di Nicola *de Aniballis* al prezzo di 1700 fiorini d’oro.

Le monache invitano i procuratori a pagare per intero il prezzo stabilito o a pagarlo in parte, secondo quanto sarà convenuto, e a promettere, nel secondo caso, di stabilire la data per il versamento del residuo della somma.

f. 67v

Indictione VII<sup>a</sup> mense iulii die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Nicolaus Gerardi, Tutius Cole Nicolutie et Marchus Stephani Ponpi de regione Montium.

Actum in monasterio Sancte Eufemie.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Congregate et coadunate simul venerabiles et humiles domine domina Francischa de Comite, humilis abbatissa venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, sorore<sup>(b)</sup> Eufemia, sorore Laurentia, sorore Catherina, sorore Euplaxia, sorore Scolastica<sup>(c)</sup>, sorore Marta, sorore Costantia, sorore Clara, sorore Eugenia, sorore Thomaxia, sorore Margarita, sorore Peregrina, sorore Anthonia, sorore Iacoba, sorore Agnete, sorore Cecilia, sorore Anestaxia, sorore Andrea, sorore Iohanna et sorore Luminata, moniales dicti monasterii ad gratam ferream dicti monasterii ad sonum campanelle more solito, congregate ad capitulum faciendum ipsa domina abbatissa, cum consensu et voluntate ipsarum dominarum monialium, et ipse domine moniales, cum consensu et voluntate licentia et mandato ipsius domine abbatisse, pro sese ipsis et aliis dominabus monialibus absentibus a dicta grata ferrea earum et cuiuslibet ipsarum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt constituerunt creaverunt<sup>(d)</sup> et ordinaverunt, earum et cuiuslibet ipsarum et dicti monasterii, veros et legitimos yconomos

f. 68r

scyndicos procuratores actores factores, negotiorum gestores et numptios speciales seu quocumque alio nomine de iure melius dici et censi potest, videlicet Francischum Putii notarium, dominum Laurentium de Sorromanis de Urbe, Iohannem Stephani Rubei, Nicolaum Andree de civitate Velletri, licet absentes tamquam presentes et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad recipiendum, nomine dicti monasterii dictarum dominarum et pro eis, a magnifico viro Nicolao filio olim magnifici viri Butii de Sabello, cum consensu et voluntate domine Angele uxoris sue, venditionem dationem traditionem et concessionem, ex causa venditionis, medietatis cuiusdam castri inhabitati ipsius Nicolai quod vocatur Sancto Iennaro, positi extra portam Sancti Iohannis in Maretima, inter hos fines, ab uno latere est tenimentum civitatis Velletri, ab alio est tenimentum castri civitatis Labinie, ab alio est tenimentum castri Fayole vel si qui etc. cum medietate castellarii, arcis, palatiorum, domorum in eo existentium et cum medietate totius sui tenimenti, videlicet terrarum magensium cultorum et incultorum montium vallium collium silvarum stirparum stirpariorum aquarum rivorum fontium et aquarum decursium cum omnibus et singulis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis ad dictam medietatem dicti castri spectantem et pertinentem et cum iure patronatus,

f. 68v

si quod habet, in quacumque seu quibuscumque ecclesie sitis, tam iuntis quam extra dictum castrum, quod totum castrum iuntum est pro indiviso cum alia medietate magnifice domine domine Oddoline filie olim magistri viri Iohannis Nicolai de Aniballis et ipsum consensum ipsius domine Angele liberum et expeditum ab omni nesso servitutis iure canonici seu census cum curis et cautelis de iure sufficientibus et ad emendum, nomine dictarum dominarum et dicti monasterii, a supradicto Nicolao, cum consensu et voluntate dicte domine Angele, dictam medietatem dicti castri cum iuribus et pertinentiis supradictis cum curis et cautelis de iure sufficientibus pro pretio et nomine pretii mille VII<sup>c</sup> florenorum auri et ad solvendum ipsum pretium seu partem ipsius, nomine dicti monasterii et dictarum dominarum, et ad promittendum ipsi Nicolao residuum pretii, si totum non esset solutum a presens, prout cum eo poterit conveniri cum curis et cautelis de iure sufficientibus, et ad obligandum bona dicti monasterii pro dictis solutis faciendis in terminis et ad recipiendum ab ipso Nicolao, cum consensu dicte sue uxoris, donationem<sup>(e)</sup> inter vivos et irrevocabiliter, si plus dicto pretio valeret, de toto illo plus quod valeret et ad recipiendum promissionem ab ipso Cola de evictione in forma et cum capitulis consuetis et ad recipiendum, quo supra nomine, obligationem bonorum dicti Cole pro predictis omnibus observandis cum pena adictione, nec non ad recipiendum promissionem a

dicto Cola, nomine quo supra, quod sit et quando dictus Cola erit integraliter<sup>(f)</sup> persolutum de tota dicta quantitate, dabit

f. 69r

ydoneam fideiussionem de evictione, qui se et bona ipsorum obligabunt in forma consueta ad sensum sapientis ipsius domine abatisse vel successorum ipsius, nec non ad recipiendum, nomine dictarum dominarum et dicti monasterii et pro ipso, possessionem dicte medietatis dicti castri et sui tenimenti cum iuribus et pertinentiis suis et generaliter ad omnia alia et singula facienda procuranda operanda et exercenda, que veri et legales yconomi scyndici et procuratores facere possent et debent et que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum essent necessaria et oportuna et causarum merita exigunt et requirunt, promictentes dicte constituentes mihi notario infrascripto, ut publice persone, recipienti et stipulanti pro dicto Nicolao et omnibus et singulis quibus interest vel intererit sese perpetuo ratum gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per dictos earum yconomos scyndicos et procuratores seu ipsorum alterum in predictis et circa predicta actum factum gestum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum omnium dicti monasterii mobilia et immobilia presentia et futura et sub pena et ad penam unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio un segno convenzionale di “completum”. <sup>(b)</sup> Così P e, anche nei casi successivi, la declinazione del sostantivo è indicata nel caso ablativo. <sup>(c)</sup> P “scolastica” <sup>(d)</sup> Depennata una seconda “u” prima delle due ultime consonanti <sup>(e)</sup> P “donatione” <sup>(f)</sup> P “integraliter”.

75.

1369, luglio 28

Lorenzo figlio del defunto Lello *de Seromanis* e Paolo figlio del defunto Omodeo del rione Pigna rilasciano una quietanza a Gimella del rione Trevi, presente anche a nome del garante Lorenzo *Vecte* dello stesso rione, dopo la restituzione della somma di 52 libbre e mezza di provisini del senato relativa ad un deposito rogato dal notaio Alessio di Giovanni di Paolo de Rosa.

f. 69v

Eodem anno mense et die et coram hiis testibus scilicet Paulo Tutii Sassi et Iubilleo filio Renzolini de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus Laurentius filius olim Lelli de Sorromanis et Paulus filius olim Hominisdei de regione Pinee ac die presente, quilibet ipsorum eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, renunptiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt domine Gimelle de regione Trivii, presenti et recipienti pro se ac vice et nomine Laurentii Vecte de dicta regione, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habent et in futurum habere possent seu sperant contra ipsam dominam et dictum Laurentium et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione cuiusdam istrumenti depositi continentis quantitatem LII librarum provisinorum et dimidium in quo ipsa domina, ut principalis debitoris et dictus Laurentius, ut eius fideiussor, et quilibet ipsorum dictis domino Laurentio et Paulo apparent principaliter obligati, ut patet manu Alexii Iohannis Pauli de Rosa publici notarii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicti dominus Laurentius et Paulus eidem domine, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicti Laurentii, me notario ut publica persona recipiente pro eo, fecerunt quia confessi fuerunt dictam pecuniam recepisse, de quibus etc. et renunptiaverunt etc. et promiserunt de evictione etc.

76.

1369, agosto 1

Il nobile Nicola figlio del defunto Buzio *de Sabello* del rione Campitelli, con il consenso della moglie Angela figlia del defunto Giovanni di Paolo *de Comite*, vende al notaio Francesco di Puzio del rione Campitelli, procuratore della badessa e delle monache del monastero di S. Eufemia di Roma, la metà del *castrum* disabitato detto comunemente Santo Iennaro, situato fuori della porta di S. Giovanni nel territorio della Marittima, con la metà del castello, della rocca, dei palazzi, delle case e del tenimento, con diritto di patronato sulle chiese, sia all'interno che all'esterno del *castrum*, unita con l'altra metà posseduta dalla nobildonna Oddolina figlia del defunto Giovanni *de Anibaldis* al prezzo di 1700 fiorini d'oro.

Il notaio Francesco di Puzio, procuratore del monastero, aveva già versato una caparra di 100 fiorini che integra con un altro versamento di 500 fiorini d'oro e promette che il residuo di 1100 fiorini sarà pagato in questo modo: 600 fiorini nella ricorrenza del prossimo Natale e 500 fiorini dopo un anno.

Il venditore nomina suo procuratore Lorenzo *de Seromanis* del rione Pigna per l'insediamento delle acquirenti nella sua proprietà; promette inoltre che indicherà i garanti dopo il pagamento integrale della somma convenuta, intanto impegna i suoi beni e, in caso di inadempienza al contratto, si sottopone ad una pena pecuniaria di una libbra d'oro. Questi impegni sono presi in presenza di Pietro *de Aniballis* detto *Aceto* del rione Ripa, che dà il suo consenso al contratto di vendita e assicura che otterrà anche il consenso della moglie.

f. 70r

Indictione VII<sup>a</sup> mense augusti die primo.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum<sup>(a)</sup>. Magnificus et potens vir Nicolaus filius olim magnifici et potentis viri<sup>(b)</sup> Butii de Sabello de regione Campitelli, cum consensu et voluntate magnifice et potentis domine domine Angele consortis ipsius Nicolai filie olim magnifici et potentis viri Iohannis domini Pauli de Comite, que domina Angela primo renumpiavit quantum ad infrascripta omni iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarimentorum palafernorum relictorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductum, de ipso auxilio per me eundem notarium, primo certiorata quid sit et quid dicat, ac die presente, sua bona voluntate et ex certa scientia, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Francisco Putii notario de regione Campitelli<sup>(c)</sup>, yconomus scyndicus procuratore et persona legitima dominarum abbatisse, monialium et conventus venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presenti et recipienti ac legitime stipulanti<sup>(d)</sup> vice et nomine ipsorum dominarum in dicto monasterio et ipsarum dominarum in dicto monasterio sucessorum, et mihi notario, ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dictarum dominarum et dicti monasterii et pro eis et aliis dominabus sucessoribus earumdem in dicto monasterio

f. 70v

vel cui seu quibus ipse domine dare vendere cedere aut concedere voluerunt in perpetuum, idest integram medietatem cuiusdam castri inhabitati ipsius Nicolai quod vulgaliter<sup>(e)</sup> dicitur Santo Iennaro cum integra medietate castellarii, arcis, palatiorum, domorum in eo existentium et cum medietate totius sui tenimenti, videlicet terrarum magentium cultorum et incultorum montium vallium collium planitiarum stirporum silvarum nemorum stirpariorum aquarum rivorum fontium et aquarum decursium cum omnibus et singulis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis ad dictam medietatem dicti castri spectantibus et pertinentibus ac etiam iura patronatus, si qua habet, in quibuscumque ecclesiis tam inter dictum castrum quam extra, liberum et exemptum ab omni nesso servitutis, iure canonici sive census quam<sup>(f)</sup> medietatem dicti castri cum suo tenimento iuntam est pro indiviso cum alia medietate dicti castri et sui tenimenti magnifice domine domine Odoline filie olim magnifici viri Iohannis de Anibaldis, quod totum castrum positum est in Maretima extra portam Sancti Iohannis, inter hos fines, ab uno latere est tenimentum civitatis Velletri, ab alio latere est tenimentum civitatis Labinie, ab alio latere est tenimentum castri Fayole, ab alio latere est tenimentum \*\*\*\*\* vel si qui sunt ad totum dictum castrum plures et veriores confines, ad habendum tenendum vendendum possidendum fructificandum fructus recipiendum donandum alienandum et de eo faciendum quicquid<sup>(g)</sup> ipsis dominabus et earum in dicto monasterio sucessoribus perpetuo facere

f. 71r

placuerit et per dominum Laurentium de Sorromanis de regione Pinee, quem dictus Nicolaus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem, procuratorio quo supra nomine seu alium, nomine dicti monasterii, investiiri voluit et mandavit et donec fuerit dictum monasterium investitum et in vacua et corporale possessione ademptum constituit se dictus Nicolaus venditor, nomine dicti monasterii et monialium ipsius et pro eis, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus Nicolaus venditor eidem procuratori emptori, quo supra nomine recipienti, plenam licentiam et liberam potestatem et facultatem concessit ut, amodo in antea, dictam medietatem dicti castri et sui tenimenti propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui vendere donare obligare alienare fructificare, fructus recipere et sibi retinere dominium pro possessione in alium transferre et de ipsa medietate dicti castri et sui tenimenti cum iuribus et pertinentiis suis facere quicquid dicto monasterio et dominabus ipsius et aliarum, que per tempora erunt, perpetuo facere placuerit, venditionem etiam quocumque dedit cessit et concessit dictus Nicolaus venditor eidem Francisco procuratori emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti quo supra nomine, me notario, ut publica persona, stipulanti et recipienti ut supra, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat in dicta medietate dicti castri cum iuribus et pertinentiis suis et dicti

f. 71v

sui tenimenti nullo iure nullaque actione per directum vel per oblicum aliquo modo reservatum ipsumque procuratorem emptorem, quo supra nomine in rem suam procuratorem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur prefatus Nicolaus venditor eidem Francisco procuratori emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dictarum dominarum et dicti monasterii, et mihi notario, ut publica persone stipulanti et recipienti vice et nomine dictarum dominarum et dicti monasterii et pro eis et ipsarum in dicto monasterio sucessoribus, cum consensu et voluntate dicte domine Angele sue consortis, fecit pro pretio et nomine pretii mille VII<sup>c</sup> florenorum auri boni et puri, iusti et recti ponderis, de quibus X<sup>c</sup>VII<sup>c</sup> florenis auri dictus Nicolaus confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a me infrascripto notario C florenos auri pro arris et parte pacamenti dicte medietatis dicti castri et pretii supradicti ac dicte venditionis fiende et nunc presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a dicto Francisco, procuratore predicto, dante et solvente de pecunia et florenis dicti monasterii V<sup>c</sup> florenos auri, de quibus VI<sup>c</sup> florenis auri parte pretii dicte medietatis dicti castri et predicte venditionis<sup>(h)</sup> tantum, salvo semper iuribus, residuum dicte quantitatis XVII<sup>c</sup> florenorum dictus Nicolaus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit



- f. 72r exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non receptorum non ponderatorum non electorum VI<sup>c</sup> florenorum auri parte pretii supradicti non habiti et non recepti, exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis, residuum autem totius dicte quantitatis, videlicet XI<sup>c</sup> florenos dictus scyndicus et procurator, scyndicario et procuratorio nomine quo supra, eidem Nicolao dare et solvere promisit et convenit ipsi Nicolao<sup>(i)</sup> de bonis et pecunia dicti monasterii in hunc modum, videlicet in festo Nativitatis Domini nostri Yesu Christi proxime futuro VI<sup>c</sup> florenos auri et exinde ad unum annum ex tunc proxime futurum V<sup>c</sup> florenos auri, residuos dicte quantitatis sub obligatione bonorum dicti monasterii et si plus dicto pretio dicta medietas dicti castri et totius tenimenti valerent nunc vel in futurum valere posset cum iuribus et pertinentiis suis, ut supra dictum est, dictus Nicolaus venditor, cum consensu et voluntate dicte domine Angele uxoris sue, presentis et consentientis eidem procuratori emptori, quo supra nomine recipienti, et mihi notario ut publice persone recipienti<sup>(i)</sup> nomine quo supra, inter vivos et inrevocabiliter donavit cessit et concessit ob reverentiam omnipotentis Dei, gloriose Virginis Marie eius matris et Sancte Eufemie et propter multa grata congrua et honesta servitia que ab ipsa domina abbatissa et monialibus dicti monasterii recepisse
- f. 72v confessus est, nec non et ob remissionem peccatorum ipsius Nicolai et suorum defunctorum et promisit insuper dictus Nicolaus dicto Francisco, scyndico yconomo et procuratori predicto, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra<sup>(k)</sup>, et mihi notario, ut publice persone stipulanti<sup>(l)</sup> et recipienti ut supra, quod dicta medietas dicti castri et totius sui tenimenti cum iuribus et pertinentiis suis sunt ipsius Nicolai et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod in totum nec in partem nulli alii persone huniversitati seu loco sunt vendita data donata pignorata alienata cessa concessa distracta nec quomodolibet alienata in totum nec in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona huniversitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter dictum monasterium et dicte domine vel earum in dicto monasterio sucessoribus vel habentes causas ab eisdem molestarentur in eo vel parte ipsius, in iudicio vel extra iudicium, promisit dictus Nicolaus venditor eidem procuratori emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, ad simplicem compellationem ipsius procuratoris seu alterius procuratoris dicti monasterii vel abentis causam ab ipso, eum defendere et defendi facere in iudicio suis sumptibus et expensis, sumentis in se ipsum iudicium et defensionem contra omne turbatores vel turbare volentes ipsum monasterium et dominas eiusdem, usque ad finem cause exbrigare, tali quidem<sup>(m)</sup>
- f. 73r pacto quod nullum dampnum patiat in eis et in bonis dicti monasterii et finaliter, si dicte domine et dictum monasterium in dampnum venire, expensis fecerunt aut evicte fuerunt in totum vel in partem aut interesse aliquod paterentur, dictus Nicolaus venditor dicto procuratori emptori, presenti et recipienti nomine quo supra, et mihi notario, ut publice persone ut supra recipienti et stipulanti, omnia dampna omnes expensas et interesse de aliis suis bonis propriis reficere et resarcire promisit in pecunia numerata et non in alia specie seu re et ipsam evitionem duplam<sup>(n)</sup> quacumque ex causa ipsa evictio sequeretur, etiam si in totum eviceretur et si in parte in ea parte in qua evinceretur, asserens et confitens dictus venditor talem esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum quod duplum pretii rei evicte restituantur evicto, de quibus dampnis expensis et interesse et de ipsarum quantitate vel numero dictus venditor stare et credere voluit et promisit, solo simplici sacramento, scyndico yconomo et procuratori dicti monasterii, qui nunc est et per tempora erit, sine alterius honore probationis, iudicis tassatione curie, proclamatione arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluit et promisit dictus venditor pro plena et suficiente probatione ceteris aliis probationibus et defensionibus, tam iuris quam facti quibus contra predicta vel aliquot predictorum venire posset dictus venditor, certa scientia, renumptiavit et refutavit expresse, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimpendis
- f. 73v dictus Nicolaus venditor eidem procuratori emptori, quo supra nomine<sup>(o)</sup> recipienti, et mihi notario, ut publice persone ut supra stipulanti et recipienti, obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, precario<sup>(p)</sup> nomine dicti monasterii tenere et possidere constituit, et voluit etiam, pro predictis et quolibet predictorum, posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam ferriatis diebus, quibus ferriis et diebus ferriatis dictus venditor<sup>(q)</sup>, ex certa scientia, renumptiavit et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari renumptiavit in hiis beneficio fori legis cruce signato legis cedo bonis epistule divi Adriani, beneficio nove constitutionis, de duobus vel pluribus reis debendis cedendis et dividendis actionibus et illi legi qua cavetur, quod si debitor non habuerit aurum argentum nec aliqua mobilia quod possit satisfacere creditori suo de stabilibus, scilicet penitus eisdem satisfacere voluit et promisit in pecunia numerata et non in alia specie et omnibus aliis et singulis capitulis privilegiis ac statutis Urbis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset renumptiavit expresse et promisit insuper dictus Nicolaus emptor eidem procuratori emptori, quo supra nomine recipienti, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, quot quando eidem Nicolao estiterit satisfactum de dictis quantitibus per ipsam dominam abbatissam seu per alium vel per alios, nomine dicti monasterii, ipse Nicolaus dabit ydoneum fideiussorem de evictione cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis ipsius domine et dicti monasterii, que quidem omnia et singula supradicta Nicolaus venditor



f. 74r eidem procuratori emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et me notario, ut publica persona stipulanti et recipienti ut supra, atendere et observare promisit et in nullo contra facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent<sup>(r)</sup>, presente et in omnibus et singulis consentiente Petro dicto alias Aceto de Aniballis de regione Ripe et renumpsiavit<sup>(s)</sup> omni suo iure, si quodam habet vel habere posset in dicto castro et suo tenimento iuribus et pertinentiis suis<sup>(l)</sup>, tum ratione relictis sibi factis per olim magnificum virum Iohannem Nicolai de Aniballis dominum dicti castri quam etiam quocumque alio modo iure titulo sive causa. Hunc autem consensum et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Petrus dictis Nicolao et dicto procuratori emptori, quo supra nomine recipienti, fecit eo quod confessus fuit sibi fore bene cautelato in aliis et super aliis bonis dicti Nicolai de<sup>(u)</sup> omni eo quod petere posset in dicto castro et suo tenimento et promisit etiam dictus Petrus dicto procuratori emptori et mihi notario, recipienti ut supra, in predictis facere consentire dominam \*\*\*\*\* uxorem suam ad petitionem et voluntatem dominarum dicti monasterii cum curis et cautelis de iure sufficientibus ratificando et acceptando dictus Petrus

f. 74v prefatam venditionem cum omnibus suis articulis et tenoribus et contra ipsam perpetuo non facere vel venire promisit sub obligatione bonorum ipsius mobilium et immobilium presentia et futura, que bona quantum ad hec, dictus Petrus, nomine dicti monasterii, tenere et possidere constituit et precario<sup>(v)</sup> recongnovit et voluit, pro predictis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia et coram quocumque iudice, ut supra, renumpsiavit in hiis omnibus et singulis legibus statutis et consuetudinibus Urbis auxiliis beneficiis iuris canonici et civilis, quibus contra predicta vel aliquo de predictorum venire posset<sup>(w)</sup> renumpsiavit expresse.

Actum<sup>(x)</sup> in domo dicti Nicolai venditoris, presentibus hiis testibus, scilicet Vannutio Patrocchi de regione Campitelli, Ceccho Lutii Rogerii, Guilielmo Petri de Rubeis et Nicolao quondam Cole Griffoli de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Omesso etc. <sup>(b)</sup> Depennato "Nicolai" <sup>(c)</sup> Depennato "presenti" <sup>(d)</sup> Depennato "pro" <sup>(e)</sup> P "vulgaliter" <sup>(f)</sup> Depennato "quod totum" poi recuperato e corretto il pronome in "quam" <sup>(g)</sup> Depennato "sibi" <sup>(h)</sup> Depennato "fiende salvo semper" <sup>(i)</sup> Depennato "in h" <sup>(j)</sup> Depennato "pro" <sup>(k)</sup> Depennato "quod" <sup>(l)</sup> P stypulanti <sup>(m)</sup> Ripetuto "tali quidem" <sup>(n)</sup> P "dupam" <sup>(o)</sup> P "notario" ma intendasi "nomine" <sup>(p)</sup> P "plecario" <sup>(q)</sup> Depennato "ex cerst" <sup>(r)</sup> Il lungo formulario che segue e che occupa la metà inferiore del foglio e la metà superiore del successivo f. 74v fino a "renumpsiavit expresse" è stato annotato dopo l'"Actum" e ad esso rimanda un segno convenzionale. <sup>(s)</sup> Depennato "omnibus" <sup>(t)</sup> Depennato "qu" <sup>(u)</sup> Depennato "eo" <sup>(v)</sup> P "plecario" <sup>(w)</sup> Depennata la consonante "n" del precedente "possent" <sup>(x)</sup> L'annotazione che segue, a causa dell'inserimento del formulario al quale si è accennato sopra, è riportata nel f. 74r.

77.

1369, agosto 1

Il nobile Oddone figlio del defunto Giovanni *Cerronis* del rione Monti e Agapita vedova di Pietro *de Ciceronibus* dello stesso rione, tutori di Andrea, di Ceccolo e di Vannozia figli ed eredi del defunto Buonanno *Ricciutoli* del rione Pigna, come risulta dall'atto di tutela rogato dal notaio Antonio *Temperii*, con il consenso di Lorenza figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus* e della stessa Agapita, madre di Andrea, di Ceccolo e di Vannozia passata a nuove nozze con Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis*, anch'esso consensiente, rilasciano una quietanza a Cecco di Luzio *de Rogeriis* mercante del rione Pigna in seguito alla restituzione di un deposito di 509 fiorini d'oro, concesso in passato dalla stessa Agapita e dal defunto Lippo *Ricciutoli*, di altri 63 fiorini ricavati con l'utilizzazione del deposito e delle merci conservate presso lo stesso mercante.

I tutori rilasciano la quietanza dopo l'autorizzazione di Gezolino, giudice palatino e della camera di Roma.

Dietro richiesta dei tutori si offrono quali garanti Nicola di Cola *Griffoli* e Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis*.

f. 75r In nomine Domini amen. Anno domini millesimo III<sup>o</sup>LXVIII pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII<sup>a</sup> mense augusti die primo.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, nobilis vir Oddo quondam Iohannis Cerronis de regione Montium et domina Agapta uxor olim Petri de Ciceronibus de regione Montium, tutores et persone legitime Andree, Ceccholi et Vannotie pupillorum filiorum et heredum quondam Bonianni Ricciutoli de regione Pinee, ut patet de dicta tutela manu Anthonii Temperii publici notarii a me notario infrascripto visa et lecta, cum consensu et voluntate domine Laurentie filie olim Petri de Ciceronibus et ipsius domine Agapte et uxoris olim Bonianni et nunc uxoris Guilielmi filii olim Petri Andree de Rubeis et matris dictorum Andree, Ceccholi et Vannotie, presentis et consentientis, nec non cum consensu voluntate et mandato dicti Guilielmi, presentis et consentientis, et renumpsiavit omni eorum et cuiuslibet ipsorum iuribus<sup>(a)</sup> et actionibus realibus et personalibus utilibus et directis tacitis et expressis ipothecariis seu mistis<sup>(b)</sup> et in rem scriptam ac etiam officio inde quod, que et quas nunc habet et in futurum eis competere possent seu alteri ipsorum contra infrascriptum Cecchum Lutii de Rogeriis et bona sua, occasionibus infrascriptis seu aliqua earumdem quovis colore quesito et specialiter dicta domina Laurentia renumpsiavit

auxilio Velleiani senatus consulti, quod est pro mulieribus introductum et autentice, si quo mulier de ipsis auxilio et autentice per me eundem

f. 75v

primo certiorata quid sit et quid dicat hunc autem consensum et renumpationem et que dicta sunt et infra dicentur fecerunt dicti Guilielmus et domina Laurentia et eorum quilibet ob onestum amorem et dilectionem que et quas habent in dictum Cecchum Lutii et in prefatos Andream et Ceccholam et Vannotiam, salvo semper et reservato ipsi domine Laurentie iure successionis ex testamento vel ab intestato dictorum filiorum ipsius seu alicuius ipsorum, ac die presente prefati tutores et quilibet eorum, nomine quo supra, cum decreto et auctoritate sapientis viri domini Geçolini iudicis palatini et camere Urbis, pro tribunali sedentis et suum decretum et auctoritatem interponentis, renumpiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt Ceccho Lutii de Rogeriis mercatori de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum; idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecarias seu mistas et in rem scriptam ac etiam officium iudicis quod, que et quas ipsi tutores, tutorio nomine quibus supra, et dicti pupilli habent et in futurum habere possent seu sperant contra Cecchum Lutii et bona sua et in bonis suis, tum pretestu et occasione V<sup>c</sup>VIII florenorum auri ipsorum pupillorum depositarum ipsi Ceccho per ipsam dominam Agaptam tutricem et prefatum olim Lippum Ricciutolum tutorem una cum ipsa tenendos<sup>(c)</sup> et conservandos per ipsum<sup>(d)</sup> Cecchum pro dictis pupillis licet, ex

f. 76r

dicto deposito, apparere dicatur seu non appareat aliqualis scriptura. Item pretestu et occasione lucri quod dictus Cecchus cum dictis florenis seu ex eis facere seu percipere potuisset. Item pretestu et occasione omnium et singularum rerum et massaritorum depositarum per ipsos olim Lippum et dominam Agaptam, tutores predictos<sup>(e)</sup> penes ipsum Cecchum, pro dictis pupillis, si qua depositum fuissent et generaliter de omni eo quod dicti pupilli et dicti tutores, quo supra nomine, et dicti pupilli a dicto Ceccho et in bonis ipsius petere et exigere possent quocumque et qualitercumque usque in presentem diem, tam rationibus supra dictis quam aliis quibuscumque usque in presentem diem, ita quod hec refutatio sit generalis et generalissima quoad dictum Cecchum et bona sua et nichil in ea intelligatur exceptioni et omnia et singula in ea venire intelligantur ac si de eis fuisse facta mentio specialis. Hanc autem refutationem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur prefati tutores, tutorio nomine quo supra, cum decreto et auctoritate dicti iudicis eius decretum et auctoritatem interponentis eidem Ceccho, presenti et recipienti ac legitime stipulanti<sup>(f)</sup> pro se et suis heredibus et successoribus, fecerunt pro eo quod presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt, vice et nomine dictorum pupillorum, a dicto Ceccho dictos V<sup>c</sup>VIII florenos auri depositi, nomine dictorum pupillorum per dictos olim Lippum et dominam Agaptam, tutores prefatos modo supradicto. Item et pro lucro et nomine lucri, quod ipse Cecchus potuisse facere cum dictis V<sup>c</sup>VIII florenis a tempore depositi prefati<sup>(g)</sup> seu potuisse ex eis percipere LXIII florenos auri, quos V<sup>c</sup>VIII et LXIII florenos auri presentialiter numeraliter

f. 76v

et manualiter in florenis de auro receperunt et omnes res et massaritias, si qua depositati fuissent, confessi fuerunt et in veritate recognoverunt, sine spe future numerationis, et recepisse et habuisse et eisdem assignari fore, de quibus V<sup>c</sup>VIII florenis auri, ut supra fertur depositatis, et LXIII florenos auri pro dicto lucro et omnibus supradictis, post dictam receptionem sese, nominibus quibus supra, bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non receptorum non assignatorum dictorum florenorum depositi et lucri et massaritorum et bonorum non receptorum et non assignatorum et generaliter de omni eo quod petere et exigere possent dicto Ceccho et in bonis suis exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis et generaliter omnibus alii et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta vel aliquo predictorum venire possent dicti pupilli et dicti tutores, quo supra nomine, renumpiaverunt expresse. Et promiserunt dicti tutores, quo supra nomine, quod dicta iura tam dictorum V<sup>c</sup>VIII<sup>(h)</sup> florenorum auri quam dicti lucri, quam etiam dictorum massaritorum, sunt ipsorum pupillorum et ad ipsos pupillos et ad ipsos tutores, quo supra nomine, spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone huniversitati seu loco spectant, nec sunt seu sunt vendita data donata cessa concessa alienata pignorata seu quomodolibet distracta, nec de eis factus contractus vel quasi contractus seu distractus largissime sumpto vocabulo et vocabulo alienationis et si contrarium aliquo tempore appareret

f. 77r

et ea propter dictus Cecchus vel sui heredes et successores vessarentur seu inquietarentur, in iudicio seu extra iudicium in quocumque curia, promiserunt ipsum defendere et defensare in iudicio et extra iudicium cum advocatis et procuratoribus ipsorum pupillorum sumptibus et expensis, ita et taliter quod dictus Cecchus vel sui heredes et successores nullum dampnum patiantur et finaliter si in dampnum veneri vel venerint, evicti fuerint, expensas fecerint aut interesse aliquod paterentur promiserunt dicti tutores, quo supra nomine, omnes expensas omnia dampna et interesse et evictionem de bonis propriis ipsorum in pecunia numerata reficere et resarcire et quantum tangit eos de pecunia propria eorundem et de ipsorum dampnis expensis et interesse ac evictione totius vel partis stare et credere voluerunt solo simplici sacramento ipsius Cecchi vel heredum et successorum ipsius sine ulterius honore probationis et sine iudicis tassatione et sine arbitrio seu arbitrato alterius boni<sup>(i)</sup> viri, scilicet solum dicti sacramentum habere voluerunt et promiserunt pro plena et sufficienti

probatione ceterisque aliis probationibus et defensionibus dicti tutores, pro se et quo supra nomine, renumpiaverunt expresse. et voluerunt dicti tutores, pro se et quo supra nomine, pro predictis omnibus et singulis et quolibet premissorum, posse cogi compelli conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore renumpiaverunt in hiis dicti tutores, pro se et quo supra nomine, beneficio fori ferriis et diebus feriatis legi cedo bonis

f. 77v

et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire vel defendere se possent renumpiaverunt expresse, insuper promiserunt dicti tutores, tam eorum propriis nominibus quam etiam tutorio nomine quo supra, dicto Ceccho Lutii, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, ut supra, quod quando dicti pupilli ad perfectam pervenerunt etatem hanc refutationem et omnia et singula in ea contenta ratificabunt emoluabunt et acceptabunt et ratam gratam et firmam habebunt sub ypotheca et obligatione dictorum bonorum ipsorum tutorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum. Qua quidem omnia et singula supradicta dicti tutores, pro sese ipsis et quo supra nomine atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non, hec firma semper perdurent, renumpiaverunt insuper, tam eorum nomine proprio quam nominibus quibus supra, capitulo statuti Urbis loquentis de penis conventionalibus vel ex arbitrio non exigendis et ad hec ad instantiam et petitionem et instantiam dictorum tutorum penes dictum, presentem et recipientem<sup>(i)</sup> ut supra, Nicolaus Cole Griffoli et dictus Guilielmus, extra dictum consensum, sponte fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, pro quibus etc. promisit etc. et renumpiavit etc.

Actum in pede scalarum palatii Campitolii, presentibus hiis testibus, scilicet domino Francisco iudice malefidorum, magistro Symone scrittore conestabile de Palermo<sup>(k)</sup> et Iohanne Philippi calsectario de regione Campitelli ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Corretto sul precedente “iure” <sup>(b)</sup> L’espressione che segue fino a “inde quod” è stata annotata nell’interlinea superiore alla quale rimanda un segno di richiamo <sup>(c)</sup> P “tenendo” <sup>(d)</sup> Depennato “Lippum” <sup>(e)</sup> Depennato “pro d” <sup>(a)</sup> Depennato “fecerunt” <sup>(b)</sup> P “prefate” <sup>(b)</sup> P V° omesso VIII <sup>(i)</sup> Depennato “s” <sup>(i)</sup> Depennato “Actum in pede scalarum palatii Campitolii” allo scopo di annotare le quattro righe che seguono: poi l’“Actum” è ripreso a conclusione del formulario. <sup>(k)</sup> P “Parelmo”.

78.

1369, agosto 12

Giovanni di Giacomo *della Golpe* già di Sicilia e ora di Roma del rione Monti della contrada di S. Agapita offre il suo servizio ad Alessio di Petruzio di Paolo di Enrico del rione Trevi, custode dell’Immagine del Salvatore, presente per sé e per l’ospedale di S. Angelo dei Raccomandati dell’Immagine del Salvatore, per condurre alcuni asini per un anno al prezzo complessivo di 20 fiorini e d’oro per trasportare il grano, il vino e le noci.

In particolare Giovanni si impegna a condurre due asini nel bosco, di trasportare il fieno, la paglia e il mosto ed a condurre altri 3 asini per il trasporto del grano e della biada.

f. 78r

Indictione VII mense augusi die XII.

Testes: Butius Iubillei et Iohannes Cafarus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Iacobi della Golpe dudum de Cicilia nunc de Urbe de regione Montium et contrada Burgi Sancte Agapte sponte locavit se et operas suas cum Alexio Petrutii Pauli Herrici de regione<sup>(a)</sup> Trivii, custodi Inmagnis Salvatoris, presente et recipiente pro se et vice et nomine ospitalis Sancti Angeli Recommendatorum dicte Immagnis, ad ducendum somarios, pro uno anno proxime futuro, ab hodie in antea computandum, pro pretio et nomine pretii XX florenorum auri quolibet anno, granum, vinum et nucum<sup>(b)</sup>, secundum quod consuetum est dari, qui Iohannes promisit et convenit dicto Alexio, presenti et recipienti ut supra, dicto anno bene et legaliter servire et ducere duos somarios ad silvam, fenum et paleas ac mustum, ad granum vero et aliud bladum promisit ducere tres, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt ad alterutrum omnia bona ipsius Iohannis et dicti ospitalis etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Pinee” <sup>(b)</sup> Depennato “dum”.

79.

1369, agosto 13

Il nobile Donato figlio del defunto Nicola *de Ilperinis* de rione di S. Eustachio dichiara di aver fatto già testamento, rogato dallo stesso Paolo *de Seromanis*, e volendo eseguire alcune correzioni decide di integrarlo con un codicillo: egli conferma perciò il testamento in ogni sua parte ad eccezione di alcune disposizioni.

In particolare la disposizione relativa al lascito di 800 fiorini d’oro, a suffragio della sua anima, da distribuire a discrezione dell’esecutrice testamentaria é sostituita da nuove prescrizioni: infatti destina alla chiesa di S. Trifone 200 fiorini; alla chiesa di S. Maria de Monterone 100 fiorini; alla chiesa di S. Caterina *super*

*Incarceratis* della piazza di S. Pietro 100 fiorini; a coloro che sono stati assoggettati al maltolto 200 fiorini; il residuo di 200 fiorini d'oro é rimesso di nuovo alla discrezione della esecutrice testamentaria.

Aggiunge inoltre nel codicillo un lascito di 1200 fiorini d'oro da utilizzare, a suffragio della sua anima dopo la morte, dalla moglie Margherita, esecutrice testamentaria, già indicata nel testamento e confermata nel codicillo.

f. 78v

Indictione VII<sup>a</sup> mense augusti die XIII.

Testes: frater Anthonius de Corneto, frater Nicolaus de Ripa, frater Paulus de Roma, frater Petrus magistri Francisci de Viterbio, frater Iohannes de Velletro, frater Petrus de Francia et Paulus Galgiardi de regione Sancti Eustachii.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Donatus filius olim Nicolai de Ilperinis de regione Sancti Eustachii, sanus quidem mente corpore et conscientia pura, timens<sup>(a)</sup> casum future mortis et recognoscens se alias fecisse testamentum, ut patet manu mei eiusdem notarii, volens ipsum testamentum in aliqua sui parte corrigere, hunc codicillum facere procuravit per quod confirmavit corroboravit et acceptavit<sup>(b)</sup> dictum suum testamentum in omnibus suis capitulis et articulis, preter in infrascriptis<sup>(c)</sup> partibus, in quibus ipsum cassavit irritavit et annullavit, videlicet in ea parte in qua continetur. Item relinquo, pro anima mea, VIII<sup>c</sup> florenos auri dispensandis per executricem meam in testamento contentos, videlicet relinquo de dictis VIII<sup>c</sup> florenis auri ecclesie Sancti Triphonis ducentos florenos auri. Item relinquo de dictis VIII<sup>c</sup> florenis auri Sancte Marie de Monterone C florenos auri. Item relinquo ecclesie Sancte Catherine super Incarceratis de platea Sancti Petri C florenos auri de dictis VIII<sup>c</sup> florenis

f. 79r

auri. Item in ea parte in qua continetur. Item relinquo de dictis VIII<sup>c</sup> florenis pro ablati male incertis II<sup>c</sup> florenos auri. Item in ea parte in qua continetur. Item relinquo residuum dictorum VIII<sup>c</sup> florenorum auri dispensandum per<sup>(d)</sup> executricem meam, prout cum omnibus suis tenoribus et articulis casso irritato et anullo et pro casso irritato at annullato haberi volo et mando et si in dicto testamento facta non fuissent, ita quod nullus sic ausus possit nec debeat vigore dictorum relictorum seu alicuius ipso aliquid petere in bonis et super bonis<sup>(e)</sup> meis. Item, in presente meo codicillo, relinquo, pro anima mea, mille ducentos florenos auri de bonis meis dispensandis, post mortem meam, per dominam Margaritam uxorem et executricem meam in meo testamento contentam et in presente etiam codicillo confirmata, prout et sicut cum ipsa disposui et commisi cui do<sup>(f)</sup> et concedo plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omnia, tam mobilia quam stabilia capiendi apprehendi tenendi etc. donec de dictis<sup>(g)</sup> mille II<sup>c</sup> florenis auri fuerit<sup>(h)</sup>, pro anima mea, integre satisfactis et hoc est ultima mea voluntas etc. executricem huius mei codicilli facio dominam Margaritam, uxorem meam predictam, cui do plenam potestatem etc. ut supra.

<sup>(a)</sup> P "timentem" <sup>(b)</sup> P "acceptavitur" <sup>(c)</sup> P "infrascriptis" <sup>(d)</sup> Depennato "infra" <sup>(e)</sup> Depennato "ipsius" <sup>(f)</sup> Depennata una "t" finale <sup>(g)</sup> Depennato "C" <sup>(h)</sup> Depennato "dicte d".

80.

1369, agosto 15

Il nobile Lorenzo di Egidio *Angelerii* del rione Pigna, canonico lateranense, vende a Francesca *de Comite*, badessa del monastero di S. Eufemia di Roma, un casale detto *Palazepum*, che già fu del nobile Poncello de S. Eustachio e anticamente dei *de Carisomis*, situato fuori della porta Maggiore e della porta di S. Giovanni nella località detta *Fanarolus*, con un palazzo, case, terreni, casarini, *ferraginales*, grotte, ovile e il tenimento circostante al prezzo di 2000 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore il testimone Marco di Stefano *Pompi* per l'insediamento nella sua proprietà.

f. 79v

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VII mense augusti die XV.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum venerabilis vir dominus Laurentius Egidii *Angelerii* de regione Pinee canonicus lateranensis, suo proprio nomine et non nomine dicte sue ecclesie seu alterius sue ecclesie benefici seu dignitatis, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate et libero suo arbitrio, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit venerabili in Christo matri et domine domine Francisce de Comite, Dei gratie, humili abbatisse venerabili monasterii Sancte Eufemie de Urbe, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dominarum monialium capituli et conventus venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe predicte, ac ipsius domine abbatisse in dicto monasterio sucessoribus in perpetuum et mihi notario, ut publice persone, presenti stipulanti et recipienti vice et nomine ipsarum dominarum et dicti monasterii et ad ipsius monasterii opus et utilitatem<sup>(a)</sup> vel cui seu quibus ipsa domina abbatissa et moniales<sup>(b)</sup> et aliarum earum in dicto monasterio sucessores dare et concedere voluerunt in perpetuum, idest quod casale suum quod vocatur *Palazepum*, quod olim fuit nobilis viri Poncelli de Sancto Eustachio, quod casale fuit antiquitus de *Carisomis* ad veram et mundam proprietatem

perpetuamque hereditatem liberam et exemptam ab omni nesso servitutis, iure canonici sive census, quod casale positum est extra portam Magiorem et Sancti Iohannis in loco qui dicitur Fanarolus,

f. 80r inter hos fines, ab uno latere tenet monasterium Sanctorum Quatuor Coronatorum, ab alio latere tenet ecclesia Sancte Crucis, ab alio latere est tenimentum ecclesie Sancte Petentiane, ab alio latere est tenimentum ecclesie Sancte Marie in Campsoribus, ab alio latere tenent heredes Petri Candulfi, ab alio est tenimentum ecclesie sive monasterii Sancti Laurentii Panisperne qua de viarella mediante vel si qui sunt ad predictum casale suum tenimentum plures vel veriores confines antiqui vel moderni cum palatio, cassaro, domibus, redimine, casarenis, ferraginalibus, griptis, arnario et cum omnibus terris cultis et incultis silvis stirpetis planis planitiis pratis pratarinis pascuis pasculariis montibus collibus vallibus aquis et cursibus aquarum viis itineribus introitibus exitibus et toto suo tenimento ad dictum casale spectantibus et pertinentiis et cum omnibus que inter dictos confines continentur et concluduntur, nec non vendidit dedit cessit et concessit dictus dominus Laurentius venditor eidem domine abbatisse emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine dicti monasterii et dominarum ipsius et ipsarum in dicto monasterio sucessorum et ad ipsarum dominarum opus et utilitatem me notario, ut publica persona, stipulante et recipiente pro eodem monasterio et dictis dominabus, omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas ipse<sup>(c)</sup> dominus Laurentius habet nunc et in futurum habere posset seu sperat in dicto casale et suo tenimento cum iuribus et pertinentiis suis contra omnes pesonas et loca collegia seu universitates quocumque et qualitercumque nullo iure nullaque actione sibi venditori per directum vel per oblicum aliquo modo reservato, continens ipse venditor ipsam emptricem in rebus et iuribus suis emptorem ipsum procuratorem, ita quod in locum ius et privilegium ipsius emptoris ipse succedat et succedere voluit et mandavit et donec ipse emptor fuerit de dicto casali et omnibus suis pertinentiis et adiacentiis et toto suo tenimento ademptus constituit se dictus venditor, nomine ipsius monasterii et ipsius emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem dicti casalis et omnium predictorum dicte emptrici tradendam et etiam ad investiendam eandem emptricem<sup>(d)</sup> vel alium, nomine dicti monasterii, de predictis omnibus et singulis dictus venditor fecit ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem<sup>(e)</sup> Marchum Stephani Pompei testem infrascriptum, presentem et recipientem, licet ipsa domina emptris et dictum monasterium possessionem habeat corporalem et ipsum casale teneat et possideat. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus dominus Laurentius<sup>(f)</sup> venditor eidem domine Francisce emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii duorum milium florenorum auri boni et iusti et legalis ponderis, quos dictus venditor a prefata domina abbatisa, nomine dicti monasterii, recepisse et habuisse confessus fuit

f. 81r et in veritate recongnovit sine spe future numerationis et receptionis, de quibus duobus milibus florenis auri pretium dicti casalis dictus venditor a prefata emptrice se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum et non ponderatorum dictorum florenorum auri et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus, tam iure quam facti, quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset<sup>(g)</sup> dictus venditor, ex certa scientia, renumpsiavit expresse et si dictum casale cum toto suo tenimento<sup>(h)</sup> nunc plus valeret vel in futurum valere posset dictus venditor eidem emptrici, quo supra nomine, recepisse, inter vivos donavit cessit et concessit causa amoris et dilectionis quem et quam habet in eum et in futurum habere posset seu sperat, Domino concedente, et ob remissionem peccatorum ipsius et mortuorum suorum, et propter multa honesta servitia que a dictis dominabus recepisse confessus est, promictens dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti ut supra, quod dictum casale cum suo tenimento est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone huniversitati seu loco est vendita data donata cessa concessa alienata distracta seu quomodolibet obligata in totum nec in partem nec contractus cum aliqua alia persona huniversitate seu loco factus est nec factus apparet

f. 81v et si contrarium aliquo tempore appareret et propter dicta emptris aut dictum monasterium in dampnum venerit<sup>(i)</sup> expensas fecerit aut evictionem promisit dictus venditor<sup>(i)</sup> eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, omnia dampna omnes expensas et interesse de aliis bonis suis propriis reficere et resarcire et ipsam evictionem duplam, quacumque ex causa ipsa evictio sequeretur etiam si in totum evinceretur et si in partem in ea parte in qua evinceretur, asserens et confitens dictus venditor talem fuisse et esse in Urbem consuetudinem in promissionibus evictionum cum dampnis etiam et expensis, de quibus dampnis et expensis ac ipsarum quantitate vel numero stare et credere voluit et promisit dictus venditor, solo simplici sacramento ipsius emptoris sive procuratoris dicti monasterii, qui nunc est aut per tempora erit sine alterius honore probationis iudicis tassatione arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluit et promisit pro plena et sufficiente probatione ceterisque aliis probationibus dictus venditor, ex certa scientia, renumpsiavit et refutavit expresse, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus venditor obligavit eidem emptrici, quo supra nomine recipienti, omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluit, pro predictis omnibus et singulis et quolibet premissorum,

posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore vel scriptore, renumpsiavit in hiis dictus venditor beneficio fori etiam omni tempore etiam ferriato renumpsiavit in hiis ferriis et diebus ferriatis epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset dictus venditor, ex certa scientia, renumpsiavit et refutavit expresse. Que quidem omnia et singula supradicta et qualibet predictorum dictus dominus Laurentius eidem domine abbatisse, quo supra nomine recipienti, atendere et observare promisit et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum ipsius mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam unius libre auri, qua soluta vel non, hec firma semper perdurent, renumpsiavit in hiis dictus dominus Laurentius capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis.

Actum in dicto monasterio ad gratam ferream ipsius monasterii, presentibus hiis testibus, scilicet magistro Nicolao muratori dudum de Prenestre nunc de regione Sancti Marci, Marco Stephani Pompei<sup>(k)</sup>, Iovenali Lutii de Narnia et Tutio Cole Nicolutie omnibus de regione Montium ad hec specialiter vocatis et rogatis<sup>(l)</sup>.

<sup>(a)</sup> Depennato “idest” <sup>(b)</sup> Depennato “ea” <sup>(c)</sup> Depennato “Cecchus habet” <sup>(d)</sup> P “emprice” <sup>(e)</sup> Depennato “consti” <sup>(f)</sup> Depennato “empto” <sup>(g)</sup> Depennata la consonante “n” di “possent” <sup>(h)</sup> Depennato “vale” <sup>(i)</sup> Depennato “emp” <sup>(j)</sup> Depennato “ipsam em” <sup>(k)</sup> Depennato “de” <sup>(l)</sup> Sul margine inferiore del foglio è annotato “completum”.

**81.****1369, agosto 17**

Lorenzo *de Seromanis* di Roma del rione Pigna, procuratore del nobile Nicola *de Sabello* come risulta dalla procura rogata dal notaio Paolo *de Seromanis*, procede all’insediamento di Nicola di Andra di Velletri, procuratore a sua volta della badessa e delle monache del monastero di S. Eufemia come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, nella metà del *castrum* di S. Gennaro ed assolve l’impegno con la consueta procedura di rito.

Indictione VII<sup>a</sup> mense augusti die XVII.

Testes: Bartolinus magistri Philippi, Iohannes Cole Cecchi, Cerius Iacobelle et Cecchus Bucaronis de Velletro.

In presentia mei notarii etc. dominus Laurentius de Sorromanis de Urbe de regione Pinee, procurator et persona legitima magnifici viri Nicolai de Sabello ad infrascripta omnia et singula specialiter deputatus ab ipso Nicolao, ut patet manu mei eiusdem notarii, sponte, procuratorio nomine quo supra, investivit et in corporalem possessionem posuit et indussit Nicolaum Andree de civitate Velletri, procuratorem scyndicum yconomum et personam legitimam dominarum abbatisse et monialium et conventus monasterii Sancte Eufemie de Urbe ad hec legitime constitutum, ut patet manu mei eiusdem notarii, procuratori nomine ipsarum dominarum et dicti monasterii, recepisse de medietate castri Sancti Iennarii, castellarii, palatii, arcis, domorum et tenimenti venditi per dictum Nicolaum dicto monasterio, ut patet manu mei eiusdem notarii, assignando et tradendo sibi dictam medietatem pro indiviso dicti castri et totius sui tenimenti, prout in venditione continetur, cum iuribus et pertinentiis suis, dando et assignando sibi seramina et claves portarum dicti castri nec non de erbis terra tenimenti prefati et foleis arborum in signum et nomine vere possessionis, aperiendo et claudendo dictus Nicolaus procurator, quo supra nomine, ianua dicti castri etc.

**82.****1369, agosto 21**

Andreozio *Tucciarita* del rione Campitelli e della contrada Mercato si pone al servizio di Francesca *de Comite* del monastero di S. Eufemia per il periodo di un anno, a cominciare dal 23 agosto, con l’incarico di custodire le vacche per un salario annuale di 44 libbre di provisini del senato, dei quali riceve un anticipo di 2 fiorini.

Indictione VII mense augusti die XXI<sup>o</sup>.

Testes: Marchus Stephani Ponpi et Tutius Cole Nicolutie de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreotius *Tucciarita* de regione Campitelli et contrada Mercati sponte locavit se et operas suas<sup>(a)</sup> pro uno anno proxime futuro, incipiendo die XXIII instantis mensis et finiendo ut sequitur, ad custodiendum vaccas cum domina Francisca abbatissa Sancte Eufemie pro pretio XLIII librarum provisinorum, de quibus presentialiter et manualiter recepit et habuit duos florenos auri, de quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “sua”.



Giovanni *de Aniballis* del rione Pigna, che assume un'obbligazione per sé e per il fratello Andrea, rilascia una quietanza ad Alessio di Petruzio di Paolo di Enrico, custode dell'Immagine del Salvatore, dopo aver ricevuto la somma di 11 denari di provisini per il canone annuo di una casa, situata *in Colexeo*, affittata alla Società dei Raccomandati di Dio.

Indictione VII<sup>a</sup> mense augusti die XXII<sup>o</sup>.

Testes: Nutius Buccamoçe<sup>(a)</sup> aurifex et Paulus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes de Aniballis de regione Pinee, pro se et Andrea frate suo, pro quo promisit de rato et se principaliter obligavit, sponte confessus<sup>(b)</sup> fuit se recepisse ab Alexio Petrutii Pauli Herrici, custodi Immaginis Salvatoris, pro censu et pentione cuiusdam domus ipsorum fratrum, posite in Colexeo locate Societati Reccommendatorum Domini pro isto presente anno, de XI denariis<sup>(c)</sup>, quos presentialiter recepit, de quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P "Buccanoçe" <sup>(b)</sup> Depennato "s" <sup>(c)</sup> Segue non depennato "VIII<sup>o</sup>".

Onofrio *de Tyneosis* del rione Pigna, con il consenso della moglie Caterina, rilascia una quietanza ad Angelo *Marronis* canonico della chiesa di S. Lorenzo in Lucina, presente anche a nome dei garanti Lorenzo di Cola di Marco e Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis*, dopo la restituzione di una somma di 35 fiorini d'oro, residuo di un deposito di 64 fiorini rogato dal notaio Alessio di Giovanni Alessio.

Indictione VII mense augusti die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Cecchus Symoncelli dictus alias Chiavica et Paulus Poncelli de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Eunufrius de Tyneosis de regione Pinee cum consensu et voluntate domine Catherine uxoris sue, presentis et consentientis, et renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias guarnimentorum etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus etc. de ipso per me eundem notarium primo certiorata, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit domino Angelo Marronis canonico Sancti Laurentii in Lucina, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suo proprio nomine ac vice et nomine Laurentii Cole Marci et Cecchi filii olim Nicolai Marronis et cuiuslibet ipsorum, et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine predictorum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas ipse Heunufrius nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsos et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione triginta quinque florenos auri, qui sunt de summa et quantitate LXIII florenorum auri, in quibus predictus dominus Angelus, ut principalis debitor, et dicti Laurentius et Cecchus, ut eius fideiussores et qui-  
libet ipsorum, in solidum eidem<sup>(a)</sup> Eunufrio apparent obligati vigore cuiusdam istrumenti depositi, scripti manu Alexii Iohannis Alexii publici notarii, plus vel minus prout in ipso deposito continetur, reservato semper ipsi Heunufrio iure residui quantitatis predicte. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Eunufrius eidem domino Angelo, presente et recipiente ut supra, et mihi notario ut supra stipulanti, cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, fecit pro eo quod presentialiter numeralter et manualiter recepit et habuit dictos XXXV florenos auri in florenos de auro, de quibus triginta quique florenis auri, tota<sup>(b)</sup> parte totius predicte quantitatis, dictus Eunufrius se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum dictorum florenorum exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis et generaliter etc.<sup>(c)</sup> promisit insuper dictus Eunufrius eidem domino Angelo, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta iura dictorum triginta quinque florenorum auri nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata nec quomodolibet distracta nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona huniversitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Heunufrius obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Lau" <sup>(b)</sup> P "tata" <sup>(c)</sup> Depennato "H".

Il frate Giovanni *Paschuerii*, priore della chiesa delle SS. Prisca e Aquila di Roma, nel confermare l'incarico ai procuratori già da lui designati, nomina due altri procuratori nelle persone dei notai Matteo di Paolo di Giacomo e Meolo di Lorenzo di Cinzio di Giacomo *Rubei* del rione Ripa per la difesa di tutte le sue cause.



Il delegante esonera i procuratori da ogni obbligo di garanzia.

f. 84v

Indictione VII<sup>a</sup> mense augusti die ultimo.

Testes: Petrus Iohannis Ciole, Iacobellus Numentane et Paulus Stephani notarii.

In presentia mei notarii etc. frater Iohannes Paschuerii prior Sanctarum Prisce et Aquile de Urbe ac die presente, non revocando alios procuratores, scilicet ipsos potius confirmando et gesta per eos, sponte fecit constituit creavit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores factores et numptios speciales, scilicet Macthotium Pauli Iohannis Iacobi notarium et<sup>(a)</sup> Meolum Laurentii Cinthii Iacobi Rubei de regione Ripe notarium, licet absentes tamquam presentes ad omnes causas etc. relevans ipsos et quemlibet ipsorum ab<sup>(b)</sup> omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo promisit mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum etc. sub obligatione bonorum ipsius etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “Meolus” <sup>(b)</sup> Depennata una seconda “b”.

86.

1369, settembre 2

Giacomello *Tellonis* del rione Pigna rilascia una quietanza ad Andreozio pellaio detto *Ciaccia* del rione Colonna, presente anche a nome del garante Antonio di Oddone, in seguito alla restituzione di un deposito di 2 fiorini, rogato dal notaio Alessio di Giovanni di Paolo *de Rosa*.

f. 85r

Indictione VIII<sup>a</sup> mense septembris die II<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Ceccholi, Bartholinus Petrutii Iannaroli de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobellus Tellonis de regione Pinee sponte renumpsiavit et refutavit de perpetuo non petendo, ex pacto promisit Andreotio pellipario dicti alias Ciaccia de regione Columpne, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine Anthonii domini Oddonis fideiussoris ipsius<sup>(a)</sup>, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas ipse Iacobellus nunc habet et in futurum habere sperat contra ipsos et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione duorum florenorum in quibus eidem tenentur vigore cuiusdam publici istrumenti depositi continentis quantitatem predictam, scripti manu Alexii Iohannis Pauli de Rosa publici notarii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt fecit dictus Iacobellus dicto Andreotio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicto Andreotio dictos duos florenos auri, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus obligavit omnia bona sua etc.<sup>(b)</sup>

<sup>(a)</sup> Depennato “iste” <sup>(b)</sup> Ripetuto “etc.”.

87.

1369, settembre 14

Paolo figlio del defunto Venerarero *de Venerareriis* del rione Colonna e Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* del rione Pigna stipulano un accordo di fidanzamento e un patto di parentela: Lello promette a Paolo di dargli in moglie la figlia Iozia con dote e ornamenti per un valore di 400 fiorini d'oro e altri oggetti preziosi convenuti tra le due parti e concordano di realizzare il rapporto di parentela entro il prossimo Natale a discrezione dei contraenti, sotto pena di 500 libbre di provisini del senato. A conferma dell'intesa i convenuti si scambiano il bacio della vera pace.

f. 85v

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXVIII pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VIII mense septembris die XIII.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum hec sunt fidantie conventiones et pacta habita, in Dei nomine et solempni stipulatione interveniente, firmata inter Paulum filium olim Venerarerii de Venerareriis de regione Columpne, ex una parte, qui Paulus primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XX seu XXV annorum<sup>(a)</sup>, nec qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec beneficium restitutionis in integrum quantum ad infrascripta aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium restitutionis in integrum, per me notarium primo certioratus quid<sup>(b)</sup> sit et quid dicat, et Lellum filium olim Corraducii Mastronis de<sup>(c)</sup> regione Pinee, ex alia parte, videlicet quod dictus Lellus promisit et solempni stipulatione interveniente convenit eidem Paulo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, dare Iotiam filiam ipsius Lelli in legitimam uxorem ipsi Paulo cum dote et guarnimentis quatuor centum florenorum auri et aliis rebus iocalibus conventis inter ipsas partes et se facturum et curaturum quod dicta Iotia filia sua<sup>(d)</sup> recipiet ipsum<sup>(e)</sup> Paulum in suum legitimum maritum

cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis et e converso ipse Paulus promisit et solemnī stipulatione interveniente convenit eidem Lello, presenti et recipienti, ipsam Iotiam filiam ipsius Lelli recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis, quam parentelam dicte partes complere promiserunt hinc ad festum Domini nostri Ieshu Christi proxime futurum, prolongando et abbreviando terminum ut ipsis partibus placuerit, que quidem omnia et singula supradicta dicte partes ad alterutrum attendere et observare promiserunt sub obligatione bonorum ipsarum partium et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus, aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti, me notario ut publica persona stipulante vice et nomine camere Urbis, renumptiaverunt in hiis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et ad maiorem cautelam omnium predictorum dicte partes, nomine sacramento, dederunt se ad alterutrium osculum vere pa[cis].

(a) Depennato s (b) P “quic” (c) Depennato “d” (d) P “suam” (e) Depennato “Le”.

88.

1369, settembre 14

Paolo figlio del defunto Veneranerio *de Veneraneriis* del rione Colonna, con il consenso dei suoi fratelli Francesco canonico lateranense e Pietro, rilascia un'obbligazione a Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis*, che riceve per sé e per la figlia Iozia futura sposa di Paolo, sulla metà dei beni dei fratelli *de Veneraneriis* un palazzo a pianoterra con solario, con sale e camere, ponte, granaio, cantina (?) o stalla, situato nel *castrum Cavarum*; inoltre nel tenimento di questo *castrum* quattro rubbie e mezzo di terra seminativa nella località *Morino*, con la corresponsione della metà del raccolto, unite con un castagneto; tre rubbia di terra seminativa nella località *lo Campo* con la corresponsione della metà del raccolto; due rubbia di terra nella località *lo Curso* con la corresponsione della metà del raccolto; due rubbia di terra nella località *Valle Duonica* con la corresponsione di 2 parti su 5 del raccolto; una vigna con un terreno dissodato, vasca e tino presso una canapaia con la corresponsione di 2 parti su 5 del raccolto; cinque orti uniti insieme con casa e con ovili; una selva con castagni nella località *Cancelle*; un'altra selva con castagni nella località *Piancoli* con terreno seminativo; un castagneto in località *Garinzano*; due rubbia di terra nella località *Pedemonte* con la corresponsione di 1 terzo del raccolto.

Ancora un palazzo a pianoterra con solario con stalla e una piazza davanti e con una parte della torre, degli altri fortilizii e del vicinato, situato nel rione Colonna; un'altra casa con solario, situata nello stesso rione; un quarto di una grotta unita con l'altra metà appartenente alla chiesa di S. Stefano *dello Trullo* situata egualmente nel rione Colonna.

La metà di questi possedimenti sono uniti con 'altra metà dei suoi due fratelli, Francesco e Pietro, e della madre Tedallina vedova di Veneranerio.

L'obbligazione é contratta in cambio della dote di Iozia di 266 fiorini d'oro e di 2/3 di un altro fiorino d'oro dei quali Paolo riceve da Lello 116 fiorini; il residuo della dote, corrispondente a 150 fiorini d'oro e 2/3 di un altro fiorino, sarà tenuto in deposito da Lello, con il consenso di Paolo, con l'impegno di investirlo in un patrimonio immobiliare.

I contraenti, nel caso si verificasse la necessità della restituzione della dote, stabiliscono di attenersi ai patti consueti a Roma: se Iozia dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli legittimi, Paolo promette di restituire, entro 6 mesi dal decesso, a Lello o ad un suo delegato la dote di 116 fiorini d'oro in denaro contante o il possedimento acquistato, non deteriorato, insieme al residuo della dote per complessivi 266 fiorini d'oro e di 2/3 di un altro fiorino; se Paolo dovesse morire prima della moglie, sia con figli nati dal matrimonio o senza figli, la dote sarà restituita, entro 6 mesi, dagli eredi a Lello ed a Iozia.

In aggiunta all'obbligazione dotale Paolo, con il consenso dei fratelli, offre a Lello la donazione nuziale di 133 fiorini d'oro e 1/3 di un altro fiorino con questi impegni consueti a Roma: se Paolo dovesse morire prima della moglie, dopo aver procreato figli nati dal matrimonio, Iozia avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale, vita natural durante, e dopo la sua morte la donazione sarà trasferita ai figli; se invece Paolo dovesse egualmente morire prima della moglie, senza aver procreato figli, Iozia potrà utilizzare liberamente la donazione nuziale.

Paolo si impegna ad ottenere il consenso della madre Tedallina e si offrono, quali garanti, Francesco *de Urciano* del rione Ripa, Ciaffo *de Tedallinis*, Antonio *Palosci*, Cola *Batalgerii* e Enricuzio *de Tedallinis* del rione Colonna e Tuzio di Nicola *de Trincha* del rione Campo Marzio.

Eodem anno, mense et die et coram dictis infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus filius olim Veneranerii de Veneraneriis de regione Columpne, qui simili modo iuravit et promisit etc. ut supra, ac die presente non vi coactus

nec dolo inductus, scilicet pure et libere cum consensu et voluntate venerabilis viri domini Francisci canonici lateranensis et Petri germanorum fratrum ipsius Pauli filiorum dicti olim Veneranerii communis patris ipsorum, qui Petrus primo iuravit ad sancta Dei evangelia<sup>(a)</sup> corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV seu XX annorum, nec aliqua

alia ratione modo iure titulo sive causa nec beneficium restitutionis in integrum adversus infrascriptum aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium restitutionis in integrum, per me notarium primo certioratus qui sit et quid dicat, presentium et consentientium et renumpiandum et renumpiaverunt quantum ad hec omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas habent vel habere possent seu sperant in infrascriptis bonis et quolibet eorumdem, hunc autem consensum et que dicta sunt et infra dicentur prefatus dominus Franciscus et Petrus eidem Paulo, fratri eorum, et Lello predicto, presenti et recipienti pro se et suo proprio nomine ac vice et nomine dicte Iotie filie sue heredum et sucessorum ipsorum, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Iotie, fecerunt causa honesti amoris et dilectionis quem et quam in eundem Paulum fratrem eorum et Lellum predictum habent et in futurum habere sperant, Domino concedente, et pro multis

f. 87r

et gratis servitiis que ab ipsis recepisse confessi sunt, dictus Paulus obligavit et in pignus et in loco pignoris dotalis posuit eidem Lello, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et nomine Iotie filie sue, honeste puelle sponse et future uxoris, in Dei nomine, dicti Pauli suorumque heredum et sucessorum et ad ipsius Iotie opus et utilitatem et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Iotie et ad ipsius Iotie eiusque heredum et sucessorum opus et utilitatem, idest integram medietatem omnium infrascriptorum bonorum possessionem et rerum ipsorum fratrum et cuiuslibet eorumdem. In primis, videlicet unius palatii terrinei et solarati cum salis et cameris infra se, ponte, granario, cerbinaria, stabulis, positi in castro Cavarum, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Cole domini Ricardi de Anibaldis, ab alio latere tenet heredes Cole de Anibaldis et alii fines. Item III<sup>or</sup> rublorum et dimidii terre sementaricie, que vocatur Morino, ad dimidiam redendam cum castangeto iunto ipsis terris. Item trium rublorum terre sementaricie, posite in dicto tenimento in loco qui dicitur lo Campo, ad dimidiam redendam. Item duorum rublorum terre, positarum in dicto tenimento in loco qui dicitur lo Curso, ad dimidiam redendam. Item duorum rublorum terre, positarum in dicto tenimento in loco qui dicitur Valle Duonica, ad duas partes de quinque partibus respondendas. Item unius vinee cum pastino, vasca vascali et tino et cum cannapina prope eam ad respondendum duas

f. 87v

partes de quinque partibus. Item quinque ortorum similiter iuntorum cum domo discoperta in eos et cum arnariis in ipsis. Item unius silve cum castaneis, que vocatur Cancelli iuxta dictum castrum Cavarum. Item unius alterius silve cum castaneis, que vocatur Piancoli, cum certo terreno sementaricio. Item unius castangeti quod vocatur Garinzano. Item duorum rublorum terre, positarum in loco qui dicitur Pedemonte, ad tertiam redenda, que omnes supradicte possessiones, posite sunt in tenimento dicti castri Cavarum inter ipsarum confinia, quorum confinium declarata et specificata, potestate mihi omnimodum concesserunt partes predictae. Item unius palatii terrinei et solarati cum statio ante se cum parte turris, aliorum fortellitorum et vecinatie, positi in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenet dominus Stephanus Paloscii, ab alio latere tenet Laurentius Petri domini Raynerii, ante est platea. Item unius alterius domus basse cum solarario noviter edificato, posite in regione Columpne inter hos fines <sup>\*\*\*<sup>(b)</sup></sup>. Item medietas <sup>(c)</sup> unius gripte, que tota medietas iunta est pro indiviso cum alia medietate ecclesie Sancti Stephani dello Trullo, que gripta posita est in regione Columpne, inter hos fines <sup>\*\*\*<sup>(d)</sup></sup>. Que omnes supradicte medietates dictarum possessionum et bonorum iunte

f. 88r

sunt pro indiviso cum alia medietate ipsorum fratuum et domine Thedalline matris ipsorum olim uxoris dicti olim Veneranerii et generaliter dictus Paulus obligavit <sup>(e)</sup>, modo predicto, omnia alia bona ipsius Pauli mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum acquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabit ac matrimonium inter eos, hoc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula que dicta sunt et infra dicentur prefatus Paulus, cum consensu et voluntate predictorum domini Francisci et Petri et cuiuslibet ipsorum, presentium et consentientium, eidem Lello Corraducii, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, pro se et vice et nomine dicte Iotie filie sue suorumque heredum et sucessorum ad ipsorum opus et utilitatem, me notario ut publica persona stipulante pro eis, fecit pro dote et nomine dotis ipsius Iotie ducentorum LXVI florenorum auri et duarum tertiarum partium alterius floreni auri, de quibus II<sup>c</sup>LXVI florenis auri et duobus tertiis partibus alterius floreni auri dictus Paulus presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a dicto Lello CXVI florenos auri, de quibus CXVI florenis auri tantum <sup>(f)</sup> parte dicte dotis dictus Paulus a dicto Lello se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non ponderatorum et non electorum dictorum CXVI florenorum auri parte dicte dotis tantum, conditioni indebite ob causam et sine causa <sup>(g)</sup>

f. 89v

et spei future numerationis et receptionis dictorum CXVI florenorum auri tantum, residuum autem totius quantitatis dicte dotis, videlicet CL florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri dictus Lellus, cum consensu et voluntate dicti Pauli, penes se retinere, quos CL florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri dictus Lellus in depositum, nomine et causa depositi, tenere et custodire et salvos facere promisit dicto Paulo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, ad omnem rescicum periculum et fortunam dicti Lelli, scilicet incendii naufragii furti rapinie <sup>(h)</sup> exfortiamenti et cuiuslibet alterius casus fortune, donec investiantur per ipsos Lellum et Paulum in re stabili, ad opus et utilitatem dicte Iotie suorumque heredum et sucessorum, in qua possessione emenda dicta Iotia et dictus Lellus pro ea et heredibus et sucessoribus ipsorum habeant et

habere possint et debeant recipere pro dote et iuribus dotalibus ipsius Iotie, videlicet pro dicta quantitate CL florenorum et duas tertias partes alterius floreni auri, si casus restitutionis dotis eveniret, sub hiis pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat ipsam Iotiam premori dicto Paulo, viro futuro suo, sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc in eo casu dictus Paulus promisit et convenit eidem Lello, presenti et stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicte Iotie et heredum et sucessorum ipsius, infra dimidium anni spatium a die obitus ipsius Iotie computando,

f. 90r ipsam dotem, videlicet dictos CXVI florenos auri in florenis de auro et non in alia specie seu re, et ipsam possessionem, si empta fuerit et penes ipsum Paulum reperiretur non deterioratam, redere et restituere promisit et si dicto tempore dicta possessio sic empta penes dictum Paulum non reperiretur integraliter<sup>(i)</sup> ipsam dotem, videlicet II<sup>c</sup>LXVI florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri dictus Paulus promisit et convenit eidem Lello, presenti et recipienti, redere et restituere in pecunia numerata et non in alia specie seu re ipsi Lello, si tunc visserit, alias cui ipse commiserit et si non commiserit cui lex dederit infra dictum spatium dimidii anni a die obitus dicte Iotie computando et si eo tempore dictam possessionem reperiretur emptam penes dictum Paulum deterioratam ipsius Pauli dolo fraude vel negligentia promisit dictus Paulus dicto Lello deterioramentum solvere et satisfacere infra spatium supradictum in florenis de auro et pecunia numerata eidem Lello, si tunc visserit, alias cui ipse commiserit vel lex dederit; si vero contingat ipsum Paulum premori dicte Iotie, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eorum matrimonio procreatis, tunc in eo casu, infra dictum spatium dimidii anni a die obitus ipsius Pauli computando, ipsam dotem, modo et forma supradicta, per heredes et sucessores suos restitui voluit et mandavit eidem Lello et dicte Iotie seu alteri eorum. In superfluum autem dicti pignoris

f. 90v et obligationis predictae dictus Paulus, cum consensu et voluntate predictorum fratrum, propter nuptias in aliis bonis suis et in dictis bonis donavit eidem Lello, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, centum triginta tres florenos auri et tertiam partem alterius floreni auri sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat dictum Paulum premori dicte Iotie, future uxori sue, cum filiis ex eis communiter natis, tunc dicta Iotia dictam donationem habeat ad usufructum, toto tempore vite sue, ea vero mortua ad dictos communes filios revertatur; si vero contingat ipsum Paulum premori dicte Iotie, future uxori sue, sine filiis, tunc in eo casu dicta Iotia habeat dictam donationem ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit, quia sic actum et conventum est inter ipsas partes; promisit insuper dictus Paulus eidem Lello, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, in predictis omnibus et singulis et quolibet premissorum facere consentire dominam Thedallinam matrem ipsius, ad omne petitionem

f. 91r et voluntatem ipsius Lelli cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis ipsius Lelli, nec non omnem aliam personam pertinentem et adiacentem, nec non quod dicta omnia bona superius obligata per ipsum Paulum eidem Lello, predictam dotem et donationem libere et ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem sunt ipsius Pauli obligantis et quod in totum nec in parte nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa pignolata alienata nec quomodolibet distracta, nec de eis seu parte ipsorum contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret<sup>(i)</sup> et ea propter dictus Lellus vel dicta Iotia aut ipsorum vel alterius ipsorum heredes et sucessores molestarentur in iudicio seu extra iudicium promisit dictus Paulus eidem Lello, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra<sup>(k)</sup>, ipsos et quemlibet ipsorum defendere et defendi facere in iudicio et extra iudicium cum avvocato et procuratore suis, sumendo in se iudicium et defensionem usque ad finem cause, ita et taliter quod dicti Lellus nec dicta Iotia aut heredes et sucessores

f. 91v nullum dampnum patiat in eis et finaliter, si evicti aliqua sequeretur, promisit dictum Paulum ipsam evictionem solvere duplicatam, quacumque ex causa ipsa evictio sequeretur, etiam si in toto eviceretur et si in parte in ea parte in qua evinceretur, asserens et confitens dictus Paulus talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evicti, quam duplum pretii rei evicte restituatur evicto cum dampnis et expensis et interesse, de quibus dampnis expensis et interesse ac ipsorum quantitate vel numero dictus Paulus stare et credere voluit et promisit solo simplici sacramento ipsius Lelli et dicte Iotie ipsorum vel alterius ipsorum heredum et sucessorum sine alterius honore probationis, iudicis tassatione arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluit et promisit pro plena et sufficienti probatione ceterisque aliis probationibus defensionibus dictus Paulus, ex certa scientia, renumpsiavit et refutavit expresse, promisit insuper dictus Paulus dicto Lello, presenti ac legitime stipulanti pro se et quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone presenti et stipulanti, nomine quo supra, quod dicta bona superius obligata pro dote et donatione predictis semper et omni tempore erunt, valentibus quantitatem supradictam pro qua obligati sunt

f. 92r et quod si casus restitutionis dotis eveniret, de ipsis bonis omni tempore poterit pecuniam reperiri, pro qua obligati sunt et ad hec omnia et singula supradictus et quolibet predictorum ad instantiam et petitionem dicti Pauli penes dictum Lellum, presentem et recipientem ac legitime stipulantem pro se et quo supra nomine, me notario ut publica persona stipulante ut supra

- Franciscus de Urciano de regione Ripe

- Ciaffus de Thedallinis

- Anthonius Paloscii

- Cola Batalgerii

- Errigutius de Thedallinis [omnes]\* de regione Columpne

- Tutius Nicolai de Trincha de regione Campimartis quilibet ipsorum in solidum precibus et rogatu dicti Pauli penes dictum Lellum, presentem et recipientem ut supra, sponte et ex certa scientia fideiusserunt in omnem casum, causam et eventum omnium et singulorum predictorum et quolibet eorumdem et voluerunt teneri et obligati esse in omnibus et per omnia in quibus et ad quem dictus Paulus tenetur et obligatus est teneri et obligari posset occasionibus supradictis secundum quod superius est expressum et declaratum, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter

f. 92v adimplendis, tam dictus Paulus, principalis, quam dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt et pignore posuerunt eidem Lello, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et nomine quo supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, omnia et singula ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et ea quantum ad hec, nomine ditorum Lelli et Iotie tenere et possidere precario<sup>(l)</sup> recongnoverunt et voluerunt quilibet ipsorum pro predictis omnibus et singulis et quolibet premissorum posse cogi compelli et conveniri tempore etiam ferriato et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vel auditore, renumptiavit in hiis dictus principalis et dicti fideiussores et quilibet ipsorum ferris, diebus ferriatis beneficio fori, beneficio cessionis bonorum epistule divi Adriani nove constitutionis, beneficio de duobus vel pluribus reis debendis exceptioni famulatus contractus aliud actum prescriptum vel aliud scriptum quam actum et illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum argentum bene possit solvere creditori suo, quod possit offerre de stabilibus, set penitus eidem satisfacere et solvere promiserunt et in pecunia numerata et non in alia specie, ut supra est expressum, et si, ut dictum est, hec omnia et singula adimpleta fuerunt<sup>(m)</sup>,

f. 93r ut superius sunt expressa, tunc hec carta sit vacua inefficax et inanis et nullius valoris existat alioquin liceat ipsi Lello et dicte Iotie, filie sue, ac heredibus et successoribus ipsorum et cuiuslibet ipsorum omnia supradicta bona superius obligata pro dote et donatione predicta ac omnia alia bona ipsius Pauli mobilia et immobilia, presentia et futura, et ipsorum fideiusserunt et cuiuslibet ipsorum propria auctoritate sine curia proclamationis et suorum iurium lesione posse intrare tenere possidere uti frui<sup>(n)</sup> vendere donare obligare fructificare et sibi retinere donec de dictis dote et donatione, ut premittitur, fuerit eis integre satisfactum in pecunia numerata, ut est superius declarata. Que quidem omnia et singula supradicta dicti principalis et fideiussores et quilibet ipsorum in solidum eidem Lello, presenti et stipulanti ut supra, attendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub ypotheca obligationis omnium bonorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia, presentia et futura, et penes unius libre auri, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent, renumptiaverunt in hiis dictus principalis et fideiussores et quilibet ipsorum capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus vel ex arbitrio non exigendis.

Actum in ecclesia Sancte Marie super Minerbam, presentibus hiis testibus, scilicet domino Iacobo de Magistris Luce, domino Larentio domini Petri, domino Petro de Esculo, causidicis<sup>(o)</sup>, magistro Iacobo medico, Laurentio scribasenato, Lello Statio, Cecco Sasso et Ceccho Sabbatino ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Depennato "contra" <sup>(b)</sup> Segue uno spazio bianco di una riga e mezza <sup>(c)</sup> Ripetuto "medietas" <sup>(d)</sup> Segue uno spazio bianco di una riga <sup>(e)</sup> P "oligavit" <sup>(f)</sup> Depennato d <sup>(g)</sup> Seguono due fogli bianchi, il f. 88v e 89r probabilmente non utilizzati per errore a causa dell'aderenza della carta, senza che risulta alcuna discontinuità del formulario <sup>(h)</sup> Così P <sup>(i)</sup> P "integraliter" <sup>(j)</sup> P "apparet" <sup>(k)</sup> Depennato "omnia do" <sup>(l)</sup> P "plecario" <sup>(m)</sup> Depennato "teneatur" <sup>(n)</sup> P "flui" <sup>(o)</sup> Così P.

## 89.

1369, settembre 22

Paolo figlio del defunto Veneranerio *de Veneraneriis* del rione Colonna e Iozia di Lello *Mastronis* del rione Pigna contraggono il matrimonio con il rito della *subarratio* notarile *per verba de presenti*. Lello infila l'anello d'oro con gemma nel dito anulare della mano destra.

f. 93v Indictione VIII<sup>a</sup> mense septembris die XXII<sup>o</sup>.

Testes: Laurentius scribesenatus, Lellus Statii de regione Pinee, Ciaffus de Thedallinis, Lellus Amadoris, Anthonius Paloscii de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Consumatum fuit matrimonium per verba de presenti inter prefatum Paulum et Iotiam, videlicet quod dictus Paulus interrogatus per me notarium si volebat ipsam Iotiam in suam

legitimam uxorem qui sponte respondit “Volo” et versavice dicta Iotia interrogata per me iam dictum notarium si volebat ipsum Paulum pro suo et in suum legitimum maritum, que sponte respondit “Volo” et tunc intervenientibus verbis per me solemniter dictis “Quod Deus coniunxit homo non separet” dictum Paulum cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso arravit ipsam Iotiam, imictendo dictum anulum in digito anulari ipsius Iotie manus dextre etc.

90.

1369, settembre 29

Francesca *de Comite* badessa del monastero di S. Eufemia di Roma rilascia una quietanza, presso la grata ferrea della chiesa, al nobile Cecco di Falco del rione Monti dopo aver ricevuto la somma di 61 fiorini d'oro, indicata in una obbligazione scritta dallo stesso Cecco, recuperati da un versamento di 300 fiorini d'oro che il nobile Adinolfo, figlio ed erede del defunto Giovanni *de Comite*, e Cecca vedova dello stesso Giovanni avevano ricevuto in deposito con un atto notarile. In merito a questo deposito era stata già emanata una sentenza ed era stata emessa una diffida esecutiva per il recupero.

f. 94r

Indictione VIII<sup>a</sup> mense septembris die penultimo.

Testes: Iohannes de Cafaris de regione Pinee et frater Philippus Ordinis Sancte Prasedis.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis in Christo mater et domina Francischa de Comite, Dei gratia humilis abbatissa venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Ube ad gratam ferream dicti monasterii personaliter constituta, ac die presenti sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit nobili viro Ceccho domini Fulci de regione Montium, presenti et recipienti, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsum Cecchum et bona et in bonis suis, pretestu et occasione LXI florenorum auri in quibus dictus Cecchus eidem domine abbatisse teneri et obligatus est vigore cuiusdam apodisse, scripture propria manu ipsius Cecchi, continentis dictam quantitatem, qui LXI floreni auri sunt de summa et quantitate<sup>(a)</sup> sive residuum totius quantitatis trecentorum florenorum auri, in quibus magnificus vir Adinolfus de Comite, ut filius et heres quondam Iohannis de Comite, et domina Ceccha uxor olim dicti Iohannis eidem domine abbatisse tenebantur

f. 94v

et obligati erant vigore cuiusdam publici istrumenti depositi, scripti manu publici notarii, et sententie et diffidationis inde secute et generaliter de omni eo quod dicto Ceccho petere et exigere posset occasione dictorum LXI florenorum auri contemptorum in dicta apodissa. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dicta domina abbatissa eidem Ceccho, presenti et recipienti, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso Ceccho dictos LXI florenos auri, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura nulli alii persone sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “III<sup>c</sup> florenorum”.

91.

1369, ottobre 4

Tuzio *Ubere* del rione Pigna concede di lavorare *ad pomedium* a Cecco *Lallis* del rione di S. Eustachio due pezze di vigna, situate dentro la porta Appia, per un anno. Il concessionario promette di lavorare la vigna secondo la consuetudine, mentre Tuzio provvederà alla potatura, a fornire le canne e il vinco: il mosto, detratta la quarta parte, sarà diviso in parti uguali.

Il concedente promette di versare un mutuo di 2 fiorini d'oro per le spese di preparazione del terreno e Cecco si impegna a restituirlo al tempo della vendemmia.

f. 95r

Indictione VIII<sup>a</sup> octubris die quarto.

Testes: Iacobus Samello et Angelus filius Pizolantis.

In presentia mei notarii et testium etc. Tutius Ubere de regione Pinee sponte dedit et concessit ad laborandum, pro uno anno proxime futuro, ad pomedium Ceccho Lallis de regione Sancti Eustachii duas petias vinee, plus vel minus quante sunt, que posite sunt inter portam Apiam, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Tutius, ab alio latere tenet Petrus domini Iacobi, ab alio Anthonius filius ipsius Tutii vel si qui etc. tali quidem pacto quod dictus Cecchus promisit et convenit eidem Tutio, presenti et recipienti, ipsam vineam laborare ad usum et modum boni laboratoris et ipse Tutius teneatur sibi ipsam vineam potari facere, ipsius Tutii sumptibus et expensis, tradere cannas et vescu ad sufficientiam, omnia alia necessaria ipse Cecchus de sua propria pecunia facere teneatur et totum mustum quod de dicta vinea exiverit, quarta detracta, inter ipsos sit commune et dictus Tutius promisit dicto Ceccho mutuare sibi duos florenos auri in laboreria dicte vinee, quos dictus Cecchus eidem restituere promisit tempore vendemiarum, pro quibus omnibus observandis obligaverunt ad alterutrum bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.



Alessio di Petruzio di Paolo di Enrico del rione Trevi alla presenza del notaio Paolo *de Seromanis* e di sette testimoni fa testamento e designa erede universale la figlia Sofia alla quale destina per la dote e per prendere marito tutti i suoi beni, cioè vacche, buoi, cavalli, asini, grano, vino, botti, orzo, bronzo, ferro, masserizie e letti; lascia inoltre una vigna alberata, situata fuori della porta Pinciana.

Il testatore dispone che se la figlia dovesse morire senza aver procreato figli legittimi la metà dei beni saranno destinati a suffragio della sua anima, alla Società dei Raccomandati di Dio, mentre potrà disporre liberamente dell'altra parte.

Lascia inoltre alcuni legati: alla chiesa Lateranense 20 fiorini d'oro per il restauro dell'edificio; lascia alla Società dei Raccomandati di Dio o all'ospedale le terre a vigneto, situate fuori della porta Pinciana, e la metà delle case, nelle quali ora abita, eccetto la cantina, e dove dovrà abitare la moglie Lelluzia vita natural durante; l'altra metà delle case è destinata alla cappella di S. Nicola presso la chiesa di S. Salvatore de Camilgiano, insieme alle terre incolte, situate fuori della porta Pinciana nella località monte S. Lucia, con l'impegno del prete della chiesa di celebrare l'anniversario della sua morte nell'ottavario, a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti.

Lascia alla figlia Sofia la facoltà di risiedere nelle sue case finché non sia passata a nozze o nel caso di vedovanza.

Destina alla moglie Lelluzia la dote, che egli aveva ricevuto con il contratto matrimoniale, le case dette *Litrepiccione*, situate nel rione Pigna, e la cantina con il vino; inoltre le assegna la disponibilità dei beni lasciati alla figlia Sofia finché non abbia celebrato le nozze.

Lascia i beni restanti a suffragio della sua anima con l'incarico di distribuirli a discrezione della moglie Lelluzia.

Dichiara che le vacche che possiede sono in comune con \*\*\*.

f. 95v

Indictione VIII mense octubris die quarto.

Testes: Cecchus de Chierica, Butius dictus Piczolante, Angelus eius filius, Iohannes Gallocie dictus alias Topposso, Anthonius Tutii Ubere, Tutius Macius, Tutius Apolenarii et magister Franciscus de Tuscanella fisicus.

In presentia mei notarii et testium etc. Alexius Petrutii Pauli Herrici de regione Trivii, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens casum future mortis nollens decedere intestatus, idcirco constitutus coram me Paulo de Sorromanis notario et VII testibus supradictis, hunc nuncupativum testamentum facere procuravit, in quo quidem suo testamento sibi huniversalem heredem istituit Sophiam, filiam suam, cui Sophie, filie sue, pro sua dote et maritaggio relinquit<sup>(a)</sup> omnia bona sua immobilia, videlicet vaccas, boves, equos, somarios, granum, vinum, vegetes, ordeum, here<sup>(b)</sup>, ferrum, massaritias, lecta et omnia alias sua bona mobilia cuiuscumque conditionis et valoris existant et ubicumque existentia. Item relinquit<sup>(c)</sup> dicte Sophie, filie sue, vites et arbores fructiferas et infructiferas vinearum ipsius, quas habet extra portam Pincianam, inter suos confines, et in hiis ipsam

f. 96r

contentam facio, ita quod in bonis nec de bonis meis plus non petat nec petere possit, ratione falcidie trebellianice debiti iure nature, nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa et si dicta filia<sup>(d)</sup> sua, quocumque tempore sine legitimis filiis moriretur, quod in medietate omnium bonorum supradictorum, que reperirentur penes eam seu alium, pro ea moriatur pro anima mea Societati Recommendatorum Domini, de alia autem medietate ipsa disponat et disponere possit prout vult. Item relinquo de bonis meis ecclesia Lateranensis XX florenos auri pro reparatione ipsius<sup>(e)</sup>. Item relinquit<sup>(f)</sup> societati sive ospitali Societatis Recommendatorum Domini terras omnes vinearum mearum, in quibus nunc sunt vinee, positarum extra portam<sup>(g)</sup> Pincianam, inter suos confines. Item relinquit dicto ospitali sive dicte Societati Recommendatorum, medietatem domorum mearum, in quibus nunc habito, cerbinariam dumtaxat exceptam, reservato tamen in ipsis domibus sedium et habitationem Lellutie, uxoris sue, toto tempore quo honeste et caste et sine viro stare et permanere voluerit; aliam vero medietatem dictarum domorum cum conditione predicta<sup>(h)</sup>, relinquit cappelle Sancti Nicolai, posite in ecclesia Sancti Salvatoris de Camilgiano. Item relinquit dicte cappelle

f. 96v

suas terras sodas, quas habet in loco qui dicitur mons Sancte Lucie, positas extram dictam portam, inter suos confines, verum tamen quod presbiter, qui nunc est in dicta ecclesia teneatur et debeat singulis annis omni anno, in die mortis ipsius Alexii, et saltim infra octavam facere aniversarium pro anima sua et defunctorum suorum. Item relinquit dicte Sophie, filie sue sedium et habitationem in dictis suis domibus, donec tradatur nuptui et etiam in casu viduitatis. Item relinquit Lellutie predictae, uxori sue, pro sua dote et iuribus suis dotalibus, quas confessus fuit se recepisse pro ea, tempore contractus matrimoni inter ipsos, domos suas que vocantur Litrepiccione, posita in regione Pinee inter hos fines, ab uno latere tenet via publica et alii fines. Item relinquit eidem cerbinariam suam, in qua est vinum, ipsa domina Lellutia presente, et dictum relictum pro sua dote et iuribus dotalibus ipsius acceptante. Item relinquit dictam dominam Lellutiam, uxorem suam, dominam et dominatricem omnium bonorum per eum relictorum dicte Sophie, filie sue, donec dicta Sophia,



filia sua, nuptui tradatur. Item relinquid, pro anima sua, de bonis suis cetera distribuenda per ipsam Lellutiam, uxorem suam, pro anima sua, prout cum ipsa disposuit. Item confiteor quod bestie vaccine, quas habet, sunt communes inter ipsum<sup>(i)</sup>

<sup>(a)</sup> Così P per “relinquit” anche in molti casi che seguono nei quali si avvicendano verbi in terza persona e talvolta in prima persona.  
<sup>(b)</sup> Così p per “aes” <sup>(c)</sup> P “relinquod” <sup>(d)</sup> Depennato “mea” <sup>(e)</sup> Segue non depennato “Item reliquos” <sup>(f)</sup> P “relinquod” e poi depennato “ecc” <sup>(g)</sup> Segue non depennato “ap” <sup>(h)</sup> Depennato “lin” come sembra <sup>(i)</sup> L’atto si interrompe con la fine del foglio e il formulario è privo dell’indicazione dell’esecutore testamentario.

93.

1369, [ottobre]

\*\*\*\* fa testamento \*\*\*\* e dispone che Paolo, dopo la sua morte, dovrà pagare 10 libbre di provisini del senato per le sue messe a suffragio della sua anima e per una tovaglia grande a tabula da mettere sull’altare della chiesa di S. Giovanni del Laterano.

Nomina esecutori testamentari Lello di Giovanni Cinthei e Giovanni Tobunni canonico della chiesa di S. Marco.

[...]<sup>(b)</sup>

bonorum palafernalium, tum etiam maternalium etc verum tamen quod dictus Paulus, statim post mortem meam, teneatur et debeat solvere pro missis cantandis decem libras provisorum, pro anima mea, et unam tobaliam magnam a tabula, que poni iubeo super altare Sancti Iohannis de Laterano. Executores huius mei testamenti facio, constituisco et ordino Lellum Iohannis Cinthei et dominum Iohannem Torbunni canonicum Sancti Marci, cui do plenam licentiam etc. et hoc est ultimum meum testamentum etc.

<sup>(b)</sup> L’atto che segue si riferisce ad un testamento acefalo per la perdita del quaderno corrispondente di cui sono rimasti solo gli ultimi due fogli: non si tratta della continuazione del precedente formulario, ma di un nuovo testamento. In tal senso si ha conferma dalla citazione di nuovi personaggi e di un differente interesse sulla destinazione dei legati a suffragio dell’anima del testatore, come pure dell’intervallo di sei giorni, che intercorre fra la datazione del precedente e del successivo documento, nei quali sono stati presumibilmente rogati altri atti.

94. 1369, ottobre 11

Bona moglie di Petruzio detto *Bonata* del rione Via Lata, con il consenso del marito, vende a Meo di Giacomo già di Pofi ed ora di Roma del rione Trevi due pezze di vigneto, con vasca, tino e canneto, situate fuori della porta S. Lorenzo nella località monte di S. Ippolito, con la corrisposta del quarto e la riserva del diritto di locazione alla chiesa dei SS. Sergio e Bacco al prezzo di 10 fiorini d’oro.

La venditrice nomina suo procuratore il testimone Tuzio di Mattelo *Infantis* per l’insediamento dell’acquirente nella sua proprietà.

Indictione VIII mense octubris die XI<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Marronis, Cola dictus alias Pavesato et Tutius Matheoli Infantis.

Bona<sup>(a)</sup> uxor Petrutii dicti alias<sup>(b)</sup> Bonata<sup>(c)</sup> de regione Vie Late, que renumpiavit auxilio Velleiani senatus etc. sponte cum consensu et voluntate dicti viri, presentis et consentientis, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Meo Iacobi dudum de Pofi nunc de Urbe de regione Trivii, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, videlicet duas petias vinearum, scilicet vites ad quarta redendam, plus vel minus quante sunt, cum arboribus fructiferis et infructiferis in eius existentibus,

cum omnibus suis usibus etc. et cum vasce vascalis et tyni et cum canneto, que positas sunt extra portam Sancti Laurentii in loco qui dicitur mons Sancti Ipoliti, inter hos fines, ab uno latere tenet uxor Lutii de Ceco, ab alio heredes quondam Iohannis Symei, ab alio viculus Oratorius et alii fines vel si qui etc. vendidit etiam omnia iura sibi competentia in predictis salvo semper et reservato iure locationis ecclesie Sancti<sup>(d)</sup> Sergii et Bacci et per dictum Tutium testem supradictum, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de predictis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum constituit se, eius nomine, possidere etc. Hanc autem venditionem fecit dicta venditris, cum consensu dicti sui viri, dicto emptori, presenti et recipienti, pro pretio et nomine pretii X florenorum auri, quas confessa est se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. et si plus valeret dicta venditris inter vivos donavit etc. et promisit dicta venditris quod dicta vinea est ipsius venditricis et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione in forma<sup>(e)</sup>, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omesso il consueto inizio del formulario notarile. <sup>(b)</sup> P “alia” <sup>(c)</sup> È stata depennata la r dal precedente “Bonarta” <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> P “formam”.

Margherita moglie di Lorenzo di Nardo calzettaio del rione Arenula, con il consenso e la garanzia dello stesso Lorenzo, riceve in deposito da Lello di Maddaleno mercante del rione Pigna la somma di 32 fiorini d'oro.

La depositaria promette di restituire la somma entro quattro anni in rate di 8 fiorini all'anno.

f. 98r

Indictione VIII<sup>a</sup> mense octubris die XIII.

Testes: Lutius Philippi, Nutius Cole Coffi et Nardus Pauli Nicolai.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Margarita uxor Laurentii Nardi calsectarii de regione Arenule, que renumpsiavit quantum ad hec auxilio Velleiani senatus consultus quod est pro mulieribus introductum, de ipso quid sit et quid dicat per me eundem notarium primo certiorata, cum consensu et voluntate dicti Laurentii viri sui, presentis et consentientis, ut principalis debitoris, et dictus Laurentius extra dictum consensum, ut fideiussor ipsius, et quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente alter liberetur, sponte, ex certa scientia, confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse, habere et tenere a Lello Madaleno mercatori de regione Pinee, presenti et stipulante pro se et suis heredibus et successoribus, triginta duos florenos auri<sup>(a)</sup>, boni et puri, iusti et recti ponderis, quos<sup>(b)</sup> confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese recepisse et habuisse a

f. 98v

dicto Lello, de quibus etc. et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum non habitorum dictorum florenorum etc. et spei future numerationis et receptionis quod quidem floreni et depositum predictum predicti depositarii et quilibet ipsorum eidem Lello tenere custodire et salvos facere promiserunt ad omnem ipsorum et cuiuslibet ipsorum resicum periculum et fortuna, scilicet incendii etc. et eidem Lello redere et restituere promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie seu re hinc ad IIII<sup>or</sup> annorum VIII florenos auri, donec sit dicto Lello de tota dicta quantitate integre persoluta, quia sic actum et conventum estitit inter eos, incipiendo anno a die presentis contractus, cum dampnis omnibus et expensis a dictis terminis et quolibet ipsorum in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt dicto Lello, presenti et stipulanti ut supra, omnia bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis et quolibet predictorum posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "p" <sup>(b)</sup> P "quo".

I frati dell'Ordine di S. Domenico riuniti in capitolo nel convento di S. Maria *super Minerbam* di Roma, con la presenza di Antonio vicepriore e vicario del monastero, Angelo *de Campofloris*, Pietro *de Celza*, Pietro *Ditaguiti*, Lorenzo di Brescia, Nicola di Pisa, Antonio *de Occidimennunis*, Isnardo *de Provincia*, Guglielmo *de Argonia*, Amisalvo spagnolo, Antonio di Viterbo, Michele ungherese, Nicola di Tivoli, Romano di Roma, Pietro di Viterbo e Paolo di Roma, anche a nome dei frati assenti, concordemente nominano procuratori frate Giacomo *de Pinea*, converso dello stesso ordine, i notai Tommaso di Federico e Giovanni *Massaronis* per difendere tutte le loro cause.

f. 99r

Indictione VIII<sup>a</sup> mense octubris die XX<sup>o</sup>.

Testes: Butius Raytini calsolarius et Monallectus barbitonsor de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregati et coadunati similiter venerabili et religiosi viri, videlicet frater Anthonius de Corneto subprior et vicarius fratrum et conventus Sancte Marie super Minerbam de Urbe, frater Angelus de Campofloris, frater Petrus de Celza, frater Petrus Ditaguitti, frater Laurentius de Briscia, frater Nicolaus de Pisis, frater Anthonius de Occidimennunis, frater Hiisnardus de Provincia, frater Guilielmus de Argonia, frater Amisalvus yspanus, frater Anthonius de Viterbio, frater Michael ungarus, frater Nicolaus de Tybure, frater Romanus de Roma, frater Petrus de Viterbio et frater Paulus de Roma, fratres eiusdem ecclesie Ordinis Sancti Dominici, ad sonum campanelle in loco capituli, more solito, congregati ad capitulum faciendum, ut moris est, de mandato ipsius domini subprioris, qui dictus subprior cum consensu et voluntate ipsorum fratrum et ipsi fratres cum consensu voluntate licentia et mandato<sup>(a)</sup> ipsius domini subprioris, pro sese<sup>(b)</sup>

f. 99v

ipsis et vice et nomine aliorum fratrum dicte ecclesie absentium a dicto loco, eorum bonis voluntatibus ipsorum nemini discordante, fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt eorum et dicti conventus et dicte ecclesie procuratores scyndicos yconimos seu quocumque alio nomine melius dici potest, videlicet frater Iacobum de Pinea, eiusdem ordinis conversum, presentem et recipientem in se honerem huius mandati suscipientem<sup>(c)</sup>, Thomam Frederici et dominum Iohannem Massaronis notarios, absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, scilicet quod unus ipsorum

inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes ipsorum et dicti conventus causas lites<sup>(d)</sup> et questiones que et quas<sup>(e)</sup> habent vel habere possent cum quibuscumque personis et locis et in omni curia ad agendum petendum etc. cum potestate<sup>(f)</sup> substituendi unum vel plures procuratores et revocandum, relevandum<sup>(g)</sup>, ex nunc, ipsos et quemlibet ipsorum ab omni honore satisfactionis, de iudicio Sisti et iudicato solvendo, promiserunt mihi notario etc. nec non se ratum gratum et firmum habere omnem et quicquid per dictos eorum procuratorem seu ipsorum alterum factum fuerit sub obligatione bonorum dicti conventus etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “ipsorum” <sup>(b)</sup> Ripetuto e non depennato “se” <sup>(c)</sup> Depennato “suss” <sup>(d)</sup> P “lictes” <sup>(e)</sup> È stato tracciato un segno abbreviativo superfluo <sup>(f)</sup> P “potestati” <sup>(g)</sup> P “relevantum”.

97.

1369, ottobre 26

Renzolino figlio del defunto Pietro *Fortis* del rione Pigna, alla presenza del notaio Paolo *de Seromanis* e di sette testimoni, fa testamento e nomina erede universale la moglie Caterina figlia del defunto Lorenzo *dello Trullo* alla quale assegna il dominio e l'usufrutto di tutti i suoi beni finché vivrà con i suoi figli e rispetterà lo stato vedovile. In caso contrario le lascia la dote, che ha ricevuto con il contratto matrimoniale, e 25 libbre di provisini del senato a suffragio della sua anima, mentre destina i suoi beni, da dividere in parti uguali, ai suoi figli.

Nomina esecutrice testamentaria la moglie Caterina.

f. 100r

Indictione VIII mense octubris die XXVI.

Testes: Cecchus de Clerica, Bucius dictus Piçolante, Paulus Marronis dictus alias Pellaccio, Iohannes della Celsa, Anthonius domini Oddonis, Cecchonus pellarius de regione Pinee et Colutia Carboncelli de regione Columpne.

In presentia mei notarii etc. Ego Rençolinus filius olim Petri Fortis de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen sanus mente et conscientia pura, tymens future mortis periculum intestatus decedere nollens, idcirco coram Paulo de Sorromanis notario et testibus suprascriptis personaliter constitutis, hunc meum nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto facere procuravi, in quo quidem meo testamento mihi heredem universalem istituo, in omnibus bonis meis, Catherinam, uxorem meam, filiam olim Laurentii dello Trullo, cui Catherine, iura constitutionis etc. relinquo omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas habeo vel habere possem contra quascumque personas universitates et loca

f. 100v

et quod sit domina et dominatrix ac usufructuaria omnium bonorum eorum predictorum dummodo cum filiis meis sine viro stare voluerit, alioquin relinquo sibi dotem suam et iura sua dotalia, que ab ea recepit tempore contracti matrimonii inter nos et, ultra dotem suam, relinquo sibi de bonis meis<sup>(a)</sup>, pro anima mea, XXV libras provisinorum senatus et ipsam contentam facio et dicta bona mea per me sibi relicta, in casu predicto, relinquo filiis meis et cuilibet ipsorum pro equali portione. Executricem et fidei commissariam huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio, constituisco et ordino ipsam Catherinam, uxorem meam, cui do et concedo plenam et liberam potestatem bona mea omnia capiendi etc. et de eis faciendi prout et sicut cum ipsa disposui et hoc est ultimum meum testamentum etc. cassans irritans et annullans omnem aliud testamentum seu codicillum per me actenus factum et per quemcumque notarium scriptum et presentibus testibus valere volo et mando iure testamentis etc.

<sup>(a)</sup> P “mei”.

98.

1369, novembre 3

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma, riunite in capitolo presso la grata ferrea della cappella dello stesso monastero, presenti la badessa Francesca *de Comite*, Eufemia, Agnese, Angela, Eugenia, Antonia, Pellegrina, Caterina, Margherita, Giacoma, Giovanna, Santa, Anastasia, Lorenza, Francesca, Antonia e Illuminata, anche a nome delle monache assenti, danno in locazione a Lorenzo *de Seromanis* del rione Pigna e ad Antonio di Lino di Velletri il casale *lo Palazepto* con il suo tenimento, situato fuori della porta di S. Giovanni o Maggiore nella contrada *Favarnolo* per un periodo di 5 anni a cominciare dal prossimo Natale.

I locatari potranno esercitare per cinque volte il diritto di pascolo sulle erbe e sulle stoppie, durante il periodo dell'affitto, e dovranno effettuare cinque raccolte; promettono di inviare ogni anno alla badessa una corrisposta di 30 rubbia di grano, da recapitare al monastero al tempo della raccolta, di un castrato del valore di mezzo fiorino e 100 forme di cacio del valore di 6 denari per ciascuna forma.

I concessionari si impegnano a loro volta che qualora avvenisse qualche disordine nella località e il tenimento del casale non potesse essere lavorato, i locatari saranno esonerati dal pagamento del censo per il periodo dei disordini; inoltre i concessionari autorizzano i locatari ad eseguire le spese necessarie al casale e al suo recinto che saranno detratte dal canone di locazione.

f. 101r Indictione VIII<sup>a</sup> mense novembris die tertio.  
 Testes: Lellus Covelli, Anthonius Cole molenarii de Mareno et Marchus Stephani Ponpi dudum de castro Vallis Montonis et nunc de regione Montium.  
 In presentia mei notarii et testium etc. Congregate et coadunate similiter humilibus et venerabilibus dominabus abbatissa et monialibus venerabilis monasterii Sancte Eufemie de Urbe ad gratam ferream in cappella dicti monasterii, ad sonum campanelle ad capitulum faciendum de mandato dicte domine abbatisse, videlicet domina Francisca abbatissa, sorore Eufemie, sorore Agnete, sorore Angela, sorore Eugenia, sorore Anthonia, sorore Peregrina, sorore Catherina, sorore Margarita, sorore Iacoba, sorore Iohanna, sorore Santa, sorore Anestasia, sorore Laurentia, sorore Francischa, sorore Anthonia, sorore Aluminata monialibus<sup>(a)</sup> dicti monasterii, que domine faciunt capitulum, ipsa domina abbatissa cum consensu et voluntate ipsarum dominarum monialium et ipse domine moniales cum consensu et voluntate licentia et mandati dicte domine abbatisse, pro sese ipsis et aliis dominabus

f. 101v monialibus a dicta grata absentibus<sup>(b)</sup> et pro ipso monasterio, pro quibus promiserunt de rato sub obligatione bonorum dicti monasterii et pro ipsius monasterii utilitate, ac die presente earum et cuiuslibet ipsarum bonis propriis et spontaneis voluntatibus locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt domino Laurentio de Sorromanis de regione<sup>(c)</sup>, presenti et recipiente pro se et suo proprio nomine et non nomine alicuius sue ecclesie, et Anthonio Lini de Vellestro et cuilibet ipsorum pro ratione, idest casale ipsius monasterii quod vocatur lo Palazepto, positum extra portam Sancti Iohannis sive<sup>(d)</sup> Magioris in contrada que dicitur Favarnolo, inter hos fines, ab uno latere tenet tenimentum Carcaricole, ab alio tenimentum Quatrarii, ab alio tenimentum casalis Sancti Laurentii Panisperne, ab alio tenimentum casalis Sanctorum Quatuor vel si qui etc. cum toto suo tenimento et cum iuribus et pertinentiis suis, ad abendum tenedum laborandum laborari faciendum alteri locandum pro tempore infrascripto etc. Hanc autem locationem et que dicta sunt et infra dicentur prefate domine abbatissa et moniales et quelibet ipsarum<sup>(e)</sup>, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, eisdem domino Laurentio et Anthonio et cuilibet ipsorum fecerunt pro quinque annis proxime futuris,

f. 102r incipiendo in festo Nativitatis Domini nostri Ieshu Christi proxime futuro et finiendo ut sequitur, proviso semper quod in dictis V annis dicti dominus Laurentius et Anthonius habeant et habere debeant V erbatica, V spicatica et quinque recollectas, quia sic actum et conventum estitit inter eos et pro eo etiam quod dicti dominus Laurentius et Anthonius et quilibet ipsorum pro rata promiserunt dicte domine abbatisse solvere omni anno, pro reditu dicte locationis, triginta rubla boni grani sine malitia ad mensuram Urbis, posita in monasterio espedicto tempore recollecte, ita tamen quod dicti locatarii teneantur V vicibus dictum introitum respondere, nec non et unum castratum et C petias casei<sup>(f)</sup>, quolibet anno dictorum quinque annorum valoris pro quolibet crastato dimidii floreni et VI denarii pro qualibet petia casei, proviso semper quod si briga generalis esset in partibus, propter quam dictum casale comode laborari non possit, quod pro eo tempore non teneantur solvere locationem predictam, scilicet fiat excomputatio pro rata temporis, actum etiam et conventum estitit inter ipsos, ut liceat ipsis locatariis expensas in dicto casali seu eius redimine facere necessarias, excomputando de reditu locationis predictae, et hec omnia intelligantur ad omnem usum et consuetudinem boni locationis etc. pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Corretto su "moniales" <sup>(b)</sup> Depennato "pro" <sup>(c)</sup> Omesso il rione, ma aggiungasi "Pinee"; in proposito cfr. il doc. 81 <sup>(d)</sup> Depennato "Domine" <sup>(e)</sup> Depennato "eidem" <sup>(f)</sup> Depennato "ad rationem".

99.

1369, novembre 8

Lorenzo di Marcelluzio del rione Pigna alla presenza del notaio Paolo *de Seromanis* ed a sette testimoni fa testamento e designa erede universale il figlio Lello, nato dal primo matrimonio, ad eccezione di alcuni legati da eseguire dopo la sua morte a suffragio della sua anima.

Lascia alla moglie Celletta la dote di 40 libbre di provisini del senato che ha ricevuto con il contratto matrimoniale, la possibilità di risiedere vita natural durante nella sua abitazione, le masserizie, un caratello di vino ed una caldaia di bronzo che conserva nella sua casa: se poi il figlio Lello dovesse opporsi a queste disposizioni sarà considerato decaduto dall'eredità. Stabilisce inoltre che Lello potrà usare la casa materna per riporvi vino, fieno, paglia e qualunque altra cosa necessaria.

Dispone che, dopo la sua morte, la sua coperta migliore sia venduta al prezzo di 4 fiorini d'oro e la somma ricavata sia distribuita, a discrezione dell'esecutore testamentario, ai poveri e all'ospedale di S. Giacomo *de Coliseo* a suffragio della sua anima.

Nomina esecutore testamentario il prete Simone canonico della chiesa di S. Marco dove desidera che sia sepolto il suo corpo.

Dichiara infine che deve ricevere un fiorino da Nicola Archionis del rione Monti, 30 soldi di provisini da Giovanni Paolo de Varis del rione Campitelli e 24 soldi di provisini da Lello Cucumbari.

f. 102v Indictione VIII<sup>a</sup> mense novembris die VIII.

Testes: Lellus Iohannis Cinthii, Paulus dictus Trontolus, Laurentius Petri Santori, Anthonius Sei, Cola Nute, Paulus Ciampilgie, Giorius Michelis cicilianus et Paulus Buccamoza de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego Laurentius Marcellutii de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen mente sanus et conscientia pura, timens future mortis periculum nollens decedere intestatus, idcirco constitutus coram Paulo de Sorromanis notario et VII testibus supradictis ad hec specialiter vocatis et rogatis, hunc meum nuncupativum quod iure civili dicitur sine scripto facio in quo quidem meo testamento, mihi heredem universalem istituo Lellum filium meum ex primo matrimonio, cui Lello filio et heredi meo relinquo, iure institutionis trebellianice debito iuris nature et pro omni suo iure, omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habeo vel habere possem contra quascumque personas et loca, preter infrascriptis legatis, que executioni micti volo et mando, statim post mortem meam, per infrascriptum meum executores pro anima mea. In primis relinquo de bonis meis Collecte,

f. 103r

uxori mee, pro dote sua et iuribus suis dotalibus quatragesima librarum provisinorum senatus, quas confiteor me recepisse tempore contracti matrimonii inter nos in pecunia numerata et rebus valentibus quantitatem predictam et sit contenta. Item relinquo dicte Collecte, uxori mee, sedium et habitationem domus mee toto tempore vite sue et usum omnium massaritorum meorum toto tempore vite sue, post mortem vero ipsius, relinquo Lello filio meo predicto. Item relinquo dicte Collecte, uxori mee<sup>(a)</sup>, unum caratellum cum vino quod habeo in domo mea et ipsum caratellum et ipsum vinum. Item relinquo dicte Collecte, uxori mee, unam callariam heris quam habeo in domo mea ad faciendum de ea quicquid sibi placuerit et volo et mando quod dictus Lellus, filius meus, in predictis nullum sit<sup>(b)</sup> uxori mee impedimentum prestare presumat, quod si facere cessaverit cadat a relicto per me supra facto; volo tamen et mando quod liceat dicto Lello, filio meo, in domo predicta remictere vinum, fenum, paleas et quicquid voluerit habitatione ipsius Collecte, uxoris mee, comode reservato. Item volo et mando quod, statim post mortem meam, cultrum meum meliorem vendatur et de pretio ipsius III<sup>or</sup> floreni veniant ad manum infrascripti mei executoris, dispen-

f. 103v

sandos per eum pauperibus pro anima mea prout sibi melius visum fuerit; residuum vero totius pretii dicti cultri detur pro anima mea ospitali Sancti Iacobi de Coliseo. Executores huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio constituisco et ordino presbiterum Symonem canonicum ecclesie Sancti Marci, in qua meum corpus iubeo sepelli, cui do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem bona mea omnia capiendi etc. et de eis faciendum prout disposui pro anima mea et hoc est ultimum meum testamentum etc. quod si non valeret iure testamenti valeat iure codicillorum donationis causa mortis et cuiuslibet mee alterius ultime voluntatis, cassans irritans et annullans omne aliud testamentum per me actenus factum etc. Fateor me debere recipere a Nicolao Archionis de regione Montium unum florenum auri. Item a Iohanne Paulo de Varis de regione Campitelli XXX solidos provisinorum. Item a Lello Cocumbari solidos XXVIII.

<sup>(a)</sup> Depennato "s" <sup>(b)</sup> P "si".

**100.**

**1369, novembre 11**

Coluzia figlio del defunto Cecco de Astalli orefice del rione Pigna, da una parte, e Maso figlio del defunto Pietro di Maso di Gallicano e ora di Roma del rione Colonna e il figlio Giacomello, dall'altra parte, stipulano un patto di fidanzamento: Coluzia promette di concedere in moglie a Giacobello la figlia Teodorozia con una dote e gli ornamenti del valore di 100 fiorini d'oro e con altri oggetti preziosi; Giacomello, con il consenso del padre, promette, a sua volta, di sposare Teodorozia entro il prossimo Natale.

I contraenti impegnano i loro beni e promettono di realizzare il patto di parentela sotto pena di 500 libbre di provisini del senato ed a convalida della promessa si scambiano il bacio della vera pace.

f. 104r

Indictione VIII<sup>a</sup> mense novembris die XI<sup>o</sup>.

Testes: Nutius de Astallis, Cecchus Sabbatini, Iohannes de Aniballis, Paulus Marronis, Guilielmus de Rubeis de regione Pinee.

In presentia mi notarii et testium etc. Hec sunt fidantie promissiones et pacta habita, in Dei nomine, firmata inter Colutiam filium olim Cecchi Astalli aurificem de regione Pinee, ex una parte, et Masi<sup>(a)</sup> filium olim Petri Masi dudum de castro Gallicani nunc de Urbe de regione<sup>(b)</sup> Columpne et Iacobellum filium suum, ex parte altera, videlicet quod dictus Colutia promisit et, solempni stipulatione interveniente, convenit dicto Iacobello, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, dare sibi Iacobello in suam legitimam uxorem dominam Thederotiam, filiam suam, cum dote et guarnimentis C florenorum auri et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis et versa vice dictus Iacobellus, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate dicti Masci patris sui, promisit et solempni stipulatione interveniente convenit dicto Colutie, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicte domine Thederotie filie sue, et mihi notario ut publice persone recipienti pro ea,

f. 104v

ipsam dominam Thederotiam recipere in suam legitimam uxorem cum dote guarnimentis et aliis iocalibus supradictis et dictus Masi promisit et convenit dicto Colutie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti ut supra, se facturum et curaturum cum effectu quod dictus Iacobellus, eius filius, recipiat dictam dominam Thederotiam, filiam dicti Colutie, in

suam legitimam uxorem cum dote, guarnimentis et aliis iocalibus supradictis inter ipsos conventis, quam parentelam dicte partes promiserunt complere hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Yhesu Christi proxime futurum, plus vel minus, prout ipsis partibus placuerit, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et ipsa omnia adimplere<sup>(c)</sup> promiserunt sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus, pro medietate etc. et ad cautelam omnium premissorum<sup>(d)</sup>, nomine iuramenti, dederunt ad alterutrum osculum vere pacis et renumpsiaverunt capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “Pinee” <sup>(c)</sup> P “adimplene” <sup>(d)</sup> Depennato “d”.

101.

1369, novembre 11

Mascio figlio del defunto Pietro di Mascio già di Gallicano ed ora di Roma del rione Colonna rilascia un'obbligazione dotale a Coluzia figlio del defunto Cecco Astalli del rione Pigna orefice, che riceve per sé e per la figlia Teodorozia futura sposa di Giacomello figlio di Mascio, su di un palazzo a pianoterra con solarario e con camere, situato nel rione Colonna; inoltre Giacomello, con il consenso del padre, rilascia un'obbligazione dotale su tutti i suoi beni. L'obbligazione è contratta in cambio della dote di Teodorozia di 66 fiorini e due terzi di un altro fiorino che Mascio e Giacomello dichiarano di aver ricevuto.

I contraenti stabiliscono che se Teodorozia dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli legittimi, Mascio e Giacomello promettono di restituire entro 6 mesi dal decesso, a Coluzia o ad un suo delegato la dote di 66 fiorini e due terzi di un altro fiorino; se Giacomello dovesse morire prima della moglie, sia con figli nati dal matrimonio o senza figli, la dote sarà restituita, entro sei mesi, dagli eredi a Teodorozia.

In aggiunta all'obbligazione dotale Mascio e Giacomello offrono a Coluzia una donazione nuziale di 33 fiorini d'oro e la terza parte di un altro fiorino con questi impegni consueti a Roma: se Giacomello dovesse morire prima della moglie dopo aver procreato figli nati dal matrimonio, Teodorozia avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale vita natural durante e, dopo la sua morte, la donazione sarà trasferita ai figli; se invece Giacomello dovesse egualmente morire prima della moglie, senza avere procreato figli, Teodorozia potrà utilizzare libera-mente la donazione nuziale.

Mascio e Giacomello dichiarano che il palazzo, obbligato in cambio della dote e per la donazione nuziale, è di Mascio e che Giacomello si impegnerà per ottenere il consenso della madre \*\*\*\*\*.

Dietro preghiera di Mascio e di Giacomello si offrono quali garanti Cecco Bucciaronis del rione Trevi, Cecco dello Vero del rione Colonna, Cecco Tasche del rione Trevi e Romano Casalis del rione Ponte.

f. 105r Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Masci filius olim Petri Masci dudum de castro Gallicani nunc de Urbe de regione Columpne ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, obligavit et in pignus et loco pignoris dotalis posuit Colutie filio olim Cecchi Astalli de regione Pinee aurifici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine domine Thederotie, filie sue, sponse et in Dei nomine future uxoris<sup>(a)</sup> Iacobelli, filius ipsius Mascii, et mihi notario ut publice persone, presenti recipienti et stipulanti vice et nomine dicte domine Thederotie et ad ipsius domine Thederotie suorumque heredum et successorum in perpetuum opus et utilitatem, idest unum palatium ipsius Masci terrineum et solaratum cum cameris infra se, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis huniversis, positum in regione Columpne, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Mathei Iacobi domini Iordani de Columpna, ab alio Petrus Iohannis Ciole notarius, ante est via publica vel si qui sunt vel essent ad dictum palatium plures vel veriores confines, liberum et exemptem ab omni nesso servitutis iure canonici sive census et generaliter et specialiter dictus

f. 105v Iacobellus, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate dicti Masci patris sui, presentis et consentientis, sponte obligavit et pignore et loco pignoris dotalis posuit dicto Colutie, ut supra recipienti, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, omnia alia et singula bona ipsius Iacobelli mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum acquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabit ac matrimonium inter eos.<sup>(b)</sup> Hunc autem pignus et hanc autem obligationem, que dicta sunt et infra dicentur, dicti Masci et Iacobellus et quilibet ipsorum eidem Colutie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, fecerunt pro eo quod presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt pro dote et nomine dotis dicte domine Theodorotie ab ipso Colutia LXVI florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri in florenis de auro, de quibus florenis seu de qua dote se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum

f. 106r non habitorum non ponderatorum dictorum florenorum et dotis predictae non habite et non recepte exceptioni doli mali etc. sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam dominam Tederotiam premori dicto Iacobello, futuro viro suo, sine filiis<sup>(c)</sup> ex eorum matrimonio communiter natis, tunc in eo casu

dicti Masci et Iacobellus et quilibet ipsorum promiserunt dicto Colutie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, ipsam dotem, videlicet dictos LXVI florenos auri et duas tertias<sup>(c)</sup> alterius floreni auri ipsi Colutie in florenis de auro, infra spatium dimidii anni a die obitus ipsius<sup>(d)</sup>, domine Thederotie computando, redere et restituere, si tunc visserit et si non visserit cui ipse Colutia commiserit et si non commiserit cui lex dederit; si vero contingat ipsum Iacobellum premori dicte domine Thederotie, future uxori sue, tam cum filiis quam sine<sup>(e)</sup> filiis ex eorum matrimonio natis, tunc in eo casu promiserunt et convenerunt dicti Masci et Iacobellus et quilibet ipsorum dicto Colutie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, ac voluerunt et mandaverunt per heredes et successores ipsorum ipsam dotem in florenis de auro, ut predictur, infra dictum spatium dimidii anni ipsi domine Thederotie redi et restitui et ipso Colutie, pro ea, recepisse cum dampnis et expensis etc. in superfluo autem dicti pignoris dictus Masci in dictis bonis obligatis et dictus Iacobellus

f. 106v

in omnibus aliis bonis suis que nunc habet et in futurum aquisiturus est, ut supra dictum est, propter nuptias donaverunt dicto Colutie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, triginta tres florenos auri tertiam partem alterius floreni auri sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet si contingat ipsum Iacobellum<sup>(h)</sup> premori dicte domine Thederotie, future uxori sue, communis existentibus filiis, tunc in eo casu dicta domina Thederotia dictam donatione habeat ad usufructum, toto tempore vite sue, post eius vero mortem dicta donatio ad dictos eorum communes filios libere revertatur; si vero contingat ipsum Iacobellum premori dicte Thederotie, future uxori sue, sine filiis eorum communibus, tunc in dicto casu dicta domina Thederotia ipsam donationem habeat et habere debeat ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit, quod sic actum et conventum est inter eos promiserunt insuper dicti Mascius et Nutius<sup>(g)</sup> et quilibet ipsorum eidem Colutie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dictum palatium supra obligatum pro dote et donatione predictis est ipsius Mascii obligantis et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco in

f. 107r

totum nec in partem est venditum datum donatum etc. nec contractus seu quasi contractus cum aliqua alia persona factus est nec factus apparet et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione secundum consuetudinem Urbis etc. insuper promiserunt dicti pater et filius et quilibet ipsorum eidem Colutie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra et mihi notario ut publice persone, quo supra nomine, recipienti pro ea in predictis et quolibet predictorum facere consentire dominam \*\*\*\*\* uxorem ipsius Mascii et matrem ipsius Iacobelli et omnem aliam personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad petitionem et requisitionem dicti Colutie et dicte domine Thederotie et omnem aliam personam pertinentem et adiacentem et ad hec

- Cecchus Bucciaronis de regione Trivii
- Cecchus dello Vero de regione Columpne
- Cecchus Tasche de regione Trivii
- Romanus Casalis de regione Pontis

quilibet ipsorum in solidum sponte ad petitionem et instantiam dictorum<sup>(h)</sup> Mascii et filii penes dictum<sup>(i)</sup> Colutiam, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, et me notarium ut publicam personam, presentem et stipulantem ut supra, sponte et ex certa scientia fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et promiserunt<sup>(i)</sup> et voluerunt

f. 107v

tenere in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus principalis tenere et obligatus est, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti principales et fideiussores et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et si hec omnia ut dicta sunt firmiter extiterit observata, tunc hec carta sit vacua et nullius valoris, alias etc.

<sup>(a)</sup> Depennato d <sup>(b)</sup> L'espressione che segue e che occupa 4 righe del testo anticipa il consueto svolgimento del formulario (cfr. f. 106r) ed è stata perciò espunta dall'ammanuense con un segno di croce "sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsum Iacobellum premori dicte domine Thederotie, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis commuiter natis, tunc in eo casu dictus Masci et dictus Iacobellus per heredes et successores eorum ipsam" <sup>(c)</sup> P "filii" <sup>(d)</sup> P "tertia" <sup>(e)</sup> Depennato "Colutie" <sup>(f)</sup> P "ipsam" poi depennato con un segno la vocale "a" <sup>(g)</sup> P Così P, diminutivo ipocoristico probabilmente di Iacobellus <sup>(h)</sup> Depennato "domini" <sup>(i)</sup> Depennato "Iacobellum" <sup>(j)</sup> P "promiserunt".

## 102. 1369, novembre 11

Giacomello di Mascio e Teodorozia figlia di Coluzia contraggono il matrimonio con il rito della subarratio notarile per verba de presenti: interrogati dal notaio Paolo de Seromanis dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio Giacomello infila l'anello d'oro con gemma nel dito anulare della mano destra di Teodorozia, mentre il notaio pronunzia solenemente la formula tratta dal precetto evangelico.

Eodem die et coram dictis testibus.

Consumatum fuit matrimonio per verba de presenti<sup>(a)</sup> inter ipsos Iacobellum et dominam Thederotiam, qui



Iacobellus interrogatus per me notarium si volebat ipsam dominam Thederotiam in suam legitimam uxorem, qui sponte respondit “Volo” et versa vice dicta domina Thederotia interrogata si volebat dictum Iacobellum pro suo legitimo marito, que respondit “Volo” et sic intervenientibus verbis “Quod Deus coniunxit homo non separet” dictus Iacobellus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso subarravit ipsam, mictendo propriis manibus dictum anulum in digito anulari dicte domine manus dextre etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “transductam et carnalem copulam”.

**103.**

**1369, novembre 11**

Nicola figlio del defunto Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, con il consenso della moglie Giacoma, vende a \*\*\*\*\* moglie di Paolo Ceve del rione Colonna un appezzamento di prato, situato nel tenimento del casale dello stesso Paolo fuori della porta Appia che una volta era stato acquistato da Nicola, al prezzo di 25 fiorini d’oro. Il venditore nomina suo procuratore Andrea sarto del rione Colonna per l’insediamento dell’acquirente nella sua proprietà.

f. 108r

Eodem anno, mense et die.

Testes: Nectolus, Iacobellus Tellonis et Anthonius Fei.

In presentia mei notarii et testum etc. Nicolaus filius olim Andree de<sup>(a)</sup> Rubeis de regione Pinee, cum consensu et voluntate domine Iacobe uxoris sue, que renumpsiavit etc. sponte vendidit domine \*\*\*\*\* uxori Pauli Ceve de regione Columpne, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest unum petium prati, positum in tenimento casalis ipsius Pauli extra portam Apiam, inter suos confines, quod olim ipse<sup>(b)</sup> Nicolaus hemit ab ipso Paulo, et fecit procuratorem ad investiendum Andream sutorem de regione Columpne, licet absentem etc. Hanc autem venditionem fecit pro pretio et nomine pretii XXV florenorum auri, quos confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et si plus valeret inter vivos donavit cessit et concessit et promisit quod dictum pratum per ipsum Nicolaum seu alium, eius nomine, nemini est venditum etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “P” <sup>(b)</sup> Depennato “Paulus”.

**104.**

**1369, dicembre 6**

Angela figlia del defunto maestro Andrea *de castro Cellarum* e vedova di Cecco di Marco *de castro Vallis Montonis*, situata nel monastero di S. Eufemia e non ancora monacata, con il consenso della badessa Francesca *de Comite*, vende a Giovanni *Magiure* ed alla moglie Filippa una casa a pianoterra con solaro, con una camera all’interno e un portico davanti, situata nel rione Monti al prezzo di 50 fiorini d’oro. Gli acquirenti versano un anticipo di 25 fiorini e promettono di pagare la somma residua entro un anno. I contraenti convengono che se Giovanni e Filippa dovessero morire senza aver procreato figli legittimi la casa ritornerà al monastero, se invece avranno procreato figli essi potranno usufruire della casa vita natural durante e così successivamente per gli eventuali nipoti.

La venditrice nomina procuratore il testimone Marco di Stefano *Ponpi* per l’insediamento degli acquirenti nella sua proprietà.

f. 108v

Indictione VIII<sup>a</sup> mense decembris die VI<sup>o</sup>.

Testes: Marcus Stephani Ponpi dudum de castro Vallis Montonis, Meus Celantronicus<sup>(a)</sup> et Stephanus Pellisollis dudum de civitate Florentini et nunc de regione Montium.

Domina<sup>(b)</sup> Angela filia olim magistri Andree de castro Cellarum et uxor olim Cecchi Marci de castro Vallis Montonis, existente in monasterio Sancte Eufemie<sup>(c)</sup> nondum monialis, cum consensu et voluntate domine abbatisse dicti monasterii presentia et consentientis, que domina primo renumpsiavit omni suo iure dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus etc. sponte vendidit<sup>(d)</sup> et venditionis titulo dedit cessit et concessit Iohanni Magiure et domine Philippe uxori<sup>(e)</sup> eius, presenti et recipienti pro sese ipsis et eorum filiis seu filiabus legitimis ex eorum matrimonio legitime procreatis tantum, idest unam domum ipsis domine Angele terrineam et solaratam, cum camera infra se, cum porticali ante se cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et cum introitibus et exitibus suis, que positam est in regione Montium, inter hos fines, ab uno latere tenet Colutia Particappa, ab alio Butius Iaquintelli<sup>(f)</sup> consortis sui, ante

f. 109r

est via publica vel si qui etc. liberam et exemptam ab omni nesso servitutis iure canonici sive census ad habendum tenendum habitandum fructificandum et fructificari faciendum, toto tempore vite eorum et cuiuslibet ipsorum, tali quod pactum, solemni stipulatione firmatum, quod si contingat ipsos Iohanne et dominam Philippam, quocumque tempore sine filiis legitimis mori, quod dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, ad dictum monasterium libere revertatur; si vero cum filiis eorum sive alterius eorum, quod dicti filii simili modo ipsam domum habeant, tempore eorum vite, et ipsis mortuis ipsa domus ad ipsum

monasterium libere revertatur et sic successive, ita quod nulli liceat ipsam domum vendere donare<sup>(g)</sup> alienare etc. sine expressa licentia et mandato ac consensu dominarum abbatisse monialium et conventus dicti monasterii Sancte Eufemie, quia sic actum et conventum estitit inter ipsas partes et per Marchum Stephani Ponpi, testem predictum, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsos<sup>(h)</sup> emptores<sup>(i)</sup> de dicta domo cum omnibus suis usibus etc. et cum conditionibus supradictis investiri voluit et mandavit et donec dicti emptores fuerit investi[tos] constituit se dicta venditris, eorum nomine, tenere et possidere

f. 109v

ad quam possessionem adimplistendam dicta venditris, cum consensu et voluntate dicte domine abbatisse, eisdem emptoribus, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus modo et forma predictis, plenam licentiam et liberam facultatem dedit atque concessit ut, amodo in antea, ipsam domum cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere etc. et de ea facere tempore vite sue quicquid sibi<sup>(l)</sup> placuerit, pactis expresse firmatis supradictis semper firmis manentibus, dedit etiam quoque cessit et concessit dicte venditris eidem emptori<sup>(k)</sup>, videlicet presenti et stipulanti ut supra, omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in domo predicta nullo alio iure sibi<sup>(l)</sup> alicqualiter reservato iure sucessionis dicto monasterio, ut predicatur, remanente in suo roboris firmitate. Hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur prefata domina Angela eidem Iohanni et domine Philippe, presentibus et stipulantibus, hominibus et modis quibus supra, fecit pro pretio et nomine pretii L florenorum auri, quos seu de quibus presentialiter et manualiter recepit et habuit dicta venditris a prefatis emptoribus XXV florenos auri, residuum autem dicatorum L florenorum auri, videlicet XXV florenos

f. 110r

auri dicti emptores eidem venditrici aut dicto monasterio seu monialibus<sup>(m)</sup> ipsius dare et pacare promiserunt<sup>(n)</sup> hinc ad unum annum proxime futurum cum dampnis et expensis etc. de quibus etc. et renumptiaverunt etc. et si plus dicto pretio dicta domus valeret dicta venditris, cum consensu dicte domine abbatisse, ob amorem et dilectionem quem et quam habet in eos et rationibus supradictis, in consideratione deducta, inter vivos donavit cessit et concessi et promisit dicta venditris quod dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius venditricis et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione secundum quod iura volunt, pro quibus omnibus observandis dicta venditris obligavit omnia bona sua etc.

<sup>(a)</sup> Depennato d <sup>(b)</sup> Omessa la consueta formula di introduzione notarile <sup>(c)</sup> Depennato d <sup>(d)</sup> P “vendit” <sup>(e)</sup> Depennato “eorum”  
<sup>(f)</sup> Depennato “et” <sup>(g)</sup> P “donale” <sup>(h)</sup> Depennato “procuratores” <sup>(i)</sup> P “emptores” <sup>(j)</sup> Depennato ps <sup>(k)</sup> Così P al singolare  
<sup>(l)</sup> Depennato “oem” <sup>(m)</sup> P “monialium” <sup>(n)</sup> P “promisit”.

## 105.

1369, dicembre 8

Il monaco Filippo camerario e procuratore del monastero di S. Maria de Griptaferata, come risulta dalla procura rogata dal notaio Antonio *de Stabili de Suessa*, e Lello di Ceccarello del rione Colonna detto Lello *Accasonato*, per sé e per la suocera Pasqua, nominano arbitri il notaio Nicola *de Porcariis*, Nicola di Lorenzo canonico della basilica dei XII Apostoli di Roma e Cinzio *de Marcellinis* del rione Colonna per risolvere la controversia circa i 70 fiorini d'oro che Lello aveva chiesto al monastero in occasione di certe garanzie fatte, come sembra, per lo stesso monastero; inoltre per una scrittura privata, sottoscritta e contrassegnata dal sigillo del defunto abate Angelo, per una somma di 25 fiorini d'oro, per una sentenza emessa dalla curia del vicario papale e per le spese sostenute in questa causa; infine per una certa quantità di fave, di orzo, di grano, di porci e di un cavallo consegnati dal monastero a Lello al tempo della scrittura privata fatta dall'abate Angelo.

Gli arbitri sono invitati a deliberare, i contraenti promettono di osservare l'arbitrato e, in caso di inadempienza al deliberato, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato. I contraenti stabiliscono che il loro compromesso sarà valido per un mese.

Si offre quale garante del monastero Giovanni di Matteo di Martino detto Giovanni *dello Preite*.

f. 110v

Indictione VIII<sup>a</sup> mense decembris die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Vetralle de regione Pinee, Nicolaus Bertutii de regione Montium, presbiter Nicolaus rector ecclesie Sacte Marie de castro Pauli.

In presentia Petri Nicolai Cari et mei notariorum et testium etc. dompnus Philippus monachus, camerarius yconomus scyndicus et procurator monachorum capituli et conventus monasterii Sancte Marie de Griptaferata habens speciale mandatum, ut patere asserit manu Anthonii de Stabili<sup>(a)</sup> Suesse publici notarii, procuratorio et scyndicario nomine quo supra, ex una parte, et Lellus Ceccharelli de regione Columpne dictus alias Lello Accasonato, pro se et vice et nomine domine Paschue soceri sue, pro qua promisit de rato, et se et bona sua principaliter obligavit, ex alia parte, sponte compromiserunt et compromissum fecerunt in discretos viros Nicolaum de Porcariis notarium, dominum Nicolaum Laurentii canonicum basilice XII Apostolorum de Urbe, presentes et recipientes, et Cinthium de Marcellinis de regione Columpne, licet

- absentem tamquam presentem, tamquam in eorum arbitros arbitratores amicabilem compositores et communes amicos electos et ordinatos inter ipsas partes de omni et supra omni
- f. 111r lite discordia controversia et questione que esset vel esse posset inter ipsas partes tum pretestu et omnium LXX florenorum auri, quos dictus Lellus petit et petit a dicto monasterio occasione certarum fideiussorum, ut dicitur, factarum per ipsum Lellum pro dicto monasterio. Item pretestu et occasione cuiusdam apodisse sive private scripture subscribe, ut dicitur, manu olim bone memorie dompni Angeli olim abbatis dicti monasterii et eius sigillo sigillate continentis quantitatem XXV florenorum auri. Item pretestu et occasione cuiusdam sententie, ut dicitur, inde secute in curia vicarii domini nostri pape. Item pretestu et occasione expensarum factarum in dicta causa. Item pretestu et occasione cuiuscumque quantitatis fabarum, ordei grani et porcorum et equi, ut dicitur, datorum et assignatorum pro parte dicti monasterii dicto Lello et tempore facte dicte apodisse citra per dictum dominum abbatem et generaliter de omni eo quod dicte partes ad alterutrum petere possent usque in presentem diem occasionibus supradictis et dependentibus ab eisdem seu aliqua earumdem tantum, dantes et concedentes dicte partes et quelibet ipsorum dictis arbitris et arbitratoribus plenam licentiam et liberam et absolutam potestatem arbitrandi laudandi diffiniendi atque mandandi inter ipsas partes, alte et basse, de facto<sup>(b)</sup> vel de iure, semel et plures, partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non citatis,
- f. 111v una presente et alia absente, ipsis arbitris stantibus sedentibus vel ambulantiibus, ut<sup>(c)</sup> eis videbitur et placebit, promicentes dicte partes ad alterutrum omne arbitrium laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia, ratum gratum et firmum habere sub obligatione bonorum ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinarum senatus, aplicanda si per dictum Lellum contra factum fuerit pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti et si pro parte dicti monasterii contra factum fuerit pro medietate ipsi Lello et pro alia medietate camere curie domini vicarii domini nostri pape seu<sup>(d)</sup> cui de iure debetur, renumpiantes in predictis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc. quod compromissum dicte partes durare voluerunt hinc ad unum mensem proxime futurum, et ad hec Iohannes Mathei Martini de regione Pinee dictus alias Iohannes dello Preite sponte, animo donandi<sup>(e)</sup>, fideiussit pro dicto monasterio penes dictum<sup>(f)</sup> in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, pro quibus etiam obligavit omnia bona sua etc. et renumpiavit epistule divi Adriani etc.
- <sup>(a)</sup> P “de” parzialmente depennato <sup>(b)</sup> Depennato “et de” <sup>(c)</sup> Depennato “eius” <sup>(d)</sup> P “secu” <sup>(e)</sup> P “donampni” <sup>(f)</sup> Omesso “Lellum”.

106.

1369, dicembre 11

Giovanni di Giacomo taverniere del rione di S. Eustachio, con la garanzia di Paolo di Mano *de Baractis* del rione di S. Maria *in Aquiro*, riceve in deposito da Cecco di Pellegrino del rione di S. Marco la somma di 20 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

- f. 112r Indictione VIII<sup>a</sup> mense decembris die XI.  
Testes: dominus Paulus Cap[u]cie et dominus Laurentius Pane.  
In presentia mei notarii etc. Iohannes domini Iacobi tabernarius de regione Sancti Eustachii, ut principalis debitor, et Paulus Mani de Baractis de regione Sancte Marie in Aquiro, ut fideiussor ipsius, et quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente alteri liberetur, ac die presente eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes sese habere et tenere a Ceccho Peregrini de regione Sancti Marci, presente et legitime stipulante, XX florenos auri, iusti et boni ponderis et legalis auri, quos confessi sunt se recepisse, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. quas XX florenos et depositum predictum<sup>(a)</sup> dicti depositarii et quilibet ipsorum eidem Ceccho tenere et salvo facere promiserunt ad omnem ipsorum et cuiuslibet resicum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii furt[i] rapine exfortiamenti et cuiuslibet alterius casus fortu[ne] et eidem Ceccho redere et restituere promiserunt in pecunia numerata<sup>(b)</sup> et florenis de auro et non in alia spe[cie]
- f. 112v seu re ad omnem ipsius Cecchi petitionem et voluntatem cum damnis et expensis abinde in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti depositarii et quilibet ipsorum sponte<sup>(c)</sup> obligaverunt omnia ipsorum, penes ipsum Cecchum, mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis et quolibet predictorum posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc.
- <sup>(a)</sup> P “predicti” <sup>(b)</sup> P “numerata” <sup>(c)</sup> Depennato “confessi sunt”.

107.

1369, dicembre 20

Antonio *Capanne* del rione Colonna dichiara di aver ricevuto in deposito da Ritola di Cola *Brende* la somma di \*\*\*.

Indictione VIII mense decembris die XX<sup>o</sup>.

Testes: presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea et dompnus Matheus Longus de Luceria.  
In presentia mei notarii etc. Anthonius Capanne de regione Columpne, qui iuravit etc. sponte confessus fuit  
se recepisse a Ritola [Co]le Brende de summa et quantitate \*\*\*<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> L'atto è interrotto, segue un quarto di foglio bianco.



1.

1370

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1371 e comincia, secondo lo "stile della natività" dal 25 dicembre 1370 con sette giorni di anticipo rispetto allo stile moderno, traccia inoltre il proprio segno monogrammatico e aggiunge la sottoscrizione notarile.

Indicazioni su questa datazione si ricavano dalla notizia sulla sede vacante per la morte di Urbano V deceduto il 19 dicembre 1370, e dalla successiva elezione di Gregorio XI avvenuta il 30 dicembre 1370.

f. 1r

In nomine Domini amen. Anno Domini mil[lesimo] III<sup>c</sup>LXXI pontificatus domini Urbani pape quinti, indictione VIII, mensibus et diebus infrascriptis].

Hic est liber sive cartularius mei Pauli de Sorromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarii contractum sub breuitate compositorum.

Signum mei Pauli notarii supradicti

(S)

Scriptum per me Paulum de Sorromanis notarium supradictum.

Vacavit sedes per alios dies, deinde fuit creatus papa Gregorius XI ut infra apparet<sup>(a)</sup>.

<sup>(a)</sup> Segue il f. 1r bianco.

2.

1371, gennaio 2

Perna vedova di Pietropaolo calzolaio detto *Cioctus* del rione Pigna rilascia una quietanza a Cecco *Sacchonis* di Tivoli, che riceve anche a nome di Donato di \*\*\*\* e di Cecco di Gorio *Serromani* di Tivoli, dopo la restituzione della somma di 17 fiorini d'oro, residuo di una somma di 30 fiorini d'oro concessa in deposito, come risulta da un atto rogato dal notaio Cecco *Sassi*, con la riserva del rimborso delle spese sostenute dalla stessa Perna nella causa promossa nella curia del Campidoglio.

Alla restituzione della somma, che fa parte della dote di Perna, é presente Lello *Concobari* esecutore testamentario del defunto Pietro Paolo marito di Perna.

f. 2r

Indictione VIII<sup>a</sup> mense ianuarii die II<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Truccoli calsolarius et Nellolus lanarolus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Perna uxor olim Petripauli calsolarii dicti alias Ciocti de regione Pinee ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit dompno Ciccho Sachonis de Tybure, presenti recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine Donati \*\*\*\*<sup>(a)</sup> Cecchi Gorii Sorromani de Tybure, et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine predictorum Donati et Cecchi, idest omnia e singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas yphecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra predictos Donatum et Cecchum, pretestu et occasione XII florenorum auri, qui sunt de summa et quantitate XXX florenorum auri, in quibus dictus Donatus,

f. 2v

ut principalis debitor, et dictus Cecchus, ut fideiussor ipsius, et quilibet ipsorum in solidum eidem domine Perne tenentur et obligati apparent vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis dictam quantitatem XXX florenorum auri, scripti manu Cecchi Sassi publici notarii, reservato semper ipsi domine Perne, iure residui dicte quantitatis et expensarum factarum in causa mota per ipsam dominam Pernam contra predictos Cecchum et Donatum, occasione predicta, in curia Campitolii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefata domina Perna eidem domino Ciccho, presenti et recipienti et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso domino Ciccho, dante et solvente de sua propria pecunia, animo repetendi ab ipsis Donato et Ciccho et quolibet ipsorum et in bonis ipsorum dictos XVII florenos iure residui et expensarum, ut dictum est ipsi domine Perne semper salvo, de quibus se bene quietam cotentam et pacatam<sup>(b)</sup>

f. 3r

et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum etc dictorum XVII florenorum quos ipsa domina Perna, pro parte sue dotis, recepisse confessa fuit, presente Lello Concobari executore testamenti et ultime voluntatis dicti olim Petri Pauli, viri dicte domine Perne et promisit dicta domina Perna dicto dompno Ciccho, et mihi notario ut supra, presentibus et stipulantibus, quod dicta iura dictorum XVII florenorum auri sunt sua et ad eam spectant et pertinent iure predicto et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum nec in partem et si contrarium appareret voluit teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta domina Perna obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi

omni tempore et in omni curia etc. renumpiavit in hiis ferriis beneficio fori, auxilio Velleiani senatus consulti etc.

Actum in domo dicte domine Perne.

<sup>(a)</sup>Omesso “et” <sup>(b)</sup>Omesso “vocavit”.

### 3. 1371, gennaio 14

Santo *Veri* calzolaio e Paolo di Cecco di Alessandro del rione Pigna ricevono in deposito da Giovanni *Marcolini* del rione di S. Eustachio la somma di 6 fiorini d'oro e promettono di restituirla la prossima domenica, giorno del Signore.

f. 3v

Indictione VIII mense ianuarii die XIII.

Testes: Petrus Paulus lanarolus, Egidius Marozini, Iohannes de Aniballis de regione Pinee, pontificatus domini Gregorii pape XI.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. <sup>(b)</sup> Santus Veri calsolarius de regione Pinee et Paulus Cecchi Alesantri de dicta regione, quilibet ipsorum in solidum, sponte confessi sunt habere in depositum a Iohanne Marcolini de regione Sancti Eustachii, presente<sup>(c)</sup> recipiente<sup>(d)</sup>, VI florenos auri, quos confessi sunt se recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. quos tenere et custodire promiserunt ad omne ipsorum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem redere et restituere promiserunt per totum diem dominicum proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato un segno convenzionale di “completum” <sup>(b)</sup>Omesso “etc.” <sup>(c)</sup>Omesso “et” <sup>(d)</sup>Così P ma intendasi “stipulante”.

### 4.

1371, gennaio 14

Santo *Veri* del rione Pigna e Giovanni *Marcolini* del rione di S. Eustachio sono eletti arbitri da Lorenzo di Pietro di Alessandro pittore del rione Ponte dal maestro Bartolomeo di Siena pittore del rione Pigna, come risulta dal compromesso rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*.

Gli arbitri, convenuti nella casa dello stesso notaio, deliberano, sotto pena dell'ammenda prevista nel compromesso, che si svolga un atto di pubblica riparazione tra le due parti: Lorenzo, insieme a 12 compagni, si recherà nella piazza di S. Simone nel rione Ponte e chiederà perdono, mentre Bartolomeo, anch'esso affiancato da 12 compagni, minaccerà di vendicarsi ed avrà la facoltà di togliere dal capo di Lorenzo il cappuccio, di lacerarlo e di gettarlo a terra e, con una spada consegnatagli dagli arbitri, di colpirlo di piatto per due volte senza provocare spargimento di sangue o frattura di ossa.

Adempiuta questa cerimonia sarà ripristinata la pace e la sicurezza tra le due parti a cominciare dal giorno della deliberazione fino alla domenica, giorno del signore. Gli arbitri si riservano, comunque, di intervenire una seconda volta per integrare il lodo arbitrale.

f. 4r

Eodem anno mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium supradictorum etc. Santus Veri de regione Pinee et Iohannes Marcolini de regione Sancti Eustachii, arbitri arbitratores et amicabile compositores electi et ordinati inter magnificum Laurentium Petri Alesantri pictorem de regione Pontis, ex una parte, et magistrum Bartholomeum de Senis pictorem de regione Pinee, ex parte altera, habentes potestatem arbitrandi et mandandi inter ipsas partes, alte et basse, artis presentibus vel absentibus, citatis vel non citatis, pacem securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione quacumque reali seu personali, ut de compromisso in nos facto patere manu mei eiusdem notarii infrascripti, unde nos Santus et Iohannes, arbitri supradicti, sedentes pro tribunali in domo Pauli de Seromanis, viam arbitrationis eligentes, pro bono pacis et concordie ipsarum partium, arbitramur precipimus et mandamus, quot<sup>(a)</sup> ad penam in compromisso contentam,

f. 4v

quot<sup>(b)</sup> dictus magister Laurentius veniat et venire debeat ad sociatus ad plus XII sociis in platea Sancti Symeonis de regione Pontis et ibi existente dicto magistro Bartholomeo ad sociato ut supra et dicat eidem “magistre Bartholomee ea que fuerunt da te ad me non debuerunt esse” et ipse magister Bartholomeus respondeat “et quia non debuerunt esse ideo ego faciam istud” et potestatem habeat elevandi caputem de capite ipsius magistri Laurentii et eum dilaniare et in terris prohicere pro suo libito voluntatis et successive cum quodam gradio, dando sibi per dictos arbitros, potestatem habeat percutere ipsum magistrum Laurentium bis sine sanguine et sine ossis fractura de pacto, quibus adimpletis fiat pax et securitas inter eos<sup>(c)</sup>, que pax et securitas fiat hinc ad diem dominicum ad longius, reservata nobis potestate iterum arbitrandi.

<sup>(a)</sup>Così P, intendasi “quod” <sup>(b)</sup>Così P, intendasi “quod” <sup>(c)</sup>P “essos”.

Caterina figlia del defunto Tommaso *Capucie* del rione di Via Lata nomina suo procuratore il fratello Angelo *Marronis* canonico della chiesa di S. Lorenzo in Lucina con l'incarico di vendere ad Antonio figlio del defunto Cola di Giovanni di Paolo *Capudzucche* del rione Campitelli, o ad un suo procuratore, la quarta parte di un casale detto *la Torre delli Furoni*, già posseduto dal defunto Tommaso *Capucie* suo padre e situato fuori ponte Mammolo, unita con la quarta parte dei suoi figli nati dal defunto Lello di Pietro di Gorio di Pietro di Clemente, suo primo marito, e con la metà di Giacomo di Angelo di Marco di Tivoli, insieme alla quarta parte del recinto del casale, del tenimento e della selva al prezzo più conveniente.

f. 5r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXI<sup>o</sup> pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione VIII<sup>a</sup> mense ianuarii die XV.

Testes: Dominicus Iacobi de regione Columpne, Rentius dictus Fioroso et Orlandus Montis de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherina filia olim Thome *Capucie* de regione Vie Late ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constitui creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem, negotiorum gestorem et numptium specialem seu quocumque nomine de iure melius dici potest, videlicet venerabilem virum dominum Angelum *Marronis*, fratrem ipsius domine Catherine, canonicum Sancti Laurentii in Lucina, presentem et recipientem, ac honus huius mandati in se sponte suscipientem, ad vendendum et venditionis titulo tradendum cedendum et concedendum Anthonio filio olim Cole<sup>(a)</sup> Iohannis Pauli *Capudzucche* de regione Campitelli, seu eius procuratori pro eo seu cuicumque honore volenti, quartam partem ipsius

f. 5v domine Catherine cuiusdam casalis quod vocatur La Torre delli Furoni olim Thome *Capucie* patris ipsius domine Catherine, iunta pro indiviso cum alia quarta parte filiorum ipsius domine Catherine, filiorum olim Lelli Petri Gorii<sup>(b)</sup> Petri Clementis, et iunta pro diviso cum alia medietate domini Iacobi Angeli Marci de Tybure, cum quarta parte rediminis et totius sui tenimenti et cum quarta parte silve communis et cum quarta parte iuribus et pertinentiis ipsius, quod totum casale positum est extra pontem Mammolum, inter hos fines, ab uno latere tenet tenimentum Sancti Ciriaci, ab alio latere est tenimentum Turris domini Oddonis, ab alio est tenimentum Pili Rocti vel si qui etc. pro eo pretio quo melius poterit conveniri et ipsum pretium recipiendum seu conficendum, se ipsum pretium recepisse et advocandum se de ipso pretio bene quietum contentum et pacatum et ad renumpiandum exceptioni non solutorum non habitorum florenorum et pretii predicti inter ipsos conventi et ad donandum eidem emptori, si plus valeret, totum illud plus quod valeret et ad promictendum dicto emptori quod dicta quarta pars dicti casalis est ipsius domine cum iuribus et pertinentiis suis et ad eam spectat et pertinet pleno<sup>(c)</sup>

f. 6r et quod nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret ad promictendum de evictione cum omnibus curis et cautelis, promissionibus et renumpiationibus oportunitis et ad dandum, pro predictis omnibus et singulis observandis, ydoneam fideiussionem et etiam obliganda bona ipsius domine Catherine et generaliter etc. promictens dicta domina Catherina se ratum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem actum factum gestum et procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum sub obligatione bonorum ipsius domine Catherine etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

Actum in regione Montium in domo habitationis dicte domine Catherine.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "Capudzucche" é riportata nell'interlinea inferiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(b)</sup> Così P, diminutivo di "Gregorii" <sup>(c)</sup> Omesso "iure".

Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis*, canonico della chiesa di S. Lorenzo in Lucina procuratore della sorella Caterina figlia del defunto Tommaso *Capucie*, come risulta dalla procura rogata dal notaio Paolo *de Seromanis* (v. doc. 112), vende ad Antonio figlio del defunto Cola di Giovanni di Paolo *de Capudzucchis* del rione Campitelli la quarta parte di un casale detto *Turris delli Furoni*, già posseduta dal defunto Tommaso *Capucie* padre di Caterina e situato fuori ponte Mammolo, insieme alla quarta parte del recinto del casale, del tenimento e della selva, unita con la quarta parte dei figli di Caterina nati dal defunto Lello di Pietro di Gregorio di Pietro di Clemente, suo primo marito, e con la metà di Giacomo di Angelo di Marco causidico di Tivoli al prezzo di 300 fiorini d'oro.

Angelo nomina suo procuratore Antonio di Belluomo per l'insediamento dell'acquirente nella proprietà della sorella Caterina.

Dietro preghiera di Angelo si offrono quali garanti Lorenzo di Colella e Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* nel caso di una eventuale evizione del possedimento.

f. 6v Eodem anno, indictione, mense et die XVI.

In presentia mei notarii et testium<sup>(a)</sup>, venerabilis vir dominus Angelus filius olim Laurentii *Marronis*



canonicus Sancti Laurentii in Lucina, procurator et persona legitima domine Catherine sororis sue filie olim Thome Capucie, abens<sup>(b)</sup> ad omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenissimam potestatem ut patet manu mei eiusdem notarii, ac die presente, procuratorio nomine quo supra, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit transtulit et mandavit Anthonio filio olim Cole Iohannis Pauli de Capudzucchis de regione Campitelli, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et sucessoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Anthonius dare et vendere cedere aut concedere voluerit, idest quartam partem<sup>(c)</sup> ipsius domine Caterine unius casalis quod vocatur Turrus delli Furoni, quem olim fuit dicti Thome Capucie patris ipsius domine Catherine, cum quarta parte redimnis et totius tenimenti, terrarum, cultorum, pratorum, silve communis,

f. 7r montium vallium collium et planitiarum<sup>(d)</sup>, rivorum, fontium, aquarum decursium, iunte pro indiviso cum alia quarta parte \*\*\*\* filiorum ipsius domine Catherine, filiorum olim Lelli Petri Gregorii<sup>(e)</sup> Petri Clementis, primi viri ipsius domine Catherine, et pro diviso cum alia medietate domini Iacobi Angeli Marci causidici de Tybure quod totum casale positum est extra pontem Mammolum, inter hos fines ad totum dictum casale, ab uno latere tenet tenimentum Turrus domini Oddonis, ab alio est tenimentum Piliruptii vel si qui etc. dedit etiam quoque cessit et concessit dictus procurator venditor, procuratorio nomine quo supra, eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, omnia iura ipsi domine Catherine competentia nunc et in futurum in dicta quarta parte dicti casalis et sui redimnis et tenimenti et per Anthonium Bellihominis quem dictus procurator venditor, quo supra nomine, suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta quarta parte dicti casalis et sui tenimenti investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum constituit se dictus

f. 7v procurator venditor, quo supra nomine, tenere et possidere ad quam possessionem adimplistendam dictus procurator, quo supra nomine, eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, dictam tertiam<sup>(f)</sup> partem dicti casalis cum omnibus suis usibus etc. possit propria auctoritate intrare tenere possidere etc. nullo iure nullaque actione dicto procuratori venditori per directum nec per oblicum aliquialiter reservato. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus venditor, quo supra nomine, eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii III<sup>e</sup> florenorum auri, quos confessus est, quo supra nomine, recepisse et habuisse dictus procurator venditor a dicto emptore, de quibus, quo supra nomine, dictus procurator se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum dictorum florenorum, exceptioni doli mali etc. et si plus dicto pretio valeret dictus procurator venditor, quo supra nomine, dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dictus procurator venditor dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, quod dicta quarta pars dicti casalis cum suo tenimento et omnibus suis iuribus, ut dictum est, est ipsius domine

f. 8r Catherine et ad eam spectat pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco est vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de bonis dicte domine Catherine prout iura volunt et ad hec precibus et rogatu dicti procuratoris venditoris, quo supra nomine, penes dictum emptorem, presentem et stipulantem ut supra,

- Laurentius Colelle

- Cecchus filius olim Nicolai Marronis

quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt in casu evictionis predicte, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso "etc." <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Depennato "totius" <sup>(d)</sup> P "panitiarum" <sup>(e)</sup> Depennato "Cle" <sup>(f)</sup> Così P, intendasi "quartam".

## 7.

1371, gennaio 16

Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis* del rione Monti e la sorella Caterina, figlia di primo letto del defunto Tommaso *Capucie*, da una parte, e Antonio di Cola di Giovanni di Paolo *Capudzucche* del rione Campitelli, dall'altra parte, stipulano un patto di fidanzamento: Angelo promette di concedere in moglie ad Antonio la sorella Caterina con una dote e gli ornamenti di 450 fiorini d'oro e con altri oggetti preziosi convenuti per mano di un sensale; Antonio promette, a sua volta, di sposare Caterina entro il prossimo mese, a discrezione delle due parti.

I contraenti impegnano i loro beni e promettono di realizzare il patto di parentela sotto pena di 500 fiorini d'oro e, a convalida della promessa, si scambiano il bacio della vera pace.

f. 8v Indictione VIII mense ianuarii die XVI.

In presentia mei notarii et testium infrascriptorum etc. Hec sunt fidantie conventiones et pacta parentele habita, in Dei nomine, et firmata, solempni stipulatione interveniente, inter dictum Angelum filium olim Laurentii Marronis de regione Montium fratrem domine Catherine infrascripte, pro ipsa domina Caterina sorore sua, filia olim Thome Capucie, futura uxore, Domino concedente, infrascripti Anthonii, ex una parte, et Anthonium filium<sup>(a)</sup> Cole Iohannis Pauli Capudzucche de regione Campitelli, ex alia parte, videlicet quod

dictus dominus Angelus promisit et convenit dicto Anthonio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, dare in suam legitimam uxorem dictam dominam Catherinam, sororem suam, cum dote et guarnimentis III<sup>c</sup>L florenorum auri et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis per manus prosenete et dictus Anthonius promisit et convenit dicto domino Angelo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro dicta domina Catherina, ipsam dominam Catherinam recepisse in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supra dictis, inter ipsas partes conventis, quam parentelam dicte partes promiserunt ducere ad effectum hinc ad unum mensem

f. 9r proxime futurum, plus vel minus prout ipsis partibus videbitur et placebit, sub obligatione bonorum ipsarum partium mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> florenorum auri, pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti et ad cautelam omnium premissorum dicte partes, nomine sacro, dederunt se invicem osculum vere pacis et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "Campitelli" é stata inserita in continuazione nell'interlinea inferiore.

## 8. 1371, gennaio 16

Antonio figlio del defunto Cola di Giovanni di Paolo *de Capudzucchis* del rione Campitelli rilascia una obbligazione dotale ad Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis* del rione di Via Lata, che riceve per la sorella Caterina figlia di primo letto del defunto Tommaso *Capucie* dello stesso rione futura sposa di Antonio, sulla quarta parte di un casale detto *La Torre delli Furoni*, situato fuori di ponte Mammolo, acquistata da Angelo procuratore della stessa Caterina, come risulta dall'atto rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*, con la quarta parte del recinto del casale, del tenimento e della selva, unita con la quarta parte degli eredi del defunto Lello di Pietro di Gregorio di Pietro di Clemente e con la metà di Giacomo di Angelo di Marco causidico di Tivoli. L'obbligazione é contratta in cambio della dote di Caterina di 300 fiorini d'oro che Antonio dichiara di aver ricevuto.

I contraenti stabiliscono che se Caterina dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli legittimi, Antonio promette di restituire, entro 6 mesi dal decesso, la dote, cioè la quarta parte integra del casale o, nel caso di alienazione, la somma equivalente in fiorini d'oro; se Antonio dovesse morire prima della moglie, sia con figli nati dal matrimonio o senza figli, la dote sarà restituita, entro 6 mesi dagli eredi, a Caterina e per essa al fratello Angelo.

In aggiunta all'obbligazione dotale Antonio offre ad Angelo, che riceve a nome di Caterina, una donazione nuziale di 150 fiorini d'oro con questi impegni consueti a Roma: se Antonio dovesse morire prima della moglie dopo aver procreato figli nati dal matrimonio, Caterina avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale vita natural durante e, dopo la sua morte, la donazione sarà trasferita ai figli; se invece Antonio dovesse morire prima della moglie, senza aver procreato figli, Caterina potrà utilizzare liberamente la donazione nuziale.

Antonio dichiara che la quarta parte del casale, obbligata in cambio della dote e per la donazione nuziale, é di sua proprietà dopo l'acquisto fatto da Angelo procuratore di Caterina.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius filius olim Cole Iohannis Pauli de Capudzucchis de regione Campitelli ac die presente, sua bona voluntate, obligavit et in pignore dotale et loco pignoris dotalis posuit domino Angelo filio olim Laurentii Marronis de regione Vie Late, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine domine Catherine sororis sue, ex parte matris, filie olim Thome Capucie de dicta regione, future uxoris, in Dei nomine, dicti Anthonii suorumque heredum et successorum in perpetuum et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicte Catherine

f. 9v suorumque heredum et successorum in perpetuum, et ad ipsius domine Catherine opus et utilitatem, idest integram quartam partem cuiusdam casalis hodie, dicto die, per eum empti ab ipso domino Angelo procuratore dicte domine Catherine, ut patet manu mei eiusdem notarii, cum quarta parte redimnis et totius sui tenimenti et quarta parte terrarum, magensium, cultorum et incultorum, montium, vallium, stirpariorum, silve communis, rivorum, fontium, aquarum et aquarum decursium et cum iuribus et pertinentiis ad dictam quartam partem spectantibus et pertinentibus, iunta pro indiviso cum alia quarta parte heredum olim Lelli Petri Gregorii Petri Clementis et pro diviso cum alia medietate domini Iacobi Angeli Marci causidici de Tybure, silva remanente in communi, quod casale vocatur La Torre delli Furoni quod olim fuit Thome Capucie quod totum casale positum est extra pontem Mammolum, inter hos fines, ab uno latere tenet tenimentum Sancti Ciriaci, ab alio est tenimentum Turris domini Oddonis, ab alio est tenimentum Pili Ructi vel si qui etc. et generaliter et specialiter omnia alia bona ipsius, obligantes mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones que nunc habet et in futurum acquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis ac matrimonium duraverit inter eos.

f. 10r Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus \*\*\*\*\*<sup>(a)</sup> eidem domino Angelo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro dote et nomine dotis ipsius domine Catherine III<sup>c</sup> florenorum auri, quos dictus \*\*\*\*\*<sup>(b)</sup> a dicto domino Angelo, presente et stipulante ut supra, confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum etc. dictorum florenorum et dotis predictae non habite et non recepte etc. et generaliter etc. sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam dominam Catherinam premori dicto<sup>(c)</sup> Anthonio, futuro viro suo, sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tunc in eo casu promisit et convenit dictus Anthonius eidem domino Angelo, presenti et stipulanti ut supra, ipsam dotem, videlicet dictam quartam partem dicti casalis, si tempore restitutionis dotis predictae penes eum reperitur non diminutam redere et restituere cui seu quibus de iure debeat, si vero casus restitutionis dotis predictae eveniret, ut predicatur, et dicta quarta pars dicti casalis penes eum non reperiretur ipsam dotem, ut prefertur<sup>(d)</sup>, redere et restituere promisit

f. 10v in florenis de auro cui de iure debetur, infra spatium dimidii anni a die obitus ipsius domine computando; si vero contingat ipsum Anthonium premori dicte domine Catherine, future uxoris sue, tam cum filiis quam sine filiis, ex eorum matrimonio legitime natis, tunc in eo casu promisit et convenit et voluit et mandavit dictus Anthonius ipsam dotem, videlicet dictam quartam partem dicti casalis, si tunc penes eum reperiretur, ut prefertur, alias in pecunia numerata redi et restitui per heredes et successores suos, infra dimidii anni spatium, a die obitus ipsius computando, ipsi domine Catherine et ipsi domino Angelo, pro ea recipienti, redi et restitui voluit et mandavit cum dampnis et expensis et interesse a dicto termino in antea faciendis, in superfluo autem dicti pignoris dictus Anthonius donavit propter numptias dicto domino Angelo<sup>(e)</sup>, presenti et recipienti vice et nomine dicte domine Catherine, et mihi notario recipienti et stipulanti ut supra, in omnibus aliis bonis suis centum L florenos auri sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat ipsum premori dicte domine Catherine, future uxori sue, cum filiis ex orum matrimonio legitime natis, tunc in eo casu dicta domina Catherina dicte donationis habeat usum-

f. 11r fructum totum tempore vite sue, post eius vero mortem dicta donatio et eius proprietates ad dictos communes filios libere revertatur: si vero contingat ipsum Anthonium premori dicte domine Catherine sine filiis, tunc in eo casu dicta domina Catherina ipsam donationem habeat ad proprietatem ad faciendum de eo quicquid sibi perpetuo placuerit, quia sic actum et conventum est inter ipsas partes, promisit insuper dictus Anthonius dicto domino Angelo, presenti et legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta quarta pars dicti casalis est ipsius iure venditionis sibi facte per ipsum dominum Angelum, procuratorem dicte domine Catherine, et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco est vendita etc. per eum seu alium, eius nomine, et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione secundum quod iura volunt et si, ut dictum est, hec omnia observata fuerint tunc hec carta sit vacua et nullius valoris et parti redatur ad incidendum, alias liceat ipsi domine Catherine et dicto domino Angelo, pro ea et heredibus et successoribus ipsius domine Catherine, ipsam quartam partem dicti casalis supra obligatam et omnia alia bona dicti Anthonii obligantis libere

f. 11v capere intrare tenere possidere vendere donare etc. et de eis facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus placuerit donec de dictis dote et donatione propter nuptias, ut predicatur, fuerit integre persolutis cum dampnis expensis et interesse a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Anthonius obligavit eidem domino<sup>(f)</sup> Angelo, quo supra nomine recipienti, et mihi notario ut supra omnia bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omesso il nome, ma intendasi "Anthonius" <sup>(b)</sup> Omesso il nome, ma intendasi "Anthonius" <sup>(c)</sup> Depennato "Heunufrio futuro" <sup>(d)</sup> Ripetuto "ipsam dotem" e depennato "ut" <sup>(e)</sup> Depennato "in omnibus" <sup>(f)</sup> Depennato "d".

## 9.

1371, gennaio 16

Antonio figlio del defunto Cola di Giovanni di Paolo *de Capudzuchis* del rione Campitelli e Caterina figlia del defunto Tommaso *Capucie* del rione di Via Lata contraggono il matrimonio con il rito della *subarratio* notarile *per verba de presenti*: interrogati dal notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Antonio infila l'anello d'oro con gemma nel dito anulare della mano destra di Caterina, mentre il notaio pronunzia solennemente la formula tratta dal precetto evangelico.

Il matrimonio fu celebrato nella casa di Maria, madre di Caterina, mentre gli altri contratti (v. docc. 114 e 115) furono stipulati nella chiesa di S. Marco.

Eodem anno, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Contractum fuit matrimonium per verba de presenti inter dictos Anthonium et dominam Catherinam prefatam, qui Anthonius interrogatus per me notarium si volebat ipsam

dominam Catherinam pro sua legitima uxore, qui sponte respondit “Volo” et versa vice dicta domina Catherina interrogata si volebat dictum Anthonium pro suo legitimo marito, qui sponte respondit “Volo” et tunc intervenientibus verbis per me dictis

f. 12r “Quod Deus coniunxit homo non separet” dictus Anthonius cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso arravit ipsam dominam Catherinam, mictendo dictum anulum in digito dicte domine Catherine manus dextre anulari etc.

Acta fuerunt predicta in regione Vie Late, presentibus hiis testibus, scilicet domino Petro de Cosciaris legum doctore, Iacobello Iohannis Pauli Capudzucche, Nicolao Lelli Pandulfi, Romanello Iohannis Ursi, Ceccho Sarragona mercatore et Rentio Iannecte, videlicet matrimonium in domo domine Marie matris dicte domine Catherine et alii contractus fuerunt stipulati in ecclesia Sancti Marci.

10.

1371, gennaio 19

Datolo *Robini* giudeo di Cora nomina procuratore Giovanni di Stefano *Cerberii* del rione Colonna per tutte le sue cause e per ricevere qualsiasi quantità di denaro, lo esonera inoltre da ogni obbligo di garanzia.

f. 12v Indictione VIII mense<sup>(a)</sup> ianuarii die XVIII.

Testes: dominus Laurentius domini Petri, Sabbas de Graptulis.

In presentia mei notarii et testium etc. Datolus Robini iudeus de Cora ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem factorem et numptium specialem Iohannem Stephani Cerberii de regione Columpne, presentem et recipientem ad omnes suas causas lites et questiones, que et quas habet vel habere posset cum quacumque persona universitate et loco et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque<sup>(b)</sup> iudice, consulibus vel auditore ad agendum petendum etc. nec non ad cedendum instantie nec non ad recipiendum, nomine ipsius et pro eo, quascumque quantitatem pecuniarum et de receptione finem refutationem et quietationem faciendum, nec non

f. 13r ad substituendum, nomine ipsius et pro eo, unum aut plures procuratores et ipsos revocandos si et quando ei visum fuerit et generaliter ad omnia alia et singula facienda que veri et legitimi procuratores facere possunt et debent et que ipsemet constituens facere posset si personaliter interesset, relevans ipsum suum procuratorem ex nunc ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicio solvendo promisit mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti, vice et nomine omnium quorum interest vel intererit in futurum cum omnibus clausulis oportunitatis et se ratum et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem actum factum gestum et procuratum fuerit, sub obligatione bonorum ipsius etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “februarii” <sup>(b)</sup> P “cocumque”.

11.

1371, febbraio 15

Il nobile Buzio di Giubileo del rione Pigna consente a Giovanni *Bavoso* del rione Trevi di pascolare con le pecore nel tenimento e nei prati sorvegliati del suo casale detto *Castellum*, situato fuori del ponte Salarario, fino al prossimo mese di marzo con un compenso di 3 fiorini d’oro da versare nel primo giorno della prossima Quaresima, e di altri 3 fiorini, da versare a Pasqua, oltre ad un castrato ed a 100 forme di cacio.

I contraenti stabiliscono che Buzio potrà accusare coloro che hanno arrecato danno alle erbe del tenimento prima e durante la concessione, ma che non potrà mandare le sue bestie, durante la concessione stessa, salvo i buoi aratori.

f. 13v Indictione VIII mense februarii die XV.

Testes: Alexius Petrutii Pauli Herrici de regione Trivii, Paulus et Cecchus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Butius Iubillei de regione Pinee sponte dedit et concessit licentiam Iohanni Bavoso de regione Trivii, presenti et recipienti, posse pasquare cum pecutibus<sup>(a)</sup> suis sive cum bestiis pecudinis suis dumtaxat sine fraude per tenimentum casalis ipsius Butii quod vocatur Castellum, positum extra pontem Salarium, inter hos fines, ab uno latere tenet casale de Marronibus, ab alio tenimentum Radiciole et alii fines, hinc per totum mensem martii proxime futurum, pratis custoditis, tempore consueto, dumtaxat excetioni. Hanc autem concessionem et licentiam dedit et concessit dictus Butius dicto Iohanni, presenti et recipienti, pro eo quod dictus Iohannes promisit eidem Butio dare et pacare

f. 14r eidem Butio, in primo die Quatragesime proximo futuro, tres florenos auri et, in festo Pasce Resurrectionis<sup>(b)</sup> Domini nostri Iesu Christi, tres alios florenos auri, unum castratum et centum petias casei, reservato ipsi Butio ius accusandi omnes et singulas personas qui, ante dictam concessionem, dampnum dedissent, eo tempore darent aut in futurum debunt in dictis erbis dicti casalis, actum et expresse conventum estitit inter ipsas partes, quod durante dicta concessione nullo modo liceat dicto Butio posse mictere alias bestias in

tenimento predicto, nisi boves ad arandum dumtaxat, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “proxime”.

12.

1371, febbraio 19

Caterina di Giacomo di Omodeo del rione Pigna rilascia una quietanza ad Agnese moglie di Tuzio *Covalona* del rione Monti, presente anche a nome del garante Santo di Pietro speciale, dopo aver ricevuto la somma di 4 fiorini d'oro per un deposito rogato dal notaio Nicola di Santo.

f. 14v

Indictione VIII mense february die XVIII.

Testes: Anthonius Iohannecti calsolarius, Petrus Cortus macellarius.

In presentia mei notarii et testium etc. Catherina Iacobi Homodei de regione Pinee ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit domine Agneti uxori Tutii Covalona de regione Montium, presenti et recipienti pro se ac vice et nomine Santi Petri spetiarii fideiussoris eius, idest omnia iura omnesque actiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas habet vel habere posset contra ipsos et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione quatuor florenorum auri, in quibus eidem tenetur vigore depositi scripti manu Nicolai Santi publici notarii. Hanc autem refutationem fecit dicta Catherina dicte domine Agneti, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone, recipienti pro ea, pro eo quod presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a dicta domina

f. 15r

Agnete dictos IIII<sup>or</sup> florenos auri, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt etc. <sup>(a)</sup> pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “de”.

13.

1371, marzo 1

Il maestro Berardo di Scandriglia, procuratore del nobile Andrea di Iuzio di Monteleone, della comunità e degli uomini del *castrum Frassi*, presentatosi davanti a Bartolomeo de Palma, giudice palatino preposto ai malefici, in presenza di Ludovico mercante, che nega di essere socio e di avere partecipato un tempo alla società di Baldassare e di Scarpario *de Albicçis* di Firenze, ma in questo é contestato, e di Antonio *Pocie*, che dichiara di essere procuratore di Ludovico e dei suoi associati, protesta affinché non siano accolte le accuse contro Andrea, la comunità e gli uomini del *castrum Frassi* relativa all'inchiesta per la quale sono stati processati d'ufficio dalla curia e chiede che vengano convocati in giudizio i predoni e che, secondo le norme dello statuto di Roma, gli accusati vengano assolti.

Berardo sostiene ancora che siano convalidate le dichiarazioni rese da Ludovico e da Antonio affinché possa essere emesso un sicuro giudizio per il quale chiede copia dei capitoli della deliberazione: se poi dovessero essere ascoltati altri testimoni d'accusa dichiara che non debbono essere esaminati e che le loro affermazioni debbono essere tralasciate se prima, secondo la procedura giuridica, non sarà espletato l'interrogatorio.

Berardo chiede infine al giudice di accogliere la sua protesta e il giudice, a sua volta, dichiara di accoglierla secondo la prassi giuridica.

Indictione VIII mense martii die primo.

Testes: Paulus de Sanguineis, Colutia Iannoctari et Iohannes Ugolini.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter coram domino Bartholomeo de Palma iudice palatino ad maleficia specialiter deputato, magister Berardus de Scantrilia, procurator et persona legitima magnifici viri Andree Iutii de Monte Leone, procuratorio nomine dicti Andree et pro eo, communitate et hominibus castri Frassi, presentibus et audientibus Lodovico<sup>(a)</sup> mercatori<sup>(b)</sup>, qui se dicit socium et sua interesse olim Baldassarri et Scarparie de Albicçis de

f. 15v

Florentia quod negatur, et Anthonio Pocie, pretenso procuratore dicti Lodovici et sue partis, et contra et adversus predictos et quemlibet ipsorum et contra quamlibet personam, que sua putaverit interesse et capitula et intensionem ipsorum excipit obicit<sup>(c)</sup> allegat et dicit et protestatur quod nulla capitula, nulle positiones et nulle probationes et nulla<sup>(d)</sup> acta fiant ad predictorum petitionem et eorum partium contra dictum Andream et contra dictum castrum et homines predictos super inquisitione, super qua processatus est ex officio curie contra ipsos, cum ex dicta inquisitione, propter exhibita, latrones in iudicio veniant et sint secundum formam statuti Urbis rationabiliter absolvendi et per alias eorum iurificas exceptiones et iura neque ad petitionem predictorum et artis eorum examinentur aliqui testes dicto magistro Berardo, dicto Andrea et sua parte in requisitione et ante omnia non recedendo predictis petiit legitimari personas dictorum Loyscii et Anthonii, ut supra, hoc certum possit ferre iudicium et petit copiam capitulorum et productorum et producendorum et

f. 16r quod si aliqui testes examinarentur contra quos et eorum  
petit et protestatur non examinari nec eorum dicta et atestationes amicti, nisi prius secundum formam iuris  
formaverit interrogatorium pro se et sua parte et hoc dicit salvis certis protestationibus et exceptionibus suo  
loco et tempore proponendis etc. petens se a dicto iudice ad dictam protestationem amicti, qui iudex sedens  
etc. eum amisit si et in quanto de iure etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “et” <sup>(b)</sup> Corretto dal precedente vocabolo “mercatoribus” <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> P “nulli”.

14.

1371, marzo 23

Frate Nicola episcopus *Sceliminensis* (?), per incarico di Giacomo vescovo di Arezzo e vicario del pontefice a Roma, promuove alla prima tonsura, secondo il rito della Chiesa, Paolo di Renzolino del rione Pigna e depone i capelli nelle sue mani.

Indictione VIII mense martii die XXIII.

Testes: Petrutius dictus Troccia, dominus Laurentius Iohannes Sciarre et Laurentius Iohannis Sisti.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus frater Nicolaus episcopus Sceliminensis, ex commissione sibi facta per dictum Iacobum, Dei gratia, episcopum Aretinum domini nostri pape vicarium in Urbe in spiritualibus generalem, oraculo vive vocis, in presentia mei notarii et testium predictorum<sup>(a)</sup>, contulit primam tonsuram, secundum ritum Sancte Matris Ecclesie, Paulo filio Rensolini de regione Pinee, capellos sui capitis propriis manibus deponendo etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “p”.

15.

1371, maggio 8

Perna vedova di Pietro Paolo calzolaio del rione Pigna rilascia una quietanza a Cecco *Sacconis* di Tivoli, presente a nome di Donato \*\*\*\* e del garante Cecco Gorio *de Seromanis* di Tivoli, dopo aver ricevuto la somma di 13 fiorini d'oro, residuo di un deposito di 30 fiorini, come risulta dall'atto rogato dal notaio Cecco di Nicola *Saxi* e dalla sentenza successiva, scritta dal notaio Onofrio *de Magistris Luce*.

f. 16v Indictione VIII mense maii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Cocumbari et Martinellus Veri.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Perna uxor olim Petri Pauli calsolarii de regione Pinee ac die presente, sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo remisit dompno Ciccho Sacchonis de civitate Tyburis, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine Donati \*\*\*\*, principalis debitoris, et Cecchi Gorii de Sorromanis de dicta civitate Tyburis, eius fideiussoris, et cuiuslibet ipsorum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et<sup>(a)</sup> futurum habere posset seu sperat contra ipsos \*\*\*\*<sup>(b)</sup> et Cecchum et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione XIII florenorum auri, in quibus predicti supra nominati eidem domine Perne tenentur et obligati sunt vigore cuiusdam

f. 17r depositi continentis dictam quantitatem, scripti manu Cecci Nicolai Saxi publici notarii et sententie inde secute, scripture manu Eunufri de Magistris Luce publici notarii, me notario ut publica persona recipiente et stipulante vice et nomine predictorum et cuiuslibet ipsorum. Hanc autem refutationem quietationem et pactum et que dicta sunt et infra dicentur prefata domina Perna<sup>(c)</sup> eidem dompno Ceccho, presenti et stipulanti ut supra, et mihi notario recipienti et stipulanti ut supra, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et abuit<sup>(d)</sup> ab ipso<sup>(e)</sup> dompno Ceccho, dante et solvente de sua propria pecunia animo repetendo a predictis supra nominatis et quolibet ipsorum et in bonis ipsorum dictos XIII florenos auri iure<sup>(f)</sup> residui quantitatis supra expresse ipsi domine Perne semper salvo, de quibus XIII florenis auri se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum etc. dictorum XII florenorum auri et promisit dicta domina Perna predicto<sup>(g)</sup> dompno Ceccho, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omesso “in” <sup>(b)</sup> Il nome é stato omesso, ma intendasi “Donatum” <sup>(c)</sup> P “Perne” <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> P “ipsorum” <sup>(f)</sup> Depennato “se”  
<sup>(g)</sup> P Depennata la consonante “s” finale.

16.

1371, aprile 2

Lorenzo di Giovanni di Carlo canonico della chiesa dei SS. Giovanni e Paolo presentatosi davanti a Giacomo vescovo di Arezzo, vicario del pontefice a Roma e nel distretto, nelle case della sua residenza, afferma di aver avuto notizia che nella stessa chiesa dei SS. Giovanni e Paolo é vacante una prebenda a causa della spoliazione di Saba figlio del defunto Normando *de Thedallinis*, già canonico della chiesa, e che é disposto ad accettarla entro un mese dalla sua segnalazione in quanto gli compete per diritto, altrimenti si riserva lo

stesso diritto per le prossime prebende vacanti: egli chiede che venga esaudito ed il vicario Giacomo accoglie la sua richiesta in quanto dovuta per diritto.

f. 17v

Indictione<sup>(a)</sup> VIII mense aprilis die II<sup>o</sup>.

Testes: dominus frater Nicolaus episcopus Sceliminensis, Paulus Marronis, Cecchus frater eius de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter coram reverendo in Christo patre et domino Iacobo, Dei gratia, episcopo Aretino, domini nostri pape in alma Urbe suisque suburbiis et districtu in spiritualibus vicario generali, in domibus sue habitationis existentibus, dominus Laurentius filius Iohannis Carli canonicus Sancti<sup>(b)</sup> Iohannis et Pauli dixit quod cum ad sui notitiam pervenerit in ipsa ecclesia prebendam vacare per privationem factam de domino Sabba filio olim Normandi de Thedallinis, dudum canonico dicte ecclesie, ipsam prebendam, infra mensem a die sue scientie, acceptat si et in quantum sibi debeatur de iure, alias reservat sibi ius in posterum vacaturum, petens se ad dictam protestationem apicti, qui dominus vicarius eum amisit quatenus de iure etc.

<sup>(a)</sup> L'amanuense annota sul margine superiore del foglio un richiamo per il lettore di non aver rispettato l'ordine cronologico nella trascrizione delle due imbreviature che seguono "Nota quod isti duo contractus debuerunt anteponi" <sup>(b)</sup> Così P.

17.

1371, aprile 4

Rita figlia del defunto Bartolomeo *de Campania* già del rione Biberatica e ora del rione Monti vende a Roberto di Roberto del rione Pigna, ad Enrico di Giovanni del rione Trastevere ed a Giovanni di Roberto del rione Arenula inglesi, presenti anche a nome della società della Fraternità degli inglesi di Roma dell'ospedale di S. Tommaso del rione Arenula, una pezza e mezza di vigneto, situata dentro le mura di Roma nella località detta *Vivarius*, coltivata da Giovanni *Bosus* del rione Trevi con la corresponsione del quarto al prezzo di 40 fiorini d'oro.

La venditrice nomina procuratore il testimone Oddone *de Seromanis* per l'insediamento degli acquirenti nella sua proprietà.

Dietro richiesta di Rita si offrono quali garanti Lorenzo di Agostino e Giovanni *Pregadio* del rione Monti nel caso di una eventuale evizione della proprietà.

f. 18r

Indictione VIII mense aprilis die III<sup>or</sup>.

Testes: Cecchus Iohannis Vallati de regione Trivii, Oddo de Sorromanis de regione Pinee, Angelus Putii de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium prescriptorum<sup>(a)</sup> etc. domina Rita filia olim Bartholomei de Campania de regione Biberatrice nunc de regione Montium, que primo renumpsiavit auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductum, certiorata primo per me notarium de ipso auxilio quid sit et quid dicat, sua bona voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Roberto Roberti de regione Pinee, Errico Iohannis de regione Transtiberim et Iohanni Roberti de regione Arenule anglicis<sup>(b)</sup>, presentibus et recipientibus pro se ipsis et vice et nomine societatis Fraternitatis anglicorum Urbis ospitalis Sancti Thomaxii de regione Arenule, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine societatis Fraternitatis predictae, idest unam petiam<sup>(c)</sup> et dimidiam<sup>(d)</sup> terrarum vineatarum, plus vel minus quante sunt, positam infra menia Urbis in loco qui dicitur Vivarius, inter hos fines, ab uno latere<sup>(e)</sup>

f. 18v

Paulus Cece<sup>(f)</sup>, ab alio latere tenet ecclesia Sancti Andree de<sup>(g)</sup> Archu Arboris, ab alio est viculus vecinalis vel si qui etc. cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis in quibus habet vites Iohannes Bosus de regione Trivii ad quartam redendum ad veram et mundam proprietatem ad habendum tenendum etc. vendidit etiam dicta venditris eidem emptoribus, presentibus et recipientibus ut supra, omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in dictis terris contra quascumque personas et loco, nullo iure sibi in predictis aliquo modo reservato ipsosque in re sua procurator constituit et per Odonem de Seromanis testem predictum, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsos emptores de predictis investiendi voluit et mandavit etc. et donec fuerint investiti etc. ad quam possessionem adimplendam dicta venditris dictis emptoribus plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsas terras propria auctoritate possint intrare etc. hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur dicta venditris eisdem emptoribus, presentibus et legitime stipulantibus ut supra, et mihi notario ut publice persone, presenti et stipulanti ut supra,

f. 19r

fecit pro pretio et nomine pretii XL florenorum auri, quos presentialiter et manualiter recepit et habuit, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio dicte terre valerent nunc vel in futurum valere possent totum illud plus eisdem, quo supra nomine recipientibus, et mihi notario etc. inter vivos donavit etc. et si contrarium appareret et ea propter dicta societas molestaretur in iudicio seu extra promisit ipsos defensare suis sumptibus et expensis, ita quod nullum dampnum patiat in eis et finaliter si evincerentur voluit teneri de evictione cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligaverunt



omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc. et ad hec ad petitionem dicte venditricis penes dictos emptores, quo supra nomine recipientibus, me notario ut publica persona stipulante et recipiente pro eis, Laurentius Augustini de regione Montium et Iohannes Pregadio de dicta regione sponte, quilibet ipsorum in solidum, fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt omnia bona ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia et renumpiaverunt etc. Actum ante domum dicte venditricis etc.

<sup>(a)</sup> Depennata l'iniziale annotazione di "subscriberum" e corretta nella forma inconsueta riportata nel testo <sup>(b)</sup> Depennato "c" <sup>(c)</sup> P "petitiam" <sup>(d)</sup> Depennato "vin" <sup>(e)</sup> Omesso "tenet" <sup>(f)</sup> Così P <sup>(g)</sup> Corretto sul precedente "ab".

## 18.

1371, maggio 25

Roberto di Roberto inglese, Guglielmo e Tommaso di Nicola inglesi camerari della società della Fraternità degli inglesi di Roma dell'ospedale della SS. Trinità di Roma, presente anche a nome della società, danno in locazione *ad pomedium* a Martelluzio di Andrea di Martelluzio del rione di Via Lata 4 pezze di vigneto per un periodo di tre anni, situate fuori della porta Appia nella località *Domine quo vadis*, con l'impegno di eseguire tre vendemmie e di dividere a metà il mosto.

I contraenti convengono che i locatari possano mandare un agricoltore per potare, insieme agli altri contadini, le viti e che nel terzo anno della locazione Roberto e gli altri soci dovranno versare a Martelluzio 4 libbre di provisini del senato. Si conviene infine che il locatario non potrà rinunciare a coltivare la vigna secondo gli impegni assunti, se non con l'accordo delle due parti, e che i locatari non potranno rivendicare la vigna locata prima della scadenza del contratto sotto pena di 100 libbre di provisini del senato.

Dietro richiesta di Martelluzio si offre quale garante Lello di Andrea di Martelluzio.

f. 19v

Indictione VIII mense maii die XXV.

Testes: presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Cecchus Cafari, Oddo Petri Sorromani de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Robertus Roberti anglicus, Gulielmus Gulielmi et Thomaxius Nicolai anglici camerarii societatis<sup>(a)</sup> anglicorum Urbis ospitalis Sancte Trinitatis de Urbe ac die presente, pro sese ipsis et vice et nomine societatis predictae, dederunt et concesserunt ad laborandum ad pomedium Martellutio Andree Martellutii de regione Vie Late, presenti et recipienti, pro tribus annis proxime futuris, proviso quod in dictis tribus annis tres vendemie veniant et venire intelligantur, videlicet quatuor petias vinearum, plus vel minus quante sunt, cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum arboribus fructiferis et infructiferis in ea existentibus, que vinee posite sunt extra portam Apiam in loco qui dicitur "Domine quo vadis" inter hos fines, ab uno latere tenet Silvester sutor, ab alio Andreotius Piangente, ante est via publica vel si qui etc. tali quidem pacto inter ipsas partes, solempni stipulatione firmata, quod integra<sup>(b)</sup> medietas

f. 20r

totius musti, quod de dictis vineis exierit, sit et esse debeat dicte societatis et alia medietas sit et esse debeat dicti Martellutii, qui Martellutius teneat et debeat ac promisit et solempni stipulatione convenit pro predictis locataris<sup>(c)</sup>, quo supra nomine recipientibus, ipsas vineas laborare et laborari facere ad usum et consuetudinem boni laboratoris, actum et conventum inter ipsas partes quod liceat ipsos locatarios<sup>(d)</sup> seu alios<sup>(e)</sup> officiales dicte societatis posse ponere hominem ad potandum ipsas vineas una cum aliis, quos ipse Martellutius duxerit ad potandum ipsas vineas et quod tertio anno dictorum trium annorum dicti Robertus et socii teneantur et debeant dare et assignare dicto Martellutio quatuor libras provisinorum senatus, quia sic actum et conventum extitit inter ipsas partes, proviso etiam quod dictis tribus annis durantibus nullo modo liceat ipsum Martellutium ipsas vineas renumpiare nec liceat ipsos locatarios ipsam recipere, nisi de communi partium voluntate, sub obligatione bonorum ipsorum et pena C librarum provisinorum aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti, renumpiantes in predictis dicte partes etc. pro quibus etc. renumpiaverunt etc. et ad hec ad instantiam dicti Martellutii penes dictos locatarios in omnem causam et eventum Lellus Andree Martellutii sponte fideiussit.<sup>(f)</sup>

<sup>(a)</sup> Omesso "Fraternitatis" <sup>(b)</sup> Depennata una "s" finale <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> Corretto sul precedente "locatarii" <sup>(e)</sup> Corretto sul precedente "alii" <sup>(f)</sup> Omesso "etc."

## 19. 1371, maggio 25

Roberto *de Pinea* e Guglielmo *Paternostrarius* inglesi del rione dei SS. Lorenzo e Damaso donano a Guglielmo di Guglielmo ed a Tommaso di Nicola inglesi residenti a Roma, camerari dell'ospedale della SS. Trinità di Roma nel rione Arenula, presenti a nome della società della Fraternità degli inglesi di Roma, una casa con solario ossia un'abitazione con una grotta dietro, situata nel rione Parione, ed alcune grotte; un'altra casa con solario e torretta, in parte abitazione, un trullo con grotta, un pozzo e un orto recintato, situati nello

stesso rione Parione, con diritto di proprietà della chiesa dei SS. Lorenzo e Damaso, di Cola *Parentii* e di Tangilo *Parentii* o di Pantaleo, di Pietro *de Cosciaris*, di Lorenzo suo fratello, di Ceccolo di Lello di Giannello; e ancora tre grotte recintate dietro la casa.

I donatori nominano procuratore Oddone *de Seromanis* per l'insediamento di Guglielmo e di Tommaso, camerari della società della Fraternità degli inglesi.

Roberto *de Pinea* e Guglielmo *Paternostrarius* dichiarano di aver fatto la donazione per la loro venerazione alla vergine Maria, alla SS. Trinità e al beato Tommaso *de Conturbia* martire e per la remissione dei loro peccati, ma soprattutto perché i beni donati siano trasferiti in quelli della Fraternità; dichiarano infine che i casamenti, le case, la torre e le grotte recintate sono stati a suo tempo acquistati da Margherita figlia del defunto Pietro di Bologna e vedova di Tremolerio del rione Parione, come risulta dalla vendita rogata dal notaio Francesco di Pietro *Rosani*, e in caso di evizione dei beni donati promettono di rimborsare il doppio del loro valore. Infine a conferma del rispetto della convenzione si sottopongono, insieme ai loro eredi, ad una eventuale pena pecuniaria di una libbra d'oro.

f. 20v Indictione<sup>(a)</sup> VIII mense maii die XXV.

Testes: presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Cecchus Cafari et Laurentius de Seromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Robertus de Pinea et Gulielmus Paternostrarius de regione Sanctorum Laurentii et Damassi, anglici, ac die presente, eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, donaverunt et donationis titulo inter vivos dederunt cesserunt et concesserunt inrevocabiliter Guilielmo Guilielmi et Thomaxio Nicolai anglicis, moram trahentibus<sup>(b)</sup> in Urbe, camerariis ospitalis Sanctissime Trinitatis de Urbe de regione Arenule, presentibus et recipientibus et legitime stipulantibus vice et nomine societatis Fraternitatis predicte et pro ipsa societate, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti, vice et nomine societatis Fraternitatis predicte in perpetuum, idest unam domum solaratam sive habitationem cum quadam gripta retro ipsam domum, cum introitibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis iurisdictionibus et servitiis universis, positam in regione Parionis,

f. 21r inter hos fines, ab uno latere tenet Paulus Carnelevare, ab alio tenet Lutius Cannarulis et Scopta uxor Petri Pera et Mela<sup>(c)</sup>, via vicinalis mediante, ab alio retro tenet dicta venditris et Paulus Carnelevare, ab alio ante est via publica, dicte autem gripte, ab uno latere tenet Cola et Tangilus de Parentiis sive ipsorum heredes quorum et aliorum consortium<sup>(d)</sup> est proprietates dictarum domorum et gripte, ab alio tenent heredes quondam Pauli suberarii, ab alio est via vicinalis. Item una aliam domum solaratam cum turricea sive quadam abitationem<sup>(e)</sup> cum dicta turricea et trullo cum griptis et puteo sub se et inter se et orto sive reclaustro<sup>(f)</sup> iuxta seu cum introitibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis suis iurisdictionibus et servitutibus universis, que posite sunt in regione predicta in proprietate ecclesie Sanctorum Laurentii et Damassi, Cole Parentii et Tangili Parentii sive bonis Pantalei, domini Petri de Cosciaris, Laurentii fratris suis, Ceccholi Lelli Iannellis sive Mathutii Philippini sucessorum dicti Iannellis, ipsorum proprietariorum iure semper salvo, inter hos fines, quibus ab uno<sup>(g)</sup>

f. 21v latere tenent heredes quondam Cole Parentii, ab alio Paulus Smante notarius, ab aliis duobus lateribus sunt vie publice. Item tres griptas infra claustrum post dictam domum emptam, prout suis finibus terminantur cum introitibus et exitibus suis finibus omnibusque eorum usibus pertinentiis utilitatibus et adiacentiis universis eorundem iurisdictionibus et servitiis universis vel si qui alii sunt vel esse possunt plures aut veriores confines antiqui vel moderni et per<sup>(h)</sup> Oddonem de Seromanis, licet absentem tamquam presentem, quem dicti donatores suum procuratorem constituerunt ad investiendum prefatos camerarios, nomine dicte societatis, aut quoscumque aliis officiales societatis predicte nomine dicte societatis, investiri voluerunt<sup>(i)</sup> et mandaverunt et donec dicta societas fuerit investita et in corporalem et vacuum possessionem posita et inducta, constituerunt se dicti donatores, nomine societatis iam dicte et pro ipsa, ipsas domos, accasamentum, turri, reclaustro<sup>(j)</sup> griptas cum omnibus, ut dictum est, tenere et

f. 22r possidere ad quam possessionem aprehendam aquirendam eisdem camerariis, quo supra nomine, dicti donatores liberam potestatem et facultatem concesserunt, quod eorum propria auctoritate sine alicuius curia et proclamatione et eorum iurium lexione possint dicta bona donata libere intrare tenere possidere, uti frui<sup>(k)</sup> vendere donare alienare et de eis facere quicquid eis facere placuerit. Item eodem titulo donationis dicti donatores prefatis camerariis, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus ut supra, dederunt cesserunt et concesserunt transtulerunt et mandaverunt omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et rationes reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria sive mistas et quecumque alia sibi competentia et in futurum competitura in bonis donatis predictis quocumque iure modo titulo sive causa, volentes dicti<sup>(l)</sup> donatores quod dicti camerarii et quilibet eorum, quo supra nomine, agant petant exigant excipiant recipiant et defendant, utantur fruantur<sup>(m)</sup> utilibus et directis actionibus experiantur, quem admodum dicti donatores, ante hunc contractum, agere petere uti frui et experiri poterant, volentes<sup>(n)</sup> quod locum ius et privilegium ipsorum in omnibus

- f. 22v et per omnia succedant, nullo iure nullaque actione eis in predictis aliquo modo reservato. Hanc autem donationem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dicti donatores predictis Guilielmo et Thomaxio camerariis supradictis, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus vice et nomine dicte societatis Fraternitatis iam dicte et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicte societatis, fecerunt ob reverentia onnipotentis Dei, gloriose semper Virginis matris eius<sup>(o)</sup> Virginis Marie, santissime Trinitatis et beati Thomaxiii de Conturbia martiris et ob remissionem peccatorum suorum et pro eo potissime quod recongnoverunt pecuniam et florenos, de quibus emptores fuerunt omnes supradicte res donate devenisse ad manus eorum de bonis societatis predictae, quam quidem donationem et que dicta sunt et infra dicentur prefati donatores eisdem<sup>(p)</sup> Guilielmo et Thomaxio, presentibus recipientibus quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone quo supra recipienti et stipulanti semper et perpetuo ratam gratam firmam habere et tenere promiserunt et ipsam non revocare ratione paupertatis sive ingratitude et promiserunt insuper dicti Robertus et Guilielmus et quilibet ipsorum predictis Guilielmo et Thomaxio
- f. 23r camerariis prefatis, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus nomine quo supra, ut mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti et legitime stipulanti nomine dicte societatis et pro ipsa, quod predicta omnia accasamenta, domos, turre, reclusa dicte gripte cum omnibus earum usibus, ut dictum est, sunt ipsorum Roberti et Guilielmi et ad eos spectant et pertinent pleno iure, iure venditionis eis facte per dominam Margaritam<sup>(q)</sup> filiam olim Petri de Bononia et uxor olim Tremolerii de regione Parionis, ut patet de dicta venditione manus Francisci Petri Rosani publici notarii et que nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita, data donata cessa concessa pgnorata alienata, largo sumptibus vocabulo alienationis in totum nec in partem, nec contractum vel quasi contractum cum aliqua alia persona<sup>(r)</sup> universitate seu loco factus est nec factus apparet in totum nec in parte et si contrarium aliquo tempore appareret, propter quod ipsa societas molestaretur in eis seu parte ipsorum in iudicio seu extra iudicium, promiserunt dicti donatores dictis camerariis, et mihi notario ut supra recipienti et stipulanti<sup>(s)</sup> ad simplicem compellationem ipsorum et societatem predictam et habentem causam ab ea ipsos defendere et defendi facere propriis ipsorum sumptibus et expensis, finiendo in se iudicium et defensionem contra omnes turbantes et turbare<sup>(t)</sup>
- f. 23v volentes ipsam societatem aut habentes causam ab eis et ipsos exonerare ab omni honore debitoris usque ad finem cause tali quidem pacto quod nullum dampnum patiantur in eis et similiter si dicta societas aut habentes causam ab eis evinceretur de iure promiserunt dicti donatores predictis camerariis, quo supra nomine recipientibus, et mihi notario ut publice persone recipienti pro dicta societate, solvere duplum illius quod evinceretur, et si in parte in ea parte in qua evinceretur quia sic actum et conventum est inter ipsas partes nichilominus dampna expensas et interesse que et quas dicta societas aut habentes causam ab ea dicta occasione incurrerint seu fecerint, pro quibus evictione dampnis expensis et interesse stare et credere voluerunt et promiserunt soli et simplici iuramento ipsorum camerariorum vel alterius cuiuscumque officialis societatis predictae et abentium ab ea causam vel alicuius ipsorum cuius vel quorum iuramentum haberi voluerunt et promiserunt pro plena et sufficienti probatione absque tassaxione iudicis, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri modo aliquo precedente, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti donatores et quilibet ipsorum dictis camerariis, et mihi notario ut publice persone, quo supra nomine
- f. 24r recipientibus, obligaverunt omnia et singula eorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec constituerunt sese dicte societati nomine possidere, ad quam possessionem aquirendam et apprehendendam eisdem<sup>(u)</sup> camerariis, quo supra nomine presentibus et recipientibus, liberam potestatem concesserunt et quod licebit eis et dicte societati et habentibus causam ab eis dicta bona obligata propria eorum auctoritate et sine alicuius curia proclamatione et eorum iurium lexione libere capere apprehendere intrare tenere possidere uti frui vendere donare alienare et de eis facere quicquid eis facere placuerit donec de dictis evictione dampnis et expensis fuerit integre persolutum, volentes dicti donatores, pro predictis omnibus et singulis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vel auditore etiam diebus feriatis, quibus ferris et diebus feriatis renumpsiaverunt et refutaverunt expresse, renumpiantes etiam casis positis et ponendis, privilegio fori nove constitutionis beneficio de duobus vel pluribus reis debendis cedendis et dividendis actionum, beneficio cessionis bonorum capitulo statuti Urbis loquenti de symulatione contractus, epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis,
- f. 24v beneficio appellationis si contra eos s[\*\*\*\*]<sup>(v)</sup> ferri contingerit beneficio prosec[ut]ionis eisdem et illi legi qua cavetur quod si debitor [non habu]erit aurum argentum pecuniam vel rem mo[bile]m, ex quibus possit satisfacere creditori suo nec possit transferre de stabilibus, scilicet de predictis in casu predicto satisfacere promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie et generaliter omnibus et singulis aliis exceptionibus iuribus et defensionibus et remediis auxilio canonici et civilis consuetudinis et statuti Urbis quibus contra predicta vel aliquod predictorum sese iuvare et tuere possent, quia hec omnia et singula supradicta sic actum et conventum fuerit inter partes predictas, iure dominorum proprietarium dictarum rerum donatarum in integrum<sup>(w)</sup> remanere. Que quidem omnia et singula supradicta dicti donatores pro sese ipsis et eorum heredum et successorum et legitima et solempni stipulatione

interveniente convenerunt dictis<sup>(x)</sup> camerariis, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ut supra, perpetuo atendere et observare et contra nullo modo facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum suorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hoc firma semper perdurent.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato “completum” <sup>(b)</sup> P “ thaentibus” <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> P “ consorsium” <sup>(e)</sup> Così P <sup>(f)</sup> P “ reclaustro” <sup>(g)</sup> Ripetuto “ab uno” <sup>(h)</sup> Depennato “Cecch” <sup>(i)</sup> P “volueri” poi depennata la vocale finale i <sup>(j)</sup> P “ reclaustum” <sup>(k)</sup> P “ flui” e così nei casi successivi <sup>(l)</sup> Depennato “vendiores” <sup>(m)</sup> P “ fluantur” <sup>(n)</sup> Ripetuto “volentes” <sup>(o)</sup> Ripetuto “eius” <sup>(p)</sup> Depennato “Roberto” <sup>(q)</sup> Depennato “uxorem” <sup>(r)</sup> Depennato “de” <sup>(s)</sup> P “stipulantibus” <sup>(t)</sup> Ripetuto “et turbare” <sup>(u)</sup> Depennato “emptoribus” <sup>(v)</sup> È presente una macchia di inchiostro e, in maniera più attenuata nel colore, prosegue in basso ed a sinistra delle successive quattro righe <sup>(w)</sup> Segno di abbreviazione errata per “integrum” <sup>(x)</sup> Depennato “r”.

20.

1371, giugno 6

Oddone *de Seromanis* del rione Pigna colloca il figlio Lorenzo, consenziente, a lavorare con Cecco *Cafari* dello stesso rione Pigna nell'arte della lana per un periodo di un anno nei giorni feriali e festivi con un salario di 10 libbre di provisini del senato del quale riceve un anticipo di 5 libbre: la somma residua sarà pagata entro 6 mesi.

Oddone promette a Cecco che Lorenzo lo servirà secondo la consuetudine e se dovesse assentarsi per qualche giorno dovrà poi recuperare i giorni perduti al termine del servizio.

f. 25r

Indictione VIII mense iunii die VI<sup>o</sup>.

Testes: dominus Laurentius Carli, Iacobellus Iusii et Paulus Oddonis.

In presentia mei notarii etc. Oddo de Seromanis de regione Pinee sponte, cum voluntate infrascripti filii sui, plativit Laurentium filium suum, presentem volentem et acceptantem, ad artem lane de die et de nocte, diebus festivis et non festivis cum Ceccho Cafari de regione Pinee, presente volente et recipiente, hinc ad unum annum proxime futurum pro pretio et mercede X librarum provisinorum dicto anno, de quibus presentialiter recepit quinque, de quibus etc. et renumpsiavit etc. residuum dictus Cecchus eidem Oddoni, pro dicto filio suo recipienti, dare et pacare promisit hinc ad VI menses proxime futuros cum dampnis et expensis etc. et dictus Oddo promisit et convenit dicto Ceccho, quod dictus Laurentius eidem Ceccho dicto anno bene et legaliter serviet ut consuetum est, et si aliquos dies amicteret, quod restorabit<sup>(a)</sup> ipsos, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi “restaurabit”.

21.

1371, giugno 7

Giacomo *de Mutis* vescovo di Arezzo, vicario del pontefice a Roma, nel suburbio e nel distretto, dà in locazione per un periodo di 19 anni a Cecco del giudice Paolo *de Fuscis de Berta* del rione Monti un casalino della chiesa di S. Pacera di Roma del rione Monti, situato nello stesso rione, al prezzo annuale di 12 denari di provisini del senato.

L'affittuario promette di restaurare il casalino per il decoro della chiesa e di impedire che nel terreno circostante si gettino nuove immondizie: al termine del contratto la locazione potrà essere rinnovata e il locatario dovrà versare alla chiesa una libbra di cera.

f. 25v

Indictione VIII mense iunii die VII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Petrus Nicolai Romani de Mutis, Andreas Pesolinus et Erricus Ceccholi de Urbe.

In presentia mei notarii et testium etc. Reverendus in Christo pater et dominus Iacobus de Mutis, episcopus Aretinus domini nostri pape in alma Urbe suisque suburbiis et districtu in spiritualibus vicarii generalis, ac die presente sponte locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit pro tempore infrascripto, Ceccho iudicis Pauli de Fuscis de Berta de regione Montium, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus pro tempore infrascripto dumtaxat, idem quodam casarenum<sup>(a)</sup> ecclesie Sancti<sup>(b)</sup> Pacere de Urbe de regione Montium, positum in dicta regione Montium, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Cecchus, ab alio dicta ecclesia, ab alio \*\*\*\*\* vel si qui etc. ad abendum<sup>(c)</sup> tenendum, reparari faciendum, pro honore ecclesie supradicte et ne in ipso inmunditie ulterius heiciantur. Hanc autem locationem et que dicta sunt fecit dictus dominus vicarius eidem Ceccho, pro eo quod dictus Cecchus promisit et convenit dicto domino vicario recepisse, nomine

f. 26r

dicte ecclesie, ipsum reparare, ut supradictum est, et omni anno respondere in festo \*\*\*\*\* XII denarios provisinorum senatus et finitis XVIII annis ipsam locationem renovetur et pro ipsa renovatione solvere dictus Cecchus tenetur unam libram cere ecclesie supradicte.

<sup>(a)</sup> Depennato “dicte” <sup>(b)</sup> P “Sancto” <sup>(c)</sup> Così P.

Giacomello figlio del defunto Matteolo *Infantis* del rione di S. Marco rilascia una quietanza a Buzio detto *Piccolante* ed alla moglie Giovanna, dopo la restituzione di un deposito di 70 fiorini d'oro, rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*.

Il rapporto tra le due parti contraenti era stato preceduto da un atto di vendita nel quale Giacomello aveva promesso a Buzio di vendergli una vigna di 4 pezze con la corresponsione del quarto e l'acquirente, al quale era stato trasferito il possesso, aveva promesso di pagare, entro 3 anni, la somma di 70 fiorini ripartita in tre rate annuali di 25, di 25 e di 20 fiorini.

Nell'atto di quietanza Giacomello dichiara che il deposito era stato richiesto, a maggiore cautela, per l'osservanza dei patti contenuti nell'atto di promessa di vendita, ma poi Buzio, con il consenso della moglie, aveva restituito a Giacomello la vigna con ogni miglioria, presumibilmente per non aver rispettato gli impegni circa il pagamento dei ratei annuali (cfr i docc. 130 e 131).

Indictione VIII mense iunii die XV.

Testes: Cecchus Cafari, Lucas eius filius, Laurentius de Sorromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobellus filius olim Matheuli *Infantis* de regione Sancti Marci, qui iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV seu XX annorum, nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere, ac die presente sua bona voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Butio dicto alias *Piccolante* et domine Iohanne uxori sue,

f. 26v presentibus et recipientibus pro sese ipsis et heredibus et successoribus ipsorum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas, que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsos *Piccolantem* et dominam Iohannam, eius uxorem, et quemlibet ipsorum et bona eorum, pretestu et occasione cuiusdam istrumenti depositi quantitatis LXX florenorum auri continentis, scripti manu mei notarii, in quo dicta domina, ut principalis debitoris, et dictus Butius, ut eiusdem fideiussor, eidem Iacobello apparent obligati. Item et occasione istrumenti pactorum et promissionum initorum habitorum et factorum inter ipsum Iacobellum et prefatum Butium, videlicet quod dictus Iacobellus promisit et convenit eidem Butio vendere unam vineam III<sup>or</sup> petiarum, videlicet vites ad quartam redendam, positam et confinatum prout in ipso istrumento promissionis et pactorum plenius continetur, et dictus<sup>(a)</sup> Butius promisit et convenit dicto Iacobello solvere, infra tres annos, LXX florenos auri, videlicet in primo anno XXV florenos auri, in secundo anno XXV florenos auri et in tertio anno XX florenos auri, ut<sup>(b)</sup>

f. 27r de predictis patet publico istrumento, scripto manu mei eiusdem notarii. Hanc autem refutationem quietationem et pactum et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Iacobellus eidem Butio et dicte domine Iohanne, uxoris sue, et cuilibet ipsorum pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit dictum depositum factum fuisse pro meliori et magiori cura et cautela ac pro observatione pactorum contentorum in supradicto istrumento promissionis et pactorum et pro eo etiam quod dictus Butius, cum consensu et voluntate dicte uxoris sue, que renumpsiavit etc. dictam vineam cum omni miglioramento eidem Iacobello, presenti volenti et acceptanti, libere resignavit et voluit quod, amodo in antea, de ea faciat quidquid sibi placuerit, tamquam verus dominus ipsius, nec non renumpsiavit refutavit eidem Iacobello omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc habet vel in futurum habere posset aut sperat in dictis vineis, tum vigore dictorum pactorum quia etiam vigore expensarum per ipsum factarum in laborando dictas vineas et generaliter dicte partes ad alterutrum

f. 27v renumpsiaverunt et refutaverunt omnia iura eis competentia et in futurum competitura<sup>(c)</sup>, tam dictis occasionibus quam aliis quibuscumque et promiserunt dicte partes ad alterutrum quod dicta iura nemini sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata nec de eis contractus vel quasi contractus cum aliqua persona universitate vel loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Iacobellus" <sup>(b)</sup> Ripetuto "ut" <sup>(c)</sup> Depennato "scilicet".

Giacomello figlio del defunto Matteo *Infantis* del rione di S. Marco promette di vendere a Pietro di Giacomo di Ognissanti orefice del rione Pigna una vigna di 4 pezze con la corresponsione di un quarto alla chiesa di S. Stefano di Pigna ed a Giovanni *Ursi*, situata fuori della porta Latina nella proprietà della stessa chiesa e di Giovanni, al prezzo di 70 fiorini d'oro ripartiti in tre rate annuali di 25, di 25 e di 20 fiorini da versare prima del periodo della vendemmia.

Giacomello consegna intanto la vigna perché venga lavorata e alla conclusione dei pagamenti rateali procederà alla vendita definitiva.

- f. 28r Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.  
In presentia mei notarii et testium etc. Iacobellus filius olim Matheuli Infantis de regione Sancti Marci qui iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV aut XX annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa, nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate promisit et solempni stipulatione convenit Petro Iacobi Omniasancti aurifici de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, vendere sibi seu cui ipse voluerit unam vineam ipsius Iacobelli quatuor petiarum, plus vel minus quante sunt, videlicet vites et arbores ad quartam redendam pro parte ecclesie Sancti Stephani de Pinea et pro parte Iohanni<sup>(a)</sup> Urso, que vinee posite sunt extra portam Latinam super proprietate dictorum Iohannis et dicte ecclesie, inter hos fines, ab uno latere tenet Anthonius,
- f. 28v ab alio Iulianus pellarius, ab alio Andreotius Tuctobuono, ab alio viculus vicinalis vel si qui etc. Hanc autem promissionem de vendendo fecit dictus Iacobellus eidem Petro, presenti et recipienti, pro eo quod dictus Petrus promisit et convenit solempni stipulatione interveniente eidem Iacobello, hinc ad tres annos proxime futuros, dare et solvere LXX florenos auri in hunc modum, videlicet in proximis futuris vendemiis XXV florenos auri antequam dicte vinee vendemientur et in aliis vendemiis proxime subsequituris XXV alios florenos auri antequam dicte vinee vendemientur, liceat tamen ipsi Petro, isto medio tempore, ipsas vineas tenere laborare fructificare et fructum recipere et facta integraliter<sup>(b)</sup> solutione predicta, dictus Iacobellus teneatur et debeat ipsam venditionem facere dicto Petro seu cui ipse voluerit cum ydonea fideiussione de evictione et facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem ad requisitionem dicti Petri, quia sic actum et conventum estitit inter ipsos, que quidem omnia et singula supradicta dicte
- f. 29r partes ad alterutrum atendere et obervare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione ipsarum partium et voluerunt pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> P “integraliter”.

## 24.

1371, giugno 16

Francesca moglie di Pietro di Giacomo di Ognissanti del rione Pigna, con la garanzia del marito Pietro Santo orefice, di Nuzio di Pietro di Giannino e di Lello *Rubei* carpentiere del rione Campitelli, riceve in deposito da Giacomello figlio del defunto Matteolo *Infantis* del rione di S. Marco la somma di 7 fiorini d'oro da restituire in tre anni con rate annuali di 25, di 25 e di 20 fiorini da pagare in occasione della vendemmia.

Eodem anno, indictione, mense et die.

- f. 29r In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> domina Francischa uxor Petri Iacobi Omniasanti de regione Pinee, ut principalis debitoris, Petrus Santus aurifex eius viri, Nutius Petri Iannini<sup>(b)</sup>, Lellus Rubei carpentarius de regione Campitelli ut eius fideiussores, quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente alii liberentur, ac die presente, eorum et cuiuslibet ipsorum bona propria et spontanea voluntate, confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse nunc habere et tenere a Iacobello filio olim Matheuli Infantis de regione Sancti Marci, presenti et legitime
- f. 30r stipulante pro se et suis heredibus et successoribus, idest septuaginta florenos boni et puri auri, iusti et recti ponderis quos confessi sunt se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum et non receptorum dictorum florenorum et depositi predicti non habiti et non recepti, exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis etc. et ipsum depositum, videlicet dictos septuaginta florenos auri dicti depositarii et quilibet ipsorum tenere custodire et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum resicum periculum et fortuna, scilicet incedii naufragii furti rapinie exfortiamenti etc. et ipsi Iacobello redere et restituere promiserunt hinc ad tres annos proxime futuros, videlicet in hunc modum tempore proximo futuro vendemiarum sive in proximo futuro vendemiis XXV florenos auri et in secundis vendemiis XXV alios florenos auri, in tertiis vendemiis XX florenos, quia sic actum et conventum
- f. 30r estitit inter ipsas partes cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicta principalis et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt dicto Iacobello omnia et singula bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt, pro predictis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. renumpiaverunt in predictis dicta principalis et dicti fideiussores et quilibet ipsorum epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato un segno convenzionale di “completum” <sup>(b)</sup> Omesso “et”.

25.

1371, giugno 26

Paolo di Renzolino *Petrifortis* del rione Pigna, con il consenso del padre, avendo recentemente appreso che il pontefice gli aveva assegnato un canonicato ed una prebenda che si fosse resa disponibile nella chiesa di S. Cecilia di Trastevere e che questa possibilità era diventata realizzabile in seguito alla morte di Giacomo *de Cinthiis* già canonico della chiesa, nomina procuratore Veneranerio figlio del defunto Lorenzo di Pietro di Angelo del rione Colonna affinché accetti la prebenda che gli compete per diritto e in particolare quella vacante, altrimenti si riserva un'altra prebenda che si renderà disponibile in futuro.  
Il delegante esonera il procuratore da ogni obbligo di garanzia.

Indictione VIII mense iunii die XXVI.

Testes: Santus Veri, Cecchus Cafari et Augustinus Iannocti de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus filius Rençolini Petrifortis de regione Pinee, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate dicti Rençolini sui patris, cum nuper ad sui notitiam pervenerit dominus noster papa fecisse gratiam specialem de canonicatu et prebenda ecclesie Sancte Cecilie de Transtiberim, si vacat a presens vel quam vacaverit in eadem, et etiam pervenerit ad sui notitiam in ipsa ecclesia vacare ad presens canonicatus et prebenda post mortem quondam bone memorie domini Iacobi de Cinthiis<sup>(a)</sup> dudum canonici ipsius ecclesie, idcirco sua bona voluntate fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem, negotiorum gestorem et numptium speciale, videlicet Veneranerium filium olim Laurentii Petri Angeli de regione Columpne, presentem et recipientem, ad acceptandum prebendam, si qua vacat vel vacaret in posterum in ecclesia Sancte Cecilie de Transtiberim, sibi debitam occasione gratie sibi facte per dominum nostrum papam, et specialiter prebendam vacantem a presens in dicta ecclesia post mortem olim bone memorie domini Iacobi de Cinthiis dudum canonici dicte ecclesie si et in quantum sibi domino Paulo debeatur de iure, alioquin ad reservandum ius sibi in posterum vacaturum etc. et generaliter etc. relevans ipsum suum procuratorem ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti etc. et promisit de rato etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P "Cinteis" e inoltre depennato de "r".

26.

1371, giugno 26

Veneranerio figlio del defunto Lorenzo di Pietro di Maestro Angelo del rione Colonna, procuratore di Paolo di Renzolino *Petrifortis* canonico della chiesa di S. Cecilia di Trastevere, presentatosi davanti ai canonici riuniti nel coro dell'edificio sacro, afferma di aver appreso recentemente che era disponibile il canonicato e la prebenda per la morte di Giacomo *de Cinthiis* già canonico della chiesa e poiché il pontefice aveva assegnato a Paolo il canonicato e la prebenda nella chiesa di S. Cecilia, dichiara di accettare la prebenda vacante in quanto spetta per diritto alla persona da lui rappresentata, in caso contrario si riserva un'altra prebenda che si renderà disponibile in futuro.

Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Ceccholellus Cafari de regione Pinee, Laurentius Tutii Cocumbari de regione Trivii et Laurentius Lelli Iacobi de regione Columpne.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Veneranerius filius olim Laurentii Petri magistri Angeli de regione Columpne, procurator et persona legitima domini Pauli filii Rençolini Petrifortis canonici ecclesie Sancte Cecilie de Transtiberim, coram venerabilibus viris dominis canonicis dicte ecclesie, seu magiore parte ipsorum, existentibus in choro et loco capituli dicte ecclesie, dixit quod cum ad sui notitiam nuper pervenerit in ipsa ecclesia vacare a presens canonicatum et prebendam post mortem quondam bone memorie domini Iacobi de Cinthiis dudum canonici dicte ecclesie et fuerit ipsi Paulo de canonicatu et prebenda dicte ecclesie facta<sup>(a)</sup> gratia speciale<sup>(b)</sup> per dictum nostrum papam, idcircho ipsam prebendam vacantem, procuratorio nomine quo supra, acceptavit si et in quantum sibi debeatur de iure, alias reservat sibi domino Paulo ius in posterum vacaturum etc.

<sup>(a)</sup> Depennata la consonante "m" conclusiva <sup>(b)</sup> P "specialis".

27.

1371, luglio 19

Pietro Bono del rione Trevi vende a Cecco *Cafari* del rione Pigna due salme di mosto da consegnare, al tempo della vendemmia, dalla sua vigna, situata presso la porta Pinciana nella località *Cantomuro*, al prezzo di 12 libbre di provisini del senato.

Indictione VIII, mense iulii, die XVIII.

Testes: Nutius Scopta de regione Trivii, Sabbas Petri Egidii de regione Pinee.



In presentia mei notarii et testium etc. Petrus Bonus de regione Trivii ac die presente, sua bona voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Ceccho Cafari de regione Pinee, presenti et recipienti duas salmas musti de musto recolligendo per eum, tempore proxime future vendemmiarum, de vineis ipsius Petri, positis iuxta<sup>(a)</sup> portam Pincianam in loco qui dicitur Cantomuro, purum sine malitia ad mensuram romanam. Hanc autem venditionem et que dicta sunt fecit dictus Petrus eidem Ceccho, presenti et stipulanti, pro pretio et nomine pretii VI librarum provisinorum pro qualibet salma, quas XII libras pretium dictarum duorum salmarum dictus Petrus a dicto Ceccho confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. et promisit dictus Petrus eidem Ceccho sibi dictum mustum, ut supradictum est, assignare tempore proxime future vendemmiarum ad penam dupli, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “inter”.

28.

1371, luglio 19

Paolo di Alessandro detto *Cotica* del rione Pigna, con la garanzia di Santo di Vero e di Lorenzo di Pietro di Santoro calzolari dello stesso rione, riceve in deposito da Paolo *Buccamoza* del rione Pigna la somma di 8 fiorini d'oro e promette di restituirla il prossimo mese di settembre nella festa di S. Angelo.

Testes: Laurentius de Sorromanis, Cecchus Cafari, Lellus della Ceca de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Alexantri dictus alias *Cotica* de regione Pinee, ut principalis debitor, Santus Veri et Laurentius Petri<sup>(a)</sup> Santori de regione Pinee calsolarii, ut fideiussor ipsius, quilibet ipsorum in solidum uno tamen solvente alii liberentur, sponte confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes se habere et tenere a Paulo *Buccamoza* de regione Pinee VIII florenos auri, quos confessi sunt se recepisse, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. quos tenere promiserunt ad omne ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et eidem Paulo redere et restituere promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie hinc ad festum Sancti Angeli de mense septembris proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “Peti”.

136.

1371, luglio 21

Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna, con il consenso della moglie Caterina figlia del defunto Cecco *Cafari* e con un analogo consenso del fratello Paolo, dopo la divisione del patrimonio paterno fatta dai due fratelli come risulta da un atto rogato da Paolo *de Seromanis*, vende a Giovanna vedova di Oddone *de Seromanis* del rione Pigna un palazzo o un casamento a pianoterra con solarario, con sale a pianoterra, camere, stalle, cantine e un orto *cum menangolis* dietro e, separata da una strada, un'altra casa a pianoterra con cantina e un orto di fronte, situati nel rione Pigna, al prezzo di 140 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore il testimone Nicola di Valentino del rione Monti per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera di Cecco si offrono quali garanti Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis*, ancora disponibili in aggiunta al consenso dato in precedenza, Giovanni figlio del defunto Cecco *Cafari* e Ceccolello figlio del defunto Andreozio *Cafari* del rione Pigna nel caso di una evizione dei beni.

Indictione VIII mense iulii die XXI<sup>o</sup>.

Testes: Rençolinus Petrifortis tabernarius, Lellus della Cecca de regione Pinee, Nicolaus Valentini de regione Montium et Laurentius Bartholi Tyberii dudum de Perusio nunc morante in Urbe de regione Pinee<sup>(a)</sup>. In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius olim Nicolai *Marronis* de regione Pinee, qui primo iuravit ad sancta dei evangelia corporaliter tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV seu XX annorum, nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere, cum consensu et voluntate domine Catherine uxoris sue filie olim Cecchi *Cafari*, que domina Catherina primo iuravit etc. renumpiavit quantum ad infrascripta omni suo iure dotis donationis propter nuptias<sup>(b)</sup> alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo

iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductum, de ipso auxilio quid sit et quid dicat per me eundem notarium primo certiorata hunc autem consensum fecit dicta domina Catherina dicto Ceccho, viro suo, et infrascripte domine Iohanne emprtrici, presenti et recipienti, propter amorem et dilectionem quem et quam habet in eos et pro eo quod confessa fuit et in veritate recongnovit sibi fore bene cautelatam de dote et iure dotalibus suis in et super aliis bonis dicti Cecchi viri sui, nec non cum consensu et voluntate<sup>(c)</sup> Pauli, fratris sui, filii dicti olim<sup>(d)</sup> Nicolai *Marronis* patris eorum, presentis et consentientis et renumpiavit omni iure si quodam habet vel habere posset nunc et in futurum in infrascripta

domo, orto, cerbinaria cum omnibus earum usibus etc. quocumque modo iure titulo sive causa. Hunc autem consensum et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Paulus eidem Ceccho, fratri suo, et prefate domine Iohanne emptrici, presenti et recipienti, pro eo quod dictus Cecchus sponte renumpsiavit et refutavit dicto Paulo, presenti et recipienti, omnia iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat

f. 33v in domibus, accasamentis et apothecis que devenerunt in partem ipsi Paulo, tempore divisionis et partimenti facte et facti inter ipsos Paulum et Cecchum, ut patet manu mei eiusdem notarii, quocumque modo iure titulo sive causa ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit honeste mulieri domine Iohanne<sup>(e)</sup> uxori olim Oddonis de Soromanis de regione Pinee, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Iohanna dare et concedere perpetuo voluerit, idest quodam palatium sive accasamenta ipsius Cecchi, terrinea et solarata cum salis terrineis, cameris, stabulis, cellariis infra se, orto cum menangolis post se et cum quadam alia domo terrinea<sup>(f)</sup> in qua est seu stare consuevit cerbinaria et cum quodam alio orto in opposito ipsius domus, via publica mediante, cum omnibus ipsarum et cuiuslibet ipsarum usibus utilitatibus pertinentiis et

f. 34r adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus ipsarum, que domus, cerbinaria et ortus, positi sunt in regione Pinee, inter hos fines, ad omnes predictas domos et cerbinaria, ab uno latere tenet Butius Iubillei, ab alio latere tenet Iohannes de Sorromanis, ante est via publica, retro tenet via vecinalis, ad dictum ortum ab uno latere tenet Andreotius Lelli Angeli Blaxii, ab alio Paulus Buccamoza<sup>(g)</sup>, a duobus lateribus sunt vie publice vel si qui sunt ad predicta plures vel veriores<sup>(h)</sup> confines. Item eodem<sup>(i)</sup> titulo venditionis dictus venditor dedit cessit et concessit eidem domine Iohanne emptrici, presenti et recipienti, omnia iura et actiones sibi competentia et in futurum competitura in domibus et orto predictis, nullo iure nullaque actione in predictis ipsi Ceccho venditori aliquo modo reservavit et per Nicolaum Valentini testem predictum, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendam ipsam emptricem, de predictis investiiri voluit et mandavit et donec

f. 34v dicta emptris fuerit investita et vacua et corporale possessio adempta constituit se dictus venditor, nomine dicte emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, plenam licentiam liberam et absolutam potestatem concessit ut, amodo in antea, ipsam domum propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui<sup>(j)</sup> vendere donare fructificare recipere et de ea facere quicquid sibi perpetuo placuerit, ita quod, amodo in antea, dicta emptris proprio nomine agat petat excipiat recipiat et defendat et in locum ius et privilegium ipsius venditoris succedat et succedere voluit et mandavit. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii CXL florenorum auri, de quibus quidem CXL florenis auri dictus venditor a dicta emptrice, presente, numeraliter et manualiter recepit

f. 35r et habuit L florenos auri, residuum autem totius quantitatis predictae, videlicet LXXXX florenos auri dictus venditor a dicta emptrice confessus est se recepisse, de quibus se bene quietum contentum pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum et non ponderatorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti, exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta venire possent renumpsiavit expresse et si qui plus de dicto pretio dicte domus, cerbinaria et ortus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valerent nunc vel in futurum valere possent, totum illud plus quod valerent inter vivos donavit cessit et concessit etc. et promisit dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti, quod dicte domus, cerbinaria cum orto cum omnibus earum usibus, ut dictum est, est ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati

f. 35v se loco sunt vendite date donate in totum nec in partem, largo sumpto vocabulo alienationis, nec contractus vel quasi contractus factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret et ea occasione seu quovis alia dicta emptris aut sui heredes et successores vel habentes causam ab ea molestarentur in iudicio seu extra, in totum vel in partem promisit dictus venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, ipsam defensare suis sumptibus et expensis usque ad finem cause et finaliter si evictio sequeretur promisit dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti ut supra, ipsam evictionem de aliis suis bonis solvere duplicatam etc. et ad hec ad precepta<sup>(k)</sup> et instantiam dicti Cecchi, venditoris, penes eandem emptricem, presentem et recipientem ut supra, Paulus filius olim Nicolai Marronis, extra dictum consensum, Iohannes filius olim Cecchi Cafari et

f. 36r Ceccholellus filius olim Andreotii Cafari de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum, fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluerunt teneri et obligati esse in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus venditor tenetur et obligatus est teneri et obligari posset, promiserunt insuper dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum dicte emptrici, presenti et recipienti, in predictis omnibus et singulis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam

pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris et dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt penes dictam emptricem, presentem et stipulantem ut supra, omnia et singula bona eorum etc. et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpriaverunt in hiis ferris beneficio fori etc. que quidem omnia et singula etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato “missum” <sup>(b)</sup> Depennata l’erronea linea di abbreviazione posta sotto la “P”  
<sup>(c)</sup> Depennato “d” <sup>(d)</sup> Depennato “Cece” <sup>(e)</sup> Depennato “p” <sup>(f)</sup> Depennato “cum” <sup>(g)</sup> Depennato “ante est” <sup>(h)</sup> P “venuores”  
<sup>(i)</sup> Depennato “d” <sup>(j)</sup> P “flui” <sup>(k)</sup> Così P.

## 29.

1371, luglio 21

Nicola di Valentino del rione Monti riceve in deposito da Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna la somma di 40 fiorini d’oro e promette di restituirla entro il prossimo Natale.

f. 36v

Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: Paulus Marronis, Iohannes Cafari, Cecchus Cafari de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus Valentini de regione Montium ac die presente, sua bona voluntate, confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et nunc habere et tenere a Ceccho filio olim Nicolai Marronis de regione Pinee, presente et recipiente ac legitime tipulante pro se et suis heredibus<sup>(a)</sup> et sucessoribus, idest XL florenos boni et puri auri, iusti et recti ponderis, quos confessus fuit se recepisse et habuisse a dicto Ceccho, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpriavit exceptioni non solutorum non numeratorum ditorum florenorum et depositi predicti non habiti non recepti exceptioni doli mali et generaliter omnibus aliis exceptionibus et

f. 37r

iuribus, quibus etc. contra predicta venire posset renumpriavit expresse, quos quidem XL florenos auri dictum Cola eidem Ceccho tenere custodire et salvos facere promisit ad omnem ipsius Nicolai rescicum periculum et fortunam, scilicet incendii naufragii furti rapinie exfortiamenti etc. et cuiuslibet alios casus<sup>(b)</sup> fortuiti et eidem Ceccho dictus Nicolaus redere et restituere promisit hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Yhesu Christi proxime futurum in pecunia numerata et non in alia specie seu re cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Nicolaus eidem Ceccho, presenti et recipienti obligavit et pignore posuit omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura, et ea quantum ad hec nomine ipsius Cecchi tenere et possidere constituit precario<sup>(c)</sup> recognovit et voluit pro predictis dictus Cola posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. renumpriavit in hiis ferris, beneficio fori etc. et generaliter etc.

<sup>(a)</sup> P “heredibus” <sup>(b)</sup> Annullata la consonante “f” da una macchia d’inchiostro <sup>(c)</sup> P “preclario”.

## 30.

1371, luglio 22

Il prete Nicola rettore della chiesa di S. Stefano di Pigna, i chierici Cola di Pietro *de Montanariis* e Petruzio di Giovanni di Nardo *de Porcariis*, anche a nome dell’altro chierico Oddone *de Thedallinis*, danno in locazione a Pietro di maestro Novello fornaio del rione Colonna una casa con forno, situata nel rione Pigna, per un periodo di 4 anni con un canone annuale di 2 fiorini d’oro, fatta eccezione per il primo anno.

L’affittuario si impegna a far riparare il forno a sue spese, mentre il tetto sarà riparato a spese della chiesa.

Il pagamento sarà consegnato nelle mani di Saba *de Seromanis* che si occuperà della spesa del tetto e della consegna della somma residua ai chierici della chiesa.

I contraenti stabiliscono che se il papa o l’imperatore dovessero venire e risiedere a Roma il canone di locazione sarà raddoppiato, si impegnano inoltre al rispetto dei patti sotto pena di 50 libbre di provisini del senato.

f. 37v

Indictione VIII mense iulii die XXII°.

Testes: Laurentius de Seromanis et Iotius Pilella de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Cola domini Petri de Montanariis, Petrucius Iohannis Nardi de Porcariis clerici dicte ecclesie, pro sese ipsis et vice et nomine Oddonis de Thedallinis eorum consocii clerici dicte ecclesie et pro ipsa ecclesia, ac die presente sponte locaverunt Petro magistri Novelli fornario de regione Columpne, presenti et recipienti pro tempore infrascripto, idest unam domum cum forno ipsius ecclesie, positam in regione Pinee inter hos fines, a duobus lateribus tenent vie publice, ab alio tenet Butius Cole tubatoris, ab alio Lella \*\*\*\*\* vel si qui etc. ad habendum tenendum habitandum et ibidem furnum faciendum. Hanc autem locationem et que dicta sunt et infra dicentur dicti presbiter et clerici, pro sese ipsis et nomine quo supra et pro dicta ecclesia, eidem Petro, presenti et recipienti ut

f. 38r supra, fecerunt pro IIII<sup>or</sup> annis proxime futuris et pro eo quod dictus Petrus promisit dictis presbitero et clericis, presentibus et stipulantibus respondere omni anno, primo anno dumtaxat exceptioni quia sic actum extitit inter eos, duos florenos auri et ipsum furnum suis expensis facere reparare, reparatio tecti fiat expensas dicte ecclesie, quos florenos ipse Petrus solvat et solvere teneatur, dictis tribus annis durantibus, Sabbe de Seromanis qui ipsam pecuniam recipere tenetur et debet pro reparatione tecti ipsius furni per eum et de sua pecunia facta ipsis presbitero et clericis, pro sese ipsis et quibus supra nominibus presentibus et confitentibus et acceptantibus, quam quidem locationem dicte partes pro dicto tempore atendere et observare promiserunt et ipsam non revocare seu renumpiare ad penam L librarum provisinorum pro medietate etc. et si contingat infra dictum tempus papam vel imperatorem Romam venirent et ibidem facere residentiam, quod dictus Petrus pro tempore quo steterit pensionem duplicatam solvere teneatur, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

31.

1371, agosto 11

Lello e Alterio figli del defunto Corraduzio *Mastronis* speziari del rione Pigna danno in locazione perpetua a Nicola *de Iacobinis* canonico di S. Maria *Dompne Rose* due pezze di terreno incolto, situate fuori della porta Appia nella contrada Valle Appia al canone annuale di 3 libbre e 12 soldi di provisini del senato da corrispondere nella festa dell'Assunzione.

I contraenti stabiliscono che se il canone dovesse essere pagato dopo 8 giorni dalla festa dell'Assunzione l'importo dovrà essere duplicato, se poi dovessero trascorrere 15 giorni i beni locati torneranno con tutte le migliorie ai locatari.

Infine si conviene che il locatario o i suoi successori non possano piantare un canneto nel terreno posto tra i due fossati e che egli non possa vendere la locazione senza il consenso dei locatari.

f. 38v Indictione VIII mense augusti die XI<sup>o</sup>.

Testes: Mathias Pauli Petri de Cintheis, Nutius Spene proseneta, Iohannes Tutii Mentuli.

Actum in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Lellus et Alterius germani frates filii olim Corradutii *Mastronis* spetiarii de regione Pinee, qui Alterius iuravit etc. et promisit perpetuo non petere restitutionem in integrum, ac die presente sponte locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt domino Nicolao de Iacobinis canonico Sancte Marie *Dompne Rose*, nomine proprio recipienti et non nomine dicte sue ecclesie seu alterius sue ecclesie beneficii seu dignitatis, presenti et recipienti ac legitime stipulanti in perpetuum, idest duas petias terre sode ipsorum fratrum ad veram et mundam proprietatem, plus vel minus quante sunt, positas extra portam Apiam in contrada que dicitur Vallis Apie, inter hos fines, ad unum ex dictis petiis terre ab

f. 39r uno latere tenet rivus Apie, ab alio latere tenet monasterium Sancti Sabbe, ab alio dicti frates, ad aliud vero petio terre a duobus lateribus sunt carbonaria corporalia, ab aliis lateribus tenent dicti frates vel si qui etc. cum omnibus usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et introitibus eorumdem ad abendum tenendum utendum fruendum<sup>(b)</sup> alteri locandum vendendum et de eis et quolibet ipsorum faciendum quicquid ei suisque heredibus et successoribus perpetuo placuerit. Hanc autem locationem dationem cessionem et concessionem in perpetuum predicti frates eidem domino Nicolao, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecerunt pro eo quod dictus dominus Nicolaus promisit et convenit prefatis fratribus, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus ut supra et pro se ipsis et heredibus et successoribus ipsorum in perpetuum, omni anno anuatim respondere dictis fratribus in festo Sancte Marie de mense augusti pro censu et reditu dicte locationis III librarum XII solidorum provisinorum ad rationem triginta sex solidorum provisinorum pro qualibet petia, proviso quod pro anno presente dicta solutio

f. 39v non vendicet<sup>(c)</sup> sibi locum et si dictus dominus Nicolaus dictam pensionem<sup>(d)</sup> sive censum infra VIII dies post festum predictum immediate sequentem non solverit, quod duplum solvere teneatur et voluit et promisit et si infra XV dies statim post dictum festum non solverit, quod dicta locatio cum omni suo melioramento ad dictos frates libere revertatur, quia sic actum et conventum extitit inter ipsas partes, proviso etiam et expresse convento quod nullo modo liceat ipsi domino Nicolao nec suis successoribus in dicto uno petio terre, posito infra dictos duos carbonarios corporales, cannetum mictere seu plantare, insuper promisit dictus dominus Nicolaus predictis fratribus, presentibus et stipulantibus ut supra, ipsas terras non vendere nec alteri concedere sine expressa conscientia et voluntate ipsorum fratrum ut in forma<sup>(e)</sup> et promiserunt dicti frates dicto domino Nicolao, presenti et recipienti, quod dicte terre sunt ipsorum et quod nemini sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluerunt<sup>(f)</sup> teneri de evictione, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato "missum" <sup>(b)</sup> P "fluendum" <sup>(c)</sup> Così P, intendasi "vindicet" <sup>(d)</sup> P "pensionem" <sup>(e)</sup> Depennato "pro quibus omnibus observandis" <sup>(f)</sup> P "voluit" con un doppio segno di abbreviazione sul vocabolo.

Paolo figlio del defunto Paolo *Buccamoze* del rione Pigna, alla presenza del notaio Paolo *de Seromanis* ed a sette testimoni, fa testamento e designa eredi le figlie Caterina moglie di Matteolo di Cola *Quaranta*, Andreozia moglie di Lello *Ponziani* del rione S. Angelo e Ceccola moglie di Stefanello di Lello di Giovanni *Cinthei* orefice, insieme al figlio pupillo Giovanni Paolo e al nascituro di cui é incinta la moglie Lella.

Lascia alle figlie le doti e i diritti dotali che furono concesse al tempo del contratto matrimoniale, se poi qualcuna di loro dovesse morire senza aver procreato figli legittimi i beni dotali saranno destinati al figlio pupillo Giovanni Paolo e al nascituro, se maschio, in parti uguali e se questi non sopravviveranno i beni dotali saranno destinati, in parti uguali, alle figlie superstiti; se poi tutte le figlie dovessero morire senza aver procreato figli legittimi, l'ultima superstite sarà libera di disporre dei beni a suo piacimento. Dispone infine che i beni del figlio o delle figlie, nel caso della loro scomparsa senza eredi, siano destinati, a suffragio della sua anima, per metà alla chiesa di S. Stefano di Pigna per la riparazione del tetto dell'edificio sacro e per altri lavori, e per l'altra metà alla chiesa lateranense per lavori di restauro.

Nel caso che la moglie Lella dovesse dare alla luce una femmina destina alla nascita una dote per maritarsi o per monacarsi di 100 fiorini d'oro, se poi dovesse morire nell'età pupillare la dote sarà destinata al figlio o alle figlie secondo le disposizioni precedenti.

Lascia alla nipote Buziola figlia di Caterina, a suffragio della sua anima, la somma di 50 libbre di provisini del senato allo scopo di integrare la dote per maritarsi o per monacarsi, se poi dovesse morire senza aver procreato figli legittimi il lascito sarà destinato alla madre Caterina.

Assegna alla moglie Lella la dote di 62 fiorini d'oro, che aveva ricevuto in due volte dal notaio Nicola *Iannoctari* del rione Pigna per un importo di 50 libbre di provisini e da Nicola *Ficocie* del rione Campitelli o Ripa per l'altro importo di 12 fiorini, oltre ai vestiti ed agli ornamenti e la nomina usufruttuaria dei suoi beni, finché vorrà vivere nello stato vedovile con il figlio, altrimenti dovrà rinunciare alla dote e al relativo lascito.

Nomina eredi universali dei suoi beni mobili ed immobili il figlio Giovanni Paolo e il nascituro, del quale é incinta la moglie Lella, con l'impegno di dividerli in parti uguali: se uno di loro dovesse morire senza aver procreato figli legittimi l'eredità sarà trasferita al superstite; se poi dovessero morire entrambi in tenera età l'eredità sarà trasferita alle figlie in parti uguali, se poi fossero tutte decedute i beni saranno trasferiti ai loro figli ed alle figlie in parti uguali; infine se il figlio postumo dovesse morire in tenera età senza figli potrà lasciare la metà dei beni a suo piacimento, mentre l'altra metà sarà destinata alle figlie o ai loro figli e alle figlie in parti eguali.

Nomina esecutori testamentari Cecco di Pellegrino, la figlia Andreozia e Paola moglie del notaio Gosmatello.

Il testatore aggiunge ancora che se qualcuna delle sue figlie dovesse rimanere vedova potrà abitare nella sua casa insieme al figlio Giovanni Paolo per tutto il tempo nel quale manterrà lo stato vedovile.

f. 40r

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense septembris die primo.

Testes: frater Nicolaus de Porcariis, frater Iacobus de Urbe, frater Thomaxius de Spoleto, frater Petrus de Roma, frater Magnus de Anania, frater Anthonius Trasacti et frater Paulus Petri de Roma [omnes]\* Ordinis predicatorum Sancti Dominici.

Actum in ecclesia Sancte Marie super Minerbam.

In presentia mei notarii et testium etc. Ego<sup>(b)</sup> Paulus filius olim Pauli Buccamoze de regione Pinee, sanus quidem corpore, mente et conscientia pura timens casum future et inopinate mortis, intestatus decedere nollens, idcircho contitutus coram Paulo de Seromanis notario et dictis VII testibus a me vocatis et rogatis, hunc meum nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio, in quodam meo testamento mihi heredes istituo Catherinam, filiam meam, uxorem Matheuli Cole Quaranta, Andreotiam, filiam meam, uxorem Lelli Ponziani de regione Sancti Angeli et Cecchola, filiam meam, uxorem Stephanelli Lelli Iohannis Cinthei aurificis,

f. 40v

Iohannem Paulum, filium meum, pupillum et ventrem Lelle uxoris mee, si pregnans esset et eius partus ad lucem perveniret, quibus Catherine, Andreotie et Cecchole et cuilibet earum relinquo iure institutionis trebellianice debito iuris nature et pro omni earum iure et cuiuslibet ipsarum dotes earum et iura eorum dotalia, que eis et cuilibet ipsarum dedi tempore contractus matrimonii cum dictis earum viris et sint contente, ita quod de bonis nec in bonis meis plus non petant nec petere possint ipse nec aliqua ipsarum aliquo colore quesito et si aliqua ipsarum vel omnes ipse quocumque tempore sine legitimis filiis morirentur, quod moriantur dicto meo filio masculo et postumo ex ventre dicte Lelle uxoris mee si filium masculum parierit cuilibet ipsorum pro equali portione, alias dicto filio meo tantum qui superest et si casus accideret quod dictus filius meus non superesset nec etiam postumus, quod una ipsarum moriatur<sup>(c)</sup> aliis vel alteri in casu predicto pro equali

f. 41r

portione et si omnes sine legitimis filiis morirentur, quod in dote sua ultima decedens libera sit ad faciendum de ea quicquid sibi placuerit<sup>(d)</sup> in omnibus aliis bonis, que iure dicte successionis ad suas manus pervenerant, tam de filio quam filiabus meis quod moriatur, pro anima mea, pro medietate ecclesie Sancti Stephani de Pinea, pro

reparatione tecti ipsius ecclesie sive pro alio opere fiendo in ipsa et pro alia medietate ecclesie Lateranensi etiam pro reparatione ipsius; si vero dicta Lella uxor mea pregnans esset et filiam feminam parierit et ad lucem pervenerit relinquo sibi pro sua dote sive matrimonio aut monacagio quod abeat<sup>(e)</sup> et habere debeat de bonis meis C florenos auri tantum et sit contentam, ita quod de bonis nec in bonis meis plus non petat nec petere possit iure institutionis debito iuris<sup>(f)</sup> nature trebellianice nec aliquo alio modo iure titulo sive causa et si dicta filia mea nascitura in pupillari etate vel quomodocumque decederet, quod moriatur dicti filio

f. 41v meo vel filiabus modo et forma supradictis. Item relinquo de bonis meis Bucciole nepti mee filie dicte Catherine filie mee, pro anima mea, pro augmento sue dotis maritaggi sive monachagii L libras provisinorum senatus, si dicta Bucciola neptis mea quocumque tempore sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur dicte Catherine matri sue. Item relinquo dicte Lelle, uxori mee, dotem suam et iura dotalia, videlicet LXII florenos auri, quas confiteor me recepisse inter duas vices, videlicet a Nicolao Iannoctari notario de regione Pinee, dante et solvente pro dicta Lella, L florenos auri et a Nicolao Ficocie de regione Campitelli sive Ripe, dante et solvente pro dicta Lella, XII alios florenos auri et omnia illa iura que habeo contra dictum Nicolaum Iannoctari pro dote ipsius Lelle, ita tamen quod dicta dos<sup>(g)</sup> semel tantum veniat repetenda etc. Item relinquo dicte Lelle uxori mee omnes suos pannos vestitorios et amantorios quos sibi feci et que reperirentur penes eam post mortem meam cum ornamentis in eis existentibus,

f. 42r ita tamen quod dicta Lella guarnimenta ab heredibus meis petere non posset quoque modo iure titulo sive causa et si guarnimenta petere vellet quod cadat a dicto relicto succedat dictus filius meus masculus. Item relinquo<sup>(h)</sup> ipsam Lellam uxorem meam dominam et dominatricem usufructuariam in omnibus bonis meis si cum dicto filio meo honeste et sine viro stare et sedere voluerit, alioquin recedat cum dote et relicto prefato et sit contenta, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit aliquo colore quesito; cetera namque bona mea mobilia et immobilia iura et actiones ubicumque et penes quemcumque reperirentur relinquo dicto Iohanni Paulo filio et heredi meo universali et postumo, nascituro ex ventre dicte Lelle uxoris mee, pro equali portione et si aliquis ipsorum filiorum meorum quocumque tempore sine legitimis filiis decederet quod succedat alteri et si vero dicti filii mei in pupillari etate decederent, quod succedant eis dicte filie mee femine

f. 42v que superessent pro equali portione et si nulla ipsarum superessent quod succedat ei filii seu filie ipsarum pro equali portione et si dictus filius meus masculus et postumus decederent post pupillarem etatem sine filiis, quod possit de bonis meis medietatem relinquere cui voluerit, in alia medietate succedant sibi dicte filie mee<sup>(i)</sup> femine seu ipsarum filii aut filie pro equali portione. Executores huius meis testamenti mee ultime voluntatis et anime mee facio constituisco et ordino Cecchum Peregrini, Andreotiam filiam meam et dominam Paulam uxorem Gosmatelli notarii, quibus do et concedo plena et liberam potestatem bona mea omnia capiendi intrandi etc. aditum est quod si aliqua dictarum filiarum mearum<sup>(j)</sup> veniret ad viduitatem, quod possit stare una cum dicto filio meo in domo mea toto tempore quo sit vidua stare et permanere voluerit et hoc est ultimum meum testamentum quod si non valeret iure testamenti valeat iure codicillorum seu donationis causa mortis et omni modo iure et forma quibus melius valere potest et debet,

f. 43r cassans et irritans et annullans omne aliud testamentum sive codicillum per me actenus factum et per quemcumque notarium scriptum et si confessionem aliquam scriptam in eo vel eis reperiretur, tamquam non veram, casso et anullo etc.

(a) Depennato “V” (b) Depennato “frater” (c) Depennato “all” (d) P “placue” (e) Così P (f) P “iurem” (g) P “dox” (h) P “relico”  
 (i) Depennato “masculi” (j) Depennato “de”.

### 33.

1371, settembre 6

Cecco figlio del defunto Giovanni *Catellini* detto *Ceccoferno* dà il consenso all’atto di vendita e di quietanza fatti dalla sorella Caterina figlia del defunto Giovanni e di Francesca *de Castilgio* al nobile Landolfo di Colonna circa i diritti che erano stati assegnati a Caterina, a lui ed alla sorella Francesca monaca del monastero di S. Maria *de Maxima* in relazione alla dote della madre Francesca sul *castrum Montis Algiani* e sul relativo tenimento per il quale c’era stata una sentenza esecutiva ed una diffida da loro promossa con spese per la causa, come risulta dall’atto rogato dai notai Giovanni di Nicola *Coffi* e Paolo di Andrea di Buonanno.

Indictone X<sup>a</sup> mense septembris die VI<sup>o</sup>.

Testes: Stephanellus filius olim Madaleni de Seromanis, Paulus filius olim Oddonis Seromani et Lellus Rostolini de regione Pinee.

Actum in porticali domus Sabbe de Seromanis.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius olim Iohannis Catellini dictus alias Ceccoferno, qui iuravit etc. ac die presente, sua bona voluntate et libero suo arbitrio, et ex certa scientia istrumenti venditionis sive refutationis facte per dominam Catherinam, sororem suam, filiam dicti olim Iohannis et<sup>(a)</sup> filiam domine Francisce de Castilgio magnifico viro domino Landulfo de Columpna de omnibus et singulis iuribus et actionibus ad ipsam dominam Catherinam et ad ipsum

f. 43v

et ad dominam Franciscam, sororem eorum, monialem monasterii Sancte Marie de Maxima seu ad aliquem earum ratione dotis dicte domine Francisce matris earum et iurium dotalium ipsius ac etiam iure relictorum sibi domine Francisce facti in et supra castrum Montis Algiani et sui tenimenti. Item et occasione sententiarum inde secularum et diffidationis secularum ex eis et expensarum factarum in dictis causis, ut de dictis refutatione sive venditione patet manu Iohannis Nicolai Coffi et Pauli Andree Bonianni publicorum notariorum, ratificavit acceptavit emoluavit confirmavit ac ratam gratam et firmam, in omnibus suis tenoribus et articulis<sup>(b)</sup> habere et tenere promisit et in nullo contra dicere quocumque modo sub obligatione omnium bonorum ipsius mobilia et immobilia presentia et futura ipsique venditioni sive refutationi consensit et suum consensum prestitit omnimodo via et iure et forma, quibus melius fieri potest et debet nec non renuntiavit et refutavit dicte domine Catherine sorori sue, presenti et recipienti ac legitime stipulanti<sup>(c)</sup>

f. 44r

pro se et vice et nomine dicti domini Landulfi et suorum heredum et successorum, et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti pro ea et eis, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ipsi Ceccho competentia et in futurum competitura occasionibus supra-dictis seu aliqua ipsarum contra ipsum dominum Landulfum et bona sua et in dicto castro Montis Angiani.<sup>(d)</sup> Hanc autem ratificationem consensum et refutationem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Cecchus dicte domine Catherine, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone, presenti et stipulanti ut supra, causa amoris et dilectionis quem et quam habet in dictam dominam Catherinam sororem suam et in dictum dominum Landulfum et pro multis servitiis ab eis et quolibet ipsorum receptis et que, Domino concedente, sperat recipere in futurum et promisit quod dicta iura nemini per eum seu alium, eius nomine, sunt vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione etc. pro quibus obligavit bona sua etc. et renuntiavit etc.

<sup>(a)</sup> Omessa la congiunzione nel testo <sup>(b)</sup> "articus" <sup>(c)</sup> Omesso con la fine del foglio il completamento del vocabolo <sup>(d)</sup> Così P.

### 34.

1371, settembre 11

Il nobile Giacomo figlio del defunto Nicola *Pappacuri* del rione Parione, canonico della chiesa dei SS. Lorenzo e Damaso, erede ed esecutore testamentario del defunto Nicola suo padre, vende a Caterina figlia del defunto Pono *Muti Buscii* e moglie di Lorenzo *de Seromanis* del rione Pigna una casa o palazzo con torre e casamenti, dove abita con il marito, con sale, camere, cucina, stalla, cantina e davanti un porticato, situato nel rione Pigna, con diritto di proprietà della chiesa di S. Stefano di Pigna alla quale va corrisposto un canone annuo di un denaro *papiense*, al prezzo di 100 fiorini d'oro pagato con il denaro della dote di Caterina.

L'acquirente nomina suo procuratore lo stesso venditore.

Alla vendita sono presenti, insieme a Caterina, il marito Lorenzo e la madre Giacomina.

Dietro richiesta di Giacomo si offrono quali garanti Nuzio di Tebaldo del rione Parione e Lello di Giovanni cavaliere del rione Arenula nel caso di una eventuale evizione dei beni venduti.

f. 44v

Indictione X mense septembris die XI<sup>o</sup>.

Testes: presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Sabbas de Sorromanis et Petrus fornarius de regione Pinee.

Actum in ecclesia Sancti Stephani de Pinea.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis vir Iacobus filius olim Nicolai Pappacuri de regione Parionis, canonicus ecclesie Sanctorum Laurentii et Damassi, res<sup>(a)</sup> testamentarius ac executor testamenti et ultime voluntatis dicti olim Nicolai patris sui, hereditario et executorio nomine quo supra et non nomine dicte sue ecclesie beneficii seu dignitatis, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit transtulit et mandavit domine Catherine filie olim Poni Mutii Buscii<sup>(b)</sup> et uxori Laurentii de Sorromanis de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum, idest unam domum sive palatium cum turri et accasamenti cum salis, cameris, coquina, stabula, cerbinaria et statio ante se cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis, salvo

f. 45r

semper et reservato iure<sup>(c)</sup> proprietatis ecclesie Sancti Stephani de Pinea, videlicet ad annuam respondendam pensionem, scilicet unum denarium papiensem, que domus sive palatia cum turri, positi sunt in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet ecclesia Sancti Stephani de Pinea<sup>(d)</sup>, ab alio latere tenet dominus Angelus Marronis, a duobus lateribus sunt vie publice vel si qui etc. quam domum dicta domina Catherina cum dicto Laurentio, viro suo, nunc habitat ad habendum tenendum possidendum etc. vendidit etiam dictus venditor, executorio et hereditario nomine quo supra, omnia iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales que et quas habet et in futurum habere sperat in domibus et accasamentis prefatis, nullo iure nullaque actione sibi aliquo modo reservata, dedit etiam quoque cessione et concessionem dictus venditor, quo supra nomine, dicte emptrici plenam licentiam et liberam potestatem ut, amodo in antea, propria auctoritate



f. 45v et sine curia proclamatione ipsam domum cum omnibus suis iuribus, ut dictum est, possit intrare tenere possidere uti frui<sup>(e)</sup> vendere donare etc. et de ea facere quicquid sibi perpetuo placuerit tamquam de re propria ipsamque emptricem dictus venditor, quo supra nomine in rem suam procuratorem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus venditor, executorio et hereditario nomine quo supra, eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii C florenorum auri, de quibus C florenis auri dictus venditor a dicta emptrice, presente, numeraliter et manualiter recepit et habuit XLIIII florenos auri, residuum autem videlicet LVI florens auri dictus venditor a dicta emptrice confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse in florenis de auro, de quibus quidem C florenis auri pretium dictarum domorum dictus venditor a dicta emptrice se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali etc. qui quidem C floreni auri sunt dos seu de parte dotis dicte domine Catherine uxor dicti Laurentii, presentibus et confitentibus dictis domina<sup>(f)</sup> Catherina, Laurentio eius viro, et domina Iacoba matre ipsius domine Catherine, sic fuisse et esse

f. 46r verum et si plus dicto pretio dicte domus palatia nunc valerent vel infuturum valere possent, totum illud plus quod valerent dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, amoris causa inter vivos et inrevocabiliter donavit, cessit et concessit et promisit dictus venditor quod dicte domus palatia, cum turri et accasamenta sunt ipsius et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendite date donate cesse concesse pignorate nec quomodolibet alienate in totum nec in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter dicta emptris vel suis heredibus et successoribus<sup>(a)</sup> in iudicio de iure thaerentur<sup>(b)</sup> vel molestarentur promisit dictus venditor dicte emptrici ipsam defendere omnibus suis sumptibus et expensis cum advocatis et procuratoribus ipsius, ita et taliter quod dicta emptris nullum dampnum patiat in eis, finaliter si evictio sequeretur in totum aut in parte

f. 46v promisit dictus venditor eidem emptrici ipsam evictionem de aliis suis bonis propriis solvere duplicatis quacumque ex causa ipsa evictio sequeretur, asserens et confitens dictus venditor talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum, quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto cum dampnis et expensis etc. de quibus evictione dampnis et expensis et interesse dictus venditor stare et credere voluit et promisit solo simplici sacramento ipsius emptricis sine alterius honore probationis, iudicis taxatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dictus venditor obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc. et ad hec preceps<sup>(c)</sup> et instantiam dicti venditoris, quo supra nomine, penes dictam emptricem, presentem et stipulantem ut supra, Nutius Theballi de regione Parionis, Lellus domini Iohannis cavalierii de regione Arenule, quilibet ipsorum in solidum fideiusserunt in casu evictionis dumtaxat et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore etc. obligantes pro predictis omnia earum bona etc. et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc.

(a) Così P (b) Depennato “d” (c) Depennato “1” (d) Depennato “ad” (e) P “flui” (f) Depennato “L” (a) Depennato “evincerentur”  
 (b) Così P, intendasi “traherentur” (c) P Così P.

### 35.

1371, settembre 18

Nicola *de Buccabellis* canonico lateranense, procuratore di Francesco prete cardinale di S. Sabina, di Tebaldo suo fratello canonico della basilica del Principe degli Apostoli di Roma e del nobile Giacomello figlio del defunto Giovanni *Marronis* vende ai fratelli Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna l'erba del tenimento del casale di Francesco di Tebaldo, che già fu di Lello calderaio, situato fuori del ponte Salario, per un periodo che intercorre tra la festa di S. Angelo del mese di settembre alla successiva festa di S. Angelo del mese di maggio al prezzo di 6 fiorini d'oro da versare in due rate, la prima a Natale e la seconda a Pasqua.

Il procuratore vende inoltre l'erba del tenimento del casale *de Marronibus*, situato egualmente fuori del ponte Salario, per lo stesso periodo al prezzo di 24 fiorini d'oro più la carne e il cacio consueti.

f. 47r Indictione X<sup>a</sup> mense septembris die XVIII.

Testes: Christofanus Cecchi Croppe, Iohannes Paulus Nanzi et Rentius domine Luce.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis vir dominus Nicolaus de Buccabellis canonicus lateranensis, procurator et persona legitima reverendissimi in Christo patris et domini domini Francisci titulo Sancte Sabine presbiteri cardinalis, nec non venerabilis viri domini Theballi, eius fratris, canonici basilice Principis Apostolorum de Urbe, nec non procurator et persona legitima nobilis viri Iacobelli filii olim Iohannis Marronis, habens speciale mandatum, ut patet asserit manu publici<sup>(a)</sup>, ac die presente, sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Paulo et Ceccho germani fratribus filiis olim Nicolai Marronis de regione Pinee, presentibus et recipientibus pro sese ipsis, a festo Sancti Angeli de mense

septembris proxime futuro usque ad festum Sancti Angeli de mense maii deinde proxime subsecuturum, idest erbas et pasqua tenimenti casalis ipsorum dominorum Francisci et Theballi, quod olim fuit Lelli callarari, positi extra pontem Salarium, inter suos confines \*\*\*\*\*.

f. 47v

Hanc autem venditionem fecit pro pretio et nomine pretii VI florenorum auri, quos dicti Paulus et Cecchus eidem domino Nicolao, procuratori predicto, solvere promiserunt pro medietate in festo<sup>(b)</sup> Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro et pro alia medietate in festo Pascatis Domini nostri Ihesu Christi deinde proxime subsecuturum. Item erbas et pasqua tenimenti casalis de Marronibus, positi extra dictum pontem, inter suos confines, pro dicto tempore, ad rationem XXIII florenorum auri pro toto casali et carnes et caseum consuetos solvendo ut supra etc.

<sup>(a)</sup> Omesso “notarii” <sup>(b)</sup> Depennato “Pasce”.

36.

1371, settembre 26

Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna dà in locazione *ad pomedium* ai fratelli Pietro e Nuzio figli del defunto *Vendeucio Marronis* del rione Colonna 5 rubbia di maggese, situate nel tenimento del casale detto *VII Vangiore* fuori il ponte Salario, da coltivare a grano secondo la consuetudine di Roma. I locatari dichiarano di aver ricevuto 5 rubbia di grano per la semenza da utilizzare nella semina delle 5 rubbia di maggese e promettono di restituire sull'aia del casale nella prossima estate.

Indictione X<sup>a</sup> mense septembris die XXVI.

Testes: Laurentius et Stephanellus de Sorromanis.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee, qui iuravit etc. sponte dedit et concessit ad<sup>(a)</sup> pomedium Petro et Nutio, germanis fratribus, filii olim Vendeuti Marronis de regione Columpne, presentibus et recipientibus, V rubla magensium ipsius Cecchi ad sementandum ad granum, posita in tenimento casalis quod vocatur VII Vangiore extra pontem Salarium, inter suos confines, ad omne usum et consuetudinem Urbis, qui Petrus et Nutius sponte confessi sunt habere et ad melioramento predicto mutuo, a dicto Ceccho V rubla grani sine malitia, quod granum sementare promiserunt in dictis magensibus et eidem Ceccho ipsum in area redere et restituere in proxima futura estate cum dampnis et expensis etc. pro quibus obligaverunt bona eorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

f. 48r

<sup>(a)</sup> Depennato “melioramentum”.

37.

1371, settembre 28

Martinello di Santo di Vero del rione Pigna, con la garanzia di Salvato di Tommaso di Giacomuzio macellaio del rione Pigna, riceve in deposito da Pietro di Giacomo di Giudice Angelo *Rufini* dello stesso rione la somma di 7 fiorini d'oro e promettono di restituirla a richiesta del depositante.

Indictione X<sup>a</sup> mense septembris die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Laurentius Berardi et Laurentius Cole Christiani de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Martinellus filius Santi Veri de regione Pinee, ut principalis debitor, et Salvatus Thome Iacobutii macellarius de regione Pinee, ut fideiussor ipsius, et quilibet ipsorum in solidum, uno tamen solvente ceteri liberentur, ac die presente sponte confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse

f. 48v

et habuisse nunc penes sese habere et tenere a Petro domini Iacobi Iudicis Angeli Rufini de regione Pinee, presente et stipulante pro se et suis heredibus et successoribus, idest septem florenos boni et puri auri, iusti et recti ponderis, quos confessi fuerunt se recepisse et habuisse et penes eos habere et tenere, de quibus sese bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. et eidem Petro tenere custodire et salvos facere promiserunt ad omnem ipsorum et cuiuslibet ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et sibi Petro

redere et restituere promiserunt ad omnem suam petitionem et voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti depositarii et quilibet ipsorum obligaverunt omnia eorum bona etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt, pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt ferriis, diebus ferriatis beneficio fori epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato un segno convenzionale di “completum”.

Alessio figlio del defunto Alessio *Caransonis* del rione Monti vende al nobile Nardo di Gorio di Velletri 4 pezze di vigneto con la corresponsione del quarto, nella proprietà del monastero di S. Maria *de Massima*, situate fuori della porta Appia nella contrada di S. Sebastiano, al prezzo di 50 fiorini d'oro. Il venditore nomina suo procuratore Lorenzo di Lello *Candulfi* per l'insediamento nella sua proprietà.

f. 49r

Eodem anno, mense, indictione et die.

Testes: dominus frater Anthonius de Viterbio, frater Romanus de Roma Ordinis predicatorum, Petrus Lelli Lallis de regione Campimartis et Iohannes Andree de regione Arenule.

Actum ante cancellaria palatii Campitolii.

In presentia mei notarii et testium etc. Alexius filius olim Alexii *Caransonis* de regione<sup>(a)</sup> Montium ac die presente, sua bona propria et spontanea<sup>(b)</sup> voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit nobili viro Nardo Gorii de Velletri, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui ipse Nardus aut sui heredes et successores dare vendere aut concedere voluerit in perpetuum, idest quatuor petias vinearum, plus vel minus quante sunt, videlicet vites et arbores fructiferas et infuctiferas ad quartam redendam cum omnibus eorum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus earumdem, que vinee posite sunt extra portam Apiam in et super proprietate monasterii Sancte Marie de Massima<sup>(c)</sup> in contrada Sancti Sebastiani, inter hos fines, ab uno latere est tenimentum Piscarie, a duobus lateribus

f. 49v

tenet monasterium Sancti Sebastiani, ante est via publica vel si qui etc. ad abendum<sup>(d)</sup> tenendum vendendum etc. vendidit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, omnia iura sibi competentia nunc et in futurum in dictis vineis et per Laurentium Lelli *Candulfi*, licet absentem tamquam presentem, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem, de dicta vinea investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, plenam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsam vineam cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui<sup>(e)</sup> vendere donare etc. et de eis facere quicquid sibi perpetuo placuerit, nullo iure nullaque actione dicto venditori in dictis vineis aliquid reservatis. Hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus venditor fecit dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii L florenorum auri quos florenos auri dictus venditor a dicto emptore, presentialiter et

f. 50r

manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus et quo pretio se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et si plus dicto pretio dicte vinee valerent totum illud plus quod valerent dictus venditor eidem emptori inter vivo donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor eidem<sup>(f)</sup> emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod dicte vinee sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nemini sunt vendite donate etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione cum dampnis et expensis prout iura volunt, promisit insuper dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, in predictis et quolibet predictorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus venditor eidem emptori obligavit omnia bona sua mobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine ipsius emptoris, tenere et possidere precario<sup>(g)</sup> recongnovit et voluit, pro predictis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari renumpiantes in hiis beneficio fori ferris etc. et generaliter etc.

(a) Depennato "Sancti" (b) P "spontania" (c) Errato segno abbreviativo sulla "a" finale (d) Così P (e) P "frui" (f) Ripetuto e non depennato "eidem" (g) P "plecario".

Berardo di Oddomondo del rione Trastevere rilascia una quietanza a Roberto di Roberto inglese del rione Pigna ed a Guglielmo *Paternostraro* inglese del rione di S. Angelo, presenti anche a nome della società della Fraternità degli inglesi di Roma, in relazione ad un lavoro da lui eseguito nelle vigne della Fraternità, situate fuori della porta Appia, e per le spese da lui sostenute.

Roberto e Guglielmo rinunciano a loro volta ad ogni diritto sui frutti del vigneto, qualora Berardo ne avesse usufruito, sulla vendita delle canne del vigneto e sulla soma di 4 fiorini e di 3 libbre di provisini concessegli in prestito.

f. 50v

Indictione X<sup>a</sup> mense septembris die ultimo.

Testes: Laurentius Cafarelli de regione Pinee, Petrus dictus Scomora de regione Vie Late et Iannoctus laborator de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Berardus Oddomundi de regione Transtiberim ac die presente sponte

renumptiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Roberto Roberti de regione Pinee, anglico, Gulielmo Paternostraro anglico de regione Sancti Angeli, presentibus recipientibus pro se ipsis ac vice et nomine societatis Fraternitatis anglicorum Urbis, et mihi notario ut publice persone, presenti et stipulanti pro ipsa Fraternitate, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset contra ipsos Robertum et Gulielmum et quemlibet ipsorum ac contra ipsam societatem et singulares personas ipsius, pretestu et occasione laborerii vinearum ipsius societatem datarum per ipsos Robertum et alios, nomine dicte societatis, dicto Berardo ad laborandum, positarum extra portam Apiam, inter suos confines, et quorumcumque expensarum factarum in dictis vineis

f. 51r

per ipsum Berardum usque in presentem diem et generaliter de omni eo quod dictus Berardus, predictis supranominatis et societati predicte petere posset usque in presentem diem, tum occasione supradictis quam aliis quibuscumque. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Berardus prefato Roberto et Gulielmo, presentibus et recipientibus ut supra, et mihi notario stipulanti ut supra pro eo quod dictus Robertus et Gulielmus renumptiaverunt eidem omnia iura eis competentia contra ipsum Berardum, tum ratione fructus dictarum vinearum, si aliquos dictus Berardus percepisse, tum etiam occasione certarum candarum venditarum per ipsum Berardum de dictis vineis, tum etiam occasione III<sup>or</sup> florenorum et III librarum seu cuicumque alterius quantitatis pecunie mutuate per ipsum Robertum ipsi Berardo et generaliter de omni eo quod sibi petere possent usque in presentem diem, ita quod hec refutatio sit hinc et inde generalis et generalissima et promiserunt dicte partes quod dicta iura nemini sunt vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium appareret voluerunt ad alterutrum tenere de evictione, pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumptiaverunt etc.

40.

1371, ottobre 12

I fratelli Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna vendono a Perna detta *Pernola* vedova di Ceccarello del rione Trevi il latte e il cacio di 400 pecore bianche di Viterbo scelte tra il gregge, fino a quando non saranno trasferite al pascolo montano, al prezzo stabilito da due mercanti dell'arte dei pecorai indicati dai contraenti.

Paolo e Cecco dichiarano di aver ricevuto una caparra di 25 fiorini d'oro e Perna promette, a sua volta, di versare altri 15 fiorini entro il mese di ottobre: si conviene che intanto i venditori non saranno tenuti a consegnare il latte o il solo cacio.

f. 51v

Indictione X<sup>a</sup> mense octubris die XII.

Testes: presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Oddo de Sorromanis et Iacobus bubulcus. In presentia mei notarii et testium etc. Paulus et Cecchus, germani frates, filii olim Nicolai Marronis de regione Pinee sponte vendiderunt domine Perne uxori olim Ceccharelli dicte alias Pernola de regione Trivii, presenti et stipulanti, lac et fructus lactis III<sup>c</sup> pecudum albarum, ipsorum fratuum, viterbiensium vel idcirco<sup>(a)</sup> ad capturam, donec pecudes ascendent montaniam, pro eo pretio quo communiter valebit inter homines de arte, secundum quod duo homines mercatores de arte eligendos unum pro parte declarabunt, pro quo lacte et fructu lactis vendendis dicti Paulus et Cecchus a dicta Pernona<sup>(b)</sup> presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt XXV florenos auri pro arris et parte pacamenti totius dicti lactis, XV alias florenos auri dicta Pernona dictis fratibus dare promisit per totum presentem mensem octubris, actum et conventum quod dicti frates non teneantur dare lac videlicet caseum dumtaxat.

<sup>(a)</sup> P "idcirco" <sup>(b)</sup> Così P.

41.

1371, ottobre 14

Tuzio di Pietro *Bobonis* detto *Boccapertuso* del rione Arenula cede a Zenobio *Daltruffo* mercante fiorentino ora di Roma del rione di S. Eustachio i diritti che ha nei confronti dei fratelli Gregorio e Cristofano di Enrico mercanti fiorentini ora di Roma del rione Campitelli e dei garanti Giacomello *Pecoronis* del rione Ripa, di Lello *Ciociomari* detto *Lo Cieco* macellaio del rione Campitelli e di Paolo di Iozio del rione Ponte, in relazione ad un deposito di 200 fiorini d'oro, rogato dal notaio Tuzio *de Astallis*, e ad una sentenza esecutiva, scritta dallo stesso notaio, dopo essere stato rimborsato della somma di 200 fiorini d'oro.

I contraenti convengono che l'atto di cessione non dovrà impegnare i garanti Giacomello, Lello e Paolo che, secondo la sentenza emanata, sono stati esonerati dalla fideiussione prestata.

f. 52r

Indictione X<sup>a</sup> mense octubris die XIII.

In presentia Nicolai Iohannis Francisci et mei Pauli de Sorromanis notarii et testium infrascriptorum etc. Tutius Petri Bobonis dictus alias Boccapertuso de regione Arenule sponte cessit et concessit transtulit atque mandavit Zenobio Daltruffo mercatori fiorentino<sup>(a)</sup> nunc de Urbe de regione Sancti Eustachii, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum et cui vel quibus ipse

Zenobius dare et concedere voluerit perpetuo, idest omnes reales et personales utiles et directas tacitas vel expressas ypothecaria seu mistas que et quas ipse Tutius nunc habet et sibi in futurum competere possunt contra et adversus Gregorium<sup>(b)</sup> HERRICI et Christofanum HERRICI, eius fratrem, mercatores florentinos nunc de Urbe de regione Campitelli, principales debitores, Iacobellum Pecoronis de regione Ripe, Lellum Ciociomari de regione Campitelli dictum alias lo Cieco macellarium<sup>(c)</sup> et Paulum Iotii de regione Pontis, ut fideissores ipsorum fratrum<sup>(d)</sup> et quemlibet ipsorum in solidum et eorum bona, pretestu<sup>(e)</sup>

f. 52v

continentis quantitatem florenorum auri, scripti manu Tutii de Astallis publici notarii. Item pretestu et occasione cuiusdam sententie secute, ex dicto istrumento depositi, continentis dictam quantitatem II<sup>c</sup> florenorum auri, scripti manu dicti Tutii. Hanc autem cessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Tutius fecit eidem Zenobio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, pro eo quod nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Zenobio ducentos florenos auri, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dicatorum II<sup>c</sup> florenorum auri exceptioni doli mali metus etc. et promisit dictus Tutius eidem Zenobio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta iura sunt ipsius Tutii et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum nec in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona factus est nec factus apparet in prejudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus Tutius teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse ut iura volunt et mandant,

f. 53r

pro quibus omnibus et singulis observandis, dictus Tutius obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit ferriis, beneficio fori etc. proviso tamen quod presens cessio uti non possit nec debeat quoque modo per ipsum Zenobium seu alium vel alios, eius nomine contra predictos Iacobellum, Lellum et Paulum nec aliquem ipsorum et bona ipsorum nec alterius eorumdem, non obstante quod appareant in dicto istrumento depositi obligationis, et quod dicta sententia lata sit etiam contra eos, immo predicti Iacobellus, Lellus et Paulus ab deposito, sententia et obligatione prefatis sint penitus liberati et a cessione prefata, ita et taliter quod dictus Zenobius contra ipsos<sup>(f)</sup> Iacobellum, Lellum et Paulum et bona ipsorum nec alterius ipsorum occasionibus supradictis nec aliqua ipsarum nullum valeat nec possit habere recursum, quia sic actum et conventum estitit inter partes predictas, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum sub porticali domus Cecchi Bonarotii de regione Arenule, presentibus hiis testibus scilicet Tutio Nicolai de Astallis, domino Iacobo de Thomais canonico Sancti Petri ad Vincula, Iacobello Palonis et Ceccho Bonarotii de regione Arenule, testibus ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> P “froventino” <sup>(b)</sup> P “Gergorium” <sup>(c)</sup> Depennato “de regio” <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> Il formulario omette un passaggio relativo a “et occasione cuiusdam istrumenti depositi” sicché non c’è continuità con il testo successivo <sup>(f)</sup> Depennata la finale s di “Iacobellus” e sostituita con un segno dell’abbreviazione sulla “u”.

150. 1371, ottobre 16

Giacomo chierico di S. Pacera ratifica la locazione di un casalino fatta dal vicario pontificio a Cecco del giudice Paolo.

Die<sup>(a)</sup> XVI octubre.

Testes: Cecchus Iohannis Bavosi, dominus Iacobus de Thomais.

Dominus Iacobus clericus Sancte Pacere ratificavit locationem factam per dominum vicarium pape Ceccho Iudicis Pauli de quodam casareno.

<sup>(a)</sup> Una striscia di carta di cm. 14x6, sulla quale è stata annotata l’abbreviatura che segue, è stata inserita, al momento della rilegatura del protocollo, tra i ff. 43v e 44r: abbiamo ritenuto di collocare il documento in questo punto secondo l’ordine cronologico del protocollo.

42.

1371, ottobre 23

Tuzio di Pietrobono detto *Boccapertuso* del rione Arenula rilascia una quietanza a Zenobio *Daltruffo* ed a Giacomo di Filippo mercanti fiorentini ora di Roma del rione S. Eustachio, presenti anche a nome di Alamanno *Cantini* mercante di Firenze ed ora del rione di S. Eustachio, dopo aver ricevuto la somma di 150 fiorini d’oro che aveva concesso in deposito con un atto rogato dal notaio Tuzio di Nicola *de Astallis*.

f. 53v

Indictione X<sup>a</sup> mense octubris die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Tutius Petri Donati, Iacobellus dictus alias Stallone et Iacobellus Palonis de regione Arenule.

Actum in sala magiori palatii Campitolii.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Tutius Petribonis dictus alias Boccapertuso de regione Arenule ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Zenobio Daltruffo et Iacobo Philippi mercatoribus florentinis nunc de Urbe de regione Sancti Eustachii, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et vice et nomine

Alamandi Cantini mercatori dudum de Florentia et nunc de dicta regione Sancti Eustachii<sup>(b)</sup>, et mihi notario ut publice persone, presenti et legitime stipulanti pro ipso Alamando, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra et adversus ipsos Zenobium, Iacobum

f. 54r

et Alamandum et quemlibet ipsorum et bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum, pretestu et occasione CL florenorum auri in quibus dicti Zenobius, ut principalis debitor, Iacobus et Alamandus, ut eius fideiussores, et quilibet ipsorum in solidum eidem Tutio tenentur et obligati apparent, vigore cuiusdam instrumenti depositi continentis dictam quantitatem, scripti manu Tutii Nicolai de Astallis publici notarii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Tutius dictis Zenobio et Iacobo, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus ut supra, fecit pro eo quod nunc presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a dictis Zenobio et Iacobo, presentibus et solventibus pro se ipsis et dicto Alamando, dictos CL florenos auri, de quibus CL florenis auri se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renuntiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum dictorum CL florenorum auri exceptioni doli mali etc. et spei future numerationis et receptionis et generaliter omnibus aliis exceptionibus etc. et promisit dictus Tutius prefato Zenobio et Iacobo, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et vice et nomine dicti Alamandi<sup>(c)</sup> quod iura dictorum CL

f. 54v

florenorum auri in dicto instrumento contenta sunt ipsius Tutii et quod nemini sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata in totum nec in partem, largo sumpto vocabulo alienationis et si contrarium aliquo tempore appareret voluit et promisit dictus Tutius de evictione prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Tutius obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renuntiavit ferriis, beneficio fori etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato “missum” <sup>(b)</sup> Depennato “presenti” <sup>(c)</sup> P “Iacobi” ma intendasi “Alamadi”.

43.

1371, ottobre 23

Tuzio di Pietrobono del rione Arenula cede a Giacomo di Filippo detto *Pecchia* mercante già di Firenze ed ora di Roma del rione S. Eustachio i diritti che ha nei confronti dei fratelli Gregorio e Cristoforo di Enrico già di Firenze e ora del rione Campitelli e del loro garante Giovanni *Nacciolus*, in relazione ad un deposito di 150 fiorini d'oro, rogato dal notaio Tuzio di Nicola *de Astallis*, e ad una sentenza esecutiva di condanna alle spese di Cristoforo e di Giovanni, scritta dallo stesso notaio, dopo essere stato rimborsato della somma di 150 fiorini d'oro.

I contraenti convengono che l'atto di cessione non dovrà impegnare il garante Giovanni *Nacciolus* che, secondo la sentenza emanata, é stato esonerato dalla fideiussione prestata.

Eodem anno, mense, die et in eodem loco et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Tutius Petribonis, predictus ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate<sup>(a)</sup>, dedit cessit et concessit Iacobo Philippi dicto alias *Pecchia* mercatori dudum de Florentia nunc de Urbe

f. 55r

de regione Sancti Eustachii, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui seu quibus ipse Iacobus dare cedere aut concedere voluerit in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas aut in re scriptas, que et quas ipse Tutius nunc habet et in futurum sibi competere possunt contra et adversus Gregorium Herrici et Christofanum, eius fratrem, de regione Campitelli nunc dudum de Florentia, principales debitores, et Iohannem Nacciolum, ipsorum fideiussorem, et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione CL florenorum auri in quibus eidem Tutio tenentur et obligati sunt, vigore cuiusdam sententie late contra eos pro dicto Tutio, scripture manu<sup>(b)</sup> Tutii Nicolai de Astallis publici notarii continentis dictam quantitatem secute ex quodam instrumento depositi scripti manu dicti Tutii continente tamen quantitatem, in quo predicti Christofanus et Gregorius et Iohannes apparent, ut supra, dicto obligati iure expensarum factarum in litigio habito inter ipsos Tutium, Christofanum et Iohannem ipsi Tutio semper salvo. Hanc<sup>(c)</sup>

f. 55v

autem cessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Tutius dicto Iacobo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, fecit pro pretio et nomine pretii CL florenorum auri, quos CL florenos auri a dicto Iacobo presentialiter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renuntiavit exceptioni non solutorum non habitorum non ponderatorum dictorum CL florenorum auri exceptioni doli mali etc. et spei future numerationis et receptionis et promisit dictus Tutius eidem Iacobo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta iura sunt ipsius et nemini sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata in totum nec in partem, largo sumpto vocabulo alienationis et si contrarium aliquo tempore appareret<sup>(d)</sup> voluit teneri de evictione, dampnis omnibus et expensis ac interesse prout iura volunt et mandant, pro quibus omnibus et

singulis observandis dictus Tutius obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit ferriis, beneficio fori etc. actum et conventum expresse inter ipsas partes quod presens<sup>(e)</sup>

f. 56r

cessio non utatur nec uti possit per dictum Iacobum seu alium eius nomine, et pro ipso contra ipsum Iohannem Nacciolum et bona sua, quoquo modo non obstante, quod dictus Iohannes appareat in dicto istrumento depositi obligatus et quod sententia sit lata contra eum, ita quod dictus Iohannes ab ipsis deposito et sententia et cessione presente sit libere absolutus, ita quod dictus Iacobus contra dictum Iohannem pro predictis nec aliquod predictorum valeat nec possit habere recursum<sup>(f)</sup>, quod sic actum et conventum estitit inter ipsas partes, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “ven” <sup>(b)</sup> Depennato d <sup>(c)</sup> Depennato “refutationem” <sup>(d)</sup> P “apparet” <sup>(e)</sup> P “presentis” <sup>(f)</sup> Depennata la “s” finale di “recursum” e sostituita da un segno d’abbreviazione sull’ultima “u”.

44.

1371, ottobre 30

Egidio *Sollacii* detto *Penca* del rione Pigna e della contrada Camigliano presentatosi nel palazzo del Campidoglio davanti al banco dei nobili Giovanni *Archionis* e *Cecchiata* macellaio, maestri degli edifici di Roma, protesta contro la sentenza emessa nei suoi confronti, su parere di Lorenzo di Pietro assessore, dietro richiesta di Tuzio *Ubere* del rione Pigna: nel verdetto si stabiliva che i lavori per l’apertura di una porta, eseguiti recentemente, in una parete della sua casa potevano essere approvati a condizione che il passaggio non avvenisse sul terreno del porticato posto davanti la casa di Tuzio e che il terreno doveva restare libero per un’ampiezza di 5 piedi del senato da calcolare dal muro della casa di Tuzio fino alla strada pubblica e fino alla porta; in tal modo Egidio e gli abitanti della sua casa non potevano usufruire dello spazio di 5 piedi né gettarvi le feci, altrimenti sarà consentito a Tuzio di murare la porta.

Egidio dichiara di non essere stato citato per ascoltare la sentenza e protesta perché la ritiene iniqua; egli sostiene Tuzio non può salvaguardare la parete in quanto dà su una strada pubblica e che i sottomaestri destinati al controllo avevano fatto una relazione ai maestri di via sostenendo che la porta poteva essere realizzata e la parete era interessata in quantità minima; per questo rivolge un’istanza ad Antonio di Fermo, dottore in legge e giudice d’appello del popolo Romano, e affida i suoi beni ed i suoi diritti alla protezione del capitano del popolo e dei giudici d’appello affinché, in pendenza della lite, rimangano impregiudicati i suoi beni e i suoi diritti.

Indictione X<sup>a</sup> mense octubris die penultimo.

Testes: Egidius Marozinii, dominus Iacobus Iuthii de Thomais et Andreas Meuli barberius.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Egidius Sollacii dictus alias Penca de regione Pinee et contrada Camilgiani in palatio Campitolii ante banchum magistrorum edificiorum Urbis coram nobilibus viris Iohanne Archionis et Cecchiata macellario, asserentibus se magistros edificiorum Urbis, sedentibus

f. 56v

etc. dixit quadam pretensam sententiam datam, ut dicitur, per ipsos de consilio, ut dicitur, domini Laurentii domini Petri assessoris, ut dicitur, ipsorum contra ipsum Egidium, ad petitionem, ut dicitur, Tutii Ubere de dicta regione, in quam dicitur pronumptiatam portam noviter factam in pariete domus dicti Penche firma esse tali pacto, quod ad dictam portam non possit haberi aditum nec exitum per solum et statium dicti Tutii per V pedes senatus et quod statium dicti Tutii, ante domum dicti Tutii, possit remanere liberum per quinque pedes senatus computandos a muris domus dicti Tutii versus viam publicam et dictam portam, ita quod dictus Penca et habitantes in dicta domo ad dictam portam, per spatium quinque pedum senatus ad domum dicti Tutii assignare non possit, nec per eam prolicere feces etc. et quod sit licitum dicto Tutio murare autem dictam portam sic vel aliter, plus vel minus, prout in dicta sententia dicitur continere, fuisse et esse ipso iure nullam utpote latam contra dictum ius et iustitiam etc. Item et pro eo quod dicti magistri ex cessione<sup>(a)</sup> mandati<sup>(b)</sup> et pro eo quod dictus Egidius non fuit citatus ad sententiam audiendam et serviendam<sup>(c)</sup>, si qua est, dicit

f. 57r

ipsam iniquam et inique prolatam pro eo quod dictus Tutius de iure in dicto loco non potest dictam parietem munire pro eo quod est via publica. Item et pro eo quod submagistri qui sunt deputati ad huiusmodi cognitionem fecere relationem dictis magistratis dictam ortam de iure fieri potuisse et dictam parietem minime et ex eis et aliis sensiens se gravatam, idcircho ad sapientem virum dominum Anthonium de Firmo, legum doctorem iudicem appellationis et nullitatis Romani populi, et ad quemlibet alium iudicem competentem quem duxit eligendum, in hiis scriptis supplicat provocat et appellat cum instantia sibi dari petit, supponens se bona et iura sua sub protectione et defensione dicti domini capitanei et iudicis appellationis et protestans quod hiis supplicatione provatione et appellatione pendentibus, nichil contra ipsum Egidium bona et iura sua debeat innovari \*\*\*<sup>(d)</sup>

<sup>(a)</sup> Depennato “facti” <sup>(b)</sup> Depenato “Item” <sup>(c)</sup> Come sembra <sup>(d)</sup> Segue l’ultimo quarto del foglio bianco.



Zenobio *Daltruffo* mercante già di Firenze e ora di Roma del rione di S. Eustachio nomina procuratore Alemanno *Cancini* mercante già di Firenze ed ora residente a Roma nel rione S. Eustachio, Giacomo di Filippo e Giacomo di Gorio mercanti già di Firenze ed ora anch'essi residenti a Roma nel rione di S. Eustachio per le sue cause e in particolare per stipulare compromessi sui contrasti che avrà con i mercanti per le loro mercanzie in vista di un eventuale lodo arbitrale e promette di ratificare il loro operato; dà inoltre mandato di riscuotere il denaro per i pagamenti dei debitori, di rilasciare la relativa quietanza, di obbligarsi, a suo nome, per una eventuale evizione dei beni e promette di esonerarli da ogni obbligo di garanzia.

f. 57v

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense novembris die II<sup>o</sup>.

Testes: Egidius Sollacii, Oddo de Sorromanis, Iohannes Ciciliani de regione Pinee.

Actum Rome in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Zenobius Daltruffo mercator dudum de Florentia nunc de Urbe de regione Sancti Eustachii ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constituit creavit ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores factores, negotiorum gestores et numptios speciales seu quocumque alio nomine de iure melius dici potest Alamandum Cancini mercatorem dudum de Florentia nunc morantem in Urbe in regione Sancti Eustachii, presentem et recipientem, Iacobum Philippi et Iacobum Gorii mercatores dudum de Florentia nunc morantes in Urbe in regione Sancti Eustachii, absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas etc.

f. 58r

ad agendum petendum<sup>(b)</sup> etc. nec non ad compromittendum de omni discordia lite et questione que esset vel esse posset nunc et in futurum inter ipsum Zenobium<sup>(c)</sup>, ex una parte, et quemcumque alium mercatorem seu quemcumque aliam personam, ex alia parte, de quacumque mercatanzia seu re in quemcumque seu quoscumque arbitros arbitratores seu communes amicos et ad dandum dictis arbitris seu arbitrio potestatem arbitrandi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de iure tantum, prout poterunt conveniri semel et pluribus, partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non citatis, una presente et alia absente, et ad promittendum, nomine ipsius et pro ipso, omne arbitrium laudum sive mandatum, unum seu plures<sup>(d)</sup>, ratum habere et ab ipso non appellare supplicare nec petere reduci ad arbitrium boni viri sub quacumque stipulatione, pena et ad dandum si necesse fuit pro predictis omnibus observandis idonea fideiussione et ad obligandum pro observatione omnium predictorum omnia bona ipsius Zenobii mobilia et immobilia, presentia et futura ubicumque existentia, nec non ad recipiendum,

f. 58v

nomine ipsius et pro eo, quacumque quantitate pecunie a quibuscumque debentibus aliquid solvere ipsi Zenobio quacumque occasione, nec non de eis finem quietationem et pactum de ulterius non petendo faciendum cum promissione de evictione et ad ligandum bona ipsius pro ipsa evictione et generaliter etc. et ad substituendum, nomine ipsius, unum seu plures procuratores ipsosque revocandos si et quando sibi videbitur et placebit, relevans ex nunc dictos suos procuratores ab omni honore satisfactionis et promisit de rato sub obligatione bonorum ipsius, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato VIII <sup>(b)</sup> P "petentum" <sup>(c)</sup> P "Zenobi" <sup>(d)</sup> Depennato "de".

Giacoma moglie di Nicola di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna concede a Caterina moglie di Giovanni di Petescia (Turania) dello stesso rione i diritti che ha su Angela moglie di Buzio detto *Ceccopatre* del rione Pigna e sui garanti Buzio marito della stessa Angela, Giovanni di Petescia e Lello di Matteo di Angelo detto *Bruodo* in relazione ad un atto di deposito di 50 fiorini d'oro, rogato dal notaio Nuzio \*\*\*\* del *castrum Trivingiani*, ad una successiva sentenza scritta dal notaio Lorenzo *de Amedeis* scribasenato ed alle spese sostenute nella causa, dopo aver ricevuto la somma di 52 fiorini d'oro.

Giacoma si impegna, infine, ad ottenere il consenso del marito Nicola circa la richiesta di Caterina.

f. 59r

Indictione X<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> novembris die III<sup>o</sup>.

Testes:<sup>(b)</sup> Iohannes Contis, Iacobellus Stephani Marosi tabernarius de regione Pinee, Tronba mandatarius de regione Columpne.

Actum in domo Nicolai de Rubeis.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Iacoba uxor Nicolai Andree de Rubeis de regione Pinee, que renumpsiavit ante omnia auxilio Velleiani senatus consulti, certiorata per me notarium de ipso auxilio quid sit et quid dicat, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, dedit cessit et concessit domine Catherine uxori Iohannis de Petescia de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Catherine dare et concedere

perpetuo voluerit, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas ipsa domina Iacoba nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra et adversus dominam Angelam uxorem Butii dicti alias Ceccopatre de<sup>(c)</sup>

f. 59v regione Pinee, principalem debitoricem, dictum Butium eius virum, Iohannem de Petescia et Lellum Mathei Angeli dictum alias Bruodo, eius fideiussores et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione L florenorum auri in quibus dicta domina Angela, ut principalis, et predicti Butius, Iohannes et Lellus, ut eius fideiussores, eidem domine Iacobelle tenentur et obligati apparent, vigore cuiusdam stramenti depositi continentis dictarum quantitatum, scripti manu Nutii \*\*\*\*\* de castro Trivingiani publici notarii et sententie inde secute, scripte manu Iohannis publici notarii. Item et occasione diffidationis secute vigore dicti depositi et sententie, scripte manu Laurentii de Amedeis<sup>(d)</sup> publici notarii et scribe sacri senatus, et expensarum, dedit etiam quoque cessit et concessit dicta domina Iacoba dicte domine Catherine omnia iura sibi competentia contra predictos occasionibus supradictis, nullo iure sibi domine Iacobe in predictis aliquo modo reservato. Hanc autem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictam dominam Iacobam predictae domine Catherine,

f. 60r presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii LII florenorum auri, iusti et recti ponderis, quos dicta domina Iacoba a dicta domina Catherine presentialiter numeraliter recepit et habuit, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renuntiavit etc. et promisit dicta domina Iacoba dicte domine Catherine, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta iura sunt ipsius domine Iacobe et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione prout iura volunt<sup>(e)</sup>, promisit insuper dicta domina Iacoba in predictis et quolibet premissis facere consentire<sup>(f)</sup> dictum Nicolaum, virum suum, ad petitionem et requisitionem dicte domine Catherine cum curis et cautelis de iure sufficientibus, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicta domina Iacoba obligavit dicte domine Catherine omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura et voluit, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renuntiavit etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "mense" <sup>(b)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio "missum" <sup>(c)</sup> Ripetuto "de" <sup>(d)</sup> P "Amedei" <sup>(e)</sup> Depennato "pro quibus omnibus et s" <sup>(f)</sup> P "consentire"

47.

1371, novembre 4

Caterina figlia di Ratino calzolaio del rione Pigna e moglie di Giacomello di Lorenzo di Giovanni calzolaio, con il consenso del padre e del marito, vende a Giacoma moglie di Nicola di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna tre pezze di vigneto con terreno incolto, con vasca e tino, fonte e canneto privati, nella proprietà della chiesa di S. Maria Nova alla quale è dovuto il quarto del raccolto, al prezzo di 65 fiorini d'oro.

La venditrice nomina suoi procuratori Sabba fiascaio e Nicola Brenda per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro richiesta di Caterina si offrono quali garanti Ratino calzolaio, Lello *Petrucani* e Giacomo Iuzio calzolaio del rione Pigna, oltre a Lello *Rubei* carpentiere del rione Campitelli.

La venditrice e i garanti si impegnano ad ottenere il consenso del capitolo della chiesa di S. Maria Nova.

f. 60v Indictione X<sup>a</sup> mense novembris die quarto.

Testes: dominus Iacobus Cinthii de Thomais de regione Arenule, Cola Brenda, Colutia eius filius et Sabbas Petri Egidii de regione Pinee.

Actum in domo Raytini calsolarii de regione Pinee.<sup>(a)</sup>

In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherine filia Raytini calsolarii de regione Pinee et uxor Iacobelli Laurentii Iohannis calsolarii, que domina primo iuravit ad Sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX seu XXV annorum nec aliqua alia ratione etc. et que primo renuntiavit auxilio Velleiani senatus consulti, de ipso primo certiorata per me notarium infrascriptum cum consensu et voluntate dictorum Raytini sui patris et dicti Iacobelli viri sui, presentium et consentientium volentium et renuntiandum omni eorum et cuiuslibet ipsorum iurium, si quod habet vel habere possent in vinea infrascripte domine Iacobe honesti amoris et dilectionis causa quem et quam habent et sperant habere in futurum, Domino

f. 61r concedente, in dictis dominabus Catherine et Iacoba, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Iacobe uxori Nicolai Andree de Rubeis de regione Pinee, presenti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Iacoba dare et concedere voluerit in perpetuum, idest tres petias vinearum cum sodo, plus vel minus quante sunt, cum vasca vascali et tino, fonte et canneto privitis cum arboribus fructiferis et infructiferis in ea existentibus et cum introytibus et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, positas super proprietate ecclesie Sancte Marie Nove ad quartam redendam iure

ipsius ecclesie semper salvo, inter hos fines, ab uno latere tenet domina Francischa uxor quondam Nutii Dominepiene, ab alio Robertus vascellarius, ab alio \*\*\*\*\* ante est viculus seu stadius vicinalis vel si qui etc. ad habendum tenendum etc. et per Sabbam fiasconarium et Nicolaum Brendam seu aliquem ipsorum, quos et quemlibet ipsorum dicta domina Catherina venditris suos procuratores constituit ad investiendum ipsam emptricem de dicta vinea investiri

f. 61v voluit et mandavit et donec fuerit investitam et in vacuam possessionem inductam constituit se dicta venditris, precario<sup>(b)</sup> nomine dicte emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dicta venditris eidem emptrici plenam licentiam et potestatem concessit ut, amodo in antea, ipsam vineam cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui<sup>(c)</sup> alteri vendere et de ea facere quicquid sibi perpetuo placuerit, dedit etiam quoque cessit et concessit dicta venditris eidem emptrici omnia iura omnesque actiones sibi competentia et in futurum competitura in<sup>(d)</sup> dicta vinea contra quascumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat etc. nullo iure nullaque actione eidem venditrici in dicta vinea alicualiter reservata ipsamque emptricem in re sua dominam et procuratricem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur, prefata venditris, cum consensu et voluntate supradictorum patris et viri, fecit eidem emptrici, presenti et recipienti ut supra, pro pretio et

f. 62r nomine pretii LXV florenorum auri, de quibus confessa est dicta venditris se recepisse et habuisse ab ipsa emptrice pro arris et parte pacamenti dictarum vinearum XXVIII florenos auri, residuum vero, videlicet triginta septem florenos auri presentialiter et manualiter et numeraliter recepit et habuit, de quibus LXV florenis auri pretium dictarum vinearum et de ipso pretio se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum dictorum florenorum etc. et si plus dicto pretio dicte vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valerent nunc vel in futurum valere possent, dicta venditris eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, inter vivos et inrevocabiliter donavit cessit et concessit etc. et promisit dicta venditris eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicte vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est, sunt ipsius venditris et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone seu loco sunt vendita data donata etc. nec contractus vel quasi cum aliqua alia persona factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium appareret et ea propter dicta emptris

f. 62v vel sui heredum et successorum<sup>(e)</sup> iudicio seu extra iudicium molestarentur promisit dicta venditris eidem emptrici, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, ipsam defendere et defendi facere suis expensis cum advocatis et procuratoribus suis, ita quod dicta emptris nullum dampnum patiatur in eis et finaliter si dicta emptris evinceretur in totum vel in partem promisit ipsa venditris eidem emptrici, presenti et recipienti, ipsam evictionem solvere duplicatam de aliis bonis suis, asserens et confitens dicta venditris talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto cum dampnis et expensis etc. et ad hec ad instantiam et petitionem dicte venditricis penes dictam emptricem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, Raytinus calsolarius et Lellus Petrucani, Iacobus Iutii calsolarius de regione Pinee et Lellus Rubei carpentarius de regione Campitelli, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicte vinee cum omnibus suis usibus, ut dictum est, sunt ipsius venditricis et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone

f. 63r universitati seu loco sunt vendite date donate etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt dicti fideiussores teneri et obligati esse in omnibus et per omnia, prout et sicut ipsa venditris tenetur et obligata est, insuper promisit dicta venditris et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in predictis omnibus et singulis facere consentire capitulum et conventum dicte ecclesie Sancte Marie Nove cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad petitionem et requisitionem dicte emptricis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris et dicti fideiussores obligaverunt dicte emptrici, presenti et stipulanti ut supra, omnia bona ipsorum etc. et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt in hiis ferris, beneficio fori etc. que quidem etc. renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Annotato sul margine sinistro del foglio "missum" <sup>(b)</sup> P "preclario" <sup>(c)</sup> P "flui" <sup>(d)</sup> Annullata una "d" macchiata dall'inchiostro  
<sup>(e)</sup> Depennato "dampnum".

#### 48.

1371, novembre 12

Paolo *Buccamoza* del rione Pigna rilascia una quietanza a Paolo di Alessandro della stessa regione, presente anche a nome di Santo di Vero e di Lorenzo di Pietro di Santoro calzolari in relazione ad un deposito, rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*, dopo la restituzione di 8 fiorini d'oro.

f. 63v Indictione X<sup>a</sup> mense novembris die XII.  
Testes: dominus Iacobus de Thomais et Iacobellus calsolarius.  
Actum in porticali domus mee.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Buccamoza de regione Pinee ac die presente sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Paulo Alexantri de regione Pinee,

presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine Santi Veri et Laurentii Petri Santori calsolariorum, idest omnia iura qui habet contra eos pretestu et occasione VIII florenorum auri in quibus predicti Paulus, Santus et Laurentius eidem Paulo Buccamoza apparent<sup>(a)</sup> obligati, ut patet manu mei eiusdem<sup>(b)</sup> notarii. Hanc autem refutationem fecit dictus Buccamoza prefato Paulo, presenti et recipienti ut supra, pro eo quod confessus fuit se dictos VIII florenos auri recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura dictorum VIII florenorum auri nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus observandis obligavit bona sua etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “apparet” <sup>(b)</sup> P “eiudem”.

49.

1371, novembre 17

Giovanni di Lello di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, presente anche a nome di Petruzio di Lorenzo *Sarragona* della stessa regione, dà in locazione *ad pomedium* per tre anni a Giannotto di Puzio già di Montepulciano e ora di Roma del rione Pigna ed al figlio Faustino i vigneti presso il recinto del casale degli stessi Giovanni e Petruzio, situati fuori della porta Appia nella località *Campo Magiure*.

I contraenti convengono che i locatari dovranno abitare nel casale, insieme alla moglie di Giannetto, e lavorare la vigna, poi al tempo della vendemmia dovranno corrispondere ai locatari la metà del mosto; si conviene inoltre che i locatori acquisteranno 10 arnie di api da miele e 10 galline da tenere nel casale per comodità comune e allo scadere del triennio api e galline saranno divise per metà.

Infine Giovanni promette ai locatari di inviare il vino per la vendita ed un quantitativo per l'uso comune delle parti contraenti.

f. 64r Indictione X<sup>a</sup> mense novembris die XVII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Iacobus Cinthei de Thomais et Petrus Agonis.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Lelli Andree de Rubeis de regione Pinee, pro se et vice et nomine Petrutii Laurentii Sarragona de dicta regione Pinee, pro quo promisit de rato et rati abitione, ac die presente sua bona voluntate, pro se et vice et nomine dicti Petrutii, dedit et concessit ad pomedium<sup>(a)</sup>, pro tribus annis futuris, Iannocto Putii dudum de Montepulciano nunc de Urbe de regione Pinee et Fustino, filio suo, et cuilibet ipsorum vineas ipsorum Iohannis et Petrutii, sitas prope redimen casalis ipsorum, positi extra portam Apiam in loco qui dicitur Campo Magiure, inter suos confines, tali quidem pacto quod ipsi Iannoctus et Fustinus promiserunt dicto Iohanni ipsum casale per triennium<sup>(b)</sup> ipsum casale habitare cum uxore ipsius Iannocti et ipsas vineas bene laborare ad usum boni laboratoris et, tempore vendemmiarum, dictis Iohanni et Petro redere et respondere integram medietatem totius musti, quod de dictis vineis exierit, et aliam medietatem eisdem Iannocto et Fusario retinere et dictus Iohannis

f. 64v promisit et convenit dictis Iannocto et Fusario emere de ipsorum pecunia, videlicet ipsius Iohannis et Petrutii, X cupellos apium mellis et X gallinas tenendos in dicto casali, dictis tribus annis durantibus, ad commune comodum et dampnum si accideret, quod absit, quibus tribus annis ab hodie in antea integre revolutis dictos cupellos apium et gallinas et quicquid ex eis<sup>(c)</sup> reperiretur inter ipsas partibus pro medietate dividatur, insuper promisit dictus Iohannes dictis Iannocto et Fustino in dicto casali mictere de vino ad vendendum per ipsos Iannoctum et Fustinum ad sufficientiam ad commune comodum eorumdem, quia sic actum et conventum et solempni stipulatione firmata estitit inter ipsas partes, pro quibus omnibus et singulis observandis ipsas partes, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a “futuris” è annotata nell'interlinea superiore <sup>(b)</sup> P “triendum” <sup>(c)</sup> Depennata la r del precedente “eris”.

50.

1371, novembre 23

Tuzio di Pietro taverniere già di Ariano ed ora di Roma del rione Pigna, con la garanzia di Iozio di Santo *de Pilellis* del rione Pigna e di Nuzio di Vanni del rione Colonna, emancipato dal padre come risulta da un atto del notaio Francesco *Rosani*, ricevono in deposito da Pietro *Gazasare* del rione Pigna la somma di 17 fiorini d'oro, destinati alla dote di Medalozia moglie di Francesco Ianaiole del rione Pigna e promettono di restituirla entro un anno, affinché il depositante possa investirla in beni immobili da inserire tra i beni dotali.

f. 65r Indictione X<sup>a</sup> mense novembris die XXIII.

Testes: Cecchus Vannutii florentinus<sup>(a)</sup>, Lapi lanarolus et Cecchus Rofinus de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Tutius Petri dudum de Ariano nunc de Urbe de regione Pinee tabernarius, ut principalis debitor, Iotius Santi de Pilellis de regione Pinee, Nutius Vannis de regione Columpne emancipatus<sup>(b)</sup>, ut se asserit a dicto patre suo, ut patere asserit manu Francisci Rosani publici notarii, ut

fideiussores ipsius Tutii, quilibet ipsorum in solidum<sup>(c)</sup> uno tamen solvente alii liberentur, ac die presente eorum bonis propriis et spontanea volutate confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum nomine et causa depositi recepisse et habuisse a Petro Gazasare de regione Pinee, presente et deponente, idest XVII florenos auri, quos dictus Tutius et dicti fideiussores a dicto Petro, presente, et manualiter receperunt et habuerunt, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpriaverunt etc. qui quidem XVII florenos auri sunt dox seu depositum dotis Melotie uxoris

f. 65v

Francisci lanaroli de regione Pinee, presentibus et confitentibus dictis Petro et<sup>(d)</sup> Francischo, viro suo, quos quidem florenos et depositum predictum dicti depositarii tenere et salvos facere promiserunt ad omne ipsius resicum periculum et fortunam, scilicet incendii furti rapinee<sup>(e)</sup> etc. eidem Petro redere et restituere promiserunt hinc ad unum annum proxime futurum tenendos et conservandos per ipsum Petrum, donec investiantur in re stabili, super qua possit fieri cura et cautela dotalis ipsius Medelotie, cum dampnis omnibus et expensis a dicto termino in antea faciendis, pro quibus dampnis et expensis et interesse et de ipsorum quantitate vel numero dictus principalis et fideiussores stare et credere voluerunt solo simplici sacramento ipsius Petri sine alterius honore probationis, iudicis taxatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri<sup>(f)</sup> etc.<sup>(g)</sup> et voluerunt pro predictis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpriavit ferriis, beneficio fori etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dictus principalis et fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpriaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “frentinus” <sup>(b)</sup> P “emanciotatus” <sup>(c)</sup> Depennato “ac die” <sup>(d)</sup> Ripetuto “dicto” e non depennato <sup>(e)</sup> Così P <sup>(f)</sup> Depennato “scilicet” <sup>(g)</sup> Depennato “pro”.

## 51.

1371, novembre 24

Francesco *de Theballeiscis* cardinale prete di S. Sabina e il fratello Tebaldo canonico della basilica del principe degli apostoli di Roma, proprietari della quarta parte del casale recintato e del tenimento detto anticamente *Gripta Scura* e ora casale *de Marronibus* situato fuori del ponte Salario, e Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis* canonico della chiesa di S. Lorenzo in Lucina, proprietario di un'altra quarta parte, ed i fratelli Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* ed ancora i fratelli Nicola e Giacomello figli del defunto Giovanni *Marronis* figlio a sua volta del defunto Nicola *Marronis*, proprietari delle altre due quarte parti sulle quali Francesca vedova di Nicola *Marronis* esercita i diritti dotali e di donazione nuziale, decidono di procedere ad una divisione del casale, la cui comunanza tra i singoli proprietari é spesso causa di contestazioni e di litigi nella gestione dell'usufrutto dei singoli beni, e concordano di dividerlo in due parti.

In particolare la prima parte comprende: la cantina, situata sotto l'area recinta del casale, una sala sovrastante, la metà di un'altra sala superiore diruta, i vigneti con un pozzo verso il monte *Gripte Rotunde*, la metà di un terreno recintato ed una vasca; i confini iniziano dal segno di croce indicato sulla parete della loggia coperta del recinto del casale e continuano con un segno di un'altra croce indicato su una parete del terreno recintato, seguono in linea retta su un terreno comune che deve essere diviso da uno steccato con pali o con fratte affinché il bestiame presente non possa trasferirsi da un lato ad un altro del terreno; i confini proseguono con la divisione a metà del vigneto dal segno di croce indicato all'angolo del palazzo del casale fino al cippo di confine, situato ai piedi della vigna stessa, e poi fino ai piedi del monte e della selva; la proprietà comprende ancora un appezzamento di terra e un terreno arenoso sul fiume, che già furono di Lello calderaio, fino alle terre del cardinale Francesco e del fratello Tebaldo, oltre ai pascoli fino al monte *Gripte Rotunde*.

La seconda parte comprende: la metà della sala superiore diruta, la loggia scoperta davanti il recinto del casale con la grotta sottostante, la metà di un terreno recintato con una casetta ed un viottolo che conduce verso il pozzo situato nel vigneto; il confine che divide a metà il vigneto é indicato con un segno di croce posto ai piedi di un albero di fico presso il pozzo stesso e prosegue in linea diretta fino all'orto situato presso il terreno recintato; le parti contraenti decidono che coloro che dovessero recarsi presso il pozzo dovranno apprestare a loro spese l'ingresso nel viottolo con cancello e fratte per non arrecare danni al vigneto; la proprietà comprende l'altra parte di pascoli davanti il casale verso il castello fino all'albero di pioppo contraddistinto con un segno di croce, un terreno arenoso unito con i pascoli verso S. Maria *Rubea* e verso il castello, l'orto nel quale esiste una grotta, un appezzamento ai piedi di una torre di guardia, un monte sopra la vigna con un noce, un appezzamento di terra a *Gripte Romanelle* ed un altro appezzamento di terra a *Valle Tosa*, una parte della selva e i prati fino a quelli del cardinale Francesco e del fratello Tebaldo, già posseduti da Lello calderaio, che sono stati assegnati in sorte in parte a Paolo, Cecco, Nicola e Giacomello e in parte a Nicola *de Buccabellis*, procuratore del cardinale Francesco e del fratello Tebaldo, e ad Angelo.

Le parti partecipanti all'atto di divisione stabiliscono che il recinto del casale deve essere fatto riparare a spese di tutti i contraenti entro il prossimo mese di gennaio e la sala superiore entro il prossimo anno, salvo impedimenti, e se qualcuno di loro dovesse mostrarsi negligente nella riparazione o dovesse rifiutarla sarà consentito agli altri contraenti di utilizzare l'usufrutto della sua quota fino al raggiungimento della spesa necessaria; allo stesso modo si conviene di far murare entro sei mesi, a spese dei contraenti, la porta della cantina sotto il casale e la porta della loggia scoperta; si conviene ancora che con il tufo ricavato dalla parete

della sala sottostante si dovrà costruire, a spese dei contraenti, un muro fino alla sala superiore affinché le persone che salgono le scale da predisporre verso la sala superiore non possano poi discendere nella sala inferiore.

A questa divisione in due parti del casale danno il loro consenso, a tutela dei loro diritti sulla dote e sulla donazione nuziale, Andrea figlia del defunto Normando *de Thedallinis* moglie di Paolo *Marronis* e Caterina figlia del defunto Cecco *Cafari* moglie di Cecco *Marronis* al procuratore Nicola *de Buccabellis* e ad Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis*. A loro volta Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* e Giacomello, anche a nome del fratello Nicola, figlio del defunto Giovanni *Marronis* promettono al procuratore Nicola *de Buccabellis* e ad Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis* che Francesca vedova di Nicola *Marronis* accetterà la divisione del casale e che non molesterà il cardinale Francesco, né il fratello Tebaldo, né Angelo.

Dietro richiesta di Paolo, di Cecco e di Giacomello, presente anche a nome del fratello Nicola si offrono quali garanti Buzio di Giubileo, Cecco di Sabatino e Lorenzo *de Serromanis* del rione Pigna nel caso di una eventuale evizione dei beni; allo stesso modo dietro richiesta di Nicola *de Buccabellis*, procuratore del cardinale Francesco e del fratello Tebaldo, e di Angelo figlio del defunto Lorenzo *Marronis* si offrono quali garanti gli stessi Buzio di Giubileo, Cecco di Sabatino e Lorenzo *de Serromanis* nel caso di una eventuale evizione dei beni del casale.

Si stabilisce infine che se i proprietari del casale *Gripte Rotunde* dovessero promuovere una contestazione sui confini del loro casale le spese per la causa dovranno essere affrontate in comune da tutti i contraenti del presente atto di divisione del casale *de Marronibus*.

f. 66r

Indictione X mense novembris die XXIII<sup>or</sup>.

Testes: presbiter Lucas capellanus ecclesie Sancte Marie de Porticu, Lellus Iohannis Cinthei dictus alias Sclavus aurifex, Stefanellus eius filius, Paulus Campilgie, Petrutius Butii Iubillei et Laurentius Carli de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Franciscus de Theballeschis, miseratione divina titulo Sancte Sabine, presbiter cardinalis et venerabilis vir dominus Thebaldus, eius frater, canonicus basilice Principis Apostolorum de Urbe, propriis eorum nominibus et non nomine alicuius eorum ecclesie<sup>(a)</sup> beneficii seu dignitatis, pro quarta parte, et venerabilis vir dominus Angelus filius olim Laurentii *Marronis* canonicus ecclesie Sancti Laurentii in Lucina, nomine suo proprio et non<sup>(b)</sup> dicte sue seu alterius sue ecclesie, pro alia quarta parte, Paulus et Cecchus germani fratres filii olim Nicolai *Marronis* et dominus<sup>(c)</sup> Nicolaus et Iacobellus filii<sup>(d)</sup> olim Iohannis<sup>(e)</sup> *Marronis* filii dicti olim Nicolai, pro aliis quartis duabus partibus habeant, quod casale cum redimine et toto suo tenimento commune pro indiviso, quod casale antiquitus vocabatur *Gripta Scura* modo vero vocatur casale *de Marronibus*, positum

f. 66v

extra pontem *Salarium*, inter hos fines, ad totum dictum casale et eius tenimentum ab uno latere tenet tenimentum casalis *Gripte Rotunde*, ab alio latere tenet tenimentum casalis *Butii Iubillei* quod vocatur *Castellum*, ab alio latere est flumen *sabinensem*, ab alio latere tenet ecclesia *Sancte Marie* in *Via Lata* vel si qui sunt ad predictum casale et toto suo tenimento plures aut veriores confines, in qua quidem medietate dictorum Pauli, Cecchi, domini Nicolai et Iacobelli seu parte ipsius medietatis domina *Francisca* uxor dicti olim Nicolai habet iura sua dotalia et donatio propter numptias obligata ipsis iuribus dicte domine *Francisce* in dicta medietate remanentibus semper salvus et noluit dicte partes in dicta communione amplius permanere, quia communio sepe solet scandalum generare, idcircho venerabilis vir dominus Nicolaus *de Buccabellis* canonicus lateranensis, procurator et persona legitima dictorum dominorum *Francisci* cardinalis et *Thebaldi*, habens ad hec omnia et singula infrascripta speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patere dicitur manu presbiteri *Iacobi* rectoris ecclesie *Sancti Iohannis* de *Pinea* publici notarii, procuratori nomine ipsorum

f. 67r

et pro eis, et dominus Angelus prefatus, suo proprio

nomine, ex una parte et pro medietate, et dicti Paulus et Cecchus et Iacobellus, qui Iacobellus primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX seu XXV<sup>(f)</sup> annorum seu qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis per me primo certioratus, et qui Iacobellus pro domino Nicolao frate suo predicto promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, ex alia parte et pro alia medietate, eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus devenerunt ad infrascripta concordia et divisionem, quod de toto dicto casali, redimine, pratis, pratarinis et toto suo tenimento fecerunt duas partes, quorum una pars sit et esse debeat *cerbinaria*, posita supertus redimine dicti casalis, cum integra sala supra eum et cum medietate alterius sale superioris dirute, cum integra<sup>(g)</sup> medietate cime supra eam versus vineales, a latere putei versus montem *Gripte Rotunde* et cum medietate reclusa, a latere vasce usque ad crucem signatam in pariete *lovii* discoperti dicti rediminis respondentem ad crucem signatam in pariete

f. 67v

in pede dicti reclusi<sup>(h)</sup>, a latere intra recta linea quod reclusum communis, videlicet expensis ad voluntatem partis petentis debeat apparari secundum quod affinatum est stacconibus aut palis sive fracta, ita quod bestie in uno latere existentes transire non possint et cum medietate vinealium, scilicet a cruce signata



- in angulo palatii dicti casalis usque ad affinem, positum in pede vinealium predictarum, recta linea respondente, recta lineam ad finem positam per ipsas partes in pede montis, silve et cum ipsa silva usque ad confines, missos per ipsas partes, recta linea unum confinem ad alium de respondentem et cum tota pedica palladina et cum resacco supra flumen usque ad terras dictorum dominorum cardinalis et Thebaldi, que olim fuerunt Lelli callararii et cum pratis usque ad confines, missos per ipsas partes in ipsis pratis, inter hos fines, ab uno latere est via publica, ab alio a pede tenent dicti domini cardinalis et Thebaldus, ab alio est alia pars pratorum dicti casalis et cum pratis pasculariorum versus montem Gripte Rotunde usque ad crucem signatam in<sup>(i)</sup> pariete dicti casalis a latere de foris usque ad confinem, missum in punta orti, recta linea ad
- f. 68r confinem, missum in pasculario ante dictum casale, recta linea usque ad alium confinem, missum supra carbonarium, recta linea usque ad albucium cruce signata posita ante portam dicti casalis Gripte Rotunde, recta linea usque ad confinem posita in punta prati supra flumen cum omnibus iuribus usibus utilitatibus ad dictam partem spectantibus et pertinentibus et cum introitibus et exitibus suis; aliam vero partem fecerunt et sit et esse debeat alia medietas dicte sale superioris dirute cum medietate cime versus castellum Butii Iubillei, a crucibus signandis in ipsis sala et cima per ipsas partes quia nondum signate sunt, cum lovio discoperto ante ipsum redimen et cum gripta suptus ipsum lovium et cum alia medietate dicti reclaustri versus castellum predictum a crucibus signatis in ipsis reclaustro et lovio et cum domuncula
- sovinata, posita in pede dicti reclaustri, et cum itinere ad puteum et usum ipsius putei, positi in dictis vinealibus, a cruce segnata in angulo dicti reclaustri recta linea ad confinem, positum ad pedem ficulnee prope dictum puteum et ab alio confine posito ab alio latere putei, respondente recta linea ad alium confinem, positum in orto prope dictum reclaustro sive ante dictum reclaustro, tali
- f. 68v quidem pacto quod contingat in dictis vinealibus prime partes, aliquo tempore, vineas plantare pro illa pars qui voluerit habere a dictis ad dictum puteum debeat ibi, suis expensis, ipsum aditum apparare fracta et cancello, ita quod transire volentes per ipsum aditum ad dictum puteum in ipsis vineis non possint aliquod dampnum inferre in vineis prefatis et cum alia parte pasculariorum ante dictum casale versus castellum usque ad confines supra declaratos et usque ad albucium supra declaratum cruce signata et cum resaccho iunto dictis pasculariis ante dictum casale versus Sanctam Mariam Rubeam, versus castellum et cum orto in quo est gripta et cum valsolo in pede castellarii usque ad griptam apertam et cum ipsa gripta et cum parte castellarii contingente ad totum dictum casale et cum monte supra vinea et cum nuce in eo existente et cum pedica Gripte Romanelle, cum alia pedica que vocatur Valle Tosa et cum alia parte silve usque ad confines per eos missos supra declaratos et cum alia parte pratorum a confinibus missis in dictis pratis usque ad<sup>(i)</sup> terras
- f. 69r dictorum dominorum cardinalis et Theballi, que olim fuerunt dicti Lelli callararii, cum omnibus iuribus et pertinentiis ad dictam<sup>(k)</sup> partem spectantibus et pertinentibus et cum introitibus et exitibus suis, que prima pars supra declarata per sortes et brevia devenit ad prefatos, Paulum, Cecchum, dominum Nicolaum et Iacobellum ipsis Paulo, Ceccho et Iacobello, pro se et dicto domino Nicoalo frate suo pro quo promisit de rato ut supra, presentibus acceptantibus et emoluantibus dictam partem pro eorum parte et re divisa, presentibus etiam dictis domino Nicolao, quo supra nomine, et dicto<sup>(l)</sup> domino Angelo, suo proprio nomine, dantibus et concedentibus dictis Paulo, Ceccho<sup>(m)</sup>, Iacobello, pro se et quo supra nomine, dictam partem pro eorum parte et re divisa et renumpiantibus et refutantibus, dictus<sup>(n)</sup> dominus Nicolaus, quo supra nomine, et dictus dominus Angelus, suo proprio nomine, dictis Paulo, Ceccho et Iacobello, pro se et quo supra nomine, recipientibus omnia iura eis competentia et in futurum competitura in dicta parte dicti casalis que pervenerit ad prefatos Paulum, Cecchum, Iacobellum et dominum Nicolaum, nullo iure nullaque actione eis nec alicui ipsorum in predicta parte, aliqua licentia reservata; alia vero secunda pars devenit per sortes et brevia ad prefatum dominum Nicolaum, procuratorem predictum,
- f. 69v et ad dictum dominum Angelum, ipsis domino Nicolao, procuratori predicto procuratorio nomine quo supra, et dicto domino Angelo<sup>(o)</sup>, presentibus acceptantibus et emoluantibus, dictam partem pro eorum parte et re divisa, presentibus etiam domino Paulo, Ceccho et Iacobello, pro se et dicto domino Nicolao frate suo, dantibus et concedentibus dicto domino Nicolao, procuratori predicto, et dicto domino Angelo, suo nomine, dictam partem pro eorum parte et re divisa, et renumpiantibus et refutantibus omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas habent nunc et in futurum in dicta parte quocumque modo iure titulo sive causa; actum et conventum inter ipsas partes quod redimen dicti casalis, communibus expensis ipsarum partium, debeat reparari cima, videlicet hinc per totum mensem ianuari proxime futurum, iure tamen impedimento cessante, et si aliqua ipsorum partium sive aliquis ipsorum circa dictam rem paratam esset negligens vel remissus vel quomodolibet recusaret, quod liceat aliis ipsam reparationem facere vellent, propria auctoritate, tantum recipere de fructibus dicti casalis, contingentibus dicto
- f. 70r cessanti seu deneganti, quod ascendat ad quantitatem sibi contingentem de reparatione predicta et similiter, infra dictum spatium dimidii<sup>(p)</sup> anni, communibus expensis, ostium existens inter cerbinariam, subtus dictum casale et griptam, et ostium quod est in dicto lovio discoperto debeant remurari et quod etiam communibus expensis infra dictum annum in quodam<sup>(q)</sup> tufo existente iuxta parietem sale de suptus, debeat, communibus expensis, edificari paries usque ad salam superiorem, ita quod euntes et venientes per scalas fiendas pro ascendendo in dictam superiorem que reparari debet, non valeant nec possint per ipsas scalas ad salam



desuptus, quomodolibet hiis ascensum nec discensum, ad quam quidem divisionem et partimentum et omnia et singula supradicta domina Andrea filia olim Normandi de Thedallinis uxor dicti Pauli Marronis et domina Catherina filia olim Cecchi Cafari uxor dicti Cecchi et quelibet ipsarum, que primo renumpsiaverunt omni eorum iuri etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus, sponte et ex certa scientia consensierunt et earum consensum prestiterunt et renumpsiaverunt et refutaverunt dictis domino

f. 70v procuratori predicto, procuratorio nomine quo supra recipienti, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti pro ipsis et dicto domino Angelo omnia iura omnesque actiones eisdem dominabus et cuilibet ipsarum competentia et competitura in dicta parte eorum, tum ratione dotis sive dotium ipsarum donatarum propter nuptias alimentorum guarimentorum relictorum et omni alio earum et cuiuslibet ipsarum iure, hunc autem consensum et que dicta sunt prefate domine Andrea et Catherina eidem domino Nicolao, procuratori predicto ut supra recipienti, et mihi notario recipienti pro eis, dicto domino Angelo, presenti et recipienti, fecerunt pro eo quod confesse fuerunt eis et cuilibet ipsarum fore bene cautum de dotibus earum, donationibus propter nuptias et de omni earum in et super alia parte ipsorum Pauli et Cecchi dicti casalis et in aliis bonis ipsorum, promiserunt insuper predicti Paulus, Cecchus et Iacobellus, pro se et quo supra nomine, dictis domino Nicolao, procuratore predicto et dicto<sup>(t)</sup> domino Angelo et mihi notario ut publice persone, presenti et stipulanti ut supra, quod domina Francischa supradicta hanc divisionem et partimentum ratum et gratum habeat et quod, occasione dotis et iurium dotialium ipsius, ipsos dominum cardinalem et Theballum et dictum Angelum heredes et successores

f. 71r e v ipsorum in dicta eorum parte perpetuo non molestabit nec inquietabit, molestari aut inquietari faciet<sup>(s)</sup>, promictentes insuper dicte partes ad alterutrum, videlicet quod iura et partes que venit ad prefatos dominos cardinalem, Theballum et dominum Angelum per ipsos Paulum, Cecchum, dominum Nicolaum et Iacobellum seu aliquem ipsorum, nec per alium eorum seu alterius ipsorum nomine, in totum nec in partem est vendita data donata cessa concessa pignorata alienata, largo sumpto vocabulo alienationis nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt teneri de evictione prout iura volunt et e converso quod pars que pervenit ad prefatos Paulum Cecchum et dominum Nicolaum et Iacobellum per ipsos dominos cardinalem et Theballum ac dominum Angelum nec aliquem ipsorum seu per alium aut alios, eorum nomine, nemini est vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum nec in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona factus<sup>(t)</sup> est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt teneri de evictione prout iura volunt<sup>(u)</sup>, et ad hec ad instantiam et petitionem dictorum Pauli, Cecchi et Iacobelli, pro se et vice et nomine dicti domini Nicolai, penes dictum dominum Nicolaum procuratorem prefatum, procuratorio nomine quo supra recipienti, et me notarium recipientem et stipulantem ut supra, et penes dictum dominum Angelum et quemlibet ipsorum

- Butius Iubillei

- Cecchus Sabbatini et

- Laurentius de Sorromanis [omnes] \* de regione Pinee, quilibet ipsorum in solidum eorum bonis voluntatibus fideiusserunt in omne casum causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluerunt teneri et obligati esse in omnibus et per omnia in quilibet et ad que dicti Paulus, Cecchus, Iacobellus tenentur et obligati sunt teneri et obligari possent occasionibus supradictis seu aliqua earum; et e converso ad instantiam et petitionem dictorum domini Nicolai, procuratoris predicti quo supra nomine, et dicti domini Angeli penes prefatos Paulum, Cecchum, Iacobellum, pro se et quo supra nomine, supranominati Butius, Cecchus et Laurentius, quilibet ipsorum in solidum, simili modo, fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum<sup>(v)</sup>

f. 72r pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc. portus fluminis, pro usu aque dumtaxat, remanenti in communi. Actum etiam et conventum estitit inter ipsas partes, quod si contingat per tempora aliquam litem seu questionem moveri per dominos dicti casalis Gripte Rotunde occasione confinium dicti casalis, quod causa ipsa pensis communibus debeat defensari etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “ass” <sup>(b)</sup> Ripetuto e non depennato “non” <sup>(c)</sup> Il nome che segue e la successiva congiunzione sono stati inseriti nell’interlinea superiore <sup>(d)</sup> Corretto sul precedente “filius” <sup>(e)</sup> Il nome che segue è stato inserito nell’interlinea superiore <sup>(f)</sup> Depennato “fl” <sup>(g)</sup> Depennato “sala” <sup>(h)</sup> Così P e nei casi che seguono <sup>(i)</sup> P Depennato “pede” <sup>(j)</sup> Depennato “prata” <sup>(k)</sup> Depennato q <sup>(l)</sup> Così P <sup>(m)</sup> Omesso et <sup>(n)</sup> P “dicti” <sup>(o)</sup> P “dominus Angelus” <sup>(p)</sup> Il vocabolo è stato depennato, poi l’amanuense ha avuto un ripensamento ed ha tracciato una nuova linea sopra il sostantivo e due tratti verticali di annullamento per evidenziare la prima cancellazione <sup>(q)</sup> P “quodo” <sup>(r)</sup> Così P <sup>(s)</sup> L’amanuense è incorso in un’inversione della consueta successione dell’abbreviatura: infatti la parte che segue del formulario occupa l’intero f. 71v (ad eccezione della prima riga) e le prime tre righe del f. 72v. A questa inversione del formulario rimanda un segno convenzionale, caratterizzato da una barra trasversale seguita da due punti verticali, indicata al f. 71r (alla fine della seconda riga) e ripetuta al f. 71v (all’inizio della prima riga) <sup>(t)</sup> Il brano che segue fino a “iura volunt” è annotato nelle prime tre righe del f. 72r <sup>(u)</sup> Il formulario che segue riprende dalla quarta riga del f. 71r fino alla fine della riga del f. 71v e prosegue all’inizio della quarta riga del f. 72r al quale rimanda un segno convenzionale di croce <sup>(v)</sup> Il formulario prosegue con la quarta riga del f. 72r. Depennato “et”

Nicola *de Buccabellis* canonico lateranense, procuratore di Tebaldo *de Theballeschis* canonico della basilica di S. Pietro di Roma, come risulta dall'atto di procura del notaio Giacomo rettore della chiesa di S. Giovanni della Pigna, dà in soccita a Nicola di Valentino del rione Monti, per un periodo di 5 anni a cominciare dal decorso 15 novembre, 21 vacche grosse, un giovenco grosso, 10 bestie sopra i due anni fra maschi e femmine, 11 bestie sopra di un anno tra maschi e femmine, e 14 vitelli; di questi animali occorre vendere il giovenco, una vacca lamaria e una vacca vecchia per acquistare, con il ricavato altre bestie.

Il socciario promette che alla fine del contratto di soccida dividerà a metà il branco delle bestie o verserà la somma equivalente al valore di stima degli animali.

I contraenti stabiliscono che quando le vacche resteranno nei casali di *Palaçole*, affidati in locazione al socciario, o nel casale di *Turris Raynonis*, di cui è proprietario lo stesso socciario, il procuratore Nicola non dovrà pagare l'erba per il pascolo, né il capestro per i vitelli e, a sua volta, si impegna, con un'obbligazione dei beni di Tebaldo, a non revocare la soccida fino alla scadenza del contratto.

Dietro richiesta del procuratore Nicola si offre quale garante Giacomello figlio del defunto Giovanni di Nicola *Marronis*.

f. 72v

Indictione X mense novembris die XXVIII.

Testes: Sabbas de Seromanis, Iustus Amati dudum de Florentia et Marchus Putii de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis vir dominus Nicolaus de Buccabellis canonicus lateranensis, procurator et persona legitima venerabilis viri Theballi de Theballeschis canonici basilice Sancti Petri de Urbe, habens ad omnia infrascripta speciale mandatum, ut patere dicitur manu presbiteris Iacobi rectoris ecclesie Sancti Iohannis de Pinea publici notarii, procuratorio nomine ipsius et pro ipso, ac die presente sponte dedit et concessit in soccitam, nomine et causa soccite, Nicolao Valentini de regione Montium, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, pro quinque annos proxime futuros incipiendo die XV presentis mensis et finiendo ut sequitur, ad omnem usum et consuetudinem bone soccite, idest XXI vacchas grossas unum iuvenchum grossum cerptum, X annotinas inter mares et feminas et

f. 73r

XI asseccaticios inter masculos et feminas et XIII vitulos, inter quas bestias et in dicto numero, sunt tres bestie que extrai<sup>(a)</sup> debent de ipsa soccita et, de ipsarum pretio, debent alie bestie redimi et in ipsa soccita remicti, videlicet dictus iuvenchus certus, una vacca lamaria et una vacca vecchia, quas omnes bestias dictus Nicolaus confessus est se recepisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum et contentum vocavit et renuptiavit etc. et promisit dictus Nicolaus dicto procuratori, quo supra nomine recipienti, dicto tempore durante, ipsas tenere et custodire ad omnem usum et consuetudinem bone soccite et, ipsis annis finitis, ipsam soccitam per medietate dividere ad alterutrum convenerunt, prout eo tempore reperiretur, actum et conventum, inter ipsas partes, quod de casalibus Palaçole, que ipse Nicolaus tenet ad locationem, et de casali ipsius Nicolai, quod vocatur Turris Raynonis, ipse dominus Nicolaus, quo supra nomine, erbas minime solvere teneatur toto dicto tempore quo dicte vacce stabunt

f. 73v

in tenimentis dictorum casalium, etiam actum et conventum estitit inter ipsas partes quod, dictis annis durantibus, ipse procurator, quo supra nomine, non teneatur solvere capestru pro vitulis et promisit dictus procurator, quo supra nomine, dicto Nicolao, dicto tempore durante, ipsam soccitam ratam habere et ipsam non reaccipere, nec quod ab eo auferatur quoque modo sub obligatione bonorum ipsius domini Theballi et ad hec ad instantiam dicti procuratoris, quo supra nomine, penes dictum Nicolaum, presentem et recipientem, Iacobellus filius olim Iohannis Nicolai Marronis sponte fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, pro quibus obligavit omnia bona sua etc. et renuptiavit epistule divi Adriani etc.

Actum in domo Iacobelli Marronis predicti.

<sup>(a)</sup> P "exchai".

Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna, proprietario di due terzi, e Giacomello figlio del defunto Giovanni di Nicola *Marronis*, presente anche a nome del fratello Nicola canonico della basilica del Principe degli Apostoli di Roma, proprietari di un altro terzo, vendono a Giovanni figlio del defunto Cecco *Cafari* mercante del rione Pigna la metà di una casa o palazzo a pianoterra con solaro, sale e camere, situata nel rione Ripa, al prezzo di 20 fiorini d'oro.

I venditori nominano procuratore Ceccolello *Cafari* per l'insediamento dell'acquirente nella loro proprietà.

Dietro richiesta di Paolo e di Giacomello si offrono quali garanti Lello di Giovanni Cinthei detto *Schiavo* orefice del rione Pigna nel caso di una eventuale evizione della proprietà.

f. 74r

Indictione X mense decembris die primo.

Testes: Laurentius de Sorromanis, dominus Laurentius Iohannis Carli de regione Pinee et Marchus Putii de regione Pontis.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee, pro duabus partibus, et Iacobellus filius olim Iohannis Marronis filii dicti Nicolai, pro se et vice et nomine domini Nicolai, sui fratris, canonici basilice Principis Apostolorum de Urbe, pro quo promisit de rato et rati abitione et se et bona sua principaliter obligavit, pro tertia parte, qui etiam Iacobellus primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manualiter tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire, ratione sue minoris etatis XXV seu XX annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sententie causa, nec restitutionem in integrum quantum ad infrascripta aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis per me notarium primo certioratus, ac die presente eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt

f. 74v

et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Iohanni filio olim Cecchi Cafari mercatoris de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Iohannes dare et concedere voluerit, idest integram medietatem cuiusdam domus sive palatii terrinei et solarati, cum terrineo<sup>(a)</sup> salis et cameris infra se, ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem, liberam et exemptam ab omni nesso servitutis iuris canonici sive census cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis, que domus sive palatium positum est in regione Ripe, ab uno latere est flumen Urbis, ab alio ante est via publica, ab alio latere tenet \*\*\*\*\* iuncta pro indiviso cum alia medietate \*\*\*\*\* vel si qui sunt ad predictam domum plura aut veriores confines et per Ceccholellum Cafari quem dicti venditores et quilibet ipsorum eorum et cuiuslibet ipsorum procuratorem constituerunt ad

f. 75r

investiendum ipsum<sup>(b)</sup> emptorem de dicta domo cum iuribus et pertinentiis suis investiri voluerunt et mandaverunt et donec dictus Iohannes emptor fuerit investitum et in corporalem et vacuum possessionem adeptus constituerunt se dicti venditores, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dicti venditores eidem emptori plenam licentiam et liberam facultatem et potestatem concesserunt ut, amodo in antea, ipsam domum sive palatium cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui vendere donare alienare et de ipsa facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus etiam in re perpetua placuerit, dederunt etiam quoque cesserunt et concesserunt dicti venditores et quilibet ipsorum eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas habent et in futurum habere possent seu sperant in dicta medietate dicte domus contra quascumque personas et loca, ita quod, amodo in antea, dictus emptor, proprio nomine, agat petat excipiat recipiat defendat, utatur experiatur et in locum iuris<sup>(c)</sup> et privi-

f. 75v

legium<sup>(d)</sup> ipsorum<sup>(e)</sup> venditorum succedat et succedere voluerunt et mandaverunt nullo iure nullaque actione dictis venditoribus nec alicui ipsorum in predictis aequaliter reservatis. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefati Paulus et Iacobellus et quilibet ipsorum, pro parte sua suprascripta, eidem Iohanni Cafaro emptori predicto, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecerunt pro pretio et nomine pretii XX florenorum auri inter ambos, quas XX florenos auri dicti venditores a dicto Iohanne, emptore, presentialiter et manualiter ac numeraliter receperunt et habuerunt in florenis de auro, de quibus XX florenis auri pretium dicte medietatis domus, predicti Paulus et Iacobellus, pro se et quo supra nomine, a dicto Iohanne, emptore, se bene quietos contentos<sup>(f)</sup> et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non ponderatorum dictorum florenorum auri et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali metus et in factum conditioni in-

f. 76r

debiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis, exceptioni simulationis contractus aliud actum quam scriptum vel aliud scriptum quam actum et si plus dicto pretio dicta medietas dicte domus nunc valeret vel in futurum valere posset dicti Paulus<sup>(g)</sup> et Iacobellus, pro se et quo supra nomine, dicto Iohanni emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, inter vivos et inrevocabiliter donaverunt cesserunt et concesserunt causa amoris et dilectionis quem et quam in eum habet et in futurum habere sperant, Domino concedente, et pro multis et gratis servitiis quos a dicto Iohanne receperunt confessi sunt et promiserunt dicti Paulus et Iacobellus, pro se et quo supra nomine, venditores predicti dicto Iohanni emptori prefato, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta medietas dicte domus vendite cum iuribus et pertinentiis suis est ipsorum Pauli, domini Nicolai et Iacobelli et ad eos spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco est vendita per ipsos Paulum, Iacobellum et dominum Nicolaum seu per alium aut alios eorum, nec alterius, ipsorum nomine, data donata cessa concessa pignorat alienata in totum nec in partem, largo sumpto

f. 76v

vocabulo alienationis, nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate seu loco per ipsos nec aliquem ipsorum nec per alium seu alios eorum, nec alterius, ipsorum nomine, factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione quilibet ipsorum de facto suo tantum ad duplum pretii rei evicte cum dampnis expensis et interesse que et quas fecit seu passus fuerit occasione predicta, asserentes et confitentes dicti venditores et quilibet ipsorum talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum quam duplum pretii rei evicte restituatur evictio etiam si in totum evinceretur et si in parte in ea parte in qua evinceretur, de quibus dampnis expensis et interesse<sup>(h)</sup> dicti venditores et quilibet ipsorum de facto suo stare et credere voluerunt solo simplici

sacramento ipsius emptoris suorumque heredum et successorum sine alterius honore probationis, iudicis tassatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluerunt et promiserunt, pro

f. 77r plena et sufficiente probatione ceterisque aliis probationibus, dicti venditores ex certa scientia renuntiaverunt expresse et ad hec ad petitionem et instantiam dictorum Pauli et Iacobelli, pro se et dicto domino Nicolao, penes dictum Iohannem emptorem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem, pro se et quo supra nomine<sup>(i)</sup>, Lellus Iohannis Cinthei aurifex dictus alias Schiavo de regione Pinee sponte fideiussit et promisit quod dicta medietas dicti palatii sive domus supra vendita est ipsorum venditorum, secundum quod superius est expressum, et ad eos spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco est vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum nec in partem nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret voluit de evictione teneri quem admodum ipsi venditores tenentur et obligati sunt teneri et obligari possent, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis, tam dicti venditores quam dictus fideiussor et quilibet ipsorum eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, obligaverunt

f. 77v ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine ipsius emptoris, tenere et possidere precario recongnoverunt et voluerunt, pro predictis, dicti venditores et dictus fideiussor quilibet ipsorum in solidum posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore, renuntiaverunt in hiis dicti venditores et dicti fideiussor et quilibet ipsorum ferriis, diebus ferriatis, beneficio fori, epistule divi Adriani, nove constitutionis beneficio, de duobus vel pluribus reis debendis, legitime cruce signatis, et omni illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum argentum nec aliqua mobilia, quod possit obferre creditori suo de stabilibus, scilicet penitus eidem satisfacere promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie seu re et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus, tam iuris quam facti quibus contra predicta vel aliquod predictorum dicti venditores venire possent, ex certa scientia renuntiaverunt expresse que quidem omnia et singula supradicta dicti venditores et fideiussor et quilibet ipsorum in solidum atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “procuratorem” <sup>(c)</sup> P “iux” <sup>(d)</sup> La seconda parte del vocabolo “legium” è stato omesso con l’inizio del nuovo foglio <sup>(e)</sup> P “ipsorum” <sup>(f)</sup> P “conteptos” <sup>(g)</sup> P “Pauli” <sup>(h)</sup> Ripetuto e non depennato “de quibus dampnis expensis et interesse” <sup>(i)</sup> P “notario”.

54.

1371, dicembre 3

Cecco figlio del defunto Nicola di Giovanni di Paolo del rione Parione e della contrada Campo di Fiori, figlio ed erede della defunta madre Angela vedova di Nicola e figlia del defunto Paolo di Angelo, con il consenso della nonna materna Teodora vedova di Paolo di Angelo, vende a Caterina figlia del defunto Cecco Cafari e moglie di Cecco di Nicola Marronis del rione Pigna una casa o palazzo a pianoterra con solario, un portico davanti e sotto un fondaco, situata nel rione Pigna, e, adiacenti, un'altra casa con orto e pozzo e una terza casa scoperta al prezzo di 120 fiorini d'oro, pagati con la dote della stessa Caterina, ed a questo investimento dà il consenso il marito Cecco.

Il venditore nomina suo procuratore Giovanni Cafari per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà. Dietro richiesta di Cecco si offrono quali garanti Giacomello di Romanello di Nardo di Oddolino detto *Minosse* e Giacomello *Masseo* del rione Parione nel caso di una eventuale evizione della proprietà.

f. 78r Indictione X<sup>a</sup> mense decembris die tertio.

Testes: Petrutius Butii Iubillei, Iohannes Cafarus, dominus Laurentius Iohannis Carli, Stephanellus filius Sclavi Iohannis Cinthei de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius olim Nicolai Iohannis Pauli de regione<sup>(a)</sup> Parionis et contrada Campifloris, qui iuravit etc. ac filius et heres quondam domine Angele, matris sue, et uxoris dicti olim Nicolai filie olim Pauli Angeli Blaxii de regione Pinee, et domine Theodore uxoris dicti olim Pauli matris dicte olim domine Angele, presente et consensiente<sup>(b)</sup> dicta domina Theodora, ad omnia et singula infrascripta et renuntiavit quantum ad infrascripta omni suo iure dotis donationis propter nuptias etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus quod est pro mulieribus introductum, certiorata primo per me notarium de ipso auxilio quid sit et quid dicat hunc autem confessum et que dicta sunt fecit dicta domina Theodora dicto Cecco, venditori, et pro infrascripto Ceccho, emptori<sup>(c)</sup>, pro eo quod confessa fuit sibi fore bene tantum de dote sua et iuribus suis dotalibus in et supra bonis dicti olim Pauli viri sui, ac die

f. 78v presente, sua bona voluntate omnimodo et iure quibus melius fieri potest et debet, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Caterine filie olim Cecchi Cafari et uxoris Cecchi filii Nicolai Marronis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa

domina Catherina dare vendere cedere aut concedere voluerit<sup>(d)</sup>, idest unam domum sive palatium terrineum et solaratum cum porticali ante se, funico suptus se, cum quadam alia domo vassa iusta ipsum palatium et cum orto et puteo retro ipsam et cum quadam alia domo discoperta retro ipsum palatium cum omnibus eius usibus utilitatibus pertinentiis universis et cum introitibus et exitibus suis ad veram et mundam proprietatem etc. et quod palatium situm est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Paulus Buccamoça, ab alio est ortus quod olim fuit dicti Cecchi, a duobus lateribus sunt vie publice vel si qui etc. et per Iohannem Cafari quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam emptricem de predictis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investita constituit se dictus venditor, nomine dicte

f. 79r emptricis, tenere et possidere ad quam possessionem adimplistendam dictus venditor eidem emptrici plenam et liberam potestatem concessit ut, amodo in antea, ipsam domum propria auctoritate possit intrare etc. dedit etiam quoque cessit et concessit dictus venditor eidem emptrici omnia iura sibi competentia in dicto palatio et rebus venditis contra quascumque personas et loca nullo sibi iure in predictis aliquo modo reservato. Hanc autem venditionem etc. fecit dictus venditor eidem emptrici, quo supra nomine, pro pretio et nomine pretii CXX florenorum auri, de quibus dictus venditor a dicta emptrice presentialiter et manualiter recepit et habuit L florenos auri, residuum autem videlicet LXX florenos auri dictus venditor a dicta emptrice confessus est se recepisse, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. qui quidem CXX florenos auri sunt de parte dotis dicte domine Catherine, presente et consentiente dicto Ceccho, viro suo, sic verum esse, et si plus dicto pretio dictum palatium et res vendite valerent nunc vel in futurum valere possent dictus venditor eidem emptrici, amoris honesti causa inter vivos, donavit cessit et concessit et promisit dictus venditor<sup>(e)</sup> dicte emptrici quod dictum palatium cum rebus venditis est ipsus

f. 79v et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est venditum etc. et si contrarium appareret voluit dictus venditor teneri de evictione secundum quod iura volunt et ad hec ad petitionem et instantiam dicti venditoris penes dictam emptricem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, Iacobellus Romanelli Nardi Oddoline dictus alias Minosse et Iacobellus Masseus de regione Parionis ambo quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt in casu evictione predicte, pro quibus etc. et renulpiavit epistule divi Adriani etc. pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum eidem emptrici obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto e non depennato “regione” <sup>(b)</sup> P “consensietiente” <sup>(c)</sup> In realtà Cecco marito di Caterina dà solo il suo consenso alla spesa del denaro della dote della moglie, come risulta a conclusione del formulario al f. 79r <sup>(d)</sup> Depennato “a” <sup>(e)</sup> Depennato “quo supra nomine”.

## 55.

1371, dicembre 8

Pietro *de Cartaris* priore dei frati del capitolo del monastero di S. Maria Nova di Roma nomina procuratore il prete Panico canonico della chiesa di S. Maria in Via Lata per le sue cause e quelle del monastero e promette di esonerarlo da ogni obbligo di garanzia.

f. 80r Indictione X<sup>a</sup> mense decembris die VIII.

Testes: Colecta Lombardus et Cola Iohannis servitores infrascripti monasterii.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis et religiosus vir dominus Petrus de Cartaris prior fratuum capituli et conventus monasterii Sancte Marie Nove de Urbe, vice et nomine ipsius monasterii et fratuum eiusdem<sup>(a)</sup>, sponte fecit suum et dicti monasterii ac dictorum fratuum yconomum scyndicum procuratorem et numptium specialem seu quocumque alio nomine melius dici potest venerabilem virum presbiterum Panicum canonicum ecclesie Sancte Marie in Via Lata, licet absentem tamquam presentem, ad omnes suas et dicti monasterii causas etc. ad agendum petendum defendendum etc. in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vel auditore etc. relevans ipsum ex nunc ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo promisit mihi notario, stipulanti et recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, nec non se ratione contractus et firmum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem procuratus fuerit sub obligatione bonorum dicti monasterii etc.

<sup>(a)</sup> P “eisdem”.

## 56.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

f. 80v Scriptum per me Paulum de Sorromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarium, mensibus et diebus predictis, et meum signum apposui consuetum.

(S)

1.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1372 e comincia, secondo "lo stile della Natività", dal 25 dicembre 1371, con sette giorni di anticipo rispetto allo stile moderno, traccia inoltre il proprio segno monogrammatico e aggiunge la sottoscrizione notarile.

f. 1r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo pontificatus domini Gergorii<sup>(a)</sup> pape XI, indictione X<sup>a</sup> mensibus et diebus infrascriptis.  
Hic est quaternus abreviature contractuum mei Pauli de Sorromanis notarii sub brevitate compositorum anno predicto.  
Signum mei Pauli de Sorromanis notarii supradicti

(S)

Scriptum per me Paulum de Sorromanis notarium sacre prefecture auctoritate predictum.

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi "Gregorii".

2.

1371, dicembre 26

Giacomello figlio del defunto Giovanni di Nicola *Marronis* del rione Pigna concede in soccida a Tommaso Vannicechi e ad Antonio, suo fratello, del rione Campomarzio cinque buoi mansueti per un periodo di 2 anni. I soccidiari promettono di lavorare nel luogo indicato dal soccidante: se qualcuno dei buoi dovesse morire per negligenza dei consegnatari questi si impegnano a reintegrarlo, se invece dovesse morire senza colpa dei consegnatari la spesa sarà divisa per metà tra le parti contraenti. Alla scadenza del contratto di soccida i buoi saranno divisi per metà o per il valore che è stato loro attribuito secondo l'usanza di Roma. Giacomello concede un mutuo di 4 fiorini d'oro ed assegna 4 rubbia di grano ai soccidiari i quali promettono di provvedere alla restituzione alla fine del contratto prima della divisione dei buoi.

f. 1v In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione X<sup>a</sup> mense decembris die XXVI.

Testes: Paulus Marronis, Laurentius de Seromanis et Iohannes Cafarus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobellus filius olim Iohannis Nicolai Marronis de regione Pinee, qui iuravit etc. ac die presente sua bona voluntate dedit et concessit in soccitam, nomine et causa soccite, Thome Vannicechi et Anthonio frati suo de regione Campimartis, presentibus et recipientibus, quinque boves domitos ipsius Iacobelli, quos boves predicti Thomax et Anthonius confessi sunt se a dicto Iacobello recepisse et habuisse et penes sese habere et tenere, de quibus sese bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non habitorum et non assignatorum eis dictorum bobum etc. pro duobus annis proxime futuris ab

f. 2r hodie in antea numerandis, quos quinque boves dicti frates tenere et custodire, dictis duobus annis durantibus, bene et legaliter ad omnem usum et consuetudinem bone soccite et cum ipsis bobus, dictis duobus annis durantibus, laborare ubi dicto Iacobello placebit et si contingat, quod absit, aliquem ex dictis bobus mori, perdi vel deguastari dolo, culpa, negligentia aut mala custodia ipsorum Thome et Anthonii vel alterius ipsorum, tunc in dicto casu totum dampnum super se reportare voluerunt et alium bovem eiusdem qualitatis de propria ipsorum pecunia emere et remictere in soccitam predictam; si vero contingat aliquem ipsorum bobum mori perdi vel deguastari, ipsa soccita durante ut premictitur, absque dolo et culpa dicti Thome et Anthonii tunc communiter inter ipsum Iacobellum, pro medietate, et predictos Thomam et Anthonium dampnum sit et alium bovem communiter hematur et in dictam soccitam remictetur,

f. 2v quibus duobus annis integre revolutam ipsam soccitam et ipsos boves, ut consuetum est, inter ipsos communiter dividatur, in qua quidem soccita dictus Iacobellus mutuavit predictis Anthonio et Thoma III<sup>or</sup> florenos auri et quatuor rubra<sup>(a)</sup> grani, quos et quas dictus Thomas et Anthonius et quilibet ipsorum in solidum confessi sunt se recepisse et habuisse a dicto Iacobello et penes sese habere et tenere, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. eidem Iacobello redere et restituere promiserunt finita ipsa soccita et<sup>(b)</sup> antequam fiat divisio dictorum bobum, quam quidem soccitam ad alterutrum atendere et observare promiserunt sub obligatione bonorum ipsorum partium mobilia et immobilia, presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P "rubla" <sup>(b)</sup> Depennato "d".

Giacomo di Filippo detto *Pecchia* già di Firenze e ora di Roma del rione di S. Eustachio, presentatosi davanti ad Alemanno *Cantini* mercante già di Firenze ed ora di Roma dello stesso rione, dichiara che nello scorso mese di novembre era stata creata una società fra lo stesso Giacomo, Alamanno e Zenobio *Deltruffo* di Firenze, allora residente a Roma, per impiantare una zecca per un periodo di 5 anni, come è indicato nell'atto di concessione fatto a Giacomo dai Conservatori di Roma, con l'impegno di versare da parte di ciascun socio la somma di 666 fiorini e due terzi d'oro, come è specificato in una scrittura privata sottoscritta dai tre consoci; ma mentre Giacomo ha versato la propria somma, Zenobio ed Alamanno non hanno provveduto a versare la loro quota, perciò egli rende noto che se il versamento non sarà effettuato entro 15 giorni i due soci saranno considerati inadempienti e saranno esclusi dalla società.

Alamanno risponde, a sua volta, che egli era pronto a notificare a Zenobio la richiesta di Giacomo per il pagamento della quota e che si sarebbe uniformato alle sue disposizioni.

f. 3r Indictione X<sup>a</sup> mense decembris die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: Romanutius Bartholomei Romanutii notarius, Sabbas de Graptulis notarius de regione Columpne, dominus Nicolaus de Astallis de regione Sancti Eustachii et Paulus quondam Cole Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> Constitutus personaliter Iacobus Philippi dictus alias Pecchia dudum de Florentia nunc de Urbe de regione Sancti Eustachii coram discreto viro Alamando Cantini mercatore dudum de Florentia nunc de Urbe de regione Sancti Eustachii, presente audiente et intelligente, dixit exposuit et narravit ac protestatus fuit quod cum de anno proxime preterito et mense novembris proxime preterito fuerit iunta et firmata societas inter ipsos Iacobum, Alamandum et Zenobium Deltruffo de Florentia tunc Roma commorantem de faciendo zeccham in Urbe pro quinque annis proxime futuris, ut in istrumento concessionis dicte zecche sibi Iacobo concesse per dominos Conservatores Urbis plenius continetur, et in dicta societate fuerunt certa pacta iunta inter eos et inter alia pacta quilibet ipsorum promisit ponere

f. 3v in dicta societate VI<sup>o</sup>LXVI florenos auri et duos tertios alterius floreni auri sic vel aliter plus vel minus, prout in quodam apodissa sive privata scriptura subscripta manu dictorum Zenobii, Alamandi, Iacobi latius continetur, et ipse Iacobus adimpleverit per eum premissa et ipse Zenobius de Urbe recesserit et premissa per eum non servaverit et ipse Alamandus promisit per eum etiam adimplere non curet, idcirco dictus Iacobus protestatur et dicit quod ipse Zenobius et Alamandus et quilibet ipsorum hinc ad XV dies proxime futuros debeant facere et adimplere id quod in apodissa continetur, videlicet quod debeant ponere in dicta societate quilibet ipsorum dictos VI<sup>o</sup>LXVI florenos auri et duos tertios alterius floreni auri secundum promissionem predictam, scilicet ex nunc prout ex tunc dicit et protestatus est quod non intendit ipsos nec aliquem ipsorum habere in socium in zecca predicta etc. qui Alamandus respondit quod paratus erat notificare predicta dicto Zenobio et secundum quod ipse disponet, ita ipse faciet etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato "missa".

Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* rilascia una quietanza a Nicola di Valentino del rione Monti, in relazione ad un atto di deposito rogato dallo stesso notaio Paolo *de Seromanis*, dopo aver ricevuto la somma di 40 fiorini d'oro.

f. 4r Indictione X mense decembris die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Iohannes quondam Cecchi Cafari, Laurentius de Sorromanis.

Actum in domo olim Mathutii Marronis.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius olim Nicolai Marronis de regione Pinee, qui iuravit etc. ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit perpetuo vel ad tempus Nicolao Valentini de regione Montium, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecaria seu mistas que et quas nunc ipse Cecchus habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsum Nicolaum<sup>(a)</sup>

f. 4v et bona sua, pretestu et occasione XL florenorum auri in quibus dictus Nicolaus dicto Ceccho tenetur vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis dictam quantitatem scripti manu mei eiusdem notarii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Cecchus eidem Nicolao, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro eo quod presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a dicto Nicolao dictos XL florenos auri, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum



f. 5r vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non ponderatorum dictorum XL florenorum auri exceptioni doli mali etc. et promisit dictus Cecchus eidem Nicolao, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta iura dictorum XL<sup>(b)</sup> florenorum auri nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa pignorata nec contractus vel quasi contractus de eis cum aliqua alia persona seu loco factus est nec factus appareret, voluit dictus Cecchus teneri de evictione secundum quod iura volunt liberans et exhonerans dictus Cecchus eundem Nicolaum et bona sua ab obligatione dictorum XL florenorum auri, volens ipsum depositum cuius vigore dictus Nicolaus eidem tenebatur cancellare de actis sive prothocolis in quibus scriptis reperitur, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Cecchus obligavit dicto Nicolao omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro observatione predictorum posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice, renumpiavit in hiis feriis beneficio fori epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto e non depennato “Nicolaum” <sup>(b)</sup> Ripetuto e non depennato “XL”.

## 5.

1372, gennaio 21

Giovanna figlia del defunto Maddaleno *de Seromanis* del rione Pigna e moglie di Petruzio di Lorenzo carpentiere del rione Trevi, con il consenso del fratello Stefanello, vende a Giovanni figlio del defunto Cecco *Cafari* mercante del rione Pigna una casa a pianoterra con solarario, una loggia e un porticato davanti, situata nel rione Pigna, al prezzo di 20 fiorini d'oro.

La venditrice nomina suo procuratore Ceccolello *Cafari* del rione Pigna per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

f. 5v<sup>(a)</sup> Indictione X<sup>a</sup> mense ianuarii die XXI<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Buccamoza, Lippolus macellarius et dominus Laurentius Iohannis Carli de regione Pinee.

Actum in domo Iohannis Cafari.

In<sup>(b)</sup> presentia mei notarii et testium etc. domina Iohanna filia olim Madaleni de Sorromanis de regione Pinee et uxor Petrutii Laurentii carpentarii de regione Trivii, que renumpiavit auxilio Velleiani senatus etc. cum consensu et voluntate Stephanelli eius fratris filii dicti olim Madaleni patris eorum, qui Stephanellus primo renumpiavit omni suo iure, si quod habet vel habere posset nunc et in futurum in infrascripta domo, hunc autem consensum et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Stephanellus dicte domine Iohanne<sup>(c)</sup> sororis sue et infrascripto<sup>(d)</sup> Iohanni emptori, amoris et dilectionis causa quem et quam habet in eos, ac die presente sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Iohanni filio olim Cecchi Cafari mercatoris de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum

f. 6r vel cui seu quibus ipse Iohannes dare et concedere voluerit, idest quamdam domum ipsius domine Iohanne terrineam et solaratam, cum lovio sive porticali ante se, positam in regione Pinee, inter hos fine, ab uno latere tenent idest Stephanellus ab alio Iohannes de Sorromanis, a duobus lateribus sunt vie publice vel si qui etc. cum omnibus suis usibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis et per Ceccholellum Cafari de regione Pinee, quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta domo, cum omnibus suis usibus, ut dictum est, et investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum constituit se dicta venditris, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dicta venditris dicto emptori plenam licentiam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsam domum cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui<sup>(e)</sup> vendere donare etc. dedit etiam

f. 6v quoque cessionem et concessionem dicta venditris<sup>(f)</sup> eodem titulo venditionis dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, omnia iura sibi competentia et in futurum competitura in domo predicta contra quascumque persona et loca, ita quod amodo in antea proprio nomine agat petat etc. nullo iure nullaque actione dicte domine Iohanne in predicta domo aliquo modo reservatis. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dicta domina Iohanna venditris eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii XX florenorum boni auri et recti ponderis, quos dicte venditris a dicto emptore presentialiter et manualiter recepit et habuit, de quibus etc. et si plus dicto pretio valerit nunc vel in futurum valere posset dicta venditris eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra inter vivos et irrevocabiliter donavit cessit et concessit et promisit dicta venditris dicto emptori quod dicta domus cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii est vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium appareret voluit dicta

f. 7r venditris teneri de evictione ad duplum pretii rei evicte prout iura volunt, promisit insuper dicta venditris prefato emptori, presenti et recipienti ut supra, hinc venditionem et omnibus et singulis in ea contentis facere consentire dictum Petrum virum suum ad omnem petitionem requisitionem et voluntatem dicti Iohannis emptoris cum curis et cautelis de iure sufficientibus et ad hec ad petitionem et instantiam dicte domine Iohanne venditricis penes eundem Iohannem emptorem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra,

Candulfellus filius olim Petri Candulfi de regione Pinee sponte fideiussit in omnem casum causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluit teneri et obligatus esse in omnibus et per omnia in quibus et ad que dicta venditris teneri et obligata est teneri et obligari posset occasione predicta, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris et dictus fideiussor et quilibet ipsorum obligaverunt dicto emptori omnia eorum bona mobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et refutaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine superiore del foglio un riordinatore del fondo ha annotato erroneamente con matita blu l'anno 1373 <sup>(b)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato un segno convenzionale di "completum" <sup>(c)</sup> Depennato "v" <sup>(d)</sup> Depennato "Stephanello" <sup>(e)</sup> P "flui" <sup>(f)</sup> La desinenza grammaticale é stata corretta sul precedente "venditor".

6.

1372, gennaio 27

Lello Maddaleno mercante cittadino romano del rione Pigna nomina procuratore Bartolomeo *de Piero* cittadino fiorentino ora abitante nella città di Brescia per ricevere da Prancazio canonico della cattedrale di Montefiascone e da \*\*\*\*\*<sup>(a)</sup>, vicari di Stefano vescovo di Brescia, la somma di 500 fiorini d'oro che gli era dovuta e di rilasciare la relativa quietanza, si impegna inoltre a esonerarlo da ogni obbligo di garanzia ed a ratificare il suo operato.

f. 7v Indictione X mense ianuarii die<sup>(a)</sup> XXVII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Paulus de Vallatis canonicus ecclesie Sancti Angeli in Foro Piscium, dominus Iacobus Cinchii de Thomais canonicus Sancti Petri ad Vincula, Paulus Stephanutii, Iacobellus Matheuli Infantis cives Romani.

Actum in Campitolio.

In<sup>(b)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Lellus Madalenus mercator civis Romanus de regione Pinee, sponte fecit et ordinavit suum<sup>(c)</sup> procuratorem, videlicet providum et discretum virum Barthomomeum de Piero civem florentinum nunc habitatorem civitatis Brescie, licet absentem tamquam presentem, ad recipiendum, nomine ipsius Lelli et pro ipso, a venerabilis viris dominis Prancatio canonico catredalis ecclesie Montisflasconis et \*\*\*\*\*<sup>(d)</sup> seu alteri ipsorum, vicariis reverendi in Christo patris et domini domini Stephani Dei gratia episcopi brisciensis, V<sup>c</sup> florenos auri in quibus dictus dominus Stephanus episcopus prefatus eidem Lello tenetur seu a quacumque alia persona solvente pro ipso dicto Stephano episcopo predicto, nec non ad recipiendo a<sup>(d)</sup> seu a quibuscumque aliis personis tam dicta quantitate quam quascumque alias quantitate pecunie

f. 8r et floreni, nomine ipsius et pro eo, et de receptione per eos finem quietationem et generalem refutationem faciendam et ad promictendum de evictione cum cura et cautelis de iure sufficientibus et ad obligandum in casu evictionis predicte omnia bona ipsius Lelli constituentis, nec non ad omnes et singulas ipsius Lelli causas civiles et criminales que et quas nunc habet vel habere posset tum in dicta civitate Brescie quam in quacumque alia curia ad agendum petendum defendendum etc. et ad substituendum, nomine ipsius Lelli et pro ipso, unum seu plures procuratores ipsosque revocandos et si quando eis seu alteri ipsorum visum fuerit et generaliter etc. relevans ex nunc dictus Lellus dictos suos procuratores et quemlibet ipsorum ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo promisit mihi notario, recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit in factum, nec non se ratum gratum et firmum habere omne et quicquid per dictos procuratores et quemlibet ipsorum actum et procuratum fuerit sub obligatione bona ipsius etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "d" <sup>(b)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato "missum" <sup>(c)</sup> P "suos" <sup>(d)</sup> Depennato "de quib".

7.

1372, febbraio 9

Il prete Meo di Anticoli rettore di S. Andrea *de Columpna* e Lorenzo di Giovanni *Carli*, chierico della stessa chiesa, danno in locazione a Giacomello figlio del defunto Giovanni *Marronis* del rione Pigna per un periodo di 5 anni tre pediche di terra, situate fuori del ponte Salario, per ricavare annualmente l'erba, il raccolto e le spighe al canone annuo di 5 fiorini d'oro da versare nella festa di S. Andrea.

I contraenti convengono che se il pagamento non avvenisse entro 8 giorni dalla scadenza il locatario dovrà corrispondere il doppio della cifra, se poi il pagamento non dovesse aver luogo entro 15 giorni il contratto di locazione sarà considerato decaduto.

f. 8v Indictione X<sup>a</sup> mense februarii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Butius Iubillei et Paulus Marronis de regione Pinee.

Actum in domo Bucii Iubillei<sup>(a)</sup> predicti.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus presbiter Meus de Anticulo rector Sancti Andree de Columpna et Laurentius Iohannis Carli clericus dicte ecclesie, pro se ipsis et vice et nomine dicte ecclesie,

sponte locaverunt Iacobello filio quondam Iohannis Marronis de regione Pinee per quinque annos proxime futuros, ab hodie in antea numerandos, tres pedicas terre dicte ecclesie, posite extra pontem Salarium, inter eorum confinia, videlicet \*\*\*<sup>(b)</sup>, proviso quod in dictis quinque annis veniat et venire intelligantur quinque erbe, quinque recollecte et quinque spice. Hanc autem locationem fecit dictus presbiter et clericus, nomine dicte ecclesie, eidem Iacobello pro pretio et nomine pretii quinque florenorum auri quolibet dictorum quinque annorum,

f. 9r quos quinque florenos auri dictus Iacobellus dictis locatariis, quo supra nomine, dare et solvere promisit quolibet anno in festo Sancti Andree, quos si non solverit infra octo dies proxime futuros post dictum festum duplum solvere teneatur et si infra XV dies non solverit, quod dicta locatio ad dictam ecclesiam libere devolvatur, quod sic actum et conventum exstitit inter dictas partes, promittentes dicte partes ad alterutrum predicta omnia et singula inviolabiliter observare sub obligatione bonorum dicte ipsius ecclesie et dicti Iacobelli mobilia et immobilia, presentia et futura etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omnia curia etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "de" <sup>(b)</sup> Il testo é stato omesso ed é stato lasciato uno spazio bianco corrispondente a quattro righe e mezza.

8.

1372, febbraio 12

Bernardo figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze e Stefano, suo fratello, stipulano un compromesso di non rivedicare i beni avuti in comune con l'impegno di sottoporsi, in caso di inosservanza, ad una pena pecuniaria di mille fiorini d'oro.

Paolo *de Seromanis* notaio e giudice ordinario ammonisce, in relazione alle disposizioni della costituzione del comune di Firenze e alle guarentigie di altre località, di osservare l'impegno.

f. 9v In<sup>(a)</sup> nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXII<sup>o</sup> pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Gregorii pape XI, indictione X<sup>a</sup> mense februarii die XII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Bernardus olim Barne domini Lapi de Pulcis populi Sancti Stephani ad pontem de Florentia, ex una parte, et Stephanus, eius frater carnalis, filius olim dicti Barne domini Lapi de dictis Pulcis dicti populi Sancti Stephani ad pontem, ex parte altera, ex certa scientia et non per errorem non vi dolo vel metu, fecerunt sibi ad invicem et vicissim, scilicet unus alteri et e converso finem et generalem remissionem quietationem, liberationem et pactum de ulterius non petendo, generaliter de omni et toto eo quod unus ab altero et alter ab uno et sibi ad invicem et vicissim petere exigere et require poterant et possent et sibi ad invicem et vicissim obligati essent aut esse reperirentur, quacumque ratione modo iure vel causa, que dici vel excogitari posset cum scripturis vel sine, publicis vel privatis et maxime ratione nomine et occasione cuiuscumque comunitatis, que essent aut fuissent aut fuisse vel esse reperirentur aut dicerentur inter eos quacumque de causa et quocumque

f. 10r modo aut rerum et bonorum que communes esse vel fuisse inter eos reperirentur vel apparerent quacumque de causa aut iure et quacumque communione et hoc ideo fecerunt quia confessi et contenti et recongnoverunt et vocaverunt sibi inter se ad invicem et vicissim fuisse et esse integre et in totum solum satisfactum quietum et contentum de predictis omnibus et quolibet eorum et omnibus que umquam retro similiter facere habuissent, liberantes et absolventes se inter se ad invicem et vicissim per Aquilinam stipulationem precedentem et Acetilatam legem subsequentem, promittentes et convenientes dicte partes et quemlibet earum sibi inter se ad invicem et vicissim predictam finem liberationem quietationem et absolutionem et omnia et singula supra et infra perpetuo firma et rata et grata avere<sup>(b)</sup> tenere observare et adimplere et contra non facere vel venire aliqua ratione modo iure causa vel ingenio, de iure vel de facto, directum vel indirectum tacitum vel expesse, sub pena et ad penam mille florenorum auri, solempni stipulatione premissa, sibi inter se ad invicem et vicissim, que pena totiens commictatur in singulis casibus atque capitulis

f. 10v presentis contractus et peti et exigi possit in solidum quot contra factum fuerit sive ventum et sub refectione dampnorum et expensarum litum et extra et sub ypotheca et obligatione sibi inter se ad invicem et vicissim eorum et cuiuslibet eorum heredum et bonorum omnium et singularum mobilium et immobilium presentium et futurorum, qua pena soluta vel non commissa vel non dampnis et expensis restitutis vel non predicta omnia et singula sibi et in perpetuo firma perdurent, renumpiaverunt in predictis omnibus et singulis dicte partes et quelibet eorum beneficio et exceptioni doli mali conditioni sine causa in facto actioni fori privilegio, non facte finis confessionis liberationis absolutionis promissionis obligationis et rei non sit geste et omni alii legum et constitutionis auxilio, quibus quidem Bernardo et Stephano et utrique eorum, presentibus et intelligentibus et volentibus predicta servare, precepi ego Paulus de Sorromanis notarius iudex ordinarius infrascriptus, prout mihi licebat ex capitulo constitutionis communis Florentie et alterius cuiuscumque terre et loci de guarentigia loquentis, quantum predicta omnia per guarentigiam adimpleant et observent, prout supra promiserunt continere dictum et scriptum est.

f. 11r Actum Rome in regione Pinee in domo Cecchi Cafari lanaroli, presentibus hiis testibus, scilicet Gregorio<sup>(c)</sup> Herrici de Florentia mercatore nunc morante in regione Campitelli, domino Iacobo Cinthii de Thomais

canonico Sancti Petri ad Vincula, Ceccho Cafaro et Laurentio Oddonis de Seromanis de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato un segno convenzionale di “completum” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> P “Gregoro”.

9.

1372, febbraio 13

Bernardo figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, procuratore del maestro Piero figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem*, come risulta da una procura del notaio *ser Guido ser Rucchi*, e Stefano fratello del maestro Piero nominano arbitro Gregorio di Enrico mercante fiorentino ora abitante a Roma nel rione Campitelli per risolvere le controversie intercorse tra di loro. I mandanti conferiscono la facoltà di deliberare e si sottopongono, in caso di inadempienza al deliberato, ad una pena pecuniaria di duemila fiorini d'oro.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXII<sup>o</sup> pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione X mense februarii die XIII.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum Bernardus filius olim Barne domini Lapi de Pulcis populi Sancti Stephani ad pontem de Florentia, procurator et procuratorio nomine Peri cui hodie dicitur magister Perus filius olim dicti Barne domini Lapi de dictis Pulcis dicti populi Sancti Stephani ad pontem, ut de eius procuratorio costare dicitur manu ser Guidi ser Rucchi notarii florentini, ex una parte, et Stephanus frater carnalis dicti Peri cui hodie dicitur magister Pierus et filius olim dicti Barne dicti domini Lapi de dictis Pulcis dicti populi Sancti

f. 11v Stephani ad pontem, ex parte altera, commiserunt et compromisserunt in sapientem virum Gregorium HERRICI mercatorem florentinum nunc morante in Urbe in regione Campitelli, presentem et recipientem, tamquam in arbitrium et arbitratorem amicorum commune et bonum virum dictarum partium et cuiuslibet earum omnes et singulas lites causas discordias et controversias vertentes et existentes et versa essent et exoriri possent et tam ortas quam oriendas inter dictas partes et quemlibet earum quacumque ratione modo iure vel causa que dici vel exogitari posset, hoc acto inter dictas partes dictis modis et nomine expresse per pactum quod de omni et toto eo et eis omnibus de quo et quibus per dictum arbitrum et arbitratorem cognitum inventum vel laudatum vel sententiatum arbitratum vel condempnatum vel adiudicatum seu quovis modo dispositum fuerit, intelligatur litem et questionem fuisse et esse inter dictas partes et quamlibet earum et devenisse et devenitum fuisse et esse inter dictas partes et quamlibet earum in presente compromisso ac si de eo et eis omnibus in presente compromisso facta foret mentio specialis et de eo et eis omnibus speciale compromissum factum fuisse et esset per dictas partes et quamlibet

f. 12r earum dictis modis et nomine dantes et concedentes dicte partes et quemlibet earum dictis modis et nomine dicto eorum arbitro et arbitratori plenam et liberam potestatem auctoritate et balinam<sup>(a)</sup> et omnimodo facultatem super dictis litibus et questionibus et qualibet earum inter dictas partes et qualibet earum scurptendi<sup>(b)</sup> inveniendi investigandi cognoscendi laudandi sententiandi arbitrandi sententiandi condempnandi adiudicandi transferendi mandandi precipiendi<sup>(c)</sup> investigandi fuendi quietandi absolvendi liberandi cassandi revocandi<sup>(d)</sup> declarandi decidendi dividendi et quovis modo disponendi et quolibet laudum et sententiam<sup>(e)</sup> dandi ferendi et promulgandi et laudandi et sententiatum et arbitratum et quovis modo dispositio interpretandi declarandi corrigendi cassandi revocandi et annullandi semel et plura et quotiens voluerit, presentibus partibus et absentibus, una presente et alia absente, citatis partibus et non citatis, una citata et alia non citata, ordine et solempnitatibus iure servatis et non servatis, scilicet penitus pretermissis et in parte servatis et in parte non servatis, diebus feriatis et non feriatis et in quolibet loco et tempore

f. 12v quancumque prohibitis de iure et de facto et de iure tantum et parte de iure et parte de facto, una via electa dimictere et aliam asumere et<sup>(f)</sup> converso nulloque iure aut facto pretermisso obstante semel et plura et quotiens et ubi qualiter et quomodo et quando sedendo, eundo, recte stando et aliter se habendo et alte et basse et prout et sic dicto arbitrio arbitratori videbitur et placuerit, promictentes dicte partes et quemlibet earum dictis modis et nomine sibi inter se ad invicem et vicissim solempnem stipulationem hinc inde intervenientibus stare parere obedire omni laudo, set sententie arbitrio et arbitramento dicto et diffinitioni et cuius dispositioni dicti arbitri et arbitratores et dare et solvere et pagare, exequi et observare terminis et temporibus et modis et formis in huiusmodi laudis et sententiis appositis et inscriptis et ab huiusmodi laudis et sententiis dicti arbitri et arbitratores vel aliquo eorum aut eorum vel alicuius eorum membro parte vel capitulo non appellare vel querelare<sup>(g)</sup> vel de nullitate alias de iniquitate obicere vel opponere nec petere nec peti facere, quod totaliter vel particulariter corrigatur vel reeducatur ad arbitrium boni viri et ex nunc dicte partes et quilibet earum dictis modis et nomine ratificaverunt aprobaverunt

f. 13r emologaverunt huiusmodi laudum et sententias dicti arbitri et arbitratores et omnia in eis contenenda et presens compromissum et omne laudum et sententia exinde sequenda et omnia in eis contentis et omnia et singula supra et infra atendere et observare et perpetuo firma et rata habere tenere et observare et contra non facere vel venire per se vel alium alios ratione modo causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena et ad

penam duorum milium florenorum auri, solempni stipulatione premissa, sibi inter se ad invicem et vicissim dictis modis et nomine in<sup>(h)</sup> singulis capitulis, membris et partibus presentis contractus in solidum, que totiens commictatur et petii exigi possit in solidum quotiens contra factum seu ventum et non servatum fuerit et sub refectione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, qua pena soluta vel non dampnis et expensis restitutis vel non et pena commissa vel non predicta omnia firma perdurent, pro quibus omnibus et singulis observandis adimplendis et perpetuo firmis tenendis obligaverunt dicti Bernardus, dicto nomine, dictum Perum et hodie magistrum Perum<sup>(i)</sup>, cuius est procurator, et eius heredes et bona omnia et singula mobilia et immobilia presentia et futura dicto Stephano, presenti et recipienti, et<sup>(i)</sup>

f. 13v

dictus Stephanus obligavit dicto Bernardo, recipienti dicto nomine, se et eius heredes et bona omnia et singula mobilia et immobilia presentia et futura renumpiavit in predictis omnibus et singulis dicte partes dictis modis et nomine beneficio et exceptioni doli mali conditioni sine causa non facti compromissi pacti et conventionis non concesse balive non facte promissionis et obligationis et rei non sic geste et omni alii legum et constitutionis auxilio et voluerunt dicte partes et compromittentes dictis modis et nomine dictum compromissum durare et vires habere hinc ad VIII dies proxime futuros, quibus quidem Bernardo, dicto procuratorio nomine, et Stephano et utrumque eorum, presentibus et intelligentibus et volentibus, predicta servare precepi.

Ego Paulus de Seromanis civis Romanus notarius infrascriptus et iudex ordinarius, prout mihi licebat ex capitulo constitutionis communis Florentie et cuiuslibet alterius terre et loci de quarentigia loquentis, quatenus predicta omnia et singula per quarentigiam adimpleant et observent prout supra promisit continetur dictum et scriptum est.

f. 14r

Actum Rome in regione Pinee in domo mei Pauli de Sorromanis notarii infrascripti, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Bartholutii mercatori de Fulginea nunc de regione Campitelli, Manfredo de Raçantis de Florentia mercatori nunc de Urbe de regione Pinee et domino Iacobo Cinthii de Thomais canonico Sancti Petri ad Vincula de regione Arenule et Sabba de Graptulis notario de regione Columpne.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Depennato “mandandi” <sup>(d)</sup> Depennato “cassandi” <sup>(e)</sup> P “sententiatum” <sup>(f)</sup> Omesso “e” <sup>(g)</sup> P “querereare” poi corretto con la “i” la seconda “r” <sup>(h)</sup> Depennato “sub” <sup>(i)</sup> Così P, intendasi “Pierum” <sup>(j)</sup> Ripetuto “et”.

## 10.

1372, febbraio 13

Gregorio di Enrico mercante di Firenze ora abitante a Roma nel rione Campitelli eletto arbitro da Bernardo figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, procuratore di maestro Piero figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, e da Stefano fratello del maestro Piero, seduto nella casa del notaio Paolo *de Seromanis*, indica un termine di due giorni affinché le due parti documentino i loro diritti ed esorta i comparenti di presentarsi davanti a lui il giorno di lunedì al tramonto nella chiesa di S. Eustachio di Roma per ascoltare il suo arbitrato.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

Gregorius arbiter et arbitrator<sup>(a)</sup> predictus<sup>(b)</sup> sedens in domo infrascripta, dedit et prefixit terminum dictis partibus ad producendum omnia eorum iura ad cras per totum diem et successive, monuit dictas partes ut die lune in vespere venissent coram ipso in ecclesia Sancti Eustachii de Urbe ad audiendum sententiam arbitramenti seu quovis alio nomine censeatur.

<sup>(a)</sup> P “albitrator” e così in molti altri casi che seguono <sup>(b)</sup> P “predictis”.

## 11.

1372, febbraio 16

Gregorio di Enrico mercante di Firenze ora abitante a Roma nel rione Campitelli eletto arbitro da Bernardo figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, procuratore di maestro Piero figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, e da Stefano fratello del maestro Piero, come risulta dal compromesso rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*, ascoltate le richieste delle parti delibera che i diritti di Stefano su di una chiesa, situata nel contado di Firenze presso il *castrum de Pulcis*, siano trasferiti al maestro Piero in quanto meglio si conviene alla sua dignità e al suo magistero di fisico e di medico e, in compenso, che sia assegnato un podere con casa per il contadino, situata nel popolo della pieve di Settimo nel contado di Firenze presso il fiume *Vingionis*, e un'altra casa situata a Firenze nel popolo di S. Stefano *ad pontem*.

L'arbitro delibera inoltre che Bernardo, procuratore di maestro Piero, dovrà procedere al trasferimento dei relativi beni entro tre giorni e delega Lapo di Francesco e Michele di Baldo del popolo di S. Lorenzo di Firenze all'insediamento delle due parti nelle rispettive proprietà sotto pena della sanzione prevista nel compromesso.

Il lodo fu emesso nella chiesa di S. Eustachio.

In nomine Domini amen. Nos Gregorius Herrici mercator de Florentia nunc morans in Urbe in regione Campitelli arbiter arbitrator electus et absumptus a Bernardo filio olim Barne domini Lapi de Pulcis populi Sancti Stephani ad pontem de Florentia<sup>(a)</sup>, procurator et procuratorio nomine Peri filii olim dicti Barne domini Lapi de dictis Pulcis

f. 14v dicti populi Sancti Stephani ad pontem de Florentia, ex una parte, et a Stephano frate carnali dicti Peri et hodie magistri Pieri filio olim dicti Barne domini Lapi de dictis Pulcis dicti populi Sancti Stephani ad pontem, ex parte altera, ut de compromisso in nos facto constat manu mei Pauli de Seromanis notarii infrascripti, visis auditis et intellectis petitionibus et a domandis dictarum partium et quicquid dicte partes nobis dicere proponere et allegare voluerunt et super hiis habita deliberatione solemnibus, vigore dicti compromissi in nos facti et balive nobis attribute in dicto compromisso et omnimodo via et iure quibus magis et melius possumus<sup>(b)</sup>, laudamus et sententiamus inter dictas partes, Christi nomine invocato, in hunc modum, videlicet in primis quidem cum invenimus dictum Stephanum habere quedam iura et actiones in quadam ecclesia existente in comitatu Florentie prope castrum de Pulcis et in bonis dicte ecclesie, vigore certe adiudicationis sibi Stephano facte de predictis et considerato quod predicta tendunt ad honorem et dignitatem et melius stare indigni et considerata dignitate et statu magistratis medicine<sup>(c)</sup> fisice dicti magistris Pieri

f. 15r laudamus et sententiamus quod dicta iura et actiones et omne ius quod dictus Stephanus habet quoque modo vel iure in dicta ecclesia vel bonis dicte ecclesie pertineant et spectent ad dictum magistrum Pierum tamquam ad digniorem et ea ad ipsum magistrum Pierum adiudicamus et in eo pleno iure transferrimus et mandamus ac cedimus. Item volentes providere dicto Stephano in compensatione et restauratione predictorum et aliis rationibus et de causis iustis et rationabilibus nobis liquidis et manifestis laudamus sententiamus et arbitramur quod quidem podere cum domo pro laborare terris<sup>(d)</sup> laboratis arboribus et vineatis, posito in populo plebis Septimi comitatus Florentie iuxta seu prope flumen Vingionis, cui ab I<sup>o</sup> via, a II<sup>o</sup> Philippi Losi de Nerlis et Lippi Dini, a III<sup>o</sup> et III<sup>or</sup> via. Item una domus, posita Florentia in populo Sancti Stephani ad pontem, cui ab I<sup>o</sup> via, a II<sup>o</sup> Adoardi Bartholomei de Pulcis, a III<sup>o</sup> ecclesie Sancti Stephani predicti, a quarto Francisci Pieri Noldi de Geraldinis, inter hos confines vel alios veriores, pleno iure domini possessionem et proprietatem pertineant et spectent dicto Stephano et e idem Stephano

f. 15v dicta bona et quolibet eorum cum omnibus suis iuribus pertinentiis, usu, requisitione, persecutione et prosecutione et servitutibus suis damus et adiudicamus dicto Stephano et in eundem Stephanum transferrimus cedimus et adiudicamus omnia iura nomine et actiones reales et personales pertinentia et spectantia dicto magistro Piero contra quaslibet et quoscumque auctores et defensores dictorum bonorum et eidem magistro Piero obligato quoquomodo vel iure pro defensione et evictione et annotatione dictorum bonorum et cuiuscumque eorum, adheo quod eidem Stephano liceat omnia facere nomine et occasione dictorum iurium et actionum que facere potest et poterat dictus magister Pierus et quod eidem Stephano liceat et sibi licitum sit sua propria auctoritate et sine decreto vel auctoritate alicuius iudicis vel rectoris libere licite et secure et sine preiudicio aliquo dicta bona et quolibet eorum et eorum et cuiuslibet eorum tenentiam et corporalem possessionem intrare apprehendere et adimplisci et ea bona et quolibet eorum habere tenere possidere locare dislocare uti frui<sup>(e)</sup> vendere pignorarum alienare et exinde facere quicquid de ipsius

f. 16r Stephani processerit voluntate propria sine alicuius contradictione vel molestia et maxime dicti magistris Pieri vel alterius persone et quod dictus Bernardus, dicto procuratorio nomine, teneatur et debeat hinc ad tres dies proxime venturos substituere et loco sui ponere Lapum Francisci et Michelem Baldi populi Sancti Laurentii de Florentia et quemlibet eorum in solidum ad dandum et tradendum dicti Stephano tenentiam et corporalem possessionem dictorum bonorum et cuiuslibet ipsorum, que omnia et singula laudamus fieri et sententiamus observari et executioni mandari debere per dictas partes et quamlibet earum sub pena et ad penam in dicto compromisso contenta, reservatis nobis baliam iteratam et semel et plures et quotiens nobis videbitur et placebit laudandi et mandandi inter dictas partes.

Latum datum et sententialiter promulgatum fuit dictum laudum et sententia et omnia predicta facta fuerunt per dictum Gregorium arbitrum et arbitratorem predictum, pro tribunali sedentem more maiorum, sententialiter in hiis scriptis sub anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXXII<sup>o</sup> pontificatus santissimi in Christo patris et domini domini<sup>(f)</sup> Gregorii

f. 16v divina providentia pape XI, Rome in ecclesia Sancti Eustachii<sup>(g)</sup>, posita inter hos fines, ante est platea, ab aliis lateribus sunt vie publice, presentibus hiis testibus, scilicet Ceccho Francisci, Iohanne Conpangi, Barono Vannis et Iusto Diamato omnibus de Florentia nunc de regione Sancti Eustachii ad hec specialiter vocatis et rogatis, presentibus et intelligentibus dictis Berardo<sup>(h)</sup>, procuratore et procuratorio nomine dicti peri et hodie magistri Pieri, et dicto Stephano compromittentibus et partibus predictis et intelligentibus et aserentibus se scire dictum laudum et sententiam et seriem et tenorem dicti laudi et sententie et presentibus dictis testibus, indictione X<sup>a</sup> mense february die XVI.

<sup>(a)</sup> Depennato "ex parte una" <sup>(b)</sup> Depennato "et" <sup>(c)</sup> Omesso "et" <sup>(d)</sup> P "terriis" <sup>(e)</sup> P "flui" <sup>(f)</sup> Depennato "I" <sup>(g)</sup> Depennato "presentibus" <sup>(h)</sup> Così P, intendasi "Bernardus".



Bernardo figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, procuratore di maestro Piero figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, aderisce alla sentenza arbitrale emessa da Gregorio di Enrico mercante di Firenze ora abitante a Roma nel rione Campitelli e trasferisce a Lapo di Francesco ed a Michele di Baldo, entrambi del popolo di S. Lorenzo di Firenze, il diritto di insediare Stefano, fratello di maestro Piero, nei beni attribuitigli secondo il lodo arbitrale.

Eodem anno, indictione, die et loco et coram dictis testibus.

Dictus Berardus<sup>(a)</sup>, procurator et procuratorio nomine dicti Peri et hodie magistri Pieri, volens parere dicto laudo et sententia, vigore dicti sui mandati et procurationis, substituit et loco sui posuit Lapum Francisci et Michelem Baldi ambos populi Sancti Laurentii de Florentia, absentes tamquam presentes, et quemlibet eorum in solidum ita quod non sit

f. 17r

melior conductio occupantis, scilicet quod uno inceperit alius possit complere et finire, ad dandum et tradendum dicto Stephano tenutam et corporalem possessionem dictorum bonorum et cuiuscumque eorum supra et infra laudo et sententia data et adiudicata dicto Stephano et ipsum Stephanum inducendum et ponendum et immictendum in dictis tenute et corporale possessione dictorum bonorum et cuiuscumque eorum et generaliter ad omnia et singula facienda, que in predictis et circa<sup>(b)</sup> predicta fuerunt oportuna debita et necessaria.

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi “Bernardo” <sup>(b)</sup> Corretto sul precedente “cerca”.

Stefano figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze dà in locazione per un periodo di 5 anni a Bernardo, procuratore di maestro Piero figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, una casa, situata a Firenze nel popolo di S. Stefano *ad pontem*, ed un podere con i suoi beni, situato nel popolo della pieve di Settimo, che furono assegnati a lui con il lodo arbitrale emesso da Gregorio di Enrico mercante di Firenze ora abitante a Roma nel rione Campitelli.

Stefano promette di non rivendicare i beni locati e Bernardo promette, a sua volta, di coltivare diligentemente il podere e di pagare ogni anno per l'affitto 30 fiorini d'oro e per la casa, situata a Firenze, di pagare egualmente ogni anno per l'affitto 20 fiorini d'oro.

I contraenti convengono che Bernardo e il maestro Piero potranno subaffittare i beni ricevuti in locazione. Nel caso di inosservanza degli impegni assunti i contraenti si sottopongono ad una pena pecuniaria pari al doppio della somma prevista per l'affitto, oltre al rimborso dei danni e delle spese.

Paolo *de Seromanis* notaio e giudice ordinario ammonisce, in relazione alle disposizioni della costituzione del comune di Firenze e alle guarentigie di altre località, di osservare l'impegno.

Eodem anno, indictione, mense, die, loco et coram dictis testibus.

Dictus Stephanus locavit et concessit dicto Berardo<sup>(a)</sup>, procuratori et procuratorio nomine dicti Peri cui hodie dicitur magister Pierus, presenti et conducenti dicto procuratorio nomine, dictam domum, positam Florentie in dicto populo Sancti Stephani ad pontem et in dicti laudo contentam et confinatum, ad pentionem et dictum podere et bona, positos in dicto populo plebis Septimi in dicto laudo contentos et confinatos, ad afflictum et nomine affictus, que omnia bona predicta data et adiudicata fuerunt dicto<sup>(b)</sup>

f. 17v

Stephano in dicto laudo et sententia de quo laudo et sententia supra habetur et continetur, hinc ad quinque annos proxime fututos promictens dictus Stephanus dicto Bernardo, dicto nomine, dicta bona non retollere, scilicet eidem defendere et disbrigare<sup>(c)</sup> et, e converso, dictus Bernardus, dicto procuratorio nomine, fuit confessus et recongnovit a dicto Stephano dicta bona tenere et possidere pro ipso Stephano et pro eo esse in possessione dictorum bonorum et ipsam possessionem ipsorum bonorum penes se habere et promisit dictus Bernardus, dicto procuratorio nomine, dicta bona laboratoria bene et diligenter colere et coli facere et eius uti frui, arbitrio boni viri, et dare et solvere eidem Stephano, pro affictu dicti poderis et bonorum laboratoriorum, quolibet anno dicti temporis, florenos triginta auri et dictam domum, positam Florentie, uti et frui, arbitrio boni viri, et dare et solvere dicto Stephano pro pentione dicte domus, posite Florentie, pro quolibet anno dictorum quinque annorum, florenos XX auri et redere et restituere eidem Stephano liberam et expeditam possessionem dictorum bonorum locatorum et cuiuslibet eorum, cum pactis inter dictos contraentes<sup>(d)</sup> dictis modis et nomine factis, quod dictus Bernardus, dicto nomine, et etiam dictus

f. 18r

Perus<sup>(e)</sup> et hodie magister Pierus et utrique eorum possit et sibi liceat dicta bona et quolibet eorum ad pentionem et ad afflictum et ad laborandum et quolibet et aliquo ipsorum modorum et quibus et prout et sic voluerint, que omnia et singula suprascripta promiserunt dicte partes et quilibet eorum, dictis modis et



nomine, sibi interesse ad invicem et vicissim perpetuo firma et rata habere tenere observare et adimplere et contra non facere vel venire, aliqua ratione modo iure causa vel ingenio de iure vel de facto, sub pena et ad penam dupli dicte pensionis et affectus ad invicem et vicissim et sub refectione dampnorum et expensarum litis et extra, qua pensione soluta vel non dampnis et expensis restitutis vel non predicta omnia firma perdurent, pro quibus omnibus et singulis observandis obligavit dictus Stephanus dicto Bernardo, dicto nomine, se suosque heredes et bona omnia et singula presentia et futura et, e converso, dictus Bernardus, dicto nomine procuratorio, obligavit dicto Stephano dictum Perum et hodie magistrum Pierum et eius heredes et bona mobilia et immobilia presentia et futura, renumpiantes in predictis omnibus et singulis beneficio exceptioni doli mali conditioni sine causa non facte locationis conductionis promissionis et obligationis et rei non sic geste et omni alii legi et constitutioni auxilio quibus quidem Berardo, dicto procuratorio nomine, et dicto Stephano et utriusque eorum,

f. 18v

presentibus et intelligentibus et volentibus predicta servare, precepi ego Paulus de Seromanis notarius infrascriptus et iudex ordinarius, prout mihi licebat ex causa constitutionis communis Florentie et alterius cuiuscumque terre et loci de guarentigia loquentis, quantum predicta omnia per guarentigiam adimpleant et observent, prout supra promiserunt continere scriptum et dictum est.

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi “Bernardus” <sup>(b)</sup> P “Ste” non depennato <sup>(c)</sup> P “disbigare” <sup>(d)</sup> P “conthaentes” <sup>(e)</sup> Depennata la “i” di “Pierus”.

#### 14.

1372, febbraio 16

Gregorio di Enrico mercante di Firenze ora abitante a Roma nel rione Campitelli eletto arbitro da Bernardo figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, procuratore di maestro Piero figlio del defunto Barna di Lapo *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* di Firenze, e da Stefano fratello del maestro Piero, come risulta dal compromesso rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*, ascoltate le richieste delle parti delibera che Piero deve versare a Stefano, entro un anno, per l’acquisto di mercanzie e per le attività commerciali eseguite in comune in Inghilterra, in Fiandra e in altri luoghi, la somma di 1000 fiorini d’oro; Stefano, a sua volta, dovrà rilasciargli una quietanza per le somme ricevute. In caso di inosservanza al deliberato si applicherà la pena prevista nel compromesso. Il lodo fu emesso nella chiesa di S. Eustachio.

In nomine Domini. Nos Gregorius<sup>(a)</sup> Herici mercator de Florentia nunc morans in Urbe in regione Campitelli arbiter arbitrator electus et assumptus a Bernardo olim Barne domini Lapi de Pulcis populi Sancti Stephani ad pontem de Florentia, procurator et procuratorio nomine Peri cui hodie dicitur magister Pierus filius olim dicti Barne domini Lapi de dictis Pulcis dicti populi Sancti Stephani ad pontem, ex parte una, et a Stephano frate carnali dicti Pieri cui dicitur magister Pierus filio olim dicti Barne dicti domini Lapi de dictis Pulcis dicti populi Sancti Stephani ad pontem, ex parte altera, ut de compromisso in nos facto constat manu mei Pauli de Seromanis notarii infrascripti, visis auditis et intellectis petitionibus et a domandis dictarum partium et quicquid dicte partes nobis dicere proponere et allegare voluerunt,

f. 19r

vigore dicti compromissi in nos facti et balive nobis atribute in dicto compromisso et omnimodo via et iure quibus melius et magis possumus, laudamus et sententiamus, Christi nomine invocato, inter dictas partes in hunc modum, videlicet in primis quid cum inveniamus dictum Perum et hodie magistrum Pierum et dictum Stephanum simul et communiter fecisse et peregisse quasdam mercantias et negotiationes in partibus Anglie et in Fiandra et alibi et puria habuisse insimul agere et communiter pertractare et per nos invento et reperto ac cognito de dictis mercantiis et aliis de causis nobis notis et liquidatis pervenisse ad manus dicti Peri et hodie magistri Pieri, de hiis que tangebant et tangunt dictum Stephanum et ad dictum Stephanum pervenire debent de iure usque in quantitate florenorum auri mille vel circa, de quibus nullam restitutionem fecit dicto Stephano et volentem in hiis providere indemnitatem dicti Stephani, laudamus et sententiamus quod dictus Perus et hodie magister Pierus teneatur et debeat cum effectu dare et solvere dicti Stephano dictos florenos auri mille, hinc ad unum annum proxime venturum, et facta solutione de dicta quantitate florenorum auri dictus Stefanus teneatur eam conficere et de eis finem et quietationem facere et<sup>(b)</sup>

f. 19v

de omni eo quod, occasione dictarum mercantiarum, ab eodem Pero et hodie magistro Piero petere et exigere posset, que omnia et singula laudamus et sententiamus fieri et observari debere per dictas partes, sub pena et ad penam in dicto compromisso contenta, reservato nobis balivam auctoritatem et potestatem laudandi et sentiendi et arbitrandi inter dictas partes semel et plura et quotiens nobis videbitur et placebit.

Latum datum et sententialiter promulgatum fuit dictum laudum et sententia et omnia predicta facta fuerunt per dictum Gregorium arbitrum et arbitratorem predictum, pro tribunali sedentem more maiorum, sententialiter in hiis scriptis sub anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXII pontificatus domini Gregorii pape XI, Rome in ecclesie Sancti Eustachii, posita inter hos fines, ab uno latere tenet platea, ab aliis lateribus sunt vie publice, indictione X<sup>a</sup> mense february die XVI, presentibus et intelligentibus dicto Bernardo, procuratore et procuratorio nomine dicti Peri et hodie magistri Pieri, et dicto Stephano, partibus compromittentibus predictis et intelligentibus dictum laudum et sententiam et asserentibus se scire ipsum laudum et sententiam

et in eorum tenorem et continentiam et presentibus Ceccho Francisci, Iohanne Compangi, Barono Vannis, Iusto Diamato de Florentia nunc habitantibus in regione Sancti Eustachii ad hec specialiter vocatis et rogatis.

(a) P “Gergorius” (b) Ripetuto “et”.

15.

1372, marzo 26

Tuzio di Pietro di Bono detto *Boccapertuso* del rione Arenula rilascia una quietanza a Giacomo di Filippo detto *Pecchia* di Firenze ora di Roma del rione di S. Eustachio, presente anche a nome di Zenobio *Daltruffo* di Firenze e di Alamanno *Cantini* di Firenze, ed ai garanti Paolo di Iozio, Giacomello di Cecco *Pecoronis* e Lello *Ciociomari* detto *Cieco* in seguito alla restituzione di un deposito di 200 fiorini d'oro, rogato dal notaio Tuzio di Nicola *de Astallis*.

f. 20r

Indictione X mense martii die XXVI<sup>o</sup>.

Testes: Tutius Nicolai de Astallis notarius de regione Arenule, Sabbas de Seromanis de regione Pinee et Nutius Vero de regione Sancti Eustachii et dominus Iacobus Cinthii de Thomais notarius de regione Arenule. Actum in apotheca Petrutii Sarragone.

In presentia mei notarii et testium etc. Tutius Petri Bonis dictus alias Boccapertuso de regione Arenule ac die presente, sua bona propria et spontanea<sup>(a)</sup> voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit perpetuo vel ad tempus Iacobo Philippi dicto alias Pecchia de Florentia nunc de Urbe de regione Sancti Eustachii principalem debitorem, presentem et recipientem pro se et vice et nomine Çenobii Daltruffo de Florentia, Alamandi Cantini de Florentia principalium debitorum, una cum ipso, nec non Paulo Iotii, Iacobello Cecchi Pecoronis et Lello Ciociomari dicto alias Cieco fideiussoribus eorum, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et heredibus et successoribus eorum et cuiuslibet ipsorum, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dictorum Alamandi et Çenobii et cuiuslibet ipsorum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc ipse Tutius habet et in<sup>(b)</sup>

f. 20v

futurum sibi competere posset, pretestu et occasione ducentorum florenorum auri in quibus predictis Iacobus, Zenobius et Alamandus, ut principales debitores, et predicti Paulus et Iacobellus et Lellus, ut eorum fideiussore, et quilibet ipsorum in solidum eidem Tutio tenentur et obligati apparent vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis dictam quantitatem, scripti manu Tutii Nicolai de Astallis publici notarii, exhonerans et liberans eos et quemlibet ipsorum ab ipso deposito et contento in eo. Hanc autem refutationem renumpsiationem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Tutius prefatis Iacobo, Paulo<sup>(c)</sup>, Iacobello et Lello et cuiuslibet ipsorum, presentibus et recipientibus pro sese ipsis ac vice et nomine dictorum Zenobii et Alamandi et cuiuslibet ipsorum, et mihi notario ut publice persone<sup>(d)</sup> stipulanti et recipienti, pro eo quod nunc presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit ipse Tutius a dicto Iacobo Pecchia dictos CC<sup>tos</sup> florenos auri in florenis de auro, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non ponderatorum dictorum florenorum auri et pretii predicti depositi non habiti et non recepti exceptioni doli mali metus et in factum conditionis indebite ob causam et sine causa et spei

f. 21r

future numerationis et receptionis et omnibus et singulis aliis exceptionibus quibus contra predicta venire posset renumpsiavit expresse et promisit dictus Tutius prefatis supra nominatis, presentibus et recipientibus pro se ipsis et quo supra nomine, quod dicta iura dicti depositi et dictorum ducentorum florenorum auri nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit ipse Tutius et promisit de evictione prout et sicut iura volunt, volens et mandans dictus Tutius ipsum depositum deleri et cancellari de prothocollis dicti Tutii notarii, ita quod de cetero ex eo non possit istrumentum aliquot relevare, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Tutius obligavit prefato Iacobo et aliis supranominatis omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluit, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

(a) P “spontania” (b) Ripetuto “et in” (c) Depennato “et” (d) P “persose”.

16.

1372, marzo 26

Paolo di Iozio, Giacomello di Cecco *Pecoronis* e Lello *Cocumbarii*, garanti di Giacomo di Filippo detto *Pecchia* di Firenze ora di Roma del rione S. Eustachio, preso atto della quietanza rilasciata da Tuzio di Pietro di Bono detto Boccapertuso a Giacomo ed agli altri ed a loro stessi, in merito alla garanzia di un deposito di 200 fiorini d'oro, promettono di non molestare alcuno e impegnano a tal fine i loro beni.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. predicti Paulus Iotii, Iacobellus Cecchi Pecoronis et Lellus Cocumbarii, fideiussores predicti, audita plenarie intellecta dicta refutatio facta per dictum Tutium prenominatis Iacobo Pecchia et aliis et ipsis Paulo, Iacobello et Lello, ut supra apparet et ipsa plenarie

f. 21v intellecta, promiserunt dicto Iacobo Pecchia, pro se et vice et nomine aliorum predictorum, occasione dicte fideiussionis per eos facte penes dictum Tutium Boccapetuso de dictis II<sup>e</sup> florenis auri ipsos nec aliquem ipsorum perpetuo non molestare nec inquietare in personis vel bonis cum costet ipsis fideiussoribus de refutatione predicta etc. sub obligatione bonorum ipsorum etc. et renumpriaverunt etc.

17.

1372, marzo 7

Lello di Corraduzio *Mastronis* e il fratello Alterio del rione Pigna si impegnano reciprocamente ad abitare e a vivere nella stessa casa vita natural durante, a mettere in comune i beni e le loro mercanzie, sia a Roma che fuori, e comune sia il guadagno che le perdite.

Si impegnano inoltre di soddisfare con denaro comune la dote della loro madre, di Oddolina moglie di Lello e della figlia dello stesso Lello. Si stabilisce ancora che, nel caso di una restituzione della dote di \*\*\*\*\* figlia di Lello, essa dovrà essere fatta con denaro comune.

Indictione X mense martii die VII<sup>o</sup>.

Testes: presbiter Franciscus rector<sup>(a)</sup> ecclesie Sancti Anastaxii de Pinea, Laurentius<sup>(b)</sup> Bonianni de Magistris Luce, Sabbas Iohannis de Serromanis et Laurentius Lelli de Serromanis de regione Pinee.

Actum in domibus ipsorum Lelli et Alterii.

In<sup>(c)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Lellus Corraducii Mastronis de regione Pinee, ex una parte, et Alterius eius frater de dicta regione, ex alia, qui Alterius primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis

f. 22r XXV seu XX annorum, nec aliqua ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum petere de effectu iuramenti et beneficium restitutionis in integrum per me notarium primo certioratus ac die presente sponte et ex certa scientia volentem recognoscere bonam fidem, devenerunt ad infra<sup>(d)</sup> scripta pacta et conventiones, videlicet in primis promiserunt dicti frater ad alterutrum, toto tempore vite eorum, in una eadem<sup>(e)</sup> domo et in una eadem habitatione vivere dum<sup>(f)</sup> eis vitam Dominus conservabit. Item voluerunt et promiserunt ad alterutrum et vicissim inter sese ad invicem, solempni stipulatione interveniente<sup>(g)</sup>, omnes mercantias, tam intus Urbe quam extra Urbem communiter facere et totum lucrum et quicquid eis accideret sit commune inter ipsos. Item quod omnes possessiones et bona ac pecunia et res sint communes<sup>(h)</sup> inter ipsos in illis terminis qualitate et bonitate in quo nunc sunt. Item voluerunt et promiserunt ad invicem et vicissim quod nullus ipsorum occasione dotium<sup>(i)</sup> matris eorum. Item et occasione dotis domine Oddoline uxoris ipsius Lelli. Item et occasione dotis communiter solute et de communi pecunia pro dote filie ipsius Lelli aliquid<sup>(j)</sup> petere exigere vel retraere<sup>(k)</sup> possit, ita quod quidquid<sup>(l)</sup> usque

f. 22v per ipsos fratres seu aliquem<sup>(m)</sup> ipsorum factum est de communi factum fore confessi sunt et quod de gestis per eos seu aliquem ipsorum usque nunc aliquis ipsorum ab alio aliquid petere nec exigere possit quovis colore quesito, scilicet ea bona dumtaxat<sup>(n)</sup> que nunc habent et in futurum aquisiverint, Deo dante, sint communia inter eos. Item actum et conventum fuit inter partes predictas, quod si casus restitutionis dotis dicte \*\*\*\*\* filie dicti Lelli evenire reponi et remicti debeat in communi.<sup>(o)</sup>

(a) P "rector" (b) Depennato "Thome Bonianni" (c) Sul margine sinistro del foglio é annotato "missum" (d) Depennato "sp" (e) P "eamdem" (f) Sovrapposto al precedente vocabolo "ut" (g) Depennato "quod" (h) P "committuens" (i) Così P (j) P "aliquit" (k) P "rethae" (l) P "quitquit" (m) P "alique" (n) P "tumptaxat" (o) Segue mezzo foglio in bianco.

18.

1372, marzo 7

Lello Maddaleno e Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna mercante nominano procuratori Berto e Lodovico *de Fulchis* mercanti di Firenze affinché ricevano, a loro nome, l'investitura nel possesso di una casa e del podere vendutigli da Spinello di Sardo di Gerardo di Firenze, attraverso il suo procuratore Nicola *de Fulchis*, e paghino le gabelle agli ufficiali o al comune di Firenze.

f. 23r Indictione X<sup>a</sup> mense martii die VII<sup>o</sup>.

Testes<sup>(a)</sup>: Nutius de Astallis et Iohannes de Rubeis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Maddalenus et Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee mercatores, quilibet in solidum, sponte fecerunt constituerunt creaverunt et ordinaverunt eorum et cuiuslibet ipsorum veros et legitimos procuratores Bertum et Lodovicum de Fulchis<sup>(b)</sup> mercatores de Florentia, licet<sup>(c)</sup> absentes tamquam presentes, et quemlibet ipsorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis, scilicet quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad recipiendum, nomine ipsorum constituentium et pro eis, possessionem corporalem cuiusdam domus et poderis eis venditis per<sup>(d)</sup> Spinellum Sardi Gerardi de Florentia per manus Nicolaum<sup>(e)</sup> de Fulchis, procuratorem, ad hec per dictum Spinellum specialiter deputatus nec non ad solvendum<sup>(f)</sup> communi seu officialibus civitatis Florentie dativam sive collectam aut gabellam de predictis domo et podere et generaliter ad causas, relevantes ex nunc

dicti constituentes dictum<sup>(g)</sup> procuratorem ab omni honore satisfactionis et promiserunt de rato sub obligatione bonorum ipsorum etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato “missum” <sup>(b)</sup> Depennata la prima l del precedente “Fluchis” <sup>(c)</sup> P “libet” <sup>(d)</sup> Depennato “A” <sup>(e)</sup> P “Nicolo” <sup>(f)</sup> P “solventum” <sup>(g)</sup> P “dictos”.

19.

1372, marzo 11

Pietro di Giovanni *Castellani* del rione Trastevere nomina procuratore Nicola figlio del defunto Nuzio *Clarelli* del rione Campitelli per pagare, a suo nome, a Francesco arciprete di S. Vincenzo, vicegabelliere in Roma e in altre regioni, i proventi spettanti alla Camera Apostolica per un importo di 60 fiorini, residuo di una somma che egli era tenuto a versare insieme a Giovanni, a Cola, a Gosmato ed a Domenico figli del defunto Cecco di Giovanni *Castellani*, quali eredi di Giovanni *Castellani* già altario di S. Pietro, e per ricevere una quietanza sulla somma pagata.

f. 23v

Indictione X<sup>a</sup> mense martii die XI<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Marci de Aremino notarius et Blaxius filius Anthonii de regione Transtiberim.

Actum in domo infrascripti Petrutii.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus domini Iohannis Castellani de regione Transtiberim ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate fecit constituit creavit et ordinavit suum verum et legitimum procuratorem actorem factorem negotiorum gestorem et numptium speciale Nicolaum filium olim Nutii Clarelli de regione Campitelli, presentem et recipientem, ad solvendum, nomine ipsius et pro ipso, venerabili viro domino presbitero Francisco archipresbitero Sancti Vincentii, subcollectori in alma Urbe et nonnullis aliis partibus, deputato ad recipiendos fructus ad cameram apostolicam<sup>(a)</sup> spectantium, LX florenorum auri<sup>(b)</sup>, qui sunt residuum certe quantitatis florenorum in quibus ipse Petrutius, una cum domino Iohanne, Cola, Gosmato et Dominico filiis olim Cecchi domini Iohannis Castellani ut heredes dicti domini Iohannis Castellani dudum altarii

f. 24r

Sancti Petri de Urbe apparet, una cum certis aliis eorum fideiussoribus seu principalibus expromissoribus apparebant, dicte camere apostolice et suis officialibus obligati et ad recipiendum ab ipso subcollectore generalem refutationem, tum de dictis XL florenis auri quam de omnibus quantitibus in quibus ipsi prenommati et quicumque alii eorum nomine apparerent dicte camere et officialibus suis obligati cum promissionibus curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis ipsius Petrutii, promictens dictus Petrutius se ratum habere omne et quicquid per dictum suum procuratorem in promissionibus, actum factum et procuratum fuerit sub obligatione bonorum ipsius etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “urbis spec” <sup>(b)</sup> L’espressione che segue fino a “Florenorum” é inserita nell’interlinea superiore del foglio.

20.

1372, marzo 11

Francesco arciprete di S. Vincenzo, vicegabelliere incaricato di ricevere i proventi spettanti alla camera Apostolica in Roma e in altre regioni, delegato da Raimondo *Rogordi*, rettore della parrocchia della chiesa di S. Martino presso le mura *auxitanos*, nunzio apostolico e collettore di tutte le entrate della camera apostolica a Roma, nel suburbio e nel distretto, nella Marca anconitana, nel Ducato di Spoleto, nel patrimonio del beato Pietro in Tuscia, in Campagna e nella Marittima, come risulta dall’atto rogato dal notaio Stefano *Brecti*, rilascia una quietanza a Nicola Clarelli del rione Campitelli, procuratore di Petruzio di Giovanni *Castellani* del rione Trastevere come risulta dall’atto rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*, ed a Giovanni, Cola, Gosmato e Domenico figli del defunto Cecco di Giovanni *Castellani* ed agli eredi di Giovanni *Castellani* già altario di S. Pietro di Roma, oltre ai garanti Giovanni *Versi* e Bartolomeo *de Toscis*, circa una somma di 300 fiorini d’oro che il defunto Giovanni era tenuto a versare alla Camera Apostolica secondo il conteggio degli ufficiali annotato nei libri della stessa Camera e circa un’altra somma di 250 fiorini d’oro che Nicola, Giovanni e Bartolomeo dovevano a Francesco arciprete di S. Vincenzo per un deposito, rogato dal notaio Giovanni *Marsalgesis*, in merito alle quali il creditore dichiara di aver ricevuto un residuo di 60 fiorini d’oro.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram hiis testibus, scilicet Cola Sciarra de regione Columpne, Alexio Malgionis de regione Transtiberim, Petrono de Corsis et Meo Iohannis Sabbe de dicta regione Transtiberim.

Actum in domo infrascriptorum domini Iohannis et fratuum.

In presentia Iohannis Marci de Aremino et mei notarii et testium etc.

f. 24v

Venerabilis vir dominus Franciscus presbiter Sancti Vincentii, subcollector ad recipiendum fructus ad cameram Apostolicam spectantium in alma Urbe et nonnullis aliis partibus, per Raymundum Rogordi rectorem parochialis<sup>(a)</sup> ecclesie Sancti Martini prope muros auxitanos, numptium apostolicum et generalem collectorem exactorem et perceptorem omnium et singulorum fructuum redditum et proventum ad cameram

Apostolicam pertinentium in alma Urbe suisque suburbiis et districtu, partibus provinciis Marche Anconitane, Ducati Spoletani patrimoniique beati Petri in Tuscia, nec non Campanie et Maritime cum terris adiacentibus, auctoritate apostolica specialiter deputatus, specialiter constitutus, habens ad hec omnia et singula infrascripta specialem commissionem plenariam potestatem et<sup>(b)</sup> generale mandatum, ut patet publico istrumento inde confecto scripto manu Stephani Brecci publici notarii, a me notario viso et lecto ac die presente, sua bona propria et spontanea<sup>(c)</sup> voluntate nomine quo supra, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Nicolao Clarelli de regione Campitelli, procuratori et persone legitime Petrutii domini Iohannis Castellani

f. 25r de regione Transtiberim, presenti et recipienti, procuratorio nomine et pro ipso, ut de ipso procuratorio plene patet manu eiusdem notario, nec non domino Iohanni, Cole, Gosmato et Dominico filiis olim Cecchi domini Iohannis Castellani et cuilibet ipsorum heredibus dicti quondam domini Iohannis Castellani dudum altararii Sancti Petri de Urbe, presentibus et recipientibus pro sese ipsis, et ipse Nicolaus, etiam suo nomine ac vice et nomine Iohannis Versi et Bartholomei de Tosis fideiussorum ipsorum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas aut in re scriptas, que et quas nunc ipsi collector et subcollector aut Camera Apostolica habet et in eis competunt aut competere possunt in futurum contra prefatos supranominatos et quemlibet ipsorum vel aliquem eorumdem, pretestu et occasione III<sup>c</sup> florenorum auri in quibus dictus olim dominus Iohannes tenebatur camere Apostolica secundum quod in suo ultimo calculo facto cum officialibus dicte camere plene constat, ut in libris ipsius camere Apostolice plene constat. Item et occasione CCL florenorum auri in quibus predicti Nicolaus, Iohannes et Batholomeus aparebant dicto domino

f. 25v archipresbitero, subcollectori prefato, obligati, vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis dictam quantitatem scripti manu Iohannis Marsalgesis publici notarii, et generaliter de omni eo et quicquid dictus dominus archipresbiter subcollector predictus et ipse dominus collector eisdem Petrutio, domino Iohanni, Cole, Gosmato et Dominico ac prefato Cole Clarello, Iohanni Versi et Bartholomeo de Tosis et cuilibet ipsorum petere et exigere possent occasionibus supradictis et qualibet ipsarum et connessis et dependentibus ab eisdem usque in diem presentem, liberans et absolvens dictus dominus subcollector prefatum Petrutium et omnes alios a predictis et quolibet predicto et dependentibus et connessis ab eisdem, volens ex nunc dictus dominus subcollector quod omnes scripture, tam publice quam private que facte apparerent occasionibus supradictis seu aliqua earum sint casse irritae et nullius valoris et pro cassis irritis cancellatis et nullius valoris habeant et si facte non fuissent, proviso semper quod omnes refutationes que scripte et facte apparerent de dicta quantitate per quemcumque officialem ecclesie seu de parte ipsarum (?) et cum presente refutatione veniant, ita quod de omnibus dictis quantitibus et dependentibus ab eisdem una sit facta refutatio generalis

f. 26r liberans et absolventes ipse dominus et vice collector ipsum procuratorem, quo supra nomine, et omnes supra nominatos presentes et petentes ab omni vinculo ex communis, si quod incurrissent occasione predicta seu aliqua ipsarum usque in presentem<sup>(d)</sup>, ita quod hec refutatio sit generalis et generalissima et nichil in ea intelligatur exceptionem quantum a premissis et quolibet premissorum et dependentibus ab eisdem et quolibet eorumdem. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus dominus archipresbiter subcollector predictus, quo supra nomine, dicto Nicolao, procuratore predicto quo supra nomine recipienti, nec non prefato domino Iohanni<sup>(e)</sup> et fratribus ac ipsi Nicolao pro se et quo supra nomine recipienti, fecit pro eo quod presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a predictis Petrutio, domino Iohanne, Cola, Gosmato et Dominico supradictis sessaginta florenos auri qui sunt residuum totius quantitatis predictae, asserens et confitens dictus dominus subcollector totum residuum quantitatis iam dicte fuisse et esse per ipsos Petrum et dominum Iohannem et fratres integre persolutum, de quibus LX florenos auri et quantitatem predictam se, quo supra nomine, bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum etc. dictorum florenorum<sup>(f)</sup>

f. 26v et totius quantitatis predictae non habite et non recepte exceptioni doli mali etc. et promisit dictus dominus subcollector prefatus supra nominatus, quo supra nomine recipienti, quod dicta iura totius dicte quantitate nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit ipse, suo nomine teneri de evictione, obligans pro predictis omnibus et singulis observandis omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. promisit insuper dictus dominus subcollector prefatus, supra nominato, quod dictus dominus collector hanc refutationem perpetuo ratam habeat etc.

<sup>(a)</sup> P “parlochialis” <sup>(b)</sup> Depennato “s” <sup>(c)</sup> P “spontania” <sup>(d)</sup> Omesso “diem” <sup>(e)</sup> Depennata una “s” finale <sup>(f)</sup> Depennato “nominibus”.

## 21.

1372, marzo 14

Cecco figlio del defunto Cola di Giovanni di Paolo del rione dei SS. Lorenzo e Damaso rilascia una quietanza a Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna ed al garante Buzio di Giubileo, presente anche a nome di Paolo *Marronis* fratello di Cecco, dopo la restituzione di un deposito di 50 fiorini d'oro, indicati in un atto rogato dal notaio Cecco di Giovanni *Goptifredi*.

f. 27r

Indictione X<sup>a</sup> mense martii die XIII.

Testes: Petrutius Butii Iubillei, Laurentius de Serromanis, Stephanellus de Sorromanis et Iohannes de Cafaris de regione Pinee.

Actum in domo Butii Iubillei.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius olim Cole Iohannis Pauli de regione Sanctorum Laurentii et Damassi ac die presente, sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Ceccho filio olim Nicolai Marronis de regione Pinee, principali debitori, Butio Iubillei eius fideiussori, presentibus et recipientibus pro se ipsi et vice et nomine Pauli Marronis germani fratris ipsius Cecchi fideiussoris ipsius Cecchi, una cum dicto Butio, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitionem que et quas dictus Cecchus Cole Iohannis Pauli nunc habet et in futurum habere posset contra ipsos Cecchum, principalem, Butium et Paulum, eius fideiussores, et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione L florenos auri in quibus predicti Cecchus Marronis, ut principalis

f. 27v

debitor, et dicti Butius et Paulus, ut eius fideiussores, et quemlibet ipsorum in solidum eidem Ceccho Cole Iohannis Pauli teneri et obligati sunt vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis dictam quantitatem, scripti manu Cecchi Iohannis Goptifredi publici notarii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Cecchus Cole Iohannis Pauli dictis Ceccho Marronis et Butio, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et vice et nomine dicti Pauli et mihi notario ut publice persone, stipulanti et recipienti pro ipso, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso Ceccho Marronis dictos L florenos auri, de quibus se bene quietum pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numerorum etc. dictorum florenorum et spei future numerationis et receptionis et promisit dictus Cecchus Cole Iohannis Pauli dicto Ceccho Marronis, presenti et recipienti, et Butio, pro se et vice et nomine dicti Pauli, et mihi notario recipienti pro ipso, quod dicta iura<sup>(a)</sup> nulli alii persone universitati vel loco sunt vendite date donate etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "nemini".

22.

1372, marzo 17

Giovanni di Oddarello fusaio del rione Parione e Lello di Cola della Torre nominano arbitro Saba di Giovanni *de Seromanis* del rione Pigna per risolvere la controversia relativa ad una cappa di colore chiaro prestato da Giovanni a Lello e da questi perduta. I mandanti conferiscono all'arbitro la facoltà di deliberare e si sottopongono, in caso di inadempienza al deliberato, ad una pena pecuniaria di 25 libbre di provisini del senato.

Il compromesso sarà valido per 8 giorni.

f. 28r

Indictione X<sup>a</sup> mense martii die XVII<sup>o</sup>.

Andreas dictus alias Carleus et Lençus lanarolus de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Iohannes Oddarelli fusarius de regione Parionis, ex una parte, et Lellus Cole della Torre de regione Pinee, ex alia parte, sponte compromiserunt in Sabbam Iohannis de Sorromanis de regione Pinee tamquam in eorum arbitrium arbitratorem etc. de omni lite que esset inter ipsas partes, pretestu et occasione unius cape coloris clarioli, mutuate per ipsum Iohannem ipsi Lello, que perdita est, dantes et concedentes dicte partes dicto eorum arbitro et arbitratori arbitrandi inter ipsas partes, alte et basse, de facto et de iure, semel et plures etc. promicentes ad alterutrum dicte partes omni arbitrium unum seu plura ratum habere et ab ipso non appellare etc. sub pena et ad penam XXV librarum provisinorum, pro medietate etc. renumpsiaverunt capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc. quod compromissum dicte partes durare voluerunt hic ad VIII dies proxime futuros, pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

23.

1372, aprile 6

Paola figlia del defunto Pietro *de Ciceronibus* e vedova di Paolo *Novelli*, madre e tutrice dei pupilli Andrea e Ceccola, avendo necessità di denaro per la dote di Ceccola destinata in moglie ad Alterio di Corraduzio *Mastronis*, dal quale potrebbe derivare un'utile parentela per Andrea, considerato che nella eredità del defunto Paolo era rimasta una quarta parte del casale detto *lo Palaçepto*, situata fuori della porta *Domine*, ritiene opportuno venderne la metà della quarta parte e, a tal fine, presentatasi davanti a Giacomo *de Magistris Luce*, giudice palatino e camerario di Roma, dichiara che si era offerto per l'acquisto Lello di Corraduzio *Mastronis* del rione Pigna disposto a pagare il prezzo di 133 fiorini ed un terzo d'oro, né si era presentato alcun altro acquirente per pagare la stessa somma. Paola, ottenuto il consenso del giudice, procede alla vendita, al prezzo convenuto, della metà della quarta parte del casale comprendente 14 rubbia di terra da semina, unita con l'altra metà della quarta parte di Andrea e con le altre parti dello zio paterno Pietro *Novelli*



e di altri partecipanti: precisa infine che l'intero casale con il tenimento è situato fuori della porta Maggiore nel territorio di Roma.

La venditrice nomina suo procuratore Lorenzo di Buonanno *de Magistris Luce* per l'insediamento nella proprietà.

Si offre quale garante, in caso di evizione, Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis*.

f. 28v

Indictione X<sup>a</sup> mense aprilis die VI<sup>o</sup>.

Testes: Cola Pauli Sassi de regione Arenule, Colutia Nutii Cecchi de regione Sancti Angeli et Nutius Iohannis Acepti de regione Pontis.

In presentia sapientis viri domini Iacobi de Magistris Luce iudex palatinus et camerarius Urbis, mei notarii et testium etc. Cum post mortem Pauli Novelli de regione Montium remanserint Andreas et Cecchole, pupilli filii sui, et in bonis et hereditate ipsius non remanserit pecuniam pro nubendo ipsam Ceccham et modo sit tractata de nubendo eam et tradendo ipsam in uxorem Alterio filio Corradutii Mastronis et sit concedens et utilis parentela pro ipso Andrea pupillo, et ipse Andreas pecuniam non habeat, ut predicatur, et in bonis et hereditate ipsius Pauli remanserit quarta pars unius casalis quod vocatur lo Palaçepto, positi extra portam Domine, inter suos confines, et inter alia bona immobilia ipsius Pauli non sit aliqua res immobilis minus dampnosa ad vendendum, quam dimidia pars dicte quarte partis dicti ca-

f. 29r

salis et domina Paula filia olim Petri de Ciceronibus et uxor olim dicti Pauli Novelli, mater tutris et persona legitima dictorum Andree et Cecchole, exposuerit ipsam medietatem dicte quarte partis dicti casalis venalem pro habendo pecuniam eam nubendi ipsam Ceccholam et Lellus Corradutii de regione Pinee otulit se empturum et solvere pro eodem CXXXIII florenis auri<sup>(a)</sup> et tertiam partem alterius floreni et nullus alius comparuerit qui vellet tantum solvere pro ipso, secundum quod dicta tutris coram dicto iudice cum sacramento horetenus declaravit, idcirco ipsa domina Paula tutris predicta, tutorio nomine ipsorum pupillorum et pro eis, et pro comodo et honore dicti Andree pupilli, et pro nubendo ipsam Ceccham, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, cum decreto et auctoritate dicti domini Iacobi iudicis predicti, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Lello filio olim Corradutii Mastronis de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus vel cui seu quibus ipse Lellus dare et concedere perpetuo voluerit, idest integram medietatem quarte partis dicti casalis quod vocatur<sup>(b)</sup> lo Palaçepto, iunta pro indiviso cum alia medietate dicte quarte partis dicti Andree et iunta pro \*\*\*\*\* cum aliis partibus Petri Novelli, patru

f. 29v

dictorum pupillorum<sup>(c)</sup>, et aliorum consortium, quod totum casale cum suo tenimento positum est extra portam Magiorem in territorio<sup>(d)</sup> Urbis, inter hos fines, ab uno latere tenet \*\*\*<sup>(e)</sup> vel si qui sunt ad totum casale et suum tenimentum plures aut veriores confines antiqui vel moderni cum terris cultis et incultis, montibus, vallibus, pratis, pratarinis, planitiis, aquis et aquarum decursibus et cum omnibus usibus, utilitatibus, pertinentiis et adiacentiis ad dictam medietatem quarte partis dicti casalis spectantem et pertinentem ad habendum tenendum etc. et per Laurentium Bonianni de Magistris Luce, quem dicta tutris venditris suum procuratorem, quo supra nomine, constituit ad investiendum ipsum emptorem de predictis investiiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus constituit se dicta tutris, eius nomine, tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dicta tutris venditris, quo supra nomine, eidem emptori, presenti et recipienti, liberam facultatem concessit ut amodo in antea, ipsam medietatem quarte partis dicti casalis cum iuribus et pertinentiis suis, propria auctoritate, possit intrare tenere possidere etc.

f. 30r

ita quod, amodo in antea, proprio nomine agat petat etc. et in locum iuris et privilegium ipsius tutricis et dictorum pupillorum succedat et succedere voluit et mandavit nullo iure nullaque actione dictis pupillis et sibi tutrici pro eis in dicta parte aliquantulum reservata. Hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur dicta tutris, quo supra nomine, eidem Lello emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii CXXXIII florenorum auri et tertiam partem alterius floreni auri, quos dicta tutris venditris, tutorio nomine dictorum pupillorum presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit a dicto Lello, de quibus post ipsam receptionem se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. asserens et confitens dicta tutris venditris dicta medietas quarte partis dicti casalis exposuisse<sup>(f)</sup> venalem et ex ea non intervenisse ab aliqua persona tantum pretium sive tantum quantitatem florenorum quantum a dicto Lello et sic verum esse cum iuramento, tactis sacrosantis scripturis, firmavit et promisit insuper dicta tutris, quo supra nomine, dicto Lello emptori quod dicta medietas dicte

f. 30v

quarte partis dicti casalis cum iuribus et pertinentiis sui fuit et est ipsorum pupillorum et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco est vendita, data donata etc. et si contrarium appareret voluit dicta venditris teneri de evictione dampnis et expensis et interesse tum de bonis suis propriis et dictorum pupillorum et ad hec ad petitionem et instantiam dicte tutris, quo supra nomine, Guilielmus filius olim Petri Andree de Rubeis penes dictum Lellum, presentem et recipientem ut supra, sponte fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, promiserunt insuper dicta venditris et dictus fideiussor quod dicta medietas dicte quarte partis dicti casalis est XIII rublorum terre sementaricie ad minus et si in aliquo deficeret promiserunt, de parte ipsorum pupillorum, effectualiter adimplere, quia sic actum et



conventum estitit inter eos, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt bona ipsorum etc. et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpiaverunt in predictis auxilio Velleiani senatus, epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "floreni" é stata inserita nell'interlinea superiore <sup>(b)</sup> P "volatur" <sup>(c)</sup> P "pupillo" <sup>(d)</sup> Come sembra <sup>(e)</sup> Segue uno spazio bianco di due righe <sup>(f)</sup> Depennato "vel".

24.

1372, aprile 12

Caterina, madre di Paolo di Crescenzo del rione Colonna, monaca del monastero di S. Eufemia di Roma con il consenso della badessa Francesca, nomina procuratore Giacomo di Giovanni *de Antivari* ora di Roma del rione Monti con il compito di ricevere, a suo nome, dal figlio Paolo di Crescenzo la somma di 4 fiorini d'oro che egli é tenuto a versare annualmente, vita natural durante, per gli alimenti, come risulta da un atto rogato da un notaio, e di rilasciare la relativa quietanza.

f. 31r

Indictione X<sup>a</sup> mense aprilis die XII<sup>o</sup>.

Testes: Marchus Stephani Ponpi de regione Montium et Lellus Mancinus ferrarius de regione Sancti Eustachii.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherina, mater Pauli Crescentii de regione Columpne, monialis monasterii Sancte Eufemie de Urbe, cum consensu et voluntate domine Francisce abbatisse dicti monasterii, sponte fecit suum procuratorem Iacobum Iohannis de Antivari nunc de Urbe de regione Montium, presentem et recipientem, ad recipiendum, nomine ipsius et pro ea, a dicto Paulo Crescentii III<sup>or</sup> florenos auri, in quibus dictus Paulus eidem domine Catherine, matri sue, teneatur annuatim, toto tempore vite sue, pro suis alimentis, ut patet publico istrumento scripto manu publici notarii, et de ipsis quatuor florenis post receptionem finem quietationem et generalem refutationem faciendam et ad promictendum de evictione cum curis et cautelis de iure sufficientibus et promisit de rato etc.

25.

1372, aprile 28

Angela vedova di Petruzio *Benevinciendi* del rione Monti presentatasi davanti a Giacomo *de Magistris Luce*, giudice palatino e degli atti della camera di Roma, nella chiesa di S. Maria *de Aracelis*, dichiara che alla morte del marito Petruzio non fu designato nell'atto testamentario un tutore per la figlia pupilla e chiede che l'incarico sia affidato a lei; il giudice ritenuta giusta la richiesta dà il suo consenso e, con l'autorità che gli deriva dal suo ufficio, la nomina tutrice e pronunzia ufficialmente la formula dell'investitura.

Angela promette, a sua volta, di provvedere alle necessità della figlia e quando sarà diventata adulta provvederà, con la fine del mandato di tutela, a redigere un inventario dei beni; si impegna intanto a contrarre un'obbligazione su tutti i suoi beni e a non unirsi in seconde nozze. Si offre quale garante \*\*\*\*\* barbiere del rione Monti.

Angela consapevole dell'impegno di predisporre l'inventario dei beni dichiara intanto, davanti al giudice, di aver trovato, tra i beni del marito, tre pezze di vigneto gravate dalla corrisposta del quarto dovuto a \*\*\*\*\* , situate fuori della porta \*\*\*\*\* e una casa a pianoterra con solario, situata nel rione Monti; afferma infine che se avrà notizia di debiti o di crediti della figlia posta sotto tutela lo annoterà nell'inventario, ma intanto, finché avrà in possesso i beni denunciati, non sarà tenuta a darne conto.

f. 31v

Indictione X<sup>a</sup> mense aprilis die XXVIII<sup>o</sup>.

Testes: Eunufrius de Magistris Luce, Paulus Iohannis Pauli de regione Sancti Angeli, dominus Iacobus de Thomais de regione Arenule.

Actum in Sancta Maria de Aracelis.

In presentia mei notarii et testium etc. Costituta presentialiter domina Angela uxor olim Petrutii Benevinciendi de regione Montium coram sapienti viro domino Iacobo de Magistris Luce, iudice palatino et actorum camere Urbis, pro tribunali sedente in dicta ecclesia, dixit exposuit et narravit quod cum dictus olim Petrutius, eius maritus, decesserit per eum, condito testamento, superstite sibi ipsa domina Angela et \*\*\*\*\* , pupilla filia ipsius olim Petrutii, et dicte domine nullum sibi per eum relicto tutore in dicto testamento per quem personam, res et bona dicte pupille gubernari protegi regi valeant et defendi et ipsam tutelam de iure ad ipsam dominam Angelam, tamquam ad matrem, devolvatur, idcirco petii ab ipso iudice cum decreto et auctoritate ipsius et dicti sui officii se declarari et confirmari tutricem ipsius pupille

f. 32r

et curam et aminationem ipsius sibi decerni, qui dominus Iacobus iudes prefatus, pro tribunali sedens ut supra in loco prefato, videns et cognoscens ipsam petitionem fore iustam et dictam tutelam et aminationem dicte pupille de iure deberi dicte domine Angele cum decreto et auctoritate sui et dicti sui officii decrevit ipsam dominam Angelam tutricem ipsius pupille<sup>(a)</sup> dicendo dictus dominus iudes dicte domine Angele "domina Angela esto tutris dicte \*\*\*\*\* pupille, filie tue, et dicti olim Petrutii viri tui eiusque

personam res et bona vide, rege, protege et gubernata utilia<sup>(b)</sup> fac et inutilia pretermictere”, que domina Angela coram dicto domino iudice personaliter constituta ipsam tutelam et officium tutele predictae voluit et acceptavit et promisit dicto domino iudici et mei notarii infrascripto ipsam pupillam bona et iura sua bene legaliter et fideliter videre regere gubernare et defendere, utilia facere et inutilia pretermictere et ipsam indefensam nullatenus pretermictere et nichilominus, tempore finite tutele et quando dicta pupilla erit adulta, sibi vel suo curatori aut cui de iure debebat redere rationem administrationis

f. 32v sue et de bonis et rebus ipsius infra tempus<sup>(c)</sup> a iure premissis inventarium facere et nichilominus ad utilitatem dicte pupille constituere actores ad lites, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta domina obligavit dicto domino iudici et mihi notario infrascripto omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et renuntiavit auxilio Velleiani senatus et secundis nuptiis etc. et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renuntiavit ferriis et diebus ferriatis etc. et iura etc. et ad hec Laurentius \*\*\*\*\* barberius de regione Montium sponte fideiussit in omnem causa et eventum omnium et singulorum predictorum et voluit teneri in omnibus et per omnia in quibus et ad que dicta tutris tenetur et obligata est, pro quibus etc. et renuntiavit epistule divi Adriani etc. que domina Angela sciens se teneri ad invenctari confectionem<sup>(d)</sup>, illo istante, coram dicto iudice inventarium facere incoavit, asserens se invenisse in bonis et hereditate dicti olim Petrutii viri sui, in primis tres petias vinearum,

f. 33r scilicet vites ad quartam redendam, positas supra proprietate \*\*\*\*\* extra portam \*\*\*\*\*<sup>(e)</sup>, inter hos fines<sup>(f)</sup>, item unam domum terrineam et solaratam, positam in regione Montium, inter hos fines \*\*\*<sup>(f)</sup> et protestatur dicta tutris quod si alia bona, iura, debita sive credentia dicte pupille ad eius notitiam pervenerint in presente sive alia inventario ascribi faciet et annotari, protestatur etiam quod donec de dictis bonis corporale habuerit possessionem non teneri de eis redere rationem, qui dominus iudes, pro tribunali sedens ut supra, in premissis omnibus et singulis et quolibet premissorum suam et dicti sui officii auctoritate posuit et decretum \*\*\*<sup>(g)</sup>

(a) Depennato “et sibi de” (b) P “utile” (c) P “teptus” (d) P “confectione” (e) Il formulario prosegue omettendo la citazione dei confini (f) Segue il restante f. 33r bianco (g) Segue il restante f. 33v bianco.

## 26.

1372, aprile 12

Manezio di Giovanni di Nicola del *castrum* di Ninfa nella diocesi di Velletri, per onorare Dio e la Vergine e per la remissione dei suoi peccati, offre se stesso ed i suoi beni a Dio, alla beata Eufemia ed al monastero di Roma a lei intitolato nel rione Monti e si impegna all'obbedienza dell'ordine monastico.

La badessa e le monache promettono a Manezio di provvedere al suo sostentamento e di mantenerlo, vita natural durante, con il reddito dei beni da lui dichiarati e con i beni del monastero e, alla sua morte, promettono di celebrare un funerale degno della sua personalità.

I beni lasciati al monastero, elencati in un inventario, comprendono un giovenco dal mantello morello, un bue bianco, due case situate nella parrocchia di S. Maria nel *castrum* di Ninfa, un letto di piuma con due paia di lenzuola, una coperta ed un guanciale, un orto con melograni ed altri alberi e un terreno di 4 tinelli, situati nel *castrum* di Ninfa, la metà di un branco di 67 scrofe e di 200 maiali selvatici ricevuti in soccida da Schiavo *Tinacius* del *castrum Sermineti* con un contratto che scadrà nel prossimo mese di maggio, una parte di 30 arnie di api da miele date in soccida a Meo *Magnus* del *castrum* di Nettuno, un giaco di ferro acquistato da Giovanni Balsanelli per 5 fiorini, una gorgiera, una spada ed una rotella.

f. 34r Indictione X<sup>a</sup> mense aprilis die XII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Offertus, Tutius Munganarus, Thomax Vannicchi et Iohannes magistri Petri ferrarius de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Manetius Iohannis Nicolai de castro Nimphe, velletrensis diocesis, sponte otulit se et omnia bona sua infrascripta Deo et beate Eufemie et eius venerabili monasterio de Urbe de regione Montium et venerabili in Christo Matri domine abbatisse et monialibus dicti monasterii ad gratam ferream cappelle dicti monasterii ad sonum campane more solito congregate, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et aliis dominabus dicti monasterii et pro ipso monasterio et aliis dominabus, que per tempora erunt in dicto monasterio et mihi notario, ut publice persone presenti et legitime stipulanti pro ipso monasterio et dominabus ipsius in perpetuum, cuius domine abbatisse et dominarum monialium dicti monasterii et aliarum que per tempora erunt in dicto monasterio mandatis et obediens se committit. Hanc<sup>(a)</sup> autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Manetius fecit ob reverentia Dei et dicte Virginis et ob suorum

f. 34v peccatorum remissione et pro eo etiam quod dicta domina abbatissa et moniales promiserunt dicto Manetio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, ipsum Manetium alimentare, regere et gubernare, toto tempore vite sue, tum de fructibus bonorum infra declaratorum, quam etiam de fructibus aliorum bonorum dicti monasterii et, tempore mortis sue ubicumque ipsum mori contigerit, funderalia facere secundum qualitatem sue nationis, bona autem sunt hec. In primis unum iuvenum pili murelli. Item unum bovem album, duas

f. 35r

domus<sup>(b)</sup> positas in castro predicto, libere<sup>(c)</sup> et exempte ab omni nesso servitutis, iure canoni sive censu, in parrocchia<sup>(d)</sup> Sancte Marie de dicto castro, una<sup>(e)</sup> inter hos fines iuxta rem Sancti Spiritus, rem Anthonii Lini et viam publicam et alios fines. Item unum lectum de penna cum duobus paribus lintheaminum, uno cultro albo et capitali. Item unus ortus cum granatis et aliis arboribus, positus in dicti castro, prope rem Palaroze et alios fines. Item terra quatuor tynellorum posita in campo dicti castri, prope rem Sancti Pauli, rem Sancti Spiritus et alios fines. Item medietatem LXVII scrofarum et ducentorum porcastrorum<sup>(f)</sup> quas habet in soccita a Scervo Tinacio de castro Sermineti que finiuntur de mense maii proximo futuro. Item partem triginta cupellorum mellis apium quos tenet in soccita, ab ipso Manetio, Meus Magnus de castro<sup>(g)</sup> Noctune. Item unum corellum ferreum quem emit a Iohanne Balsanelli pro quinque gorgeria. Item una spata. Item una rotella et generaliter dictus Manetius donavit et otulit dicte domine abbatisse, presenti et stipulanti ut supra, omnia alia sua bona mobilia et immobilia, iura et actione que et quas acquisiturus est in futurum ad alterutrum predicta omnia et singula perpetuo observare et contra nullo modo facere vel venire sub obligatione bonorum ipsius et dicti monasterii etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renuntiavit ferriis beneficio fori etc.<sup>(h)</sup>

<sup>(a)</sup> P Hoc <sup>(b)</sup> Corretto su "domos" <sup>(c)</sup> Corretto su "liberas" <sup>(d)</sup> P parlochia <sup>(e)</sup> Così P <sup>(f)</sup> P "poscastrorum" <sup>(g)</sup> Depennato "Sermineti" <sup>(h)</sup> Sul margine inferiore del foglio è annotato "Extensum in cartulario magno et completum in publica forma".

## 27. 1372, aprile 12

Le monache del monastero di S. Eufemia di Roma, riunite nella cappella del monastero presso la grata ferrea, e precisamente la badessa Francesca, Scolastica, Marta, Giacomina, Caterina, Cecilia, Pellegrina, Antonia, Angela, Anastasia, Elisabetta, Pacifica, Giovanna, Lorenza e Leonarda, anche a nome delle altre monache assenti, nominano procuratore Manetio di Giovanni di Nicola del *castrum* di Ninfa per le loro cause e in particolare sia per concedere la locazione che per revocare l'affitto di qualsiasi possedimento del monastero esistente a Ninfa ed in altri luoghi della diocesi di Velletri, per riceverne i proventi e per rilasciare le relative quietanze.

f. 35v

Indictione X<sup>a</sup> mense aprilis die XII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes Offertus, Tutius Munganarus, Thomax Vannicchi et Iohannes magistri Petri ferrarius de regione Montium.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregatis et coadunatis simul venerabilibus dominabus, scilicet domina Francischa abbatissa, sororibus Scolastica<sup>(a)</sup>, Marta, Iacoba, Catherina, Cecilia, Peregrina, Anthonia, Angela, Anestaxia, Elisabetta, Pacifica, Iohanna, Laurentia et Leonarda, monialibus monasterii Sancte Eufemie de Urbe ad gratam ferream cappelle dicti monasterii<sup>(b)</sup>, ad sonum campanelle more solito congregatis, ac die presente dicta domina abbatissa cum consensu et voluntate dictarum dominarum monialium et ipse domine moniales, cum consensu et voluntate decreto et auctoritate dicte domine abbatisse, pro sese ipsis ac vice et nomine aliarum dominarum monialium absentium a dicta grata<sup>(c)</sup> et pro ipso monasterio, sponte fecerunt constituerunt creaverunt et ordinarunt earum et dicti monasterii verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem yconomum et scyndicum, videlicet Manetium Iohannis Nicolai de castro Nimphe,

f. 36r

presentem et recipientem ad omnes earum et dicti monasterii causas, que et quas nunc habent et in futurum habere possent in quacumque curia et coram quocumque iudice ad agendum petendum etc. nec non ad locandum et dislocandum quascumque possessiones ipsius monasterii quas habet in dicti castro Nimphe et in aliis terris et locis velletrensis dyocesis et fructus redditus et proventus ipsam possessionem et bonorum recipiendum et de receptionem finem quietationem et refutationem faciendum cum promissione de evictione et ad substituendum unum seu plures procuratorem loco sui et ipsos renovandos si et quando sibi videbitur et placebit et generaliter etc. relevantes ipsum et substituendum ab eo ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicio solvendo promisit mihi notario etc. cum clausulis oportunitatis nec non sese ratum gratum et firmum perpetuo abiturum<sup>(d)</sup> omne et quicquid per dictum earum procuratorem et substituendum ab eo procuratore fuerit sub obligatione bonorum dicti monasterii et pena unius libre auri etc.<sup>(e)</sup>

<sup>(a)</sup> P "Scolastica" <sup>(b)</sup> Il monastero non è citato ma si tratta di quello di S. Eufemia, v. il formulario successivo <sup>(c)</sup> P "grate" <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> Alla fine del foglio è stato annotato "Extensum in cartulario magno et completum in publica forma".

## 28.

1372, maggio 5

Francesca badessa del monastero di S. Eufemia si impegna con Buzio di Giubileo a far lavorare nel tenimento del casale dello stesso Buzio detto *Castiello*, situato fuori del ponte Salario, con tre prese di buoi, di completare i maggesi già iniziati e di seminarli; Buzio promette, a sua volta, di pagare per l'avvio dei lavori una somma di 12 fiorini d'oro e di quattro falciate del fieno per l'anno in corso e di lasciare il tenimento a maggese per i prossimi anni.

f. 36v Indictione X<sup>a</sup> mense maii die V.  
Testes: Manetius de castro Nimphe, Thomax et Anthonius Iohannecti de castro<sup>(c)</sup> Flayani nunc de regione Montium et Cola Gerardi.

In presentia mei notarii etc. Hec sunt promissiones et pactum habitum et firmatum solempni stipulatione interveniente inter dominam Francischam abbatissam Sancte Eufemie, vice et nomine monasterii et pro ipso, ex una parte, et Butium Iubillei de regione Pinee, ex alia, videlicet quod dicta domina abbatissa, pro se et quo supra nomine, promisit et solempni stipulatione interveniente convenit dicto Butio, presenti et stipulanti, laborare et laborari facere in tenimento casalis ipsius Butii quod vocatur Castiello, posito extra pontem Salarium, inter suos confines, cum tribus presis bovum et magenses inceptas complere et ipsas sementare ad usum boni laboratoris et ipse Butius promisit

f. 37r dicte domine abbatisse solvere et pacare pro introitu XII florenos auri, quos confessa fuit dicta domina abbatissa se recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et quatuor falciatos feni in prato ipsius casalis de anno presente et dictas magenses futuros annos laborari facere ad (?) ut moris est, pro quibus omnibus observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(c)</sup> Depennato "Nimphe".

## 29.

1372, maggio 5

Rita moglie di Manezio del castrum di Ninfa, con il consenso del marito, per onorare Dio, la beata Eufemia e Francesca *de Comite* badessa del monastero di S. Eufemia a Roma, presente presso la grata ferrea della cappella del monastero in rappresentanza delle altre suore, offre se stessa ed i suoi beni e si impegna all'obbedienza dell'ordine monastico.

La badessa Francesca promette di provvedere al suo sostentamento e di mantenerla, vita natural durante, con il reddito dei beni da lei donati e con i beni del monastero e, alla sua morte, promette di celebrare un funerale degno della sua personalità.

I beni lasciati al monastero, elencati in un inventario, comprendono una casa con orto, situata nel *castrum* di Ninfa, \*\*\*

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus et Butio Iubillei de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Rita uxor Manetii de castro Nimphe, cum consensu et voluntate dicti Manetii viri sui, que renumpsiavit etc. sponte otulit se et omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura que nunc habet et in futurum aquisitura est in quacumque civitate, castro, terra seu villa, omnipotenti Deo et beate Eufemie

f. 37v virgini et eius monasterio de Urbe, ac venerabili matri domine Francisce de Comite, humili abbatisse dicti monasterii ad gratam ferream cappelle dicti monasterii existentem, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicti monasterii et dominarum ipsius, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipso monasterio, et promisit, toto tempore vite sue, stare parere et obedire mandatis dicte domine abbatisse et aliarum que per tempore erunt in dicto monasterio et vivere<sup>(a)</sup> secundum ordinem et voluntatem ipsius domine abbatisse et, e converso, dicta domina abbatissa, vice et nomine dicti monasterii, promisit et convenit dicte Rite, presenti et recipienti, ipsam Ritam, toto tempore vite sue alimentare regere et gubernare tum de bonis ablatiis quam de aliis bonis dicti monasterii et, tempore sue mortis, sibi funeralia facere secundum quod decet<sup>(b)</sup> qualitati ipsius Rite, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti contraentes<sup>(c)</sup> ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. bona autem ipsius Rite sunt hec, in primis una domus cum orto, posita in castro Nimphe, inter hos fines, ab uno latere tenet dictus Manetius, ante est via publica et alii<sup>(d)</sup>

f. 39r fines. Item \*\*\*<sup>(e)</sup>

<sup>(a)</sup> P "vive" <sup>(b)</sup> P "tecet" <sup>(c)</sup> "Conthaentes" <sup>(d)</sup> Segue il f. 38r e v bianco <sup>(e)</sup> L'elenco dei beni é stato interrotto segue in bianco il restante f. 39r.

## 30. 1372, maggio5

I fratelli Antonio e Tommaso *de Vannicchio* già *de castro Novo* ora di Roma del rione Monti offrono se stessi ed i loro beni al monastero di S. Eufemia ed alla badessa Francesca *de Comite* e si impegnano all'obbedienza dell'ordine monastico.

I beni lasciati al monastero, elencati in un inventario, comprendono una casa, situata nel rione di Campo Marzio con tutte le sopraccoperte da conservare per la loro morte, una parte delle 168 capre ricevute in soccida da Giuliano di Cecco di Teolo del rione Parione, un somaro dal mantello bianco, 5 buoi ricevuti in soccida da Giacomello *Marronis*, 3 rubbiatelle di grano seminato nel tenimento del casale dei figli di Giovanni *Cemini*, un vigneto nel tenimento di *castrum Novi* in contrada *Dammassarelli* e un pozzo per grano

in contrada *Revolte* con l'impegno che, in caso di restituzione delle doti di Teodora moglie di Antonio e di Cecca moglie di Tommaso, la badessa e il monastero saranno tenuti a pagare per ciascuna dote 45 libbre di provisini da ricavare dai beni dei due oblati e dalla vendita di una casa situata in *castro Novo*, stimata 45 libbre di provisini, ricevuta in dote da Antonio.

I due oblati promettono di servire la badessa ed il monastero, vita natural durante, senza compenso o salario ma solo per ricevere vitto e vestiario.

f. 39v Eodem anno, mense et die.

Testes: Butius Iubillei de regione Pinee, Cola Gerardi de regione Montium, Manetius de castro Nimphe.

In presentia mei notarii et testium ec. Anthonius et Thomax de Vannicchio, germani frates, dudum de castro Novo nunc de Urbe de regione Montium sponte otulerunt sese et omnia eorum bona dicto monasterio et dicte domine abbatisse, presenti et recipienti pro ipso monasterio, et promiserunt stare et parere mandatis dicte domine abbatisse etc. et ipsa domina abbatissa promisit eos gubernare et alimentare, tam inter monasterium quam extra, et, tempore mortis eorum, eis funderalia facere sicut eis convenit etc. bona sunt hec, in primis una domus, posita in regione Campimartiis iuxta rem Titi et domine Donate Cincii Angeli et viam publicam, cum omnibus superlectilibus suis, que pro eorum usu conservant post mortem eorum, sint monasterio prefato. Item partes eorum caprarum quas tenent in soccita a Iuliano Ceci

. 40r Theuli de regione Parionis, que sunt CLXVIII in totum. Item unum somarium peli albi. Item soccita bovum quam habent et tenent a Iacobello Marronis, videlicet quinque boves. Item tres rubitellas de seminato ad granum in tenimento casalis filiorum Iohannis Cemini. Item unum vingiale in tenimento castrum Novi in contrada Damassarelli, iuxta rem Rotundi et rem Vannis Marraffi. Item unum puteum pro grano in contrada Revolte, iuxta rem Butii et Syniballi et alios fines, tali quidem pacto solempni stipulato firmato inter ipsas partes quod si casus restitutionis dotis Theodore uxoris dicti Anthonii et Cecche uxoris dicti Thomai eveniret, quod dicta domina abbatissa et dictum monasterium teneatur et debeat solvere pro ipsa dote cuilibet earum, in pecunia numerata, XLV libras provisinorum senatus pro qualibet ipsa et pro omni earum iure quod petere possent in dictis bonis dictorum Anthonii et Thomai computata et apretata quadam domo quam habent in castro Novo, iuxta rem Menicotii et Menici Nardutii et alios fines, que domus dictus Anthonius recepit pro dote extimata dicte Theodore pro XLV libris provisinorum, et e converso<sup>(a)</sup> dicti Anthonius et Thomax promiserunt dicte domine abbatisse, toto tempore vite eorum, dicto monasterio servire sine mercede<sup>(b)</sup>

f. 41r et salario aliquali recipiendo semper victum et vestitum monasterio aliquali et generaliter otulerunt dicti Anthonius et Thomax dicte domine abbatisse, presenti et recipienti pro dicto monasterio, omnia alia bona eorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia, presentia et futura, que nunc habent et in futurum adquisiverint ubicumque et qualitercumque, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia eorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt dicti contraentes<sup>(c)</sup> pro predictis omnibus et singulis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore renumptiaverunt in hiis dicti contraentes<sup>(d)</sup> beneficio fori, epistule divi Adriani, ferriis et diebus ferriatis et generaliter etc.

<sup>(a)</sup> P "exaverso" <sup>(b)</sup> Il formulario continua al f. 41r, mentre sul 40v è annotato un atto incompleto del monastero di S. Eufemia che è stato depennato. La successione dei fogli è perciò la seguente: 40r, 41r e 40v <sup>(c)</sup> P "conthaentes" <sup>(d)</sup> P "conthaentes".

### 31. 1372, aprile 12

Le monache del monastero di S. Eufemia, riunite nella cappella del monastero presso la grata ferrea della cappella del monastero e, precisamente la badessa Francesca, Scolastica, Marta, Giacomina, Caterina, Cecilia, Pellegrina, Antonia, Angela, Anastasia, Elisabetta, Pacifica, Giovanna, Lorenza, e Leonarda, anche a nome delle monache assenti, \*\*\*.

f. 40v Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense aprilis die XII.

Testes: Iohannes Offertus, Tutius Munganarus, Thomax Vannucchi et Iohannes magistri Petri ferrarii.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregatis et coadunatis simul venerabilibus dominabus, videlicet Francisca abbatissa, sorore Scolastica<sup>(b)</sup>, sorore Marta, sorore Iacoba, sorore Catherina, sorore Cecilia, sorore Peregrina, sorore Anthonia, sorore Angela, sorore Anastaxia, sorore Elisabecta, sorore Pacifica, sorore Iohanna, sorore Laurentia, sorore Leonarda monialibus dicti monasterii ad gratam ferream dicti monasterii, in cappella dicti monasterii, ad sonum campanelle more solito congregatis, ut moris est, ac die presente ipsa domina abbatissa cum consensu et voluntate dictarum monialium et ipse moniales, cum consensu voluntate mandato decreto et auctoritate dicte domine abbatisse<sup>(c)</sup>, pro sese ipsis ac vice et nomine aliarum monialium absentium a dicta grata \*\*\*<sup>(d)</sup>

<sup>(a)</sup> L'atto che segue, annotato alla fine del 1° quaderno del protocollo, è stato interrotto e depennato con due tratti di penna incrociati ed è stato poi ripetuto e inserito dall'amanuense in ordine cronologico nei ff. 35v e 36r lasciati in bianco. Riproduciamo l'atto per completare il testo del manoscritto <sup>(b)</sup> P "Scolastica" <sup>(c)</sup> Depennato "et" <sup>(d)</sup> L'atto è stato interrotto: un nuovo documento riprende all'inizio del f. 41v.

Lando marito di Maria di Landolfo di Ninfa, informato sulla vendita fatta dalla moglie a Giovanni di Giovanni *Rubei* detto *Folle* del *castrum Norme*, di una vigna, situata in *Campo Nimphe* nella contrada *Carrarie cupe* presso i beni dell'ospedale di S. Matteo, e di un'altra vigna ricevuta in locazione perpetua con la corrisposta del quarto da versare alla chiesa di S. Salvatore di Ninfa, situata nella stessa località, al prezzo di 32 libbre e mezza di provisini, come risulta da un atto di vendita rogato dal notaio Giovanni di Sino di Ninfa, dà il suo consenso all'acquirente e dichiara che le due vigne sono state acquistate dalla moglie Maria con i suoi beni parafernali.

f. 41v

Indictione X<sup>a</sup> mense maii die<sup>(a)</sup> VI<sup>o</sup>.

Testes: Paulus et Cecchus filii olim Nicolai Marronis de regione Pinee et Andreas Iohannis Georgi de Nimpha.

In presentia mei notarii et testium etc. Landus vir Marie Landulfi de Nimpha ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, certioratus per me notarium de quadam venditione facta per ipsam Mariam, suam uxorem, Iohanni Iohannis Rubei dicto alias Folle de castro Norme de quadam vinea cum arboribus, posita in Campo Nimphe in contrada Carrarie cupe, iuxta rem Marie Iacobi, iuxta rem Iohannis Mei Cece mediante fossatello, iuxta rem ospitalis Sancti Mathei a duobus lateribus et alios suos veros confines. Item de quadam alia vinea quam tenebat dicta venditris ad locationem perpetuam ad quartam redendam ecclesie Sancti Salvatoris de Nimpha, posita in dictis Campo et contrada, iuxta rem Nie Magni, iuxta fossatellum et viam publicam vicinalem et alios fines suos ad habendum tenendum possidendum alteri vendendum et de eis faciendum quicquid sibi perpetuo placuerit pro pretio et nomine pretii triginta duarum librarum provisinorum senatus et dimidii, quod pretium dicta venditris a dicto emptore confessata fuit et in veritate

f. 42r

recongnovit se manualiter recepisse et de ipso pretio et dictis XXXII libris et dimidia se bene quietam et pacatam vocavit et si plus dicto pretio valerent dicta venditris dicto emptori inter vivos donavit et promisit de evictione ut de predictis et aliis in ipsa venditione contentis patet publico istrumento venditionis, scripto manu Iohannis de Sino de Nimpha publici notarii, ipso istrumento venditionis per me sibi lecto particulariter in vulgari, consensit et suum consensum prestitit ipso Iohanne emptore, presenti et legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, et renuntiavit et refutavit omni suo iure si quot habet vel habere posset quomodolibet in futurum in dictis vineis et qualibet ipsarum. Hunc autem consensum et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Landus eidem Iohanni, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit ipsas<sup>(b)</sup> vineas fuisse et esse emptas per ipsam Mariam de bonis suis parafernalis et nichilominus propter honestum amorem et dilectionem quem et quam habet in dictum Iohannem emptorem et ad hoc ut ipsa Maria possit de dicta pecunia se alere, quod

f. 42v

quidem consensum et omnia et singula supra dicta promisit dictus Landus dicto Iohanni, presenti et stipulanti ut supra, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et contra non faciat vel venire sub obligatione bonorum ipsius et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

(a) (b) Corretto dal precedente "ipsam".

Lorenzo *de Amedeis* scribasenato del rione Pigna nomina suoi procuratori i notai Pietro di Giovanni di Paolo *de Rosa* e Paolo di Andrea di Buonanno per dare garanzie, a suo nome, ad Andreuzio figlio del defunto Pietro *Pape* del rione Pigna che non sarà offeso in perpetuo sotto pena di 500 libbre di provisini del senato.

Indictione X<sup>a</sup> mense<sup>(a)</sup> maii die VIII<sup>o</sup>.

Testes: presbiter Franciscus rector ecclesie Sancti Anestaxii de Pinea, Cecchus Cecchi Sassi, Lellus Madalenus mercator de regione<sup>(b)</sup> et Colutia Pauli Talgialonto de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. Laurentius de Amedeis scriba<sup>(c)</sup> sacri senatus de regione Pinee ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constituit creavit ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores factores, negotiorum gestores et numptios speciales providos et discretos viros Petrum Iohannis Pauli de Rosa, presentem et recipientem, et Paulum Andree Bonianni notarios, licet absentes, tamquam presentes et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior condi-

f. 43r

tio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad dandum prestandum et promictendum securitatem perpetuam Andreotio filio olim domini Petri Pape de regione Pinee seu suo procuratori pro eo recipienti et ad promictendum, nomine ipsius constituentis et, pro ipso de non offendi faciendo perpetuo in persona vel bonis per<sup>(d)</sup> seu alium aut alios eius nomine in persona vel bonis ipsum Andreotium sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, stipulanda et applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti et ad volendum quod totiens pena tollatur quotiens contra factum fuerit securitate predicta nichilominus firma manente et ad volendum ex pacto quod securitas non

intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et ad renumpiandum in predictis capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et ad obligandum, pro predictis omnibus observandis, omnia bona ipsius conrtituentis mobilia et immobilia presentia et futura et ad dandum etiam pro predictis omnibus observandis ydoneam fideiussionem qui sese et bona eorum principaliter obligent pro observatione omnium predictorum et renumpiavit epistule divi Adriani etc. et ad volendum

f. 43v

pro predictis omnibus et singulis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia et coram quocumque iudice et ad renumpiandum ferriis beneficio fori etc. et generaliter ad omnia alia et singula faciendum que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum essent necessaria et oportune et que ipsemet constituens facere posset si personaliter interesset etc. et promisit de rato etc. et nichilominus ad cautelam omnium premissorum dictus constituens iuravit predicta servare et ipsum procuratorem non revocare ad sancta Dei evangelia sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis et similem securitatem cum promissione<sup>(e)</sup> de non offendendo per se vel alium aut alios perpetuo vel ad tempus cum aditione dicte pene V<sup>c</sup> librarum stipulata<sup>(f)</sup> et applicanda, ut supra recipienti, ab ipso Andreotio seu eius procuratore pro eo abente<sup>(g)</sup> speciale mandatum cum promissionibus pactis obligationibus et renumpiationibus, ut supra est expressum, et ad recipiendum, nomine ipsius<sup>(h)</sup> constituentis, ydoneam fideiussionem, qui se et bona eius<sup>(i)</sup> principaliter obligent pro dicto Andreotio, animo donandi, quia clericus, pro observatione omnium predictorum.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “mense” <sup>(b)</sup> Segue una “P” poi depennata <sup>(c)</sup> P “scribe” <sup>(d)</sup> Omesso “se” <sup>(e)</sup> P “offendo” <sup>(f)</sup> Depennata la seconda “i” inserita in “stipulata” <sup>(g)</sup> Così P <sup>(h)</sup> P “ipsis” <sup>(i)</sup> P “eorum”.

34.

1372, maggio 9

Giovanni figlio di Lorenzo *de Amedeis* scribasenato, con il consenso del padre, nomina suoi procuratori i notai Pietro di Giovanni di Paolo *de Rosa* e Paolo di Andrea di Buonanno per dare garanzia, a suo nome, ad Andreozio figlio del defunto Pietro *Pape* del rione Pigna che non sarà offeso in perpetuo.

f. 44r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes filius supradicti Laurentii scribesenatus, qui primo iuravit etc. cum consensu et voluntate decreto et autentice dicti sui patris, ac die presente sua bona voluntate fecit constituit creavit et ordinavit suos procuratores predictos Petrum, presentem, et Paulum, absentem tamquam presentem, ad omnia et singula supradicta, ut super nos particulariter expressum, et iuravit ipsum non revocare, obligans pro predictis observandis omnia bona sua etc. et renumpiavit etc. et promisit de rato etc.

35.

1372, maggio 12

Angela vedova di Petruzio *Beneintendi* del rione Monti vende a Gemma di Cecco di Lallo del rione Parione 5 salme di mosto della sua vigna, situata fuori della porta di S. Lorenzo nella contrada detta *mons de Pilellis*, da consegnare durante la prossima vendemmia al prezzo di 55 soldi di provisini per ciascuna salma e riceve in pagamento la somma di 13 libbre e 15 soldi di provisini del senato.

Indictione X<sup>a</sup> mense maii die XII<sup>o</sup>.

Testes: Petrus Paulus et magister Iohannes Catelanus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Angela uxor olim Petrutii Beneintendi de regione Montium sponte vendidit Gemme Cecchi Lallis de regione Parionis, presenti et stipulanti, V salmas musti de vinea ipsius, posita extra portam Sancti Laurentii et in contrada que dicitur mons de Pilellis, inter suos confines, pro pretio et nomine pretii LV solidorum provisinorum pro qualibet salma ad mensuram romanam, quod mustum

f. 44v

dicta venditris dicte emptrici dare tradere et assignare promisit tempore future vendemiarum ad vascam dicte vinee cum dampnis et expensis a dicto termino in antea faciendis, quod pretium dicti musti sive pro quo musto dicta venditris a dicta emptrice presentialiter et manualiter recepit et habuit XIII libras et XV solidos provisinorum senatus in pecunia, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpiavit etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris dicte emptrici, presenti et stipulanti, obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia et coram quocumque iudice etc. et renumpiavit in hiis beneficio fori, epistule divi Adriani etc.

36.

1372, maggio 17

Giovanni, Cola, Gosmato e Domenico figli del defunto Cecco di Giovanni *Castellani* del rione Trastevere hanno in comune beni e denaro di un patrimonio indiviso del quale fanno un elenco: la metà di un casale detto *Ventregubio*, situato fuori delle porta Portuense nella località detta *Marcielli*, unita con l'altra metà



dello zio Petruzio di Giovanni *Castellani*; due case con orti, situate nel rione Trastevere nella contrada detta Santa Maria *in Cappella*; un'altra casa con orto, situata nella parrocchia della chiesa di S. Maria *in Cappella*; 5 buoi mansueti; un'altra casa con orto, situata nella parrocchia di S. Lorenzo *de Pesciola* nel rione Trastevere; un'altra casa, situata nella stessa località; due pezze di vigneto, situate fuori della porta Portuense nella località detta *Gripta Roscia*; la metà di 20 giovenchi dati in soccida a Matteolo *Buccabella* del rione Campitelli; due altre case con grotta davanti, situate nel rione Trastevere nella parrocchia di S. Cecilia; 4 pezze di vigneto, situate fuori della porta \*\*\*\* nella località detta *Iaconia*; 40 vacche date in soccida a Giacomo *Buccabelle* del rione Campitelli; tre parti di una casa, unita con la quarta parte di proprietà della chiesa di S. Spirito *in Saxia* di Roma, situata nella parrocchia di S. Andrea; mille fiorini d'oro; un palazzo grande a pianoterra con solario, sale, camere, torre e loggia, situato nel rione Trastevere nella parrocchia di S. Benedetto e di S. Lorenzo, con tutte le masserizie esistenti nell'edificio, cioè un letto, rame, cuscini, casse, panni di lino e di lana, coperte e sopraccoperte; da questi beni si debbono togliere la dote della madre Angela, indicata nell'atto dotale, e la dote della sorella Caterina, indicata in un lascito testamentario del padre Cecco.

I convenuti non volendo conservare la comunione dei beni, che spesso offre motivo di dissidio, decidono di procedere, con il consenso di Angela e di Caterina, alla divisione del patrimonio in cinque parti: la prima comprende un quarto del casale, due case situate nel rione Trastevere nella parrocchia di S. Maria *in Cappella*, una casa con orto situata nella stessa parrocchia e 5 buoi; la seconda comprende l'altro quarto del casale, una casa con orto situata nella parrocchia di S. Lorenzo, un'altra casa nella stessa parrocchia di S. Lorenzo, un'altra casa nella stessa parrocchia, due pezze di vigna situate fuori della porta Portuense nella località *Gripta Roscia* e la metà di 20 giovenchi dati in soccida a Matteolo *Buccabelle*; la terza parte comprende due case con grotta davanti situate nella parrocchia di S. Cecilia, quattro pezze di vigneto situate nella località *Iaconia*, 40 vacche date in soccida a Giacomo *Buccabelle* e tre parti della casa situata nella parrocchia di S. Andrea; la quarta parte comprende la somma di 100 fiorini d'oro; la restante quinta parte comprende il palazzo situato nella parrocchia di S. Lorenzo e di S. Benedetto, con tutte le masserizie in esso contenute e sopra indicate.

L'assunzione delle quote di divisione del patrimonio avviene per sorteggio: la prima quota é destinata a Gosmato, la seconda a Giovanni, la terza a Domenico, la quarta a Cola, la quinta ad Angela ed a Caterina per le loro doti. I sorteggiati accettano la quota di patrimonio avuta in sorte.

f. 45r

Indictione X<sup>a</sup> mense maii die XVII<sup>o</sup>.

Testes: Iohanne<sup>(a)</sup> Verso de regione Pinee, Cola Clarelli de regione Campitelli et Oddone<sup>(b)</sup> de Ganellutis de regione Ripe.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum dominus Iohannes, proprio nomine, Cola, Gosmatus et Dominicus, germani frates, filii olim Cecchi domini Iohannis Castellani de regione Transtiberim habeant communia pro indiviso bona, pecunias et res infrascriptas, videlicet in primis medietatem unius casalis quod vocatur Ventregubio, positi extra portam Portuensem in loco qui dicitur Marcielli, iuntam pro indiviso cum alia medietate Petrutii domini Iohannis Castellani patrum ipsorum, inter hos fines ad totum dictum casale, ab uno latere tenet Sanctus Calistus, ab alio latere tenet Gratianus, ante est via publica. Item duas domos, positas in regione Transtiberim in contrada que dicitur Sancta Maria in Cappella, cum ortis retro ipsas domos, inter hos fines, ab uno latere tenet ecclesia Sancte Marie in Cappella, ante est via publica. Item aliam domum, positam in dicta parrochia<sup>(c)</sup> Sancte Marie in Cappella, cum orto retro ipsam domum, inter hos fines, ab uno latere tenet dicta ecclesia,

f. 45v

ab alio est flumen, ante est via publica. Item quinque boves domitos. Item unam aliam domum, positam in parrochia Sancti Laurentii de Pesciola<sup>(d)</sup> in regione Transtiberim cum orto post se, inter hos fines, ab uno latere tenet ecclesia sive domus ecclesie Sancte Cecilie de Transtiberim, ab alio latere tenet sive sunt macelli bubalorum, ante est via publica. Item unam aliam domum, positam in dictis regione et parrochia, inter hos fines, ab uno latere tenet Cola Barsellona, ab alio latere tenet Cecchus Iohannis Iusti dictus alias Pappatrici, ante et retro est via publica. Item duas petias vinee, positas extra portam Portuensem in loco qui dicitur Gripta Roscia, inter hos fines, ab uno latere tenet Petrus domini Iohannis Castellani, ab alio tenet Nutius Guazus, ab alio Vella Pauli Lucis, ab alio est via publica. Item medietatem certorum iuencorum, videlicet circa XX ad grossum, que habet<sup>(e)</sup> in soccitam ab eis Matheulus Buccabelle de regione Campitelli. Item duas alias domos similiter iuntas, positas in dicta regione Transtiberim in parrochia Sancti Cecilie cum gripta ante ipsas domos, inter hos fines, ab uno latere tenet Petrus domini Iohannis Catellani, ab alio latere tenet Tutius Thomarotii, ante est via publica. Item IIII<sup>or</sup> petias vinearum, terrarum et vitium, positas extra portam<sup>(f)</sup> in loco qui dicitur Iaconia, inter hos fines \*\*\*\*<sup>(g)</sup>

f. 46r

Item certas bestias vaccinas numero XL ad grossum vel idcirca, quas tenet in soccitam ab eis Iacobus Buccabelle de regione Campitelli. Item tres partes unius domus, iuntas cum alia quarta parte ecclesie Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, que tota domus posita est in regione in parrochie Sancti Andree, inter suos confines. Item mille florenos auri in auro. Item unum palatium magnum terrineum et solaratum cum salis,

cameris, turri, lovio, positum in dicta regione Transtiberim in parrocchia Sancti Benedicti et Sancti Laurentii, inter hos fines, ab uno latere tenet Iacobellus Cintii Iohannis Mathei, ab alio latere tenet Cola Guarsellona, ab alio est platea, ab alio est via publica vel si qui etc. cum rebus et masseritiis existentibus in dicto palatio, videlicet lectum, rame, cosinos, cassas, pannos lini et lane, cultra, copertoria et alias masseritias in quibus bonis et massaritiis et rebus domina Angela olim uxor olim dicti Cecchi, mater dictorum fratuum, debet habere dotem suam et iura sua dotalia, secundum quod in istrumento dotali ipsius plenius<sup>(h)</sup> continetur, et etiam in ipsis bonis<sup>(i)</sup> debet habere pro dote domina Catherina filia dicti olim Cecchi sibi relicta per dictum olim Cecchum patrem suum in suo ultimo testamento, et noluit

f. 46v amplius in ipsa communionem manere pro eo quod communio solet semper scandalum generare, idcirco sponte devenerunt ad infrascriptum partimentum cum consensu et voluntate dictarum dominarum, videlicet quod de dictis bonis, florenis et massaritiis fecerunt V partes quorum una sit medietas medietatis dicti casalis. Item dicte due domus, posite in dicta regione Transtiberim, in parrochia Sancte Marie in Cappella et alia domus posita in dicta parrochia cum orto retro ipsam domum et V boves domiti, positus et declaratis cum omnibus earum usibus etc. alia vero secunda pars sit alia medietas medietatis dicti casalis. Item dicta domus posita in dicta parrochia Sancti Laurentii cum orto. Item alia domus posita in dicta parrochia. Item due petie vinearum, posite extra portam Portuensem in loco qui dicitur Gripta Roscia. Item medietas supradictorum iumentorum que habet in soccita Matheolus Buccabelle ab eis supra descripta, positus et confinatis; alia tertia pars sit et esse debeat dicte due domus, posite in parrochia Sancte Cecilie, cum gripta ante ipsas domos. Item dicte III<sup>or</sup> petie vinearum, terrarum et vitium, posite in Iaconia. Item dicte vacce quas habet in soccita Iacobus Buccabelle ab ipsis fratribus. Item et dicte tres partes dicte domus, posite in parrochia Sancti Andree; quarta pars sit et esse debeat dicti mille florenorum auri; reliqua vero quinta pars sit et esse debeat supradictum palatium, positum in dicta parrochia

f. 47r Sancti Laurentii et Sancti Benedicti cum massaritiis et rebus supra specificatis et alii in eo existentibus, quarum una dictarum partium sit et esse debeat pro dote et iuribus dotalibus dictarum dominarum Angele et Catherine, ipsis presentibus volentibus et acceptantibus; que prima pars devenit per sortes et brevia in parte dicti Gosmati, secunda vero pars devenit in arte dicti domini Iohannis, tertia pars devenit in parte dicti Dominici, quarta pars devenit in parte dicti Cole, quinta vero pars devenit ipsas dominas Angelam et Catherinam pro dotibus et iuribus dotalibus ipsarum, ut supradictum est, ipsis fratribus et ipsis dominabus presentibus et acceptantibus partem suam, que ei obvenit pro parte sua et re divisa, dantibus et concedentibus ad alterutrum unus alteri omnia iura etc. quem habent in parte alterius quocumque modo iure titulo sive causa, promittentes unus alteri et alter alteri quod dicta bona nec aliqua ipsarum per ipsos nec aliquem ipsorum sunt vendita data donata etc. et si contrarium aliquo tempore appareret quod ille teneatur de evictione per quem reperiretur alienationem factam esse sive contractum aliquem in presente contractu prejudicium vel iacturam de aliis bonis propriis ipsis et de parte ipsius cum dampnis

f. 47v et expensis etc. de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis quilibet ipsorum posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc. et ad magiorem cautelam omnium premissorum predicti fratres et dicte domine iuraverunt etc. et renumpsiaverunt dicte domine auxilio Velleiani senatus etc. concedentes ad alterutrum liberam potestatem possessionem partis, quam sibi obvenit propria auctoritate posse capere etc. et renumpsiaverunt etc. que quidem omnia et singula<sup>(j)</sup> etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum in regione Transtiberim in domibus dictorum fratuum habitationis, presentibus testibus suprascriptis.

(a) Così P (b) Così P (c) P parlochia e così nei casi che seguono (d) Così P, intendasi Piscinula (e) Ripetuto habet (f) Omessa la porta e depennato in (g) Sono stati omessi i confini: segue un breve spazio della riga in bianco (h) P “plenis” (i) P “bobis” (j) Segue “sin” poi interrotto e non depennato.

37.

1372, maggio 19

Paolo di Cecco di Paolo del rione Trastevere vende a Giacomello figlio del defunto Giovanni *Marronis* ed a Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna 1200 tegole nuove al prezzo di 42 soldi di provisini del senato per ciascun centinaio e riceve un anticipo di 9 fiorini d'oro. Giacomello promette di pagare la somma residua entro il corrente mese di maggio, mentre il fornitore si impegna a consegnare le tegole nella casa dell'acquirente entro il prossimo mese di giugno

Si offre quale garante del venditore Tafano.

f. 48r Indictione X<sup>a</sup> mense maii die XVIII<sup>o</sup>.

Testes: Sabbas de Seromanis et Petrus de Afilo.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Cecchi Pauli de regione Transtiberim sponte vendidit et venditionis titulo dedit et concessit Iacobello filio olim Iohannis *Marronis* et Paulo filio olim Nicolai *Marronis* de regione Pinee, presentibus et recipientibus XII<sup>c</sup> tebularum novarum ad formam consuetam pro pretio et nomine pretii XLII solidorum pro quolibet centinario, de quibus presentialiter recepit VIII florenos auri, residuum autem dictus Iacobellus dicto venditori dare et assignare promisit per totum presentem

mensem maii et dictus Paulus<sup>(a)</sup> dictas tebulars eis dare promisit in domo ipsorum hinc per totum mensem iunii proxime futurum cum dampnis et expensis abinde in antea faciendis, pro quibus omnibus observandis dictus Paulus<sup>(b)</sup> obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiavit etc. et ad hec Tafanus fideiussit et promisit etc.

<sup>(a)</sup> P “Iohannes” ma si tratta di un evidente errore, intendasi “Paulus” <sup>(b)</sup> P “Iohannes” ma intendasi come sopra “Paulus”.

38.

1372, luglio 24

Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a sette testimoni, e nomina eredi la figlia sposata Iozia, moglie di Paolo *Venerarerii* del rione Colonna, le altre figlie Caterina, Agnese e Maria e il figlio Lorenzo.

Lascia a Iozia la dote e gli ornamenti assegnatigli al tempo del contratto matrimoniale con l'impegno che se dovessero morire senza aver procreati figli legittimi la dote e gli ornamenti saranno destinati per metà ad Alterio, fratello del testatore, e per l'altra metà al figlio Lorenzo, se sopravviveranno, o a uno dei superstiti; se entrambi non dovessero sopravvivere la dote e gli ornamenti saranno destinati ai loro figli maschi; se invece nessuno di costoro dovesse sopravvivere il lascito sarà destinato a suffragio della sua anima, dei suoi defunti e di Iozia. La disposizione trae giustificazione dal fatto che la dote e gli ornamenti sono stati concessi con i beni comuni sia del testatore che del fratello Alterio.

Destina alla moglie Dolina la dote, che egli ha ricevuto al momento del contratto matrimoniale, più 100 fiorini d'oro e dispone che se, dopo la sua morte volesse vivere in stato di vedovanza con il fratello Alterio, il figlio Lorenzo e le sue figlie, sarà considerata usufruttuaria di tutti i suoi beni.

Lascia tutti gli altri beni ai figli Caterina, Agnese, Maria e Lorenzo, da distribuire a discrezione del fratello Alterio e se qualcuna delle figlie dovesse morire senza aver procreato figli legittimi la loro quota patrimoniale sarà destinata al figlio Lorenzo, se sopravviverà, o al fratello Alterio, se sopravviverà, o ai figli maschi di Lorenzo o ai figli maschi di Alterio, altrimenti sarà destinata a suffragio della sua anima e dei suoi defunti.

Dispone che se il figlio Lorenzo dovesse morire senza figli o figlie legittime la sua quota patrimoniale sarà destinata ad Alterio, salvo che lo stesso Alterio non disponga nel suo testamento, nel caso di una premorienza senza figli o figlie legittime, di destinare a Lorenzo i suoi beni.

Stabilisce che i diritti che egli ha nei confronti di Buonanno *de Magistris Luce*, in relazione ai beni dotali di Perna, sua sorella, moglie di Lorenzo figlio di Buonanno, siano dichiarati nulli e che Alterio debba rilasciare la relativa quietanza.

Dispone che se Paola vedova di Paolo *Novelli* del rione Monti, tutrice del figlio Andrea, volesse acquistare la metà della quarta parte del casale detto *Lo Palaçepto*, situato fuori della porta Maggiore, già da lui acquistato al prezzo di 133 fiorini d'oro, come risulta da un atto rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*, sia incaricato il fratello Alterio di vendere per la stessa somma spesa per l'acquisto, in quanto la cifra corrisponde alla dote di Francesca figlia di Paola e moglie dello stesso Alterio, impegnata nel matrimonio ma non ancora trasferita nella comune abitazione.

Nomina il fratello Alterio e la moglie Dolina tutori delle figlie e del figlio. Nomina esecutore testamentario il fratello Alterio.

f. 48v

Indictione X<sup>a</sup> mense Iulii die XXIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Ego Lellus filius olim Corradutii Mastronis spetiarius de regione Pinee, infirmus quidem corpore mente tamen sanus et conscientia pura, timens casum future mortis quia nil certius morte et nil incertus hora mortis, intestatus decedere nollens, idcirco coram Paulo de Sorromanis notario et VII testibus infrascriptis ad hec specialiter vocatis et rogatis, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi huniversales heredes istituo Iotiam, filiam meam nuptam<sup>(a)</sup>, uxorem Pauli Veneranerii de regione Columpne, Catherina, Agnetem et Mariam, filias meas feminas, et Laurentium, filium meum masculum, cui Iotie, filie mee nupte, relinquo iure institutionis Trebellianice debito iuris nature supplementi dotis et iura

f. 49r

sua dotalia ac ornamenta que sibi dedi tempore sui contractus matrimonii cum dicto Paulo, viro suo, et sit contempta<sup>(b)</sup> et si dicta Iotia, filia mea, quocumque tempore sine legitimis filiis moriretur, quod moriatur in dicta dote, iuribus dotalibus et ornamentis<sup>(c)</sup> pro medietate Alterio, fratri meo germano, et pro alia medietate Laurentio filio meo, si ambo tunc visserint, alias moriatur in dictis dote, iuribus dotalibus et ornamentis predictis illi qui visserint, alias si nullus ipsorum visserit filiis eorum masculis pro medietate vel filis illius<sup>(d)</sup> masculis qui tunc filios masculos haberet et si nullus superesset nec filios haberet quod, in eo casu, in dictis dote et iuribus dotalis ac ornamentis predictis<sup>(e)</sup> moriatur pro anima mea et defunctorum meorum ac ipsius Iotie, prout et sic ipsa disposuerit, pro eo quod in veritate confiteor dictam dotem fuisse solutam de bonis

- communibus meis et dicti Alterii, fratris mei, et ita est verum. Item relinquo Doline, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia, que et quas ab ea seu ab altero
- f. 49v solvente pro ea, ego seu dictus olim Corradutius, pater meus, recepi tempore contractus matrimonii inter nos et ultra dotem suam et iura sua dotalia relinquo sibi de bonis meis C florenos auri et sit contempta, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit aliquo colore quesito. Item relinquo et volo et mando quod si dicta Oddolina, uxor mea, post mortem meam, una cum dicto Alterio fratri meo et filio et filiabus meis, non nuptis, honeste et caste stare et sedere voluerit, quod una cum ipso Alterio, sit domina et dominatrix et usufructuaria omnium bonorum meorum, alioquin si, ut premittitur, stare et sedere noluerit, in eo casu cum dote et iuribus dotalibus et dictis C florenis auri vadat pro libito voluntatis certera namque alia bona mea mobilia et immobilia, presentia et futura, iura et actiones que et quas habeo contra quascumque personas huniversitates et loca, quocumque nomine seu vocabulo noncupentur, relinquo dictis Catherine, Agneti, Marie et Laurentio, filiabus et filis meis, distribuenda inter eos per dictum Alterium, fratrem meum, secundum sui discre-
- f. 50r tionem et prout sibi videbitur et placebit, dummodo quod non gravet aliquem ipsorum in legitima et si aliqua dictarum filiarum mearum, videlicet Catherine, Agneti et Marie, quocumque tempore sine legitimis filis moriretur, quod moriatur dicto Laurentio filio meo, si tunc visserit, alias dicto Alterio fratri meo, si visserit, alias filis masculis dicti Alterii, fratris mei, legitime, alias moriantur pro anima mea et mortuorum meorum, secundum quod ipse et quelibet ipsarum dispensaverint. Item relinquo quod si dictus Laurentius, filius meus, quocumque tempore sine legitimis filiis<sup>(f)</sup> aut filiabus moriretur, quod moriatur dicto Alterio, fratri meo, proviso semper quod capitulum non vendicat sibi locum nisi ipse Alterius simile faciat testamentum in quo disponat quod, si contingat, ipsum Alterium premori dicto Laurentio, filio meo sine legitimis filiis aut filiabus, quod moriatur dicto Laurentio filio meo. Item relinquo, volo et mando quod omnia istrumenta, iura, apodissa et cautiones que et quas haberem contra Bonumannum
- f. 50v de Magistris Luce et in bonis suis iuris dotalibus Perne, sororis mee, uxoris Laurentii filii dicti Bonianni dumtaxat exceptioni sint cassa irrita et nullius valoris et pro cassis irritis et nullius valoris habeantur et quod Alterius, frater meus, possit et debat de eis facere refutationem quietationem et pactum de ulterius non petendo, prout et sicut sibi placuerit. Item relinquo, volo et mando quod quandocumque domina Paula uxor olim Pauli Novelli de regione Montium, tutris et persona legitima Andree, filii sui et dicti olim Pauli Novelli, aut ipse Andreas seu alius, eorum nomine, cum conscientia et voluntate eorum vellent hemere quartam<sup>(g)</sup> partem medietatis cuiusdam casalis quod vocatur lo Palapepto, positi extra portam Magiorem, inter suos confines, de qua quarta parte medietatis dicti casalis habeo venditionem, ut patet manu Pauli de Sorromanis notarii, pro CXXXIII florenis auri, quod Alterius, frater meus, teneatur et debeat ipsam venditionem eis facere pro dicto pretio CXXXIII florenorum auri, qui CXXXIII floreni auri fuerunt et sunt dox domine Francisce, filie dicte domine Paule,
- f. 51r uxoris dicti Alterii, subarrate et non tranducte, et sic confiteor verum esse et ipsi CXXXIII floreni auri a ipsum solum Alterium spectare et pertinere noscantur; tutores testamentarios dictis filiabus et filio meo facio, constituisco et ordino dictos Alterium, fratrem meum, et Dolinam, uxorem meam, presentes et acceptantes, quibus do et concedo plenam et liberam potestatem personas et bona dictorum pupillorum filiorum meorum videndi, regendi gubernandi et aministrandi, coniuncti et non divisim. Executorem et fidei commissarium huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio, constituisco et ordino dictum Alterium, fratrem meum, cui do et concedo plenam licentiam liberam et absolutam potestatem balivam et auctoritatem bona mea omnia mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque existentia capiendi, tenendi, fructificandi, vendendi, alienandi et de eis faciendum pro suo libito voliuntatis pro executione huius mei testamenti prefati et hoc est ultimum meum testamentum et mea ultima volumptas
- f. 51v cassans, irritans et annullans omne aliud testamentum sive codicillum per me atenus factum et per quemcumque notarium scriptum, quod si non valeret iure testamenti volo quod valeat iure codicellorum vel donationis causa mortis et omnimodo iure et forma quibus melius valere potest et debet.
- Actum Rome in domo dicti testatoris, presentibus hiis testibus, scilicet Guilielmo de Rubeis, Sabba de Serromanis, presbitero Petro rectore ecclesie Sancte Marie della Strada, Colutia Biancapectorina, Ceccho Erminii, Paulo Talgialonto et Paulo \*\*\* spadario omnibus de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> P “neptam” <sup>(b)</sup> Depennato “volo tamen quod” <sup>(c)</sup> Ripetuto e non depennato “et ornamentis” <sup>(d)</sup> Corretto sul precedente “ipsius” <sup>(e)</sup> Depennato un segno iniziale di p <sup>(f)</sup> Omesso “natis” <sup>(g)</sup> P “quatam”.

### 39.

1372, luglio 27

Lorenzo di Oddone *de Seromanis* del rione Pigna, con il consenso del padre, offre la sua opera per un anno a Cecco *Cafarus* dello stesso rione per esercitare l'arte del lanaiolo al prezzo di 14 libbre di provisini e la somma residua sarà versata alla fine del semestre di attività.  
Benedetto si offre quale garante di Lorenzo.

Indictione X<sup>a</sup> mense iulii die XXVII<sup>o</sup>.

Testes: Lellus della Ceca et Benedictus Mataratii.

In presentia mei notarii etc. Laurentius filius Oddonis de Seromanis, cum consensu dicti sui patris, sponte plativit se et operas suas, pro uno anno proxime futuro, cum Ceccho Cafaro de dicta regione<sup>(a)</sup> pro pretio XIII librarum, de quibus presentialiter recepit X<sup>(b)</sup>, residuum sibi dare promisit finito dimidio anno, ad artem lane, ut consuetum est, pro quo Laurentio Benedictus fideiussit etc.

<sup>(a)</sup> Omesso il precedente riferimento al rione, ma intendasi "Pinee" cfr. il doc 8 <sup>(b)</sup> Omesso "libras".

40.

1372, luglio 30

Paolo *de Tostis* giurisperito, Bartolomeo *Vayani* e Pietro *de Cintheis* canonici della basilica del Principe degli Apostoli di Roma, procuratori dei canonici e del capitolo della stessa basilica, come risultava dalla procura rogata dal notaio Gualtiero di maestro Pietro, vendono a Giovanni figlio del defunto Cecco di Giovanni Castellani del rione Trastevere, canonico della chiesa di S. Maria de Porticu, a lui e non alla sua chiesa, i diritti che i canonici e il capitolo hanno su Petruzio figlio del defunto Giovanni *Castellani* e su Paolo detto *Ceco* figlio del defunto \*\*\*\*\* de Matheis del rione Trastevere e sui garanti Buzio di Pietro di Giacomo, Tociolo di Paolo Mozolini e \*\*\*\*\* detto *Lagiogia* del rione Trastevere per una cifra di 120 fiorini d'oro, su una somma complessiva di 300 fiorini d'oro, circa un canone annuale di locazione dei beni della basilica.

La somma di 120 fiorini d'oro corrispondeva al pagamento della prima e della seconda rata annuale del canone di locazione dovuto da Pietro e da Paolo per i *castra* di *Tralgiate* e di *Latrini* che erano stati concessi dai canonici per tre anni al prezzo annuale di 300 fiorini d'oro, come risulta da un atto notarile, ma in seguito al mancato pagamento si era avuto un contrasto fra i canonici e Petruzio.

La vendita dei diritti della basilica fu eseguita al prezzo di 120 fiorini d'oro.

Pietro *Toscus* e Giacomo detto *Zebideo* cambiatore del rione Ponte si offrono quali garanti nel caso di evizione dei diritti dei canonici.

f. 52r

Indictione X<sup>a</sup> mense iulii die penultimo.

Testes: Oddo de Ganellutis de regione Ripe, Lellus Madalenus de regione Pinee, Matheolus Sassi et Vecchiarellus notarius de regione Parionis.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabiles viri dominus Paulus de Tostis iurisperitus, dominus Bartholomeus Vayani et dominus Petrus de Cintheis canonici basilice Principis Apostolorum de Urbe, procuratores scyndici et persone legitime dominorum canonicorum et capituli basilice ante dicte, habentes ad hec omnia speciale mandatum et plenariam potestatem, ut patet manu Gualtierii magistri Petri publici notarii, presentes et fidem facientes, scyndicario et procuratorio nomine quibus supra<sup>(a)</sup>, ac eorum nominibus eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt dederunt cesserunt et concesserunt domino Iohanni filio olim Cecchi domini Iohannis Castellani de regione Transtiberim, canonico ecclesie Sancte Marie de Porticu, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus

f. 52v

et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse dominus Iohannes dare et concedere voluerit, et non nomine dicte sue ecclesie seu alterius sue ecclesie sive dignitatis, idest omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales<sup>(b)</sup> utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas ipsi canonici et capitulum, nomine dicte ecclesie, nunc habent et in futurum habere possent seu sperant contra et adversus Petrutium olim domini Iohannis Castellani, Paulum dictum alias Cecum filium olim \*\*\*\*\* de Matheis de regione Transtiberim, principales, Butium Petri Iacobi, Tociolum Pauli Mozolini et \*\*\*\*\* dictum alias Lagiogia, fideiussores ipsorum de regione Transtiberim et quemlibet eorum, pretestu et occasione CXX florenorum auri, qui sunt de summa et quantitate III<sup>c</sup> florenorum auri, in quibus predicti nominati et quilibet ipsorum eisdem canonicis et capitulo ac ipsi basilice tenentur et obligati apparent vigore pro prima et secunda paca, vigore cuiusdam istrumenti

f. 53r

locationis facti<sup>(c)</sup> per dictos canonicos et capitulum eisdem Petro et Paulo et cuilibet ipsorum detentis castrorum Tralgiate et Latrini ipsius basilice, pro tribus annis proxime futuris, pro pretio et nomine pretii III<sup>c</sup> florenorum auri anno quolibet dictorum trium annorum, ut patet manu publici notarii, iure expensarum in litigio habito inter ipsos canonicos et capitulum, ex una parte, et ipsum Petrutium, ex alia, ipsis canonicis et capitulo penitus reservatis. Hanc autem cessionem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur prefati canonici, pro se ipsis et procuratorio nomine quibus supra, eidem domino Iohanni, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, fecerunt pro pretio et nomine pretii CXX florenorum auri, quos CXX florenos dicti canonici procuratores predicti presentialiter numeraliter et manualiter receperunt et habuerunt, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. et promiserunt dicti procuratores, pro se ipsis et quibus supra nominibus, quod dicta iura dictorum CXX florenorum auri sunt ipsorum canonicorum et dicti capituli et ad eos spectant pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata etc. et

f. 53v

si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt et promiserunt dicti canonici, procuratores predicti pro se ipsis et quo supra nomine, de evictione, pro quibus omnibus<sup>(c)</sup> observandis dicti procuratores, quo supra nomine, obligaverunt bona ipsius basilice mobilia et immobilia, presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari etc. et renumpriaverunt ferriis, beneficio fori etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dictorum procuratorum, quo supra nomine, penes dictum dominum Iohannem emptorem, presentem et recipientem, Petrus Toscus et Iacobus dictus alias Zebideus camsor de regione Pontis, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt in casu evictionis predictae et promiserunt quod dicta iura nulli alii persone sunt vendita etc. insuper promiserunt predicti Petrus et Iacobus quod si quo tempore appareret ipsum Cecum aliquid solvisse de dicta quantitate sive in totum sive in parte totum illud quod appareret fore solutum de bonis propriis ipsorum ipsi domino Iohanni redere et restituere, pro quibus obligaverunt bona ipsorum et renumpriaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P “sua” <sup>(b)</sup> P “personasels” <sup>(c)</sup> P “facte” <sup>(c)</sup> Depennato “ob”.

41.

1372, luglio 31

Bernardo figlio del defunto Barna *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* già di Firenze ora del rione di S. Eustachio nomina suo procuratore Stefano figlio del defunto Barna *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* e Matteo di Giacomo del popolo di S. Spirito di Firenze con l’incarico di presentarsi davanti al proconsole dei notai di Firenze per integrare e dare pubblica forma all’atto di procura fatto a lui da Pero figlio di Barna *de Pulcis* del popolo di S. Stefano *ad pontem* per locare o rifiutare la locazione, vendere o alienare, stabilire il prezzo dell’affitto dei possedimenti e rilasciare la relativa quietanza delle somme ricevute.

f. 54r

Indictione X<sup>a</sup> mense iulii die ultimo;

Testes: Nicolaus Recanati, Nectolus Meuli Hominisdei, Nardolus Tutii de Reate.

In presentia mei notarii et testium etc. Bernardus quondam Barne de Pulcis populi Sancti Stephani ad pontem de civitate Florentie olim nunc de regione Sancti Eustachii de Urbe sponte fecit constituit creavit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores etc. Stephanum quondam Barne de Pulcis dicti populi et Mathium<sup>(a)</sup> Iacobi populi Sancti Spiritus de Florentia, licet absentes etc. ad exigendum coram proconsulo notariorum dicte civitatis ad petendum relevari et in publicam formam reduci quod instrumentum procurationis factum per Perum quondam Barne de Pulcis dicti populi de ipso Bernardo cum curis et cautelis de iure sufficientibus, ita quod de cetero dicto instrumento fidem adhibeatur nec non adlocando et dislocando, vendendo et alienando quascumque posset et bona ipsius constituentis, affictu et pretium ipsarum possessionum et bonorum recepisse,

f. 54v

de receptione finem quietationem et pactum de ulterius non petente faciendum nec non ad agendum petendum etc. et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, que ipsemet constituens facere posset si personaliter interesset, relevans ipsos ab omni honore satisfactione nec non ad substituendum unum seu plures procuratores et ipsos revocandos etc. et promisit de rato, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpriavit etc.

<sup>(a)</sup> P “Maphium”.

42.

1372, agosto 2

Tuzio di Paolo *Thomarotii* e Antonio di Francesco del rione Trevio si impegnano con Cecco *Cafarus* del rione Pigna a trasportare con due asini ciascuno, nel periodo della vendemmia, il mosto dalle sue vigne, situate fuori della porta Pinciana, al prezzo di 7 soldi e mezzo di provisini del senato per ogni cavallata e ricevono un anticipo di 2 fiorini d’oro.

Indictione X<sup>a</sup> mense augusti die II<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Mathei Persiconis et Cola Pietro<sup>(a)</sup>.

In presentia mei notarii etc. Tutius Pauli Thomarotii de regione Trivii et Anthonius Francisci de dicta regione sponte promiserunt Cecco Cafaro de regione Pinee, presenti et stipulanti, carriare mustum a vinea ipsius<sup>(b)</sup> Cecchi, posita extra portam Pincianam, iste anno presente tempore vendemiarum, cum duobus asinis quilibet ipsorum, pro pretio VII solidorum cum dimidio pro qualibet caballata, pro quo musto portando presentialiter receperunt duos florenos auri, de quibus etc. et renumpriaverunt etc.

<sup>(c)</sup> Così P <sup>(a)</sup> P “ipsis”.

Alterio figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* del rione Pigna, tutore di Lorenzo figlio del defunto Lello di Corraduzio e delle figlie dello stesso Lello, e Giacomello di Lorenzo di Giovanni calzolaio del rione Monti nominano arbitri Saba di Verardo fiascaio e Pietro *dello Asectato* calzolaio del rione Pigna per risolvere la controversia relativa al prezzo di vendita proposto da Alterio a Giacomello in merito a 3 pezze e mezza di vigneto, gravato dalla corrisposta del quarto da versare ad Alterio e al nipote Lorenzo, situato fuori della porta Appia, e al termine da assegnare allo stesso Giacomello per il pagamento.

Gli arbitri ricevono ampio mandato di deliberare entro 3 giorni ed i richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e, in caso di inosservanza del deliberato, si sottopongono ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

f. 55r

Indictione X<sup>a</sup> mense augusti die VIII<sup>o</sup>.

Testes: Staxi<sup>(a)</sup> murator, Lellus della Cecca et Lellus Longus de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Alterius filius olim Corradutii Mastronis de regione Pinee, pro se et suo proprio nomine nec non ut tutor testamentarius et persona legitima Laurentii filii olim Lelli Corradutii fratris sui, nec non \*\*\*\*\*<sup>(b)</sup> filiarum ipsius olim Lelli, pro quibus promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, ex una parte, et Iacobellus Laurentii Iohannis calsolarii de regione Montium<sup>(c)</sup>, ex alia parte, sponte compromisserunt et compromissum fecerunt in Sabbam Verardi flasconarium et Petrum dello Asectato calsolarium de regione Pinee, presentes et recipientes tamquam in eorum arbitros arbitratores, amicabile compositores et communes amicos electos positos et ordinatos ab ipsis partibus de in et super omni lite, discordia et questione que esset vel esse posset inter ipsas partes, occasione venditionis fiende per ipsum Alterium ipsi Iacobello de tribus petiis vinearum cum dimidio, plus vel minus quante sunt, cum omnibus eorum usibus etc. videlicet vites ad quartam redendam, positis

f. 55v

extra portam Apiam, inter suos confines, in proprietate ipsius Alterii et nepoti et occasione pretii ipsarum vinearum. Item et occasione termini dandi ipso Iacobello ad solvendum, dantes et concedentes dicti compromictentes dictis eorum arbitris et arbitratoribus plenam potestatem arbitrandi laudandi inter ipsas partes, alte et basse etc. semel vel plures etc. pro ipsa venditione, pretio et termino supradictis, promictentes dicti promictentes ad alterutrum omne arbitrium laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia, ratum gratum et firmum habere et tenere et ab ipso seu ipsis non appellare suplicare aut petere reductionem ad arbitrium boni viri sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti et mihi notario etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc. duraturum hunc compromissum hinc ad tres dies proxime futuros.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Omesso il nome delle figlie, ma confronta l'atto testamentario del doc. 38 <sup>(c)</sup> Depennato un segno iniziale di P.

Saba di Verardo fiascaio e Pietro *dello Asectato* calzolaio del rione Pigna eletti arbitri da Alterio figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* e da Giacomello di Lorenzo calsolario del rione Monti deliberano che Alterio deve vendere il vigneto a Giacomello, dietro sua richiesta, al prezzo di 45 fiorini d'oro. L'acquirente dovrà consegnare ad Alterio, al tempo della prossima vendemmia, tutto il mosto, tranne una salma, che sarà conteggiata al prezzo di vendita consueto praticato nei vigneti circostanti; il resto della somma dovrà essere pagato al momento della prossima vendemmia sia in mosto che in denaro.

In seguito alla garanzia ottenuta da Alterio con la decisione arbitrale, Giacomello ed il suo garante dovranno chiedere alla curia del Campidoglio con un procedimento contenzioso la conferma del pagamento nei termini indicati dall'arbitro.

f. 56r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

Prefati arbitri et arbitratores predicti viam arbitrationis eligentes, pro bona concordia ipsarum partium, mandaverunt et arbitraverunt inter dictas partes ad penam in dicto compromisso contentam, quatenus dictus Alterius teneatur et debeat, tam suo proprio nomine quam tutorio nomine dictorum pupillorum, facere venditionem supradicto Iacobello, in dicto compromisso contento, de vineis, in ipso compromisso contento, ad omnem petitionem requisitionem et voluntatem ipsius Iacobelli ipso Iacobello seu cui ipse Iacobellus voluerit cum curis et cautellis<sup>(a)</sup> de iure sufficientibus pro pretio XLV florenorum auri secundum modum infrascriptum, videlicet quod, tempore proxime futuro vendemmiarum, dictus Iacobellus debeat et tenere tradere et assignare ipsi<sup>(b)</sup> Alterio totum et integrum mustum ipsarum vinearum, pro parte pretii ipsarum vinearum pro eo pretio quo communiter vendetur in parte illa in qua dicte vinee sunt posite, una salma ipsi Iacobello tantum reservata, residuum autem quantitatis predictae et totius dicti pretii dictus Iacobellus eidem



Alterio solvere teneatur, tempore vendemmiarum ex tunc proxime futuro, aut in musto aut in pecunia numerata, facto primo cauto, ipsi Alterio, pro se et quo supra nomine, de predictis, videlicet quod Iacobellus et fideiussor recipient terminum

f. 56v contempciosum per curiam Campitolii de solvendo dicto Alterio dictas quantitates in terminis supradictis et predicta dicimus et arbitramus omnimodo iure et forma, quibus melius fieri potest et debet.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato "Iaco".

45.

1372, agosto 8

Giacomello di Lorenzo calcolai del rione Monti nomina procuratore Stazio muratore del rione Pigna per presentarsi davanti al giudice palatino, su richiesta di Alterio figlio del defunto Corraduzio *Mastronis*, per dichiarare di essere debitore di 45 fiorini d'oro, in merito alla vigna che Alterio deve vendere, e promette, a suo nome, che provvederà a pagare la somma in due anni, secondo le indicazioni della sentenza arbitrale emessa sulla vertenza manifestatasi tra le due parti.

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. supradictus Iacobellus sponte fecit suum procuratorem Staxi murem de regione Pinee, presentem et recipientem, ad comparendum coram quocumque iudice palatino ad petitionem et requisitionem Alterii filii olim Corradutii Mastronis et confitendum se esse debitorem dicto in XLV florenos auri pro pretio dictarum vinearum vendendarum per ipsum<sup>(a)</sup> Alterium ipsi Iacobello pro dicto pretio et ad promictendum, nomine ipsius constituentis, solvere ipsi Alterio dictos XLV florenos auri, pretium dictarum vinearum<sup>(b)</sup> infra duos annos, secundum quod in arbitramento supra hiis latius scripto manu mei notarii continetur<sup>(c)</sup>, et ad obligandum, pro predictis omnibus observandis, omnia bona ipsius constituentis etc. pro quibus etc. et promisit de rato etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Iacobellu" <sup>(b)</sup> Depennato "pro" <sup>(c)</sup> La precedente sentenza arbitrale (doc. 44) alla quale fa riferimento Giacomello non prevedeva un rinvio del pagamento per due anni, ma un rimborso alla prossima vendemmia con versamento in mosto o in denaro.

46.

1372, agosto 16

Roberto di Roberto inglese del rione Pigna e \*\*\*\*, suoi soci, custodi ed antepositi della Società degli inglesi di Roma e della Fraternità dell'ospedale della S. Trinità di Roma, avevano dato in locazione *ad pomedium* a Martelluzio di Andrea di Martelluzio del rione Trevi una vigna della Fraternità, situata fuori della porta Appia nella località detta *Domine quo vadis*: il locatario aveva promesso di lavorare e di coltivare la vigna e di corrispondere a Roberto e ai soci la metà del mosto, come risulta da un atto notarile rogato da Paolo *de Seromanis*, ma Martelluzio aveva trascurato il lavoro della vigna e i locatari avevano ricevuto un danno notevole, sicché i contraenti stabiliscono di prendere un nuovo impegno.

Le due parti eleggono i massai Petruzio di Buzio e Silvestro sarto per una valutazione dei danni che Martelluzio si impegna di rimborsare con denaro contante prima della vendemmia o con il mosto della vigna che sarà conteggiato al prezzo di vendita praticato nei vigneti circostanti. Il locatario promette ancora che prima della vendemmia, pulirà e zapperà la vigna a sue spese oppure pagherà direttamente ai locatari il lavoro.

Si conviene infine che prima della vendemmia, il locatario dovrà rimborsare la somma di 13 provisini del senato che ha ricevuto in mutuo e che, dopo la vendemmia, la vigna tornerà all'ospedale ed alla fraternità.

I contraenti, una volta soddisfatto gli obblighi previsti nella sentenza arbitrale, dovranno rilasciarsi a vicenda una quietanza generale.

f. 57r Indictione X<sup>a</sup> mense augusti die XVI.

Testes: Lucas Cecchi Cafari, Iohannes Petri Salene de Narnia et Lellus della Cecca de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum Robertus Roberti anglicus de regione Pinee et \*\*\*\*, socii sui anglici, custodes antepositi et scyndici Societatis anglicorum Urbis et Fraternitatis ospitalis Sancte Trinitatis de Urbe, dederunt et concesserunt ad pomedium Marthellutio Andree Martellutii de regione Trivii, tunc presenti et stipulanti, quamdam vineam ipsius Fraternitatis ad laborandum, positam extra portam Apiam in loco qui dicitur Domine quo vadis, pro eo quod dictus Martellutius promisit et convenit ipsas vineas bene laborare et cultivare ad usum et modum boni laboratoris et dictis Roberto et sociis redere et respondere medietatem totius musti quod de dicta vinea exierit, ut patet de predictis istrumento scripto manu mei eiusdem notarii, et e converso dictus Martellutius<sup>(a)</sup> fecerit pro eo

f. 57v quod cessavit ipsam vineam bene laborare ad modum boni laboratoris et per consequens ipsa societas et fraternitas ac ipsum ospitale dampnificati et lesi sint non modicum<sup>(b)</sup>, idcircho devenerunt de communi partium voluntate ad infra specificata pacta et conventiones. In primis eligerunt dominos massarios, videlicet Petrutium Butii et Silvestrum sutorem, massarios<sup>(c)</sup>, qui de dampno in facto et quod dictum ospitale sive

fraternitas passi sunt propter malum laborerium videant, terminent et cognoscant quorum relationi stare et credere promiserunt et dictus Martellutius<sup>(d)</sup> promisit et convenit dicto Roberto anglico, presenti et stipulanti, omne dampnum quod dicti supra nominati declaraverint in pecunia numerata, tempore proxime futuro vendemmiarum, satisfacere cum effectu antequam dicte vinee vendemientur aut de musto ipsarum vinearum, secundum quod communiter valebit tempore vendemmiarum in ipsis partibus in quibus dicte vinee posite sunt. Item promisit dictus Martellutius dicto Roberto, presenti et stipulanti ut supra, ipsas vineas, ante tempus vendemmiarum, spicciare et zappare facere, suis sumptibus et expensis, alias

f. 58r

promisit tantum solvere de sua pecunia dicto Roberto, presenti et stipulanti ut supra, quantum solvere potuisse pro spicciatura et zappatura, prefato tempore proxime futuro vendemmiarum, ut supra dictum est. Item actum et conventum fuit inter ipsas partes, quod factis vendemiis et ipsis vineis evacuatis, dicte vinee ad ipsum ospitale et eius fraternitatis libere revertatur, non obstante quocumque alio istrumento in contrarium loquente. Item promisit et convenit dictus Marthellutius dicto Roberto, presenti et stipulanti ut supra, antequam dicte vinee vendemientur sive de ipsarum vinearum, solvere et satisfacere cum effectu XIII libras provisinorum senatus, in quibus eidem ospitali seu ipsis de fraternitate tenetur occasione mutui, quas XIII libras provisinorum dictus Martellutius ab ipso Roberto et ab aliis de fraternitate predicta, nomine dicte fraternitatis, recepisse mutuo confessus est, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumptiaverunt etc. et hiis omnibus adimpletis dicte partes ad alterutrum faciant et<sup>(f)</sup> facere teneantur et debeant refutationem generalem cum curis cautelis etc.

<sup>(a)</sup> P “Bartellutius” <sup>(b)</sup> P “modicium” <sup>(c)</sup> Depennato “d” <sup>(d)</sup> P “Barthellutius” <sup>(e)</sup> Probabilmente dal latino parlato “dispedicare”  
<sup>(f)</sup> Depennato “fieri fa”.

47.

1372, agosto 16

Il defunto Tommaso di Federico del rione Parione nel suo testamento aveva indicato, tra gli eredi, Maria, nata dal primo matrimonio, Paolo, Federico e Giacomella, nati dal secondo matrimonio con Agnese, ed aveva lasciato a Maria la dote della defunta madre Cecca che comprendeva 150 fiorini d'oro, gli ornamenti ed una cintura d'argento di 15 once, ai quali aveva aggiunto gli oggetti preziosi da acquistare con i suoi beni a discrezione degli esecutori testamentari i cugini Matteo e Ricolo, poi defunto, figli del defunto Giovanni di Federico, e Agnese, rimasta vedova con la scomparsa del testatore.

Gli esecutori testamentari Matteo e Agnese, considerata la consuetudine in vigore a Roma e valutato il patrimonio del defunto Tommaso, avevano ritenuto concordemente che poteva essere spesa per gli oggetti preziosi una somma di 64 fiorini d'oro e, per quanto riguardava gli altri beni, esclusa la cintura d'argento, si poteva raggiungere una somma complessiva di 214 fiorini d'oro. L'assegnazione del lascito doveva avvenire secondo le indicazioni previste nel testamento del defunto Tommaso il quale aveva disposto che se qualcuna delle figlie fosse morta in età pupillare o negli anni seguenti, senza aver procreato figli, il lascito sarebbe stato devoluto ai figli maschi.

Maria, nata dal primo matrimonio, e Matteo, suo tutore, avevano chiesto quanto loro spettasse sia per i beni che per il denaro lasciati in eredità dal defunto Tommaso ed avevano rilevato che non c'era denaro sufficiente per soddisfare la loro richiesta.

Agnese, tutrice dei pupilli Paolo, Federico e Giacomella, decide di presentarsi davanti al giudice palatino Oddone *Fredi de Visso* camerario di Roma, presenti Raimondo *de Tolomeis* di Siena milite e senatore di Roma e il notaio della curia, per ottenere il consenso in merito alla decisione: il giudice, insediato per la sua deliberazione nella casa di Matteo, dispone che venga assegnato allo stesso Matteo, tutore di Maria, una casa a pianoterra e in parte con solario, con orto dietro e un porticato davanti, situata nel rione Parione nella proprietà della chiesa di S. Maria *in Vallicella*, valutata di comune accordo tra i due tutori, 36 fiorini d'oro; un'altra casa a pianoterra con orto dietro, situata nello stesso rione e nella proprietà della stessa chiesa, valutata di comune accordo 24 fiorini d'oro; i diritti di 39 fiorini d'oro che Agnese e i pupilli da lei tutelati hanno nei confronti di Nicola *Cascianus* del rione Parione per una vigna concessagli *ad partitum* dal defunto Tommaso, secondo un contratto stipulato da Paolo *de Seromanis*. Inoltre Agnese, a nome dei pupilli, versa a Matteo, tutore di Maria, 100 fiorini d'oro, versa inoltre un residuo di 15 fiorini per integrare la somma complessiva di 214 fiorini d'oro; consegna infine la cintura d'argento, lasciata a Maria nel testamento del defunto Tommaso, insieme ad alcuni oggetti della madre Cecca comprendenti un paio di corbelli vecchi, una cassa vecchia ed una conca di rame.

Matteo rilascia ad Agnese una quietanza per gli oggetti ed i beni ricevuti a nome di Maria.

f. 58v

Eodem anno, indictione, mense augusti die XVI.

In presentia Matheuli Saxi et mei Pauli notariorum et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, cum quondam Thomaxii Frederici de regione Parionis in ultimis constitutis suum condiderit testamentum in quo, inter alias, suos heredes istituit Mariam, ex primo matrimonio, Paulum, Fredericum et Iacobellam, ex secundo matrimonio, filios et filias dicti Thome, cui Marie, ex primo matrimonio, dictus

quondam Thomax relinquit<sup>(a)</sup> pro sua dote et guarnimentum, computatis dote et iuribus dotalibus quondam Cecche matris sue et prime uxoris dicti quondam Thome, CL florenorum auri et unam corrigiam de argento ad filium meliorem ponderis XV unciarum et quod de bonis suis reciperet et haberet iocalia competentia ad dictam dotem, secundum romanam consuetudinem, facultatem bonorum et discretionem executorum; executores autem fecit et constituit Matheum et quondam Ricolum, eius fratres consoprinos, filios olim Iohannis Frederici et dominam Agnetem, uxorem ipsius Thome; que quidem relicta, facta taxatione de communi concordia per dictam Agnetem, uxorem dicti quondam Thome, et Matheum Iohannis Frederici, executores dicti quondam Thome, cum discretionem inspecta facultate bonorum et attentione consuetudinis, taxatis dictis iocalibus ad LXIII florenos auri, sumant et ascendunt in totum, non computato dicto scayali ad filum, ad florenos auri II<sup>c</sup>XIII. Item dictus quondam Thomas in dicto suo testamento voluit et mandavit ac iuxit quod si dicte filie sue seu ipsorum altera moriretur in pupillari etate vel postea, quandocumque sine legitimis filiis, quod moriatur in totum dictis filiis suis masculis et quia,

f. 59r

ex primo matrimonio, filia dicti olim Thome et Matheus Iohannis Frederici, eius tutor pro ea, petunt eis de dictis relictis satisfieri de bonis et pecunia dicti quondam Thome et in ipsis bonis et hereditate dicti quondam Thome non reperiantur pecuniam in totum, ex qua possunt in totum relicta huius modum satisfieri; idcirco in presentia sapientis viri domini Oddonis Fredi de Visso iudicis palatini, presentis domini Raynaldi de Tholomeis de Senis militis senatoris Urbis ac nostrum notarium et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, domina Agnes, secunda uxor dicti quondam Thome Frederici, mater tutris et persona legitima dictorum Pauli, Frederici, Iacobelle pupillorum filiorum et heredum dicti quondam Thome, ex secundo matrimonio tutorio nomine ipsorum pupillorum et pro eis, omni via, modo et iure quibus melius fieri potest et debet cum decreto, auctoritate et mandato sapientis viri domini Oddonis Fredi predicti iudicis palatini et camerarii Urbis, pro tribunali sedentis in domo habitationis dicti Mathei Frederici, in hiis omnibus et singulis suum decretum, auctoritatem et mandatum interponentis, sua bona propria et spontanea voluntate insoluto et pro soluto dedit cessit et concessit tradidit trastulit et mandavit dicto Matheo Iohannis Frederici tutori, tutorio nomine dicte Marie pupille filie et heredis dicti quondam Thome, ex primo matrimonio, presenti recipienti et legitime stipulanti, infrascripta bona pecunia, iura et actiones pro dictis II<sup>c</sup>XIII florenis auri, in primis unam domum terrineam et pro parte solaratam, cum orto post se et statio ante se, positam in regione Parionis in proprietate ecclesie Sancte Marie in Vallicella, inter hos fine, ab uno latere tenet Matheus Cole Guidonis, ab alio tenet heredes quondam

f. 59v

Ricoli, ante est via pulica vel si qui alii sunt plures vel veriores confines extimatam, inter se de communi eorum concordia, XXXVI florenorum auri. Item unam aliam domum terrineam cum orto post se, posito in dicta regione in proprietate dicte ecclesie, inter hos fines, ab uno latere tenet Cecchus Pamperocto, ab alio tenet et est domus dicte ecclesie, ante est via publica vel si qui alii sunt plures vel veriores confines extimatam<sup>(b)</sup>, inter sese de communi eorum concordia, florenos auri XXIII, nec non omnia et singula iura et actiones que et quas dicti pupilli et dicta tutris habent et eis competunt et competere possunt in dictis domibus contra omnes personas et loca. Item et omnia et singula iura et actiones XXXVIII florenorum auri dicte tutrici et dictis pupillis competentia et competitura et competituras contra Nicolaum Cascianum de regione Parionis et eius bona, occasione cuiusdam vinee date dicto Nicolao ad partitum per dictum quondam Thomam et occasione et vigore contractus<sup>(c)</sup> partiti inde secuti, scripti manu mei eiusdem notarii. Item principaliter manualiter et numeraliter dicta domina Agnes, tutris, tutorio nomine quo supra, dedit solvit et pacavit dicto Matheo tutori, presenti et recipienti tutorio nomine dicte Marie, centum florenos auri boni et puri et recti ponderis, quos C florenos auri dictus Matheus a dicta Agnete, tutrice, presentialiter et numeraliter habuit et recepit, residuum vero usque in dictis II<sup>c</sup>XIII florenis auri, scilicet XV florenos auri dictus Matheus tutor, tutorio nomine dicte Marie, confessus est et in veritate recongnovit se habuisse et recepisse a dicta domina Agnete, dante et solvente huiusmodi occasione, ita quod dictus Matheus, tutor et dicta Maria dictas domos, propria eorum auctoritate, apprehendant, intrent, teneant, possideant, vendant, donent, alienent renumpant et refutent et de eis faciant, ordinent et disponent pro libito voluntatis, ut de propriis bonis et rebus dicte Marie, nullo iure nullaque actione eidem

f. 60r

Agneti, tutrici, et dictis pupillis in eis de cetero modo aliquo reservato et pro predictis iuribus et actionibus agant, petant, excipiant, recipiant, renumpant et refutent et de eis ordinent, faciant et disponant pro suo libito voluntatis et per indicationem digiti et aspectum oculorum, dicta domina Agnes tutris, tutorio nomine quo supra, ipsum Matheum, tutorio nomine dicte Marie, de ipsis domibus presentialiter et corporaliter investivit, de quibus domibus et de dictis iuribus dictorum XXXVIII florenorum auri et de dictis C florenis auri in una manu et XV florenis auri in alia manu et omnibus supradictis, insoluto pro soluto, ipsi Matheo tutori datis et concessis et de tota quantitate dictorum II<sup>c</sup>XIII florenorum auri dictus Matheus tutor, tutorio nomine dicte Marie, se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpavit exceptioni non solutorum non habitorum non receptorum et non ponderatorum dictorum florenorum et rei non sit geste exceptioni doli, mali et in factum conditioni ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis exceptionis et defensionis iuris et facti quibus contra venire posset. Item dicta domina Agnes tutris, tutorio nomine<sup>(d)</sup> dictorum pupillorum, presentialiter dedit tradidit et assignavit dicto

Matheo tutori, tutorio nomine dicte Marie, dictum scaiale ad filum ipsi Marie relictum per dictum quondam Thomam ac etiam infrascriptas res que fuerint quondam Cechole matris dicte Marie, prime uxoris dicti quondam Thome, videlicet unum par cophinorum veterorum, unam cassam veterem et unam concham heris, quas res et scaiale dictus<sup>(e)</sup> Matheus a dicta domina Agnete habuit et recepit. Hanc autem, insoluto et pro soluto, dationem cessionem et concessionem et pecuniam solutam et que dicta sunt et infra dicentur dicta domina Agnes tutris, tutorio nomine quo supra, eidem Matheo fecit pro eo quod dictus Matheus tutor, tutorio nomine dicte Marie, cum decreto auctoritate et mandato dicti domini Oddonis Fredi iudicis, presentis, et suam et dicti sui officii decretum et auctoritatem interponentem, sua bona propria<sup>(f)</sup>

f. 60v

et spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit dicte domine Agneti tutrici, tutorio nomine dictorum pupillorum Pauli, Iacobelle et Frederici et pro eis, idest omnia et singula iura omnesque actiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria pignoratitias seu mistas et quecumque alia que et quas dicta Maria et dictus Matheus, eius tutor, habent et eis competunt et competere possunt, possent et poterunt contra ipsos pupillos filios et heredes dicti quondam Thome et bona dicti quondam Thome et ipsam tutricem, pretestu ratione et vigore dictorum relictorum factorum dicte Marie de dictis CL florenis auri, iocalibus et scayali per dictum quondam Thomam, ut in dicto testamento continetur et generaliter omne aliud et quodam ab eis et in dictis bonis petere possent, occasione dictorum relictorum, acto expresse inter ipsos tutorem et tutricem quod clausola substitutionis testamenti dicti quondam Thome semper sit salva et reservata secundum dispositionem dicti Thome testatoris, ita quod in suo robore et firmate remaneat<sup>(g)</sup> et promisit dictus Matheus<sup>(h)</sup> tutor, tutorio nomine dicte Marie, nec non ultra tutele officium se et bona sua dictus Matheus principaliter obligans se facturum et curaturum cum effectu, quod dicta Maria quando erit adulta huiusmodi receptorum rerum extimatarum, iurium, actionum et pecuniarum et florenorum ratam et firmam habebit et etiam ratificabit et acceptabit ad omne requisitum et voluntatem dictorum pupillorum et dicte domine Agnetis, eorum matris et tutricis, ac etiam presentis refutavit, ratam et firmam habebit, tenebit, ratificabit et acceptabit, promisit etiam dictus Matheus tutor, tutorio nomine quo supra, quod dicta iura et actiones dictorum relictorum ad ipsam pupillam spectant et pertinent pleno iure et quod in totum vel in parte nemini alteri persone universitati vel loco sunt vendita, data donata, cessa,

f. 61r

concessa, obligata pignorata vel quomodolibet alienata nec de eis in totum vel in parte contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate vel loco factus est nec factus apparet, quod si contrarium apparebit promisit dampna omnia expensas et interesse et omnem evictionem de bonis dicte Marie dictis pupillis et dicte domine Agneti, eorum matri et tutrici pro eis, que et quas dicti pupilli et dicta tutris vel eorum heredes et sucessores incurrerint seu fecerint aut passi erunt redere, reficere et emendare et in casu quo per ipsum Matheum reperirentur ipsa iura et actiones relictorum, quomodolibet alienate sub quacumque forma contractus, teneri voluit et promisit de bonis suis propriis ad restitutionem omnium dampnorum expensarum et interesse et evictione, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Matheus tutor, tutorio nomine dicte Marie, ex una parte, et dicta domina Agnes tutris, tutorio nomine dictorum Pauli, Frederici et Iacobelle, ex parte alia, cum decreto et auctoritate dicti iudicis, obligaverunt et pignore posuerunt ad invicem et una pars alteri et altera alteri omnia et singula dictorum pupillorum et pupille bona mobilia et immobilia presentia et futura, promisit insuper dicta domina tutris, tutorio nomine dictorum pupillorum eidem Matheo tutori, tutorio nomine dicte Marie, quod dicte domus supra per eam insolute date et iura et actiones dictorum XXXVIII florenorum auri sunt dictorum pupillorum Pauli, Frederici et Iacobelle et ad eos spectant et pertinent pleno iure et quod in totum vel in parte nemini alii persone universitati seu loco sunt vendita, data donata,

f. 61v

cessa, concessa obligata, pignorata vel quomodolibet alienata nec de eis in totum vel in parte contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate vel loco factus est nec factus apparet, quod si contrarium aliquo tempore appareret et dicta Maria vel eius heredes et sucessores in dampnum aliquod venerint, expensas fecerint, interesse passi erint, evictio aliqua sequeretur in iudicio vel extra, dampna omnia expensas et interesse et omnem evictionem de aliis propriis bonis dictorum pupillorum redere et restituere et emendare promisit, qui Matheus pro hiis que promisit et se principaliter obligavit, observandi et adimplendi obligavit et pignore posuit dicte domine Agneti tutrici, tutorio nomine dictorum pupillorum, omnia et singula ipsius Mathei bona mobilia et immobilia presentia et futura, que quidem omnia et singula supradicta dicte partes ad alterutrum atendere et observare promiserunt, nominibus quibus supra, et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum pupillorum et pupille, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

Actum in domo habitationis dicti Macthei, presentibus hiis testibus, scilicet sapienti viro domino Marcho de Amatescis legum doctore, Leonardo Bastardella notario, Paulo Thome Iachi notario, Laurentio Carota notario de regione Parionis et Iacobo Zebidei de regione Parionis ad hec vocatis specialiter et rogatis.

<sup>(a)</sup> P “relinquid” <sup>(b)</sup> P “extimatas” <sup>(c)</sup> P “contractictus” <sup>(d)</sup> Ripetuto “tutorio nomine” <sup>(e)</sup> Depennato “quondam” <sup>(f)</sup> Ripetuto “sua bona propria” <sup>(g)</sup> Depennata la seconda “n” del precedente “remaneant” <sup>(h)</sup> P “Thomax”, ma si tratta evidentemente di un errore sicché intendasi “Matheus”.

Lello figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speciale del rione Pigna, ora defunto, aveva fatto un testamento, rogato da Paolo *de Seromanis*, nel quale aveva lasciato eredi i figli Lorenzo, Caterina, Agnese e Maria, la moglie Dolina ed il fratello Alterio ed aveva inoltre indicato gli stessi Alterio e Dolina tutori dei figli.

Alterio, dopo la morte del fratello, si presenta davanti a Giovanni \*\*\*\*\* di Narni, dottore in legge, giudice palatino e collaterale del senatore, che é insediato nel palazzo del Campidoglio, e chiede la conferma della sua nomina di tutore dei pupilli di Lello: il giudice ritenuta giusta la richiesta dà il suo consenso e, con l'autorità che gli deriva dal suo ufficio, lo nomina tutore e pronunzia ufficialmente la formula dell'investitura. Alterio promette, a sua volta, di provvedere alle necessità dei pupilli, di compilare l'inventario dei beni entro il termine stabilito, sotto pena di 500 libbre di provisini del senato, e alla fine del mandato di tutela provvederà a rendere conto della sua amministrazione agli stessi pupilli tutelati.

Nicola figlio di \*\*\*\*\* de Archionibus del rione Monti, informato della richiesta di Alterio, si offre quale garante presso il giudice.

Alterio intanto comincia ad elencare l'inventario dei beni che comprendono: la metà di tre case unite insieme con pianoterra, solaro, orto dietro e porticato davanti, situate nella contrada *de Porcariis* nel rione Pigna; una casa, situata nel rione Pigna; una casa, nella quale abitano il tutore ed i pupilli, con la bottega e gli oggetti di spezieria in essa contenuti, situata nel rione Pigna; una vigna situata fuori della porta Appia nella contrada detta *Vallis Apie*; una vigna gravata dalla corrisposta del quarto, situata nella proprietà di S. Tommaso *de Cintheis*; alcune terre con alcune vigne, situate nella Valle Appia, una parte delle quali sono state locate dalle chiese di S. Pietro *ad Vincula* e del monastero di *Dompne Rose* per un certo canone annuo; due pezze di vigneto, situate fuori della porta Appia nella proprietà di S. Tommaso *de Cintheis*. La metà di tutti questi beni spetta ai pupilli e l'altra metà ad Alterio, il quale dichiara che se avrà notizia di debiti o di crediti li annoterà nell'inventario.

Il giudice conferma le dichiarazioni con il sostegno della sua autorità.

f. 62r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXXII pontificatus domini Gregorii<sup>(a)</sup> pape XI, indictione X mense augusti die XXII.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Cum Lellus filius olim Corradutii Mastronis spetiarius de regione Pinee decesserit per eum conditio testamento relicto Laurentio, filio suo, Catherina, Agnete et Maria filiabus suis feminis, Dolina, uxore sua, mater ipsorum Laurentii, Catherine, Agnetis et Marie pupillorum<sup>(b)</sup> et Alterio frate germano ipsius Lelli, in quo quidem suo testamento dictis suis filio et filiabus tutores testamentarios relinquit<sup>(c)</sup> dictos Alterium, fratrem suum, et dictam Dolinam, uxorem suam, ut patet testamento scripto manu mei eiusdem notarii, idcircho dictus Alterius personaliter constitutus in palatio Campitolii coram sapiente viro domino Iohanne \*\*\*\*\* de Narnia, legum doctore iudice palatino et collaterali presentis domini senatoris pro tribunali sedente, petiit et cum instantia postulavit ab ipso iudice et cum decreto et auctoritate suis et dicti sui officii se confirmari tutorem dictorum pupillorum ut persone, res et bona ipsorum pupilli et pupillarum videantur, regantur<sup>(d)</sup>, gubernentur et defendantur

f. 62v

et in defensione nullatenus demictentur, qui dominus Iohannes iudes predictus, sedens pro tribunali ut supra, videns et concernes ipsam petitionem iustam fore confirmavit ipsum Alterium tutorem dicti pupilli et dictarum pupillarum, nepotum suorum, filii et filiarum dicti olim Lelli, fratris ipsius Alterii, presentis et acceptantis dicto Alterio dictam tutelam et officium tutele predictae, dicens dictus iudes dicto Alterio "Esto tutor et ego auctoritate mei officii te tutorem confirmo dictorum pupilli et pupillarum, filiorum dicti olim Lelli fratris tui, ipsorumque personas et bona ac res universaliter et particulariter inde rege, protege et governa et amministra", qui Alterius, tutor predictus, promisit dicto domino iudici et mihi notario infrascripto ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, vice et nomine dictorum pupilli et pupillarum et omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum ac iuravit ad sancta Dei evangelia, corporaliter manu tactis scripturis, personas, res et bona dicti pupilli et pupillarum bene fideliter et legaliter defendere, gere, custodire et amministrare et indefensos nullatenus preterire, utilia facere et inutilia pretermictere de bonis et rebus debitis et credentiis

f. 63r

dicti pupilli et pupillarum, inventarium facere in termino a iure prefissum sub pena V<sup>c</sup> librarum provisinorum, applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate ipsis pupillis et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsis camera et pupillis, et tempore finite dicte tutele redere rationem amministraziones sue dictis pupillo et pupillabus vel cui de iure debet et reliqua facere ad utilitatem ipsorum pupilli et pupillorum, nec non ad utilitatem ipsorum pupilli et pupillarum, curatores facere eo semper salvo quod semper uti valeant veritatem et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Alterii, tutoris predicti, penes dictum dominum iudicem et me notarium, ut publicam personam presentem et stipulantem ut supra, Nicolaus filius olim \*\*\*\*\* de Archionibus de regione Montium, qui iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosantis scripturis, contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris

etatis XX seu XXV annorum nec aliqua ratione modo iure sive causa, nec restitutionem in integrum petere de effectu iuramenti et beneficium ipsius

f. 63v restitutionis per me notarium infrascriptum, primo certioratus ad petitionem et instantiam dicti Alterii, tutoris predicti, penes dictum iudicem et me notarium, ut publicam personam presentem et stipulantem ut supra, sponte et ex certa scientia fideiussit et voluit teneri et obligatus esse in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus tutor tenetur et obligatus est, teneri et obligari posset occasionibus supradictis et sic promisit et iuravit ad sancta Dei evangelia, sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis predicti tutor et fideiussor et quilibet ipsorum atendere et observare dicto iudici et mihi notario, presenti et stipulanti ut supra, promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et voluerunt pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari coram quocumque iudice vel auditore, renumpsiaverunt in hiis beneficio fori, auxilio Velleiani senatus, epistule divi Adriani, nove constitutionis beneficio et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta vel aliquod

f. 64r predictorum venire possent, ex certa scientia renumpsiaverunt expresse de ipsis beneficio et auxiliis, per me notarium primo certioratus qui tutor predictus sciens se teneri<sup>(e)</sup> ad inventarii confectionem, illo instanti, coram dicto iudice et me notario inventarium facere inchoavit, asserens se invenisse in bonis et hereditate ipsius pupilli et<sup>(f)</sup> pupillarum, in primis medietatem trium domorum<sup>(g)</sup> simul iuntarum, terrinearum<sup>(h)</sup> et solaratarum et cum orto post se et statio ante se, positarum in contrada de Porcariis in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Lellus de Sassolinis, ab alio domina Laurentia, ab alio tenet Rita de Gocdio, ante est via publica<sup>(i)</sup>. Item unam aliam domum, positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Colutia marmorarius et heredes Gosmati marmorarii, ab alio latere tenet domina \*\*\*\*\*<sup>(j)</sup>, ab aliis duobus sunt vie publice. Item unam domum, in qua ipsi tutor et pupilli habitant, cum apotheca<sup>(i)</sup> et rebus spetiarie in ea existentibus, positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Staxi murator, ab alio Sabbas Pauli Vocche, ab<sup>(k)</sup>

f. 64v Item unam vineam, positam extra portam Apiam in contrada que dicitur Vallis Apie, inter hos fines, ab uno latere scilicet ante est via publica, a duobus lateribus est rivus Apie, ab alio Lellus Clavonerii. Item unam vineam, videlicet<sup>(l)</sup> vites ad quartam redendam, positam in proprietate Sancti Thome de Cintheis, ab uno latere tenet dicta ecclesia, ab alio viculus vecinalis, ab alio Capogrosso, ante via publica. Item certas terras, positas in Valle Apie, de quibus pars est locatio ecclesiarum Sancti Petri ad Vincula et monasterii Dompne Rose ad certam annuam pensionem cum certis vineis infra eis positis, inter hos fines, ab uno latere tenet rivus, ab alio viculus vecinalis et alii fines. Item duas petias vitum<sup>(m)</sup>, positas extra portam Apiam in proprietate Sancti Thome de Cintheis, inter hos fines, a duobus lateribus tenet Alterius predictus, ab alio tenet idem ecclesia, ab alio est viculus vecinalis, de quibus omnibus supradictis rebus ad ipsos pupillum et pupillas spectat medietas tantum, que iunte sunt pro indiviso cum alia medietate ipsius Alterii,

f. 65r de quibus omnibus supradictis rebus dictus Alterius dixit se habere corporalem possessionem et protestatur quod si alia bona, debita seu credita ad ipsius tutoris notitiam pervenerint, in presente inventario per me notarium seu per quemcumque alium scribi faciet et annotari, qui dominus iudex, pro tribunali sedens in palatio Campitolii ut supra, in premissis omnibus et singulis et quolibet premissorum suam et dicti sui officii auctoritate interposuit et decretum.

Actum in sala magiori<sup>(n)</sup> palatii Campitolii, presentibus hiis testibus, scilicet domino Iacobo de Magistris Luce causidico, domino Octofredo causidico, Alexio Iohannis Pauli de Rosa et domino Iacobo Cinthii de Thomais ad hec specialiter vocatis et rogatis<sup>(o)</sup>.

<sup>(a)</sup> P “Gergorii” <sup>(b)</sup> Corretta la desinenza del precedente “pupillabus” <sup>(c)</sup> P “relinquid” <sup>(d)</sup> Depennato “et” <sup>(e)</sup> Come sembra, v. doc. 56 f. 78r <sup>(f)</sup> Depennato iub <sup>(g)</sup> Corretto sul precedente “tres domos” <sup>(h)</sup> Corretto sul precedente “iuntas terrineas” <sup>(i)</sup> Depennato salvo <sup>(j)</sup> L’espressione che segue fino a “existantibus” è stata annotata nell’interlinea superiore <sup>(k)</sup> Con la fine del foglio è stato omesso l’altro confine <sup>(l)</sup> Depennato “vite terras” <sup>(m)</sup> Così P <sup>(n)</sup> Così p <sup>(o)</sup> Sul lato inferiore del foglio è stato annotato “completum et restitutum parti”.

49.

1372, agosto 30

Lello Maddaleno mercante di Roma del rione Pigna nomina suoi procuratori Pietro di Cristofano di Bologna della cappella di S. Pietro Maggiore e Bartolomeo di Pietro *Certini* di Firenze, ora abitante a Brescia, della cappella di S. Giovanni con l’incarico di ricevere da Nicola di Lorenzo cittadino romano, canonico della basilica dei XII Apostoli di Roma, procuratore di Stefano *Paloscii* vescovo di Brescia, la somma di 500 fiorini d’oro con la promessa che egli la consegnerà alle persone o agli istituti da lui indicati.

f. 65v <sup>(a)</sup> In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXII pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione X mense augusti die penultimo.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Lellus Madalenus mercator de regione Pinee ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit



constituit creavit et ordinavit suos veros legitimos et generales procuratores actores et factores, negotiorum gestores et numptios speciales seu quocumque alio nomine melius dici potest, videlicet Petrum Christophani de Bononia de cappella Sancti Petri Magioris et Bartholomeum Petri Certini de Florentia nunc morantem in Brescia in cappella Sancti Iohannis, licet absentes tamquam presentes et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, scilicet quos unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire, ad recipiendum, nomine ipsius Lelli et pro ipso, a venerabile viro domino Nicolao Laurentii civi romano, canonico basilice XII Apostolorum de Urbe, procuratore et persona legitime<sup>(b)</sup> reverendi in Christo patris et domini

f. 66r domini Stephani Palosci episcopi brischiensis, deponenti sive assignandi pro ipso Stephano V<sup>c</sup> florenos auri tenendos et conservandos per ipsum Lellum ad mandatum dicti domini Stephani, nec non ad promictendum, quo supra nomine, quod ipse Lellus ipse quinquecentos florenos auri solvet, dabit et assignavit illi persone universitati seu loco cui seu quibus ipse dominus Stephanus, episcopus prefatus, mandavit et pro ipsis solvendis restituendis seu assignandis per ipsum Lellum cui ipsi domino Stephano episcopo placuerit, obligantes ipsum Lellum et bona sua omnia mobilia et immobilia presentia et futura et ad volendum et promictendum, procuratorio nomine quo supra, pro predicta pecunia restituenda sive resignanda posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore, renumpsiavit in hiis feriis et diebus feriatis, beneficio fori et omnibus aliis renumpsiavit oportunis et generaliter ad omnia alia et singula facienda procuranda et exercenda que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum et dependentia ab eisdem essent necessaria

f. 66v et oportuna et que causarum meritum exigunt et requirunt et que ipsemet constituens facere posset si personaliter interesset, relevans ex nunc dictum suum procuratorem ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti et iudicato solvendo cum clausolis oportunis promisit mihi notario infrascripto ut publice persone, presenti et stipulanti vice et nomine omnium quorum interest vel intererit in futurum, nec non servatum<sup>(c)</sup> gratum et firmum habere et tenere omne et quicquid per dictos suos procuratores seu aliquem ipsorum actum factum gestum et procuratum fuerit, sub obligatione bonorum ipsius constituentis mobilia et immobilia presentia et futura et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent. Actum Rome in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Andree Bonianni, Petrutio Iohannis Pauli notario et Laurentio de Seromanis de dicta regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.<sup>(d)</sup>

<sup>(a)</sup> Sul margine superiore del foglio é annotato “completum” <sup>(b)</sup> P “persone” <sup>(c)</sup> P “seratum” <sup>(d)</sup> P “rogatorum”.

## 50.

1372, settembre 16

Il nobile Cinzio *de Frangiapanensibus* del rione Trastevere vende a Lello Maddaleno mercante del rione Pigna le erbe dei tenimenti di Civitella, di Menico e dei fratelli di Monte \*\*\*\*\* e dei prati del castrum Rote a cominciare dalla festa di S. Angelo del mese di settembre in corso fino alla festa di S. Angelo del mese di maggio successivo al prezzo di 75 fiorini d'oro, di 5 castrati e di 5 centinaia di pezzi di cacio. L'acquirente si impegna a versare il denaro per metà a Natale e per l'altra metà a Pasqua.

f. 67r Indictione XI<sup>a</sup> mense septembris die XVI.  
Testes: Iohannes mandatarius, Paulus Mancinus, Iohannes filius Cecchi de Comite.  
Actum in palatio Campitoli.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Cinthius de Frangiapanensibus de regione Transtiberim, ac die presente, sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Lello Madaleno mercatori de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus pro tempore infrascripto, idest erbas grossas et minutas tenimentorum Civitelle et Menici fratuum Montium \*\*\*\*\* et castrum Rote, videlicet pratos dicti castrum Rote spectantes et pertinentiis ad ipsum Menicum et fratres, cum iuribus et pertinentiis ipsarum, videlicet a festo Sancti Angeli de mense septembris presentis usque ad festum Sancti Angeli de mense maii proxime susecuturi, prout consuetum est, ad habendum tenendum pascuandum vendendum etc. nullo iure nulla actione pro dicto tempore dicto<sup>(a)</sup> Cinthio aliquantulum reservato. Hanc autem venditionem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Cinthius, venditor<sup>(b)</sup>, dicto Lello emptori, presenti et stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii LXXV florenos boni<sup>(c)</sup> et

f. 67v quinque castratos et quinque centinaria petiarum casei eo modo quo consuetum<sup>(d)</sup>, quos quidem denarios dictus Lellus Madalenus, emptor, eidem venditori dare et solvere promisit pro medietate in festo Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro et pro alia medietate in festo Pascatis Resurrectionis Domini nostri de indictione proxime futura cum dampnis et expensis abinde in antea faciendis, promisit insuper dictus Cinthius dicto Lello, presenti et stipulanti, quod dicte erbe sunt sue et ad eum spectant et pertinent<sup>(e)</sup> pleno iure et quod nulli alii sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennata una “s” finale <sup>(b)</sup> P “emptor” ma intendasi “venditor” <sup>(c)</sup> Omesso “et puri auri” <sup>(d)</sup> Omesso “est” <sup>(e)</sup> P “pertinet”.



Il nobile Lello Maddaleno mercante del rione Pigna e il nobile Lello figlio del defunto Folco di Pietro di Folco *de Archionibus* del rione Monti, con il consenso del nonno Pietro, stipulano un accordo di fidanzamento ed un patto di parentela: Lello Maddaleno promette a Lello di Folco di dargli in moglie la figlia Andreozia con la dote e gli ornamenti di 550 fiorini d'oro e gli altri oggetti preziosi, convenuti tra le due parti, e reciprocamente intendono realizzare il rapporto di parentela entro il prossimo Natale, a discrezione dei contraenti, sotto pena di mille libbre di provisini del senato. A conferma dell'intesa i convenuti si scambiano il bacio della vera pace.

f. 68r

Indictione XI<sup>a</sup> mense septembris die XX<sup>o</sup>.

In presentia Pauli Andree Bonianni et mei notariorum<sup>(a)</sup> et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Hec sunt fidantie conventiones et pacta, in Dei nomine, habita et firmata solempni stipulatione interveniente inter nobiles viros Lellum Madalenum mercatorem de regione Pinee, ex una parte, et Lellum filium olim Fulci domini Petri Fulci de Archionibus de regione Montium, cum consensu et voluntate dicte Petri avi<sup>(b)</sup> sui, presentis et consensientis, qui Lellus filius dicte olim Fulci primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV seu XX annorum, nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis per nos iam dictos notarios, primo certioratus quid sit et quid dicat ex parte altera, videlicet quod dictus Lellus Maddalenus promisit et solempni stipulatione interveniente, convenit dicto Lello filio dicti olim Fulci, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, dare in suam legitimam uxorem Andreotiam, filiam ipsius Lelli Madaleni,

f. 68v

cum dote et guarnimento<sup>(c)</sup> quingentorum quinquaginta florenorum auri et aliis iocalibus, conventis inter ipsas partes, et se facturum et curaturum quod dicta Andreotia recipiet ipsum Lellum in suum legitimum maritum cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis et versa vice dictus Lellus<sup>(d)</sup> Fulci promisit et solempni stipulatione convenit dicto Lello Madaleno, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine dicte Andreotie filie sue, et nobis notariis ut publicis personis, presentibus recipientibus et stipulantibus pro ipsa Andreotia, recipiet ipsam Andreotiam pro sua legitima uxore cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis, inter ipsas partes conventis, quam parentelam dicte partes complere promiserunt hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum, plus vel minus<sup>(e)</sup>, ad voluntatem partium predictarum, sub pena et ad penam mille librarum provisinorum pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti et nobis notariis ut publicis personis, presentibus et stipulantibus pro ipsis camera et dicta Andreotia, pro quibus omnibus et singulis observandis<sup>(f)</sup>

f. 70r

dicte partes obligaverunt ad alterutrum bona ipsarum partium mobilia et immobilia presentia et futura et ad cautelam omnium premissorum, nomine iuramenti, sese ad invicem dederunt osculum vere pacis, renunptiaverunt in predictis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc.

(a) Depennato "etc." (b) P "avii" (c) Depennato "L" (d) P "Cecchus" ma intendasi "Lellus" (e) P "plux" (f) La successione dei fogli, per un errore di distrazione, passa direttamente dal f. 68v al 70r, come conferma la continuità del formulario, inoltre all'inizio del f. 70r è ripetuto "observandi".

Lello figlio del defunto Folco di Pietro di Folco del rione Monti, con il consenso del nonno Pietro, rilascia una obbligazione a Lello di Maddaleno mercante del rione Pigna, che riceve per sé e per la figlia Andreozia futura sposa di Lello di Folco, sui suoi beni che elenca: la metà della quarta parte del casale detto *Fiestari* del nonno Pietro, situato fuori ponte Nomentano, unito con l'altra metà della cappella degli Archioni della basilica di S. Maria Maggiore di Roma, e con l'altra quarta parte di una pedica di terra di 16 rubbia detto *mons Magior* già del maestro Pietro del maestro Francesco *cirugii*, adiacente alle quarte parti del casale; la metà di 40 falcialte di un prato, situato nel tenimento del casale *Fiestarii*; la metà di due pediche di terra di \*\*\*\* rubbia, nel tenimento dello stesso casale, acquistate da Pietro del defunto Cinzio *de Cancellariis* del rione Colonna; la metà di 8 pezze di terra a vigneto gravate dalla corrisposta del quarto dovuto a \*\*\*, situate fuori ponte Salario; la metà di un palazzo con colonne, chiostro davanti e orto dietro, con sale, camere e stalle, e la metà di *vecinantie Fossaceche*, uniti con l'altra metà di Cecco di Folco *Archionis*, situati nel rione Monti; la metà di un altro palazzo con la quarta parte delle case dette *Terine* con i diritti di vicinanza degli Archioni sulle case e sugli orti, situato nel rione Monti. L'obbligazione é contratta in cambio della dote di Andreozia di 366 fiorini d'oro, 31 soldi e 4 denari di provisini del senato che Lello figlio del defunto Folco dichiara di aver ricevuto.

I contraenti stabiliscono che se Andreozia dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli legittimi, Lello di Folco promette di restituire, entro sei mesi dal decesso, la dote in fiorini d'oro a Lello

Maddaleno, se vivente, o ai suoi eredi; se Lello di Folco dovesse morire prima della moglie, sia con figli nati dal matrimonio o senza figli, la dote che stipula a nome della figlia, sarà restituita, entro sei mesi, per gli eredi; se ancora Andreoza dovesse morire prima del marito dopo aver procreato figli legittimi la dote sarà destinata a loro.

In aggiunta all'obbligazione dotale Lello di Folco offre a Lello Maddaleno, che riceve a nome di Andreoza, una donazione nuziale di 183 fiorini e un terzo d'oro con questi impegni consueti a Roma: se Lello di Folco dovesse morire prima della moglie dopo aver procreato figli dal matrimonio, Andreoza avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale vita natural durante e, dopo la sua morte, la donazione sarà trasferita ai figli; se invece Lello di Folco dovesse morire prima della moglie senza aver procreato figli, Andreoza potrà utilizzare liberamente la donazione nuziale.

Lello di Folco dichiara, con il consenso di Pietro, che i beni pignorati sono di sua proprietà e si impegna, in caso di evizione a rimborsare il doppio secondo la consuetudine di Roma.

Dietro richiesta di Lello di Folco si offrono quali garanti, in caso di evizione, Francesco di Folco, Pietro di Folco, Buzio di Oddone *Archionis* e Giovanni *Archionis* e si impegnano ad ottenere il consenso di \*\*\*\*\* moglie di Pietro di Folco.

Eodem mense, indictione et die et coram dictis testibus.

In presentia dicti Pauli et mei notariorum et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Lellus filius olim Fulci<sup>(a)</sup> Petri domini Fulci de regione Montium, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV seu XX annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa, nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis, per nos iam dictos notarios primo certioratus qui<sup>(b)</sup> et quid dicant, ac die presente, cum consensu et voluntate dicti Petri domini Fulci avi<sup>(c)</sup> sui, presentis et consensientis, sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et in pignus dotale posuit supra dicto Madaleno mercatori de regione Pinee, presente et recipiente ac legitime stipulante pro se et

f. 70v

vice et nomine dicte Andreetie, filie sue, puelle sponse future uxoris, Domino concedente, ipsius Lelli Fulci suorumque heredum et successorum et nobis notariis ut publicis personis, presentibus et stipulantibus vice et nomine Andreetie, et ad ipsum Andreetie opus et utilitatem, idest integram medietatem quartam partem cuiusdam casalis ipsius Petri, avi ipsius Lelli, quod vocatur Fiestari, positi extra pontem Numentanum, iunto pro indiviso cum alia medietate cappelle<sup>(d)</sup> Archioninorum, site in basilica Sancte Marie Magioris de Urbe, et pro diviso cum alia quarta parte Butii et Iohannis Archionis et Petri avi ipsius Lelli, inter hos fines, ad totum dictum casale, ab uno latere tenet basilica Sancte Marie Magioris, ab alio Palaçeptus, ab alio Ciaffus de Thedallinis. Item medietatem cuiusdam pedice terre XVI rublorum que vocatur mons magior, que quondam fuit magistri Francisci cirugii, condigua<sup>(e)</sup> dicte quarte partis dicti casalis. Item medietatem XL falciatarum prati, positi in tenimento dicti casalis Fiestarii. Item medietatem duarum pedicarum terre, simul iuntas, \*\*\* rublorum terre, infra tenimentum dicti casalis, quas dictus

f. 71r

Petrus emit a quondam Cinthio de Cancellariis de regione Columpne ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberas et exemptas ab omni nesso servitutis, iure canonis sive census cum terris cultis et incultis, montibus, vallibus, planis, planitiis, silvis, stirpis, aquis, fontibus rivis et aquarum decursibus. Item integram medietatem VIII petiarum terrarum vineatarum, in quibus habent vites ad quartam redendam \*\*\*<sup>(f)</sup> ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberas et exemptas ab omni nesso servitutis, iura canonis sive census, que vinee posite sunt extra pontem Salarium inter hos fines, ab uno latere tenet \*\*\*.<sup>(g)</sup> Item integram medietatem unius palatii columpnati cum reclaustro<sup>(h)</sup> ante se, cum orto post se, cum salis cameris, stabulis, iunto pro indiviso cum alia medietate Cecchi domini Fulci Archionis, cum medietate vecinantie Fossaceche, iunte pro indiviso cum alia medietate Cecchi predicti, cum iuribus et pertinentiis dicte vecinantie, posite in regione Montium, inter hos fines, ab uno latere tenet Cecchus domini Fulci, ab alio idem Cecchus, ante via publica \*\*\*.<sup>(i)</sup> Item medietatem unius alterius palatii cum quarta parte domorum que vocantur Terine cum iure vecinantie Archioninorum, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Lellus, ab alio ecclesia Sancti Andree de Biberatica, ab alio dicta basilica, a pede flumen est \*\*\*<sup>(j)</sup>

f. 71v

cum iuribus domorum et ortorum spectantium et pertinentium ad dictam vecinantiam, positi in regione Montium, inter hos fines ab uno latere tenet idem Cecchus domini Fulci, ab alio Nicolaus Archionis, ab alio sunt vie publice vel si qui sunt ad predicta omnia, plures vel veriores confines antiqui vel moderni cum omnibus earum et cuiuslibet ipsarum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introytibus et exitibus earumdem et cuiuslibet ipsarum et generaliter dictus Lellus obligans obligavit et pignore posuit dicto Madaleno, presenti et stipulanti ut supra, omnia alia et singula bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, que nunc habet et in futurum aquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt ac matrimonium inter eos. Hoc autem pignus et hanc obligationem et que dicta sunt et infra dicentur prefate dictus Lellus Fulchi Petri domini Fulci, cum consensu et voluntate dicti Petri avi sui, presentis et consensientis, eidem Lello Madaleno, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et nobis notariis ut publicis personis, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus vice et nomine dicte Andreetie et ad

- ipsius Andreotie opus et utilitatem suorumque heredum et suorum, fecit pro dote et nomine dotis ipsius Andreotie trecentorum LXXVI florenorum boni et puri auri iusti et recti ponderis, solidorum XXXI et denariorum quatuor denariorum senatus<sup>(k)</sup>, quos
- f. 72r III<sup>c</sup>LXVI<sup>(l)</sup> florenos auri et solidos XXXI et denarios IIII<sup>or</sup> et dotem predictam dictus Lellus Fulci domini Petri Fulci presentialiter numeraliter et manualiter a dicto Lello Madaleno recepit et habuit, de quibus III<sup>c</sup>LXVI florenis auri, solidos XXXI, denariis IIII<sup>or</sup> et dote predicta dictus Lellus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum, non habitorum dictorum III<sup>c</sup>LXVI florenorum auri, solidorum XXXI et denariorum IIII<sup>or</sup> et dotis predictae non habite et non recepte exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat dictam Andreotiam premori dicto Lello, futuro viro suo, sine filiis ex eis legitime procreatis, tunc in eo casu promisit dictus Lellus Fulchi Petri domini Fulchi dicto Lello Madaleno, presenti et recipienti et legitime stipulanti, dictam dotem, videlicet dictos III<sup>c</sup>LXVI florenos auri et duas tertias<sup>(m)</sup> partes ulterius floreni auri dicto Lello Madaleno redere et restituere in pecunia numerata et florenis de auro et non in alia specie seu re, infra dimidium anni computando a die obitus ipsius Andreotie, si ipse Lellus Madalenus tunc visserit alias cui ipse Lellus commiserit vel lex dederit; si vero contingat ipsum Lellum filium olim dicti Fulchi premori Andreotie predictae filie ipsius Lelli Madaleni, future uxori sue, tam cum filiis quam sine
- f. 72v ex eis legitime procreatis, tunc infra dimidium anni a die eius obitus computando dictam dotem, videlicet dictos III<sup>c</sup>LXVI florenos auri, solidos XXXI et denarios IIII<sup>or</sup> provisorum senatus dicto Lello Madaleno, presenti et stipulanti pro dicta Andreotia, filia sua, aut ipsi Andreotie per heredes et successores suos, in florenis de auro et pecunia numerata et non in alia specie seu re, redi et restitui voluit et mandavit ac promisit; si vero contingat ipsam Andreotiam premori dicto Lello, futuro viro suo, cum filiis communiter ex eis procreatis, quod tunc in dicto casu dicta dox sit et esse debeat dictorum filiorum communium ipsius Andreotie<sup>(n)</sup> et dicti Lelli, viri sui; in superfluo autem dicti pignoris dictus Lellus filius dicti olim Fulchi Petri avi sui, presentis et consensientis, in dictis bonis superius obligati et in aliis bonis ipsius Lelli que nunc habet et in futurum est, propter nuptias donavit dicto Lello Madaleno, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine dicte Andreotie filie ipsius Madaleni<sup>(o)</sup>, future uxoris ipsius Lelli Fulchi<sup>(p)</sup>, centum octuaginta tres florenos et unum tertium alterius floreni auri, sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod, si contingat, dictum Lellum Fulchi premori dicte
- f. 73r Andreotie, future uxori sue, filie dicti Lelli Madaleni filiis communibus ex eis existentibus, tunc in eo casu dicta Andreotia dictam donationem habeat et habere et habere debeat ad usumfructum, toto tempore vite sue, datum per eam ydoneam fideiussit cautionem, dictam donationem dictis communibus filiis resignandam, tempore a iure statuto, ea vero mortua, ipsa donatio et eius proprietates ad dictos<sup>(q)</sup> communes filios pleno iure libere revertatur; si vero contingat ipsum Lellum, futurum virum dicte Andreotie, premori dicte Andreotie, sine filiis ex eis communiter natis, tunc in eo casu dicta Andreotia ipsam donationem habeat ad proprietatem pleno iure ad facendum de ea quicquid sibi perpetuo<sup>(r)</sup> placuerit, quia sic actum et conventum extitit inter eos, promisit insuper dictus Lellus obligans cum consensu et voluntate prefati Petri, presentis et consensientis, dicto Lello, presenti et stipulanti pro se et dicta Andreotia filia sua, et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus pro ipsa Andreotia, quod dicta bona suoerius obligata sunt ipsius Lelli obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata, largo sumpto<sup>(s)</sup> vocabulo obligationis,
- f. 73v nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in prejudicium presentis contractus obligationis predictae in totum nec in parte et si contrarium aliquo tempore appareret in ea propterea ipse Lellus aut dicta Andreotia vel sui heredes et successores molestarentur promisit dictus Lellus obligans dicto Lello Madaleno, presenti et stipulanti ut supra, et nobis notariis ut publicis personis recipientibus et stipulantibus ut supra, ipsos defensare iniudiciop et extra iudicium omnibus suis sumptibus et expensis et se in primum, secundum et tertiiudicium sumereet finaliter si evictio aliqua sequeretur in totum vel in parte, promisit dictus Lellus obligans, pro se et herede s et successores suos, dicto Lello Madaleno, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et nobis notariis ut publicis personis ut supra stipulantibus, ipsam evictionem de aliis bonis propriis ipsius Lelli obligantis redere et restituere duplicatis etiam si in totum evincerentur et si in parte in ea parte in qua evinceretur, asserens dictus<sup>(t)</sup> Lellus obligans talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in premissis
- f. 74r in promissionibus evictionum quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto cum dampnis expensis et interesse quacumque ex causa ipsa evictio sequeretur, de quibus dampnis expensis et interesse dictus<sup>(u)</sup> Lellus obligans stare et credere voluit et promisit solo simplici sacramento ipsius Lelli Madaleni aut dicte Andreotie vel heredum et suorum ipsorum sine alterius honore probationis iudicis taxatione arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluit et promisit pro plena et sufficienti probatione ceterisque aliis probationibus dictus Lellus obligans, ex certa scientia, renumpsiavit expresse et si, ut dictum est, hec omnia observata fuerint tunc hec carta sit inefficax et nullius valoris, alioquin liceat ipsi Lello et ipsi Andreotie et heredibus et successoribus eorum dicta bona superius obligata libere capere intrare

tenere possidere uti frui<sup>(w)</sup> vendere donare et de eis facere quicquid eis perpetuo placuerit donec de dictis dote et donatione fuerit eis integre persolutum cum dampnis expensis et interesse,

f. 74v

ut supra dictum est, et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Lelli obligantis penes dictum Lellum<sup>(x)</sup> Madalenum, presentem et stipulantem pro se et vice et nomine dicte Andreotie filie sue, et nobis notariis ut publicis personis, presentibus et stipulantibus ut supra

- Franciscus domini Fulci
- Petrus domini Fulci
- Butius Oddonis Archionis
- Iohannes Archionis

omnes de regione Montium, quilibet ipsorum in solidum, sponte precibus et rogatu dicti Lelli Fulci fideiusserunt et promiserunt dicta bona per dictum Lellum obligantem pro dictis dotis et donatione obligati sunt ipsius Lelli<sup>(y)</sup> obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata, largo sumpto vocabulo alienationis in totum nec in parte nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium, aliquo tempore appareret, voluerunt dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum teneri de evictione prout et

f. 75r

sicut ipse principalis tenetur et obligatus est in casu evictionis predictae, promiserunt insuper dictus Lellus obligans et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum eidem Lelli Madaleno, presenti et stipulanti ut supra, et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus ut supra, in predictis et quolibet predictorum facere consentire dominam \*\*\*\*\* uxorem dicti Petri et omnem aliam personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad petitionem et requisitionem dicti Lelli et dicte Andreotie suorumque heredum et successorum, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Lellus obligans et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt dicto Lello Madaleno, presenti et stipulanti ut supra, et nobis notariis ut publicis personis ut supra stipulantibus, omnia eorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et eo quantum ad hec, nomine dictorum Lelli et dicte Andreotie tenere et possidere precario<sup>(z)</sup> recognoverunt et voluerunt, pro predictis, dictus principalis et fideiussores et quilibet ipsorum posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice

f. 75v

vel auditore, renumpsiaverunt in hiis feriis et diebus feriatis, beneficio fori, epistule divi Adriani, beneficio nove constitutionis de duobus vel pluribus reis debendis cedendis et dividendis actionum et illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum et argentum nec aliqua mobilia quod possit obferre creditori suo de stabilibus suis penitus eidem Lello Madaleno satisfacere promiserunt<sup>(aa)</sup> in casu evictionis predictae in pecunia numerata et non in alia specie seu re, omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus, iuribus canonico et civili, statuto et consuetudine Urbis, quibus contra predicta venire possent vel quomodolibet se tuere dicti principalis et fideiussores et quilibet ipsorum, ex certa scientia, renumpsiaverunt expresse. Que quidem omnis et singula supradicta dictus Lellus obligans et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum dicto Lello Madaleno, presenti et stipulanti ut supra<sup>(bb)</sup>, et nobis notariis, ut supra stipulantibus, attendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

Actum Rome in ecclesia Sancti Marci, presentibus hiis testibus, scilicet domino Laurentio domini Petri, domino Tadeo, domino Petro Nicolai Iacobi et domino Marcho de Amatescis iurisperito ad hec specialiter vocatis et rogatis et Laurentio de Amadeis scribasenatu, Iohanne de Cinthiis cancellario.

<sup>(a)</sup> Depennato "domini" <sup>(b)</sup> Depennata una "d" finale <sup>(c)</sup> P "avii" e così nei casi che seguono <sup>(d)</sup> Ripetuto "cappelle" <sup>(e)</sup> Così P <sup>(f)</sup> È stata lasciata in bianco una riga circa ed è stato omessa l'indicazione del destinatario della corrisposta <sup>(g)</sup> I confini sono stati omessi ed è stata lasciata in bianco una riga e mezza. <sup>(h)</sup> Così P <sup>(i)</sup> È stata lasciata in bianco mezza riga <sup>(j)</sup> È stata lasciata in bianco mezza riga <sup>(k)</sup> Così P <sup>(l)</sup> Corretto sul precedente "III<sup>e</sup>LXXI" <sup>(m)</sup> È stato inserito nell'interlinea superiore "duas" ed è stato corretto "tertiam" in "tertias" <sup>(n)</sup> Depennato "domine" <sup>(o)</sup> Omesso "future" <sup>(p)</sup> Depennato pres <sup>(q)</sup> P "adictos" <sup>(r)</sup> Depennato lo <sup>(s)</sup> P "superto" <sup>(t)</sup> Depennato "Cecchus" <sup>(u)</sup> Depennato "Cecchus" <sup>(w)</sup> P "flui" <sup>(x)</sup> Depennato "Le" <sup>(y)</sup> Ripetuto "Lelli" <sup>(z)</sup> P "plecario" <sup>(aa)</sup> L'espressione che segue fino a "supradicta" è stata annotata nell'interlinea superiore <sup>(bb)</sup> L'espressione che segue fino a "stipulantibus" è stata annotata nell'interlinea superiore.

### 53.

1372, settembre 20

Lello figlio del defunto Folco di Pietro di Folco del rione Monti e Andreozia figlia di Lello Maddaleno mercante del rione Pigna contraggono il matrimonio con il rito della subarratio notarile *per verba de presenti*: interrogati dai notai presenti Paolo di Andrea di Buonanno e da Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Lello infila l'anello d'oro con gemma nel dito anulare della mano destra di Caterina, mentre i notai pronunziano solennemente la formula tratta dal precetto evangelico.

Il matrimonio fu celebrato nella casa di Lello mentre gli altri contratti (v.docc. 51 e 52) furono stipulati nella chiesa di S. Marco.

f. 76r

Eodem anno, mense et die.

Consumatum fuit matrimonium, per verba de presenti, inter dictos Lellum et Andreotiam, videlicet quod dictus Lellus interrogatus per nos iam dictos notarios si volebat in suam legitimam uxorem dictam Andreotiam filiam dicti Lelli Madaleni, qui sponte respondit “Volo” et versa vice dicta Andreotia interrogata si volebat ipsum Lellum filium dicti olim Fulci in suum legitimum maritum, que sponte respondit “Volo” et sic illo tunc dictus Lellus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso, intervenientibus verbis per nos iam dictos notarios dictis “Quod Deus coniunsit homo on separet” subaravit eandem, mictendo dictum<sup>(a)</sup> anulum in digito anulari manus dextre ipsius Andreotie.

Actum Rome in domo dicti Lelli, presentibus hiis testibus, scilicet domino Francischo et Butio filiis olim Iordani de Ursinis, Iohanne de Cinthiis cancellario, Laurentio de Amedeis scribesenatu, Butio Bastardella ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Depennata una “s”.

54.

1372, settembre 22

Oddolina vedova di Lello di Corraduzio *Mastronis* del rione Pigna presentatasi davanti a Oddofredo, giudice palatino e camerario di Roma, che é insediato in un podio davanti la chiesa di S. Maria *de Aracelis*, racconta che il marito defunto aveva destinato lasciti a lei, al fratello Alterio, al figlio Lorenzo e alle figlie Caterina, Agnese e Maria, descritti nel testamento rogato dal notaio Paolo *de Seromanis* (v. doc. 38): tra le altre disposizioni era stata designata tutrice dei figli pupilli, insieme ad Alterio fratello di Lello, perciò chiede la conferma della sua nomina. Il giudice Oddofredo ritenuta giusta la richiesta dà il suo consenso e, con l'autorità che gli deriva dal suo ufficio, la nomina tutrice e pronunzia ufficialmente la formula dell'investitura. Oddolina promette, a sua volta, di compilare l'inventario dei beni entro il termine stabilito, sotto pena di 500 libbre di provisini del senato, di non unirsi in seconde nozze durante il periodo di tutela e, alla fine del mandato, di provvedere a rendere conto della sua amministrazione agli stessi pupilli tutelati.

Dietro richiesta di Oddolina si offre quale garante Nicola di Angelo scriniarii detto *Colassi* mercante del rione Pigna.

Oddolina e il garante cominciano, davanti al giudice ed al notaio, ad elencare l'inventario dei beni che comprendono: la metà di tre casa unite insieme con orto dietro e porticato davanti, situate nella contrada *de Porcariis* nel rione Pigna; una casa, nella quale abitano la tutrice ed i pupilli, con la bottega, situata nel rione Pigna; una vigna, situata fuori della porta Appia nella contrada detta *Vallis Apie*; una vigna gravata dalla corrisposta del quarto, situata nella proprietà di S. Tommaso de *Cintheis*; alcune terre con alcune vigne, situate nella Valle Appia, una parte delle quali sono state locate dalle chiese di S. Pietro *ad Vincula* e del monastero di *Dompne Rose* per un certo canone annuo; due pezze di vigneto, situate fuori della porta Appia nella proprietà di S. Tommaso *de Cintheis*. La metà di tutti questi beni spetta ai pupilli e l'altra metà ad Alterio, il quale dichiara di averne il possesso e di riceverne i proventi.

Nell'inventario é infine aggiunta la metà degli oggetti, delle masserizie e delle botti che si trovano nella bottega o in altri luoghi presso Alterio.

Oddolina dichiara ancora che nell'eredità é compresa la sua dote e 100 fiorini d'oro, lasciategli dal marito come risulta nel testamento, e la metà del denaro e delle altre cose che il defunto Lello aveva in comune con Alterio e che dovevano ricevere da vari debitori, come risulta dal registro conservato presso lo stesso Alterio. Oddolina dichiara che se avrà notizia di debiti o di crediti li annoterà nell'inventario e finché sarà in possesso dei beni non sarà tenuta a renderne conto.

Il giudice conferma le dichiarazioni con il sostegno della sua autorità.

f. 76v

Die XXII, mense septembris.

In presentia mei notarii etc. Constituta personaliter domina Oddolina uxor olim Lelli Corradutii *Mastronis* de regione Pinee coram sapiente viro domino Oddofredo iudice palatino et camerario Urbis, pro tribunali sedente in podiis ante ecclesiam Sancte Marie de *Aracelis*<sup>(a)</sup>, dixit exposuit et narravit quod dictus olim Lellus maritus suus decesserit<sup>(b)</sup> relictis ipsa domina Oddolina uxore, Alterio fratri suo, Laurentio filio ipsius, Catherina, Agnete et Maria filiabus suis feminis pupillo et pupillabus, condito per ipsum Lellum testamento ut patet manu mei notarii, in quo quidem suo testamento dictis pupillo et pupillabus, tutores testamentarios<sup>(c)</sup> fecit et decrevit et ordinavit, videlicet dictam dominam Oddolinam, uxorem suam, matrem dictorum pupillorum et dictum Alterium, fratrem ipsius Lelli, idcircho dicta domina Oddolina cum ipsa sit tutris testamentaria et de iure tutele<sup>(d)</sup> dictorum pupillorum filiorum ipsius et dicti olim Lelli ad eam devolvatur, petiit a ipso domino iudice se confirmari tutricem dictorum pupillorum filiorum ipsius et dicti olim Lelli olim viri sui et sibi decrevi amministrazione eorumdem persone, res et bona dictorum pupillorum per eam regantur, videantur, abentur<sup>(e)</sup>, regantur<sup>(f)</sup> et gubernentur ac etiam defendantur et indefensos nullatenus dimictantur.

f. 77r

Qui dominus Oddofredus iudes predictus<sup>(g)</sup>, sedens pro tribunali ut supra, videns et concernens ipsam petitionem iustam fore confirmavit ipsam dominam Oddolinam tutricem dicti pupilli et dictarum pupillarum,

fili et filiarum ipsius et dicti olim Lelli olim viri sui, ipsa Oddolina, presente volente et acceptante ipsam tutelam et officium tutele predictae, dicens dictus dominus iudes dicte domine Oddoline “Esto tutris et ego auctoritate mei officii te tutricem confirmo dictorum pupillorum filii et filiarum tuorum et dicti olim Lelli viri tui ipsorumque personas, bona et res universaliter et particulariter vide, rege, protege et governa ac etiam ministrare”, que domina Oddolina, tutris predicta, promisit dicto domino iudici et mihi notario infrascripto ut publice persone, presenti et stipulanti vice et nomine dictorum pupillorum filii et filiarum tuorum et omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, ac iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis, personas et bona dicti pupilli et pupillarum bene fideliter legaliter videre, gerere, custodire, ministrare defendere et indefensos nullatenus preterire, utilia facere et inutilia pretermittere de bonis et rebus, debitis et creditis dicti pupilli et pupillarum, inventarium facere infra tempus a iure premissum, sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisorum, pro medietate

f. 77v

camere Urbis et pro alia medietate dictis pupillis et mihi notario, ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsis camera et pupillis, et tempore finite tutele redere rationem administrationis sue ipsis pupillo et pupillibus vel cui de iure debeat et reliqua facere ad utilitatem ipsorum pupilli et pupillarum, nec non ad utilitatem ipsorum facere curatores eo semper salvo quod semper uti valeant veritatem, insuper promisit dicta tutris dicto domino iudici et mihi notario, recipienti et stipulanti ut supra, durante officium dicte tutele non transire ad secunda vota et ad hec ad instantiam et petitionem dicte domine Odoline, tutricis predictae, penes dictum dominum iudicem et me notarium ut publicam personam, presentem et stipulantem ut supra<sup>(h)</sup>; Nicolaus Angeli scribarii dictus alias Colassi mercator de regione Pinee, sponte et ex certa scientia fideiussit<sup>(i)</sup> in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluit teneri et obligatus esse in omnibus et per omnia in quibus et ad que dicta tutris tenetur et obligata est teneri et obligari posset occasione predicta et sic promisit et iuravit ad sancta Dei evangelia sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicta tutris et dictus eius fideiussor et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt dicto domino iudici et mihi notario

f. 78r

ut publice persone, presenti et stipulanti ut supra, obligaverunt et pignori posuerunt omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt, pro predictis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica, quam seculari coram quocumque iudice vel auditore, renuntiantes in hiis beneficio fori, auxilio Velleiani senatus, epistule divi Adriani, nove constitutionis beneficio et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent, ex certa scientia renuntiaverunt expresse de hiis beneficio et auxiliis, per me notarium primo certioratus que tutris predicta sciens se teneri ad inventarii confectionem, illo instanti, coram dicto domino iudice et me notario infrascripto inventarium facere inchoavit asserens se invenisse in bonis et hereditate dictorum pupilli et pupillarum. In primis medietatem trium<sup>(j)</sup> domorum simul iuntarum cum orto post se et statio ante se, positarum in contrada de Porcariis in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Lellus de Sassolinis, ab alio domina Laurentia, ab alio Rita Gocii, ante est via<sup>(k)</sup>. Item unam aliam domum, positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Colutia marmorarius et heredes Gosmati marmorarii,

f. 78v

ab alio latere tenet domina \*\*\*\*\*, a duobus lateribus sunt vie publice. Item unius alterius domus, in qua ipsa tutris et pupilli habitant, cum apotheca, posite in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Staxi murator, ab alio Sabbas Pauli Vocche, ante via publica. Item unius vinee<sup>(l)</sup>, posite extra portam Apiam in contrada que dicitur Vallis Apie, inter hos fines, ab uno latere est via publica, a duobus lateribus est rivus Apie, ab alio Lellus Clavonerii. Item unius vinee, videlicet vitum ad quartam redendam, posite in proprietate Sancti Thome de Cintheis, ab uno latere tenet dicta ecclesia, ab alio viculus vecinalis, ab alio Capograsso, ante est via publica. Item certarum terrarum, positarum in Valle Apie, de quibus pars est locatio ecclesiarum Sancti Petri ad Vincula et monasterii Dompne Rose ad certam annuam pensionem cum certis vineis infra eis positis, inter hos fines, ab uno latere tenet rivus, ab alio viculus et alii fines. Item duarum petiarum vituum, positarum extra portam Apiam in proprietate Sancti Thome de Cintheis, inter hos fines, a duobus lateribus tenet ipsi pupilli et Alterius predicti, ab alio dicta ecclesia, ab alio viculus vecinalis<sup>(m)</sup>, que omnes supradicte possessiones iunte sunt pro indiviso cum alia medietate dicti Alterii, de quibus omnibus supradictis rebus dixit dictum

f. 79r

Alterium possessionem habere et fructus percipere. Item medietatem integram omnium et singularum rerum et massariorum, vegetum et aliorum quorumcumque ipsorum in apotheca et alibi ubicumque existentia, que sunt penes Alterium memoratum. Item dixit se invenisse in dicta hereditate debitum dotis sue et iurium dotialium et C florenos auri per dictum olim Lellum virum suum sibi relictorum, prout in suo testamento latius continetur. Item medietatem integram omnium quantitatis pecunie et aliarum rerum quas dictus olim Lellus communiter cum dicto Alterio recipere debebant et debent a quibuscumque personis et locis, secundum quod in cartulario ipsorum plene apparet, quod cartularium dixit esse penes dictum Alterius et protestatur quod si alia bona, debita seu credentia ad eius notitiam pervenerint, in presente inventario seu alio per me sive per alium notarium scribi faciet et annotari, protestatur etiam quod donec de predictis rebus et bonis mobilibus et immobilibus corporalem possessionem habuerit non teneatur de eis redere rationem, qui



dominus iudes, pro tribunali sedens et supra in loco predicto, in predictis omnibus et singulis et quolibet premissorum suam et dicti sui officii auctoritatem interposuit et decretum.

Actum in loco predicto, presentibus hiis testibus, scilicet dominus Iacobus Cinthii de Thomais, Cecchus Blaxioli, Nutius Petri Guictonis civibus romanis ad hec specialiter vocatis et rogatis.

- (a) Depennato “pro” (b) P “decessit” (c) P “testamentario” (d) P tutela (e) Così P (f) Così P ripetuto (g) Depennato “vis”  
(h) L’espressione che segue fino a “Pinee” é stata annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo  
(i) Depennato “omnibus” (l) Corretto sul precedente “tres” (k) P “vina” (l) Corretto sul precedente “una” (m) P “vecinalibus”

55.

1372, settembre 30

Pietro di Giacomo *Iudicis Angeli* del rione Pigna concede *ad melioramentum* a Tuzio di Giovanni di Gentile del rione Trastevere l’allevamento di 411 porci, nel quale sono comprese 33 scrofe feconde e 3 scrofe vecchie, stimate di comune accordo 285 fiorini d’oro.

Tuzio dichiara di aver già ricevuto le bestie, assicura di curare l’allevamento e, al tempo della divisione degli animali, sarà detratto il valore di 285 fiorini d’oro mentre il resto dell’allevamento sarà diviso per metà.

f. 79v

Indictione XI<sup>a</sup> mense septembris die XXX<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Marronis, Cola Andree et Anthonius Amati de Urbe.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus domini Iacobi Iudicis Angeli de regione Pinee sponte dedit et concessit ad melioramentum<sup>(a)</sup> Tutio Iohannis domini Gentilis de Transtiberim, presenti et recipienti, III<sup>c</sup>XI porcos ipsius Petri, inter quos sunt triginta tres scrofes grosse et tres veteres, extimatos de communi partium voluntate II<sup>c</sup>LXXXV florenos auri, quos porcos dictus Iohannes<sup>(b)</sup> confessus fuit penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum vocavit et renumpiavit exceptioni non assignatorum non habitorum dictorum porcorum, exceptioni doli mali etc. quos porcos dictus Iohannes<sup>(c)</sup> eidem Petro tenere et custodire bene et legaliter promisit ad omnem usum et consuetudinem boni melioramenti et, tempore divisionis fiende, deductos per ipsum Petrum dictos II<sup>c</sup>LXXXV florenos auri, totum residuum per medietatem dividatur inter eos, quia sic actum et conventum extitit inter eos, promicentes ad alterutrum predicta servare sub obligatione bonorum eorum etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

- (a) P “amelioramentum” (b) Così P, ma intendasi come sopra “Tutius Iohannis” (c) Così P, ma intendasi come sopra “Tutius Iohannis”.

56.

1372, ottobre 2

Lello \*\*\*\*\* Mancini fabbro del rione di S. Eustachio presentatosi davanti a Paolo di Cinzio *de Cancellariis*, vicario del cardinale \*\*\*.

f. 80r

Indictione XI<sup>a</sup> mense octubris die II<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Mancinus, Mactheolus Sassi et Iulianus Tutii Carli.

In presentia mei notarii etc. Constitutus personaliter Lellus \*\*\*\*\* Mancini ferrarius de regione Sancti Eustachii coram venerabile viro domino Paulo Cinthii de Cancellariis, asserentes se vicario reverendissimi in Christo patris et domini \*\*\*<sup>(a)</sup>

- (a) L’atto è stato interrotto: segue mezzo foglio in bianco e il successivo f. 80v in bianco.

57.

1372, ottobre 24

Stefano figlio del defunto Pietro *de Occidimennunis* del rione Monti di Roma ora residente a Perugia rilascia una quietanza al fratello Lorenzo per il rimborso di una somma di 207 fiorini d’oro. Lorenzo aveva riscosso 160 fiorini attraverso Giovanni di Pietro *Guctonis* del rione Pigna e 30 fiorini attraverso Lorenzo di Nardo *Ameternini*: il resto della somma riguarda l’usufrutto dei beni e dei crediti di Stefano. Nel conteggio del rimborso Stefano riconosce le spese fatte da Lorenzo per il mantenimento di sua moglie Paola e della figlia \*\*\*\* durante il periodo nel quale egli studiava a Perugia.

f. 81r

Indictione XI<sup>a</sup> mense octubris die XXIII<sup>o</sup>.

Testes: Tutius Tordonerii, Iohannes Laurentii de Mutis et Palonus Laurentii Tordonerii de Urbe.

Actum Perusii in ospitio Leonis.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus Stephanus filius olim domini Petri de Occidimennuno<sup>(a)</sup> de regione Montium de Urbe nunc morantis in predicta civitate Perusii ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit domino Laurentio fratri suo germano, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales



utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas, que et quas ipse dominus Stephanus nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsum dominum Laurentium et bona sua, pretestu et occasione ducentorum septem florenorum auri quos ipse dominus Laurentius recepit pro ipso Stephano et de pecunia ipsius domini Stephani, videlicet a

f. 81v domino Iohanne Petri Guiconis de Urbe de regione Pinee CLX florenos auri. Item a Laurentio Nardi Amiternini XXX<sup>ta</sup> florenos auri, residuum autem de fructibus et obventionibus que obvenerunt ipsi domino Laurentio tum de fructibus possessionum ipsius domini Stephani et dictorum florenorum quam a quibuscumque aliis debentibus solvere ipsi domino Stephano et generaliter de omni eo quod dictus dominus Stephanus eidem domino Laurentio petere et exigere posset occasionibus supradictis et qualibet ipsarum et dependentium ab eis. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus dominus Stephanus fecit eidem domino Laurentio fratri suo, presenti et stipulanti ut supra, pro eo quod confessus fuit et in veritate recongnovit ipsos florenos in parte ab ipso domino Laurentio recepisse et in parte, videlicet in residuo solutionis fecisse per ipsum dominum Laurentium pro substentatione domine Paule, uxoris dicti domini Stephani, et \*\*\*\* filie sue, tempore quo ipse dominus Stephanus stetit in civitate Perusii ad studendum, de quibus omnibus supradictis CCVII florenis auri dictus dominus Stephanus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum et non receptorum dictorum florenorum, modo et forma pro predictis, exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future receptionis etc. et promisit dictus dominus

f. 82r Stephanus eidem domino Laurentio, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta iura dictorum florenorum nulli alii persone universitati seu loco sunt vendite date donate cesse concesse pignorate alienate nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione prout iura voluit, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus dominus Stephanus eidem domino Laurentio, fratri suo, obligavit omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etiam diebus feriatis, quibus ferris renumpiavit expresse et in omni cura tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice renumpiavit in hiis beneficio fori etc.

<sup>(a)</sup> Così P, ma intendasi come nel doc. 58.

**58.**

**1372, ottobre 24**

Stefano figlio del defunto Pietro *de Occidimennunis* di Roma del rione Monti ora residente a Perugia in studio riceve in deposito dal fratello Lorenzo di Pietro causidico la somma di 50 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

f. 82v Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

Actum in loco predicto.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup> dominus Stephanus domini Petri de Ocidimennunis de Urbe de regione<sup>(b)</sup> Montium nunc in civitate Perusii in studio commorante ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit se in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes se habere et tenere a domino Laurentio domini Petri causidico frate suo germano, presente et legitime stipulante pro se suisque heredibus et successoribus vel cui seu quibus ipse dominus Laurentius dare et concedere voluerit, idest quinqueginta florenos boni et puri auri iusti et recti ponderis quos confessus fuit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit excetioni non solutorum non habitorum dictorum L florenorum auri etc. et ipsos L florenos auri et dictum depositum dictus dominus Stephanus eidem domino Laurentio tenere custodire et salvos facere promisit ad omnem ipsius resicum periculum et fortunam, scilicet incendii

f. 83r etc. et eidem domino Laurentio redere et restituere promisit in pecunia numerata et non in alia specie seu re ad omnem petitionem requisitionem et voluntatem dicti domini Laurentii cum dampnis et expensis abinde in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus dominus Stephanus<sup>(c)</sup> eidem domino Laurentio obligavit et pignore posuit omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine ipsius domini Laurentii, tenere et possidere constituit et precario<sup>(d)</sup> recongnovit et voluit pro predictis omnibus et singulis et quolibet premissorum posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia et coram quocumque iudice etc. renumpiavit in hiis ferriis, beneficio fori, epistule divi Adriani etc.<sup>(e)</sup>

<sup>(a)</sup> Sul lato destro del foglio, in continuazione della riga, é stato annotato con inchiostro più chiaro "missum" <sup>(b)</sup> Depennato "Pinee"  
<sup>(c)</sup> Depennato "Laurentius d" <sup>(d)</sup> P "plecario" <sup>(e)</sup> Segue un terzo di foglio in bianco e il successivo f. 83v in bianco.

Cola della Vangiora del rione Colonna fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a sette testimoni, e nomina erede la figlia Caterina moglie di Lorenzo di Giacomello *Gallotie* alla quale lascia la dote da lui assegnatale al tempo del contratto matrimoniale con Giacomello.

Destina alla chiesa di S. Nicola *in Forbitorio*, a suffragio della sua anima, 10 libbre di provisini del senato per i lavori di riparazione della chiesa.

Lascia alla moglie Lorenza tutti i suoi beni in usufrutto, vita natural durante, se conserverà lo stato vedovile e dispone che, dopo la morte della moglie, i beni saranno destinati alla figlia Caterina; se invece Lorenza dovesse passare a seconde nozze gli assegna la dote che egli ricevette al tempo del contratto matrimoniale, come risulta dall'atto rogato dal notaio Nicola *de Caro*, e aggiunge inoltre la somma di 50 libbre di provisini del senato.

Dispone che se Caterina dovesse morire senza figli legittimi i beni saranno destinati a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti a discrezione della esecutrice testamentaria.

Nomina esecutrice testamentaria la nobildonna Perna vedova del nobile Andreozio *de Normandis*.

f. 84r

Eodem anno, indictione, mense octubris die quinto<sup>(a)</sup>.

Ego Cola della Vangiora de regione Columpne sanus quidem corpore mente et conscientia pura, timens casu future mortis quia nil certius morte et nil incertius hora mortis, intestatus discedere nollens, idcirco coram Paulo de Sorromanis notario et testibus infrascriptis personaliter constitutus hunc nuncupativum testamentum quod iure civili dicitur sine scripto facere volo, in quo quidem meo testamento mihi universalem heredem istituo Catherinam, filiam meam, uxorem Laurentii Iacobelli Gallotie, cui Catherine filie et heredi mee predictae relinquo iure institutionis Trebellianice debito iuris nature supplementi dotis et pro omni suo iure dotem suam et iura sua dotalia que sibi dedit, tempore contractus matrimonii, inter ipsam et dictum Laurentium virum suum et ipsam contentam facio. Item relinquo de bonis meis ecclesie Sancti Nicolai in Forbitorio, pro anima mea, X libras provisinorum senatus pro reparatione dicte ecclesie, omnia alia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones ubicumque existentia et contra quascumque personas loca quocumque vocabulo nuncupentur, relinquo

f. 84v

domine Laurentie, uxori mee, ad usumfructum toto tempore vite sue, si honeste et caste stare et sedere voluerit et de me<sup>(b)</sup> vitam viduivilem servare, ea vero mortua, proprietates ipsarum rerum et bonorum relinquo dicte Catherine, filie mee; si vero dicta domina Laurentia, uxor mea, post mortem meam ad secunda vota transire voluerit, in eo casu reliquo sibi dotem suam et iura dotalia que ab ea recepit tempore contractus matrimonii inter me et ipsam, ut patet manu Nicolai de Caro publici notarii, et supra ipsam dotem relinquo sibi L libras provisinorum senatus et sit contentam, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit et in casu predicto omnia bona mea relinquo dicte Catherine, filie mee, et in quolibet ditorum casum relinquo ac volo et mando quod si dicta Catherina, filia mea, quocumque tempore si ne legitimis filiis moriretur, quod moriatur pro anima mea et mortuorum meorum in dictis bonis meis dispensandorum per infrascriptam meam executricem, ut et sic sibi videbitur pro salute anime mee. Executricem et fidei commissariam huius testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee

f. 85r

facio constituisco et ordino nobilem dominam dominam Pernam uxorem olim nobilis viri Andreotii de Normandis, cui do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem et auctoritatem bona mea omnia, ubicumque consistentia, capiendi tenendi vendendi et de eis faciendi pro executione predicta quicquid sibi placuerit, cassans irritans et annullans omne aliud testamentum sive codicillum per me atenus factum et per quemcumque notarium scriptum et hoc est ultimum meum testamentum quod valere volo et mando iure testamenti et si iure testamenti non valere et valere debeat iure codicellorum vel donationis causa mortis et omni alio iure, via et modo quo melius valere potest et debet quem promisit non revocare etc. et sic iuravit ad sancta Dei evangelia etc.

Actum Rome in porticali domus mei notarii, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Marronis sutore, Petrutio Petri Cupi, Petro della Celsa, Paulo Butii tubatoris, Iohanne Vaco ferrario, Iohanne Iacobi Catalli, Nutio Iohannis Grabielis<sup>(d)</sup> de Urbe ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine del foglio "missum" <sup>(b)</sup> Depennata una "i" finale <sup>(c)</sup> Corretta la precedente desinenza di "Petrutius" <sup>(d)</sup> Così P.

Riccardo, Giovanni e Roberto inglesi, anteposti e procuratore della Società degli inglesi dell'ospedale della S. Trinità di Roma, come risulta dall'atto di procura rogato da un notaio, danno in locazione per un periodo di 10 anni a Guglielmo *Mancolle* inglese ora di Roma del rione Arenula quattro pezze di vigneto con vasca, tino e canneto e con parte di una torre, situate fuori della porta Appia nella località detta *Domine quo vadis*. Il locatario promette di avere cura del vigneto e di versare alla Società ogni anno, al tempo della vendemmia, la terza parte del mosto.

f. 85v Indictione XI<sup>a</sup> mense octubris die XVIII.  
Testes: Lellus della Ceca, Colutia Iotii de regione Pinee et dominus Iacobus de Thomais de regione Arenule.  
Actum Rome in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc.<sup>(a)</sup>

Ricciardus, Iohannes et Robertus anglici, scyndici antepositi et procuratores Societatis anglicorum ospitalis Sancte Trinitatis de Urbe, habentes ad infrascripta plenariam potestatem, ut patere dicitur manu publici notarii, scyndicario et procuratorio nomine dicte societatis et dicti ospitalis sponte locaverunt et titulo locationis dederunt cesserunt et concesserunt Gulielmo Mancolle anglico et nunc de Urbe de regione Arenule, presenti et recipienti etc. idest quatuor petias vinearum ipsius societatis et dicti ospitalis plus vel minus quante sunt, positas extra portam Apiam in loco qui dicitur Domine quo vadis, cum vitibus arboribus fructiferis et infructiferis<sup>(b)</sup>, vasca vascali, tyno et canneto in eis existentibus et cum parte turris, existente in ea, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introytibus et exitibus suis,

f. 86r inter hos fines, ab uno latere tenet Silvester sutor, ab alio est viculus vecinalis, ante est via publica vel si qui etc. ad habendum tenendum bene laborandum etc. Hanc autem locationem et que dicta sunt et dicentur infra dicti scyndaci antepositi et procuratores, nomine quo supra, dicto Gulielmo, presenti et stipulanti ut supra, fecerunt pro X annis proxime futuris ex nunc in antea numerandis et pro eo quod dictus Gulielmus promisit dictis scyndacis et procuratoribus, presentibus et stipulantibus quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti nomine dicte societatis et dicti ospitalis, ipsis X annis durantibus, ipsas vineas bene laborare et cultivare ad usum boni laboratoris et dicte societatis omni anno annuatim, ipsis decem annis durantibus, redere et restituere tempore vendemmiarum ad vascam tertiam partem totius musti quod de dictis vineis exhibit, promictentes dicte partes ipsis X annis durantibus ipsam locationem observare illesam, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona earum et dicte societatis et ospitalis predicti mobilia et immobilia<sup>(c)</sup>

f. 86v presentia et futura et voluerunt dicte partes, pro predictis omnibus observandis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia et coram quocumque iudice vel auditore etc. renumptiaverunt in hiis ferris, beneficio fori, epistule divi Adriani etc. quibus X annis integre revolutis dicta locatio et ipsa vinea ad ipsam societatem et ad ipsum ospitale libere devolvantur, quia sic actum et conventum estitit inter ipsas partes, que quidem omnia et singula supradicta etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é annotato un segno convenzionale di “completum” <sup>(b)</sup> Omesso “cum” <sup>(c)</sup> Sul margine inferiore del foglio é ripetuto “completum”.

61.

1372, novembre 3

Cecco di Sabbatino del rione Pigna e il maestro Lorenzo del maestro Francesco chirurgo del rione Ripa nominano loro arbitro il nobile Raimondo *de Tholomeis* di Siena, milite e senatore di Roma, come privata persona e non come senatore, per risolvere la controversia sorta tra loro. L'arbitro é invitato a stipulare un atto di pace perpetua o temporanea: i richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e, in caso di inadempienza al deliberato, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di mille fiorini d'oro.

Dietro richiesta di Cecco si offrono quali garanti Nuzio *Astalli*, Giovanni *Cafari*, Giovanni *Aniballi*, Cola *Truccholi* e Antonio *Fei* tutti del rione Pigna e Giovanni *Capudgalli* del rione Trevio: allo stesso modo dietro richiesta del maestro Lorenzo si offrono quali garanti Stefano di Buzio *Cunagrana*, Andreozio *Caputniger*, Paolo di Bartolomeo, Renzo *de Gepço*, Paolo *Zammone* e Giacomello *Pisciainsanto* tutti del rione Ripa.

Le due parti stabiliscono che il compromesso stipulato sarà valido per 20 giorni.

f. 87r Indictione XI<sup>a</sup> mense novembris die tertio.

Testes: Lellus Petronis, Rentius dello Conte et Nutius Cole Massei.

Actum in palatio Campitoli.

In presentia Iacobelli Mascii et mei notariorum et testium etc. Cecchus Sabbatini de regione Pinee, ex una parte, et magister Laurentius magistri Francisci cyrugius de regione Ripe, ex alia parte, ac die presente sponte compromiserunt et compromissum fecerunt in magnificum virum dominum Raymundum de Tholomeis de Senis militem alme Urbis senatorem illius, tamquam in privatam personam et non tamquam senatorem, tamquam in eorum arbitrum arbitratorem amicabilem compositorem et commune amicum electum et ordinatum per ipsas partes de omni briga lite controversia inimicitia et questione que esse vel esse posset inter ipsas parte, tum occasione brige vertente inter ipsas partes quam etiam quacumque occasione, modo iure titulo sive causa quomodocumque et qualitercumque usque in presentem diem, ita quod hoc compromissum sit generale et generalissimum et omnia in ea veniant que specificata non essent, dantes et concedentes dicti compromictetes

f. 87v dicto domino Raymundo, arbitro et arbitratori predicto, plenam licentiam et liberam potestatem balivam et auctoritatem arbitrandi laudandi et mandandi inter ipsas partes alte et basse, de facto vel de iure semel<sup>(a)</sup> et

plures, pacem securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione quacumque reali verbali seu personali, partibus presentibus vel absentibus, una presente et alia absente, citatis vel non citatis, una citata et alia non citata, summarie et de pano sine strepitu et figure iudicii, omni iure solemnitate obmissa, ipso domino Raymundo stante sedente vel ambulante, prout et sic videbitur et placebit, promicentes dicti compromicentes omne arbitrium arbitramentum laudum sive mandatum ferendum per ipsum dominum Raymundum inter ipsas partes, descendencia<sup>(b)</sup> ex presente compromisso, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et tenere et ab ipso seu ipsis nullo modo appellare suplicare nullum dicere nec petere ipsum seu ipsa reduci ad arbitrium boni viri, sub pena et ad penam mille florenorum auri auferenda a parte contra facientem et aplicanda pro medietate camere Urbis nobis notariis, ut publicis personis stipulantibus pro ipsa camera et pro alia medietate parti predictae servanti, renumptiaverunt in hiis dicti compromicentes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus

f. 88r

non exigendis et generaliter renumptiaverunt dicti compromicentes etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti compromicentes ad alterutrum obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Cecchi Sabbatini penes dictum magistrum Laurentium et dictum arbitrum<sup>(c)</sup>

- Nutius Astalli
- Iohannes Cafari
- Iohannes Anibaldi
- Cola Truccholi
- Anthonius Fei [omnes] de regione Pinee
- Iohannes Capudgalli de regione Trivii

quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt et promiserunt quod dictus arbitrium unum seu plura, ex presente compromisso descendencia, ferendum per ipsum dominum Raymundum ratum gratum et firmum habebit et observabit et ab ipso non appellabit etc; ad penam predictam stipulatam et aplicandam ut supra obligantes pro predictis dicti fideiussores et quilibet ipsorum omnia eorum bona etc. et e converso ad petitionem et instantiam dicti magistri Laurentii penes dictum Cecchum, presentem et stipulantem, et dictum arbitrum

- Stephanus Butii Cunagrana
- Andreotius Capudniger
- Paulus Bartholomei
- Rentius de Gepço
- Paulus Zammone
- Iacobellus Pisciansanto

[omnes] de regione Ripe quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt et promiserunt quod dictus magister Laurentius omne arbitrium laudum sive mandatum unum seu plura, ex presente compromisso descendencia, semper et perpetuo ratum gratum et firmum<sup>(d)</sup> habere et tenere et ab eis non suplicare appellare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri, sub pena et ad penam suprascripta stipulata et aplicanda ut supra, obligantes pro predictis dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum omnia bona eorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt, pro predictis omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis, dicti principales et fideiussores et quilibet ipsorum posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumptiaverunt in hiis beneficio fori, epistule divi Adriani etc. pro quibus etc. et renumptiaverunt etc. quod compromissum dicte partes durare voluerunt hinc ad XX dies proxime futuros.

f. 88v

<sup>(a)</sup> Depennato “vel” <sup>(b)</sup> P “descencia” <sup>(c)</sup> P “arbitrium” <sup>(d)</sup> P “firma”.

## 62.

1372, novembre 3

Il nobile Raimondo *de Tholomeis* di Siena, milite e senatore di Roma, insediato nel palazzo del Campidoglio, dispone che si dia luogo ad una tregua tra Cecco Sabatino del rione Pigna e maestro Lorenzo del maestro Francesco chirurgo del rione Ripa, sotto pena della sanzione pecuniaria convenuta, e stabilisce un termine di 3 giorni per presentare le prove dei loro diritti.

Eodem die et coram dictis testibus.

Supradictus dominus Raymundus, arbiter et arbitrator predictus, pro tribunali sedens in palatio Campitoli ad iura redenda, ut moris est, mandavit inter ipsas partes treguam, durante compromisso, ipsis presentibus et audiendibus, et mandavit ipsis partibus, presentibus et intelligentibus, quod ad penam in compromisso contentam, ipso compromisso durante, sese ad invicem non offendant nec offendi faciant in personis vel bonis per se vel alium seu alios

f. 89r

et dedit et prefixit dictis partibus, presentibus et intelligentibus, terminum trium dierum proxime futurorum ad producendum omnia eorum iura, dicendum et allegandum quicquid volunt, alias, dicto termino elapso, non audientur etc.

Petruzio di Nicola del rione Monti della contrada *Caballi marmorei*, con il consenso della moglie Francesca, vende a Lorenzo di Pietro *Santori* calzolaio del rione Pigna una pezza di vigneto gravata dalla corrisposta del quarto, situata fuori porta *Domine* nella contrada detta *Septe Tavole* nella proprietà della chiesa di S. Prassede, al prezzo di 30 libbre di provisini del senato.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXII<sup>o</sup> pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione XI<sup>a</sup> mense novembris die XVI.

In presentia mei notarii et testium subscriporum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum Petrutius Nicolai de regione Montium et contrada<sup>(a)</sup> Caballi marmorei cum consensu et voluntate domine Francisce uxoris sue, presentis et consensientis, que domina Francisca primo renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter numptias alimentorum palafenororum guarnimentorum et omni alio suo iure et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introductus, de ipso auxilio quid<sup>(b)</sup> sit et quid dicat per me eundem notarium prius certiorata, hunc autem consensum fecit dicta domina Francisca dicto Petrutio, viro suo, et infrascripto emptori pro eo quod confessa fuit sibi fore bene cautam de dote sua et iuribus suis dotalis in aliis bonis dicti Petri viri sui, ac die presente sua bona propria et

f. 89v spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Laurentio filio Petri Santori calsolario de regione<sup>(c)</sup> Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Laurentius perpetuo dare cedere aut concedere voluerit, idest unam petiam vinee, plus<sup>(d)</sup> minus quanta est, scilicet vites ad quartam redendam cum arboribus fructiferis et infructiferis in ea existentibus cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis, que vinea posita est extra portam Domine in contrada que dicitur Septe Tavole, inter hos fines, ab uno latere tenet Ataccagelata, ab alio latere tenet viculus vecinalis, ab alio latere tenet Cecchus Petrianus vel si qui sunt ad dictam vineam plures<sup>(e)</sup> veriores confines antiqui vel moderni, super proprietatem ecclesie Sancte Prasedis semper<sup>(f)</sup> salvo remanente iure proprietatis ipsius ecclesie, vendidit etiam dictus venditor eidem emptori omnia iura et actiones iustitias et petitiones

f. 90r utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas, que et quas nunc habet et sibi possent competere in futurum in dicta vinea et per Lellum Coppam quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiendi voluit et mandavit et in corporalem possessionem adeptum constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, plenam licentiam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsam vineam cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate sine alicuius curie proclamationis possit intrare tenere possidere uti frui<sup>(g)</sup> vendere donare obligare alienare, dominium per possessionem in aliud transferre et de ipsa vinea facere quicquid sibi perpetuo placuerit ipsumque in re sua procuratorem constituit<sup>(h)</sup> nullo iure nullaque actione ipsi venditori per directum vel per oblicum aequaliter reservatis. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt

f. 90v et infra dicentur dictus venditor eidem emptori, presenti et legitime stipulanti fecit pro pretio et nomine pretii triginta libras provisinorum senatus, quas XXX libras provisinorum<sup>(i)</sup> senatus, pretium dictarum vinee, dictus venditor a dicto emptore confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus triginta libris pretium dictarum vinearum se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum dictorum<sup>(j)</sup> triginta librarum pretium dicte vinee exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire posset, dictus venditor ex certa scientia, renumpsiavit et refutavit expresse et si plus dicto pretio dicte vinee valerint<sup>(k)</sup> nunc vel in futurum valere possent totum illud plus quod valerent dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, inter vivos et irrevocabiliter donavit cessit et concessit amoris et dilectionis causa et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta vinea cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone

f. 91r universitati seu loco est vendita data donata cessa concessa pignorata alienata in totum nec in parte, nec contractus vel quasi contractus aliqua alia persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in prejudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus venditor teneri de evictione de aliis bonis suis, quocumque ex causa ipsa evictio sequeretur etiam si in totum evinceretur et si in parte in ea parte in qua evinceretur, asserens et confitens dictus venditor talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum quod pro evictione alicuius rei evicte pretium duplum restituatur evicto cum dampnis expensis et interesse que fecerit et passus fuerit occasione predicta, de quibus evictis dampnis expensis et interesse et ipsarum quantitate vel numero dictus venditor stare et credere voluit et promisit solo simplici sacramento ipsius emptoris vel heredum et successorum ipsius sine alterius honore probationis, iudicis tassatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet

solum dictum sacramentum habere voluit et promisit pro pena et sufficiente probatione ceterisque aliis probationibus dictus venditor, ex certa scientia, renumpsiavit et refutavit expresse<sup>(l)</sup>, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis, dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti, obligavit et pignore

f. 91v

posuit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine dicti emptoris, tenere et possidere constituit et precario<sup>(m)</sup> recognovit et ad hec adpetitionem et instantiam dicto Petrutii venditoris, penes dictum Laurentium emptorem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, Lellus Coppa de regione Montium sponte, ex certa scientia, fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et vouit teneri in casu evictionis predictae, prout et sicut ipse venditor tenetur et obligatus est pro quibus etiam observandis fideiussor predictus eidem emptori obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine dicti emptoris precario constituit se tenere et possidere et voluerunt dictus venditor et fideiussor et quilibet ipsorum pro predictis omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam feriatis diebus et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore renumpsiaverunt in hiis beneficio fori, epistule divi Adriani, feriatis et diebus feriatis, nove constitutionis beneficio de duobus vel pluribus reis debendis cedendis et dividendis actionum et illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum argentum nec aliqua mobilia quod possit offerre creditori sue de stabilibus, scilicet

f. 92r

penitus eidem satisfacere voluerint et promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie seu re in casu evictionis predictae ceterisque aliis exceptionibus et defensionibus iurisbus canonico et civili, statuto et consuetudinibus Urbis quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent dictus venditor et dictus fideiussor et quilibet ipsorum renumpsiaverunt expresse. Que quidem omnia et singula supradicta dictus venditor et fideiussor et quilibet ipsorum eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec firma semper perdurent.

Actum Rome in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Ceccho Cafaro et Dominico Nicolai de Ciocctis de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis<sup>(n)</sup>.

<sup>(a)</sup> P “contracta” <sup>(b)</sup> P “quit” <sup>(c)</sup> Depennato “Montium” <sup>(d)</sup> Omesso “vel” <sup>(e)</sup> Depennato un terzo trattino superfluo in “auit” <sup>(f)</sup> P “super” <sup>(g)</sup> P “flui” <sup>(h)</sup> Depennato “Hanc autem venditionem” <sup>(i)</sup> Depennato un segno convenzionale di “con” <sup>(j)</sup> Depennato “flor” <sup>(k)</sup> P “valereint” <sup>(l)</sup> Depennato “et” <sup>(m)</sup> P “plecario” e così nei casi che seguono <sup>(n)</sup> Alla fine del documento è stato annotato “Completem et restitutum emptori”.

64.

1372, dicembre 5

Il maestro Antonio chirurgo figlio del defunto maestro Matteo del maestro Giacomo di Giovanni *Gemme* del rione Parione, fa testamento, davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a sette testimoni, e nomina eredi la figlia Marola, alla quale lascia 300 fiorini d'oro per la dote e gli ornamenti, e il nascituro, del quale è incinta la moglie: se poi verranno alla luce una o più femmine destinerà a ciascuna di loro una dote di 300 fiorini d'oro.

Dispone che se Marola dovesse morire pupilla oppure in età adulta, senza aver procreato figli legittimi, la sua dote sarà destinata, a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti, per metà alla cappella di S. Caterina da erigere nella chiesa di S. Barbara e per l'altra metà all'ospedale dell'Immagine del Salvatore *ad Sancta Sanctorum* per l'acquisto di beni immobili a discrezione degli esecutori testamentari; se poi dovesse venire alla luce una figlia o due e dovessero morire pupille o in età adulta, senza aver procreato figli legittimi, la dote della prima figlia sarà destinata, allo stesso modo, per metà alla cappella di S. Caterina e per l'altra metà all'ospedale dell'Immagine del Salvatore per l'acquisto di altri beni immobili; la dote della seconda figlia sarà invece destinata con quote di 50 fiorini a ciascuna delle chiese di S. Maria *super Minerbam* per la riparazione dell'edificio sacro, di S. Maria Annunziata, situata fuori Roma, per la riparazione e l'ornamento dell'edificio sacro e dei SS. Lorenzo

e Damaso per la riparazione dell'edificio sacro e per l'acquisto di beni immobili, una quota della dote di 100 fiorini sarà destinata alla chiesa di S. Salvatore *de Campo* per l'acquisto di beni immobili e, infine, la quota residua di 50 fiorini dovrà essere utilizzata, a discrezione degli esecutori testamentari, per maritare ragazze orfane.

Lascia alla chiesa di S. Salvatore *de Campo* una casa a pianoterra con solario, due camere, un portico a colonne, che già fu di Nicola di Giovanni di Tommaso, situata nel rione Arenula, a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti, dell'anima di Nicola di Giovanni di Tommaso e di quella dei suoi defunti, con la clausola che sia celebrata ogni anno una messa nell'ottavario della morte del testatore e del defunto Nicola.

Dispone che se, al momento della sua morte, non fosse realizzata la costruzione della cappella in onore della beata Caterina nella chiesa di S. Barbara, si dia immediatamente inizio al completamento dei lavori da eseguire sollecitamente entro sei mesi e destina allo scopo 50 fiorini d'oro, poiché desidera che nella



cappella vengano sepolti i suoi defunti insieme al suo corpo; destina alla cappella una casa con forno ed un'altra casa annessa, nella quale abita la vedova di Bartolo, situata nel rione Ponte nella parrocchia della chiesa di S. Nicola *delle Incarcerate*; lascia ancora alla cappella due altre case, unite insieme, presso la casa con forno, adiacente ad una casa dove abitano le donne povere, con la clausola che sia celebrato a gennaio nella chiesa di S. Barbara l'anniversario del testatore e dei suoi defunti, che sia celebrata una messa solenne nella festività della beata Caterina, che siano celebrate due o almeno una messa ogni settimana nella cappella dedicata alla beata Caterina e, qualora non fosse osservata la disposizione testamentaria, i proventi del lascito saranno revocati nell'anno della mancata celebrazione e destinati ai canonici della chiesa di SS. . Lorenzo e Damaso.

Lascia alla chiesa di S. Leonardo *de platea Iudeorum* una casa a pianoterra con solario e con orto dietro, situata nel rione di S. Angelo presso la chiesa detta *Scola Iudeorum* nella quale gli ebrei recitano l'ufficio, con la clausola che sia celebrato a febbraio da due sacerdoti l'anniversario a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti, all'ospedale di S. Spirito *in Saxia* di Roma sei pezze di vigneto, situate a *Septingiano*, locate per metà a Lorenzo *de Amedeis* e per l'altra metà a Ciolo di Valentino di piazza dei Giudei con un canone di 40 soldi di provisini per ciascuno; alla chiesa di S. Apollinare di Roma del rione *Scorthecariorum* il reddito della vigna, situata nel *Monte Malo* nella proprietà della stessa chiesa alla quale paga un censo annuale di 9 soldi, locata a \*\*\*\*\* con un canone annuo di 24 soldi, con la clausola di celebrare nell'anno successivo alla sua morte 20 messe a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti.

Lascia alla cognata Giovanna, che abita nella casa di Lorenza vedova di Giacomo di Giovanni di Oddone, 20 libbre di provisini, a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti, e se un residuo di questa somma dovesse rimanere alla morte di Giovanna desidera che sia destinata all'ospedale di S. Lucia per l'acquisto di qualche letto.

Dispone che la madre Paola, vita natural durante, abbia una donna al suo servizio per soddisfare tutte le sue necessità e che disponga di tutte le masserizie necessarie per condurre una esistenza dignitosa adeguata alla sua condizione.

Lascia alla moglie Filippa la dote di 150 fiorini, ricevuta al tempo del contratto matrimoniale come risulta dall'atto rogato dal notaio Paolo *Aliscii*, ed a questa somma aggiunge altri 25 fiorini d'oro. Dispone che se, dopo la sua morte, Filippa volesse mantenere lo stato vedovile e vivere nella sua casa con i figli usufruirà del vitto e dei vestiti adeguati alla sua condizione, a discrezione degli esecutori testamentari; se invece vorrà disporre altrimenti della sua vita avrà solo la dote ed i 25 fiorini.

Tutta la restante proprietà sarà destinata agli eredi universali il figlio o i figli postumi se verranno alla luce dal concepimento della moglie Filippa: se qualcuno di questi dovesse morire pupillo o in età adulta, senza aver procreato figli legittimi, il lascito sarà destinato all'altro figlio e, in assenza di nipoti superstiti, dispone che sia destinato a ciascuna delle figlie postume una dote di 300 fiorini, mentre il resto del patrimonio sarà utilizzato per i seguenti lasciti.

Lascia all'ospedale dei Raccomandati dell'Immagine del Salvatore ad *Sancta Sanctorum* un palazzo a pianoterra

con solario, situato nel rione Parione, con orto e pozzo dietro ed un cortile, nel quale si trovano le camere *vinchiate* donate da Ramalgiant quando abitava nell'edificio, con l'intero diritto di proprietà quale era in vigore prima che il complesso venisse diviso da Donato: dispone tuttavia che i custodi dell'ospedale, prima di prendere possesso del palazzo, dovranno versare agli esecutori testamentari 100 fiorini d'oro da utilizzare, a loro discrezione, a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti; se invece non volessero versare la somma il palazzo rimarrà a disposizione degli esecutori testamentari che devolveranno ai custodi dell'ospedale una somma di 100 fiorini d'oro. Dispone inoltre che la figlia Marola e le figlie postume abbiano la facoltà, in caso di vedovanza, di abitare nel palazzo insieme ai nipoti, discendenti per linea diretta, e che i custodi dell'ospedale, in entrambe le soluzioni sopra accennate, debbano assumere l'impegno di celebrare a marzo nella chiesa di S. Barbara l'anniversario a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti secondo la consueta solennità.

Lascia alla chiesa di S. Salvatore *de Campo*, a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti, una casa a pianoterra con due camere detta la *Cerbinaria*, situata nel rione Arenula, unita con un'altra casa scoperta e già distrutta dal fuoco; lascia ai poveri infermi dell'ospedale di S. Spirito 30 tuniche; alla chiesa di S. Maria *supra Minerbam*, a suffragio dell'anima del defunto Paolo suo fratello un tempo frate della stessa chiesa, 10 fiorini d'oro per le messe cantate e 40 fiorini d'oro per i lavori di riparazione dell'edificio sacro con la clausola di celebrare ad aprile l'anniversario a suffragio della sua anima e di quella dei suoi defunti; alla chiesa di S. Maria Annunziata fuori Roma 50 fiorini d'oro con la clausola di celebrare a maggio l'anniversario a suffragio della sua anima, di Palone *de Sposis* e di quelle dei loro defunti.

Lascia tutti gli altri beni ai suoi esecutori perché li vendano e paghino i lasciti da lui indicati nel testamento: la somma residua dovrà essere distribuita, a discrezione degli esecutori, alle orfane da maritare, all'acquisto di vestiti per i più poveri, alle messe cantate, alle riparazioni degli edifici sacri e specialmente delle chiese di S. Barbara, di S. Salvatore *de Campo* e di S. Maria Nuova.



Lascia ancora alla figlia nubile dell'orefice Santo un'integrazione di 25 provisini del senato sulla dote e se, al momento del versamento del lascito risultasse già sposata, la somma sarà devoluta a Santo per il sostentamento suo e della sua famiglia.

Dispone che i suoi esecutori testamentari, subito dopo la sua morte, facciano compilare da un notaio, alla presenza di testimoni, un inventario dei beni mobili: grano, vino, orzo, masserizie, arnesi, armi, panni, ornamenti, suppellettili e cavalli che dovranno essere venduti poiché il ricavato dovrà essere distribuito secondo le indicazioni del testamento.

Nomina esecutori testamentari Giacomo *Palonis* pagliaiolo del rione Arenula, il prete Giovanni rettore della chiesa di S. Barbara, il priore dei frati della chiesa di S. Maria *supra Minerbam* e il priore dei frati di S. Giacomo *de Septingiano* e dispone che anche con l'accordo di due persone si potrà dare inizio all'esecuzione delle clausole testamentarie.

Il testatore dichiara che presso la moglie Filippa si trovano i seguenti oggetti da lui acquistati e che dovranno essere consegnati agli esecutori testamentari: una tunica, un mantello verde, una tunica scura con bottoni in argento dorato, una tunica ed una guarnacca *de garofonato zaganato* con bottoni in argento dorato, un mantello scuro foderato di zendado, un paio di nastri, una guarnacca *de vicenamato*, tre anelli uno con perla, uno con zaffiro e uno con smeraldo, una tovaglia ricamata d'oro, due cinture argentate e una coroncina con perle.

Dichiara che i possedimenti, non menzionati nel testamento, sono i seguenti: un palazzo con colonne, unito con il palazzo già indicato sopra ed ottenuto con un lascito, con sale, camere ed orto dietro nel quale egli abita; una casa, situata nella parrocchia e sulla proprietà di S. Maria *in Traspadina*; una casa situata nel portico di S. Pietro, con due cassette dietro dove abita Donato taverniere; sei pezze di vigneto, situato *in Terrioni magiure*, locato a Buzio *Catellinus* al canone annuo di 4 libbre di provisini; una pezza di vigneto, situato nello stesso luogo, locato a Ricciardelle della contrada *Crimenorum* al canone annuo di 4 bolognini; dieci pezze di vigneto già posseduto da Palone *de Sposis*, situato fuori porta Castello; una pezza e mezza di terra incolta, situata nella località detta *Ciento Celle*, locata a Panalfuzio *Pane* al canone annuo di 56 soldi di provisini. Inoltre tutte le vigne situate nella contrada detta *Falconi*: una vigna locata a Riccardo inglese al canone annuo di 3 libbre di provisini; una vigna locata a Giovanni zolfaio al canone annuo di 30 soldi di provisini; una pezza di terra locata a Cecco *de Fulgineo*

al canone annuo di 36 soldi di provisini otto pezze di terra incolta chiamata *Camorella* locata a Cecco Bruno al canone annuo di 1 fiorino d'oro.

Il testatore dichiara ancora di avere nella sua cassa: una cintura lavorata in argento e dorata, ornata con leoncelli stimata 40 fiorini d'oro, due cassette di argento e tutti gli strumenti d'argento per medicare, quattro botti grosse piene di vino, un'altra botte piccola della capacità di 10 cavallate e mezza che si trova nella casa di Lello *Pontiani*.

Dichiara infine che deve ricevere da Riccardo calzolaio la somma di 25 fiorini d'oro, come risulta dall'atto rogato dal notaio Tuzio *Seccaderii*, e da Cecco Leone la somma di 30 fiorini facenti parte di un prestito di 60 fiorini d'oro, come risulta dall'atto di deposito rogato dal notaio Antonio di Goiolo. A questi crediti aggiunge che egli conserva nella sua cassa la somma di 360 fiorini d'oro.

f. 92v

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXII pontificatus Domini Gregorii pape XI, indictione XI<sup>a</sup> mense decembris die quinto.

In presentia mei notariorum et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum magister Anthonius cirugius filius olim magistri Mathei magistri Iacobi Iohannis Gemme de regione Parionis sanus mente corpore et conscientia pura suum, prout sequitur, condidit testamentum dicens, ego magister Anthonius cirugius filius olim magistri Macthei magistri Iacobi Iohannis Gemme de regione Parionis sanus mente corpore et conscientia pura, cum nil morte sit certius et nihil incertius hore mortis, casum humane fragilitatis considerans intestatus decedere nollens, hoc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto coram Paulo de Seromanis notario et testibus infrascriptis, facere cupio in quo quidem meo testamento Marolam filiam meam mihi heredem istituo cui relinquo iure istitutionis Trebellianice debito iuris nature et pro sua dote et guarnimentis et pro omni suo iure, si quod in bonis meis petere posset, trecentos florenos auri et in hiis ipsam contentam facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit, et ventrem Philippe uxoris mee, que pregnans est, si eius partus ad lucem pervenerit et visserit; si filiam feminam fecerit unam seu plures eis relinquo pro qualibet ipsarum, iure istitutionis Trebellianice

f. 93r

debito iuris nature et pro omni earum et cuiuslibet ipsarum iure, si quod in bonis meis petere possent III<sup>c</sup> florenos auri pro qualibet ipsarum et sint contempte sive sit contenta, ita quod de bonis meis plus<sup>(a)</sup> non petant nec petere possint aliquo modo iure titulo sive causa et si dicta filia mea Marola tum in pupillari etate etiam quandocumque sine legitimis filiis moriretur quod in dicta dote sive in dictis III<sup>c</sup> florenis auri moriatur pro anima mea, videlicet pro medietate cappelle Sancte Catherine edificande in ecclesia Sancte Barbare per me, tempore vite mee, sive post mortem meam per executores meos infrascriptos et pro alia medietate ospitali Immaginis Salvatoris ad Sancta Sanctorum, de qua dote sive de quibus florenis volo quod emanatur

possessiones per infrascriptos meos executores ad usum et utilitatem dicte cappelle et ospitalis predicti, et si duas filias haberem seu plures et ambe sive omnes sine legitimis filiis tum in pupillari etate vel quandocumque sine legitimis filiis morirentur, quod prima que moriretur moriatur, ut supra dictum est, pro medietate cappelle predictae fiende in dicta ecclesia Sancte Barbare ad honorem beate Catherine et pro alia medietate ospitali predicto, de quibus ematur possessiones per meos executores, ut superius dictum est, pro anima mea et mortuorum meorum; si vero secunda vel omnes alie sine legitimis filiis tum in pupillari etate vel etiam quandocumque sine legitimis filiis morirentur quod moriantur in hunc

f. 93v modum, videlicet in primis ecclesie Sancte Marie super Minerbam pro reparatione dicte ecclesie in L florenis auri. Item ecclesie Sancte Marie Anumptiate, site extra Urbem, pro reparatione sive augmentatione dicte ecclesie in L aliis florenis auri pro anima mea et mortuorum meorum. Item ecclesie Sanctorum Laurentii et Damassi sive pro reparatione ecclesie sive pro aliquali possessione emenda secundum quod meis executoribus videbitur expedire in L aliis florenis auri. Item ecclesie Sancti Salvatoris de Campo pro aliqua possessione emenda, secundum quod meis executoribus videbitur expedire in C florenis auri pro anima mea et mortuorum meorum, de residuo autem, videlicet de L florenis auri qui superarent volo quod maritentur orphane per meos executores infrascriptos secundum quod eis melius visum fuerit pro anima mea et mortuorum meorum. Item relinquo ecclesie Sancti Salvatoris de Campo domum meam terrineam et solaratam cum duobus cameris et porticali columpnato que quondam fuit Nicolai Iohannis Thomaxii, positam in regione Arenule, inter hos fines, ab uno latere tenet Paulus Octabiani, ab alio Mathutius domini Goptifredi, via mediante ante et retro sunt vie publice, pro anima mea et mortuorum meorum et dicti quondam Nicolai Iohannis Thomaxii et eius mortuorum et quod sacerdos, qui

f. 94r nunc est in dicta ecclesia et per tempora erit tenetur, omni anno singulis annis in dicta ecclesia saltim cum uno sacerdote facere aniversarium<sup>(b)</sup>, infra octavam a die mortis mee pro anima mea et dicti quondam Nicolai et mortuorum nostrorum. Item relinquo quod si, tempore mortis mee, non reperiretur constructio cappelle<sup>(c)</sup> ad honorem beate Catherine in ecclesia Sancte Barbare, quod statim, post mortem meam, edificetur et costringatur per infrascriptos meos executores, pro qua edificanda et costruenda relinquo L florenos auri, que cappella edificari et costrui volo prope sepulturam mortuorum meorum, in qua meum corpus iubeo sepelli et quod dicti mei executores dictam cappellam costrui facere teneantur infra sex menses a die mei obitus computando et citius, si citius fieri potest, cui cappelle relinquo domum meam cum forno, in qua nunc habitat uxorem quondam Bartholi, positam in regione Pontis in ecclesia<sup>(d)</sup> Sancti Nicolai delle Incarcerate, inter hos fines, ab uno latere tenet Tucciarellus<sup>(e)</sup> calsolarius, ab alio est palatium domini Angeli de Mutis,

f. 94v retro tenet infrascripta domus, ante est via publica. Item relinquo dicte cappelle, fiende in dicta ecclesia Sancte Barbare ad honorem beate virginis Sancte Catherine, duas alias domos, simul iuntas retro dictas domos cum forno, positas in dictis regione et parrocchia, inter hos fines, ab uno latere tenet dicta domus, ab alio est quedam domus in qua habitant mulieres pauperes, ab alio Rentius Ricii, ab alio est via publica, volo tamen et mando quod sacerdos, qui nunc est et per tempora erit, in dicta ecclesia de mense ianuarii, pro anima mea et mortuorum meorum, teneatur facere aniversarium et quod in dicta cappella teneatur bis aut semel ad minus omni edomata celebrare missam ad honorem et reverentiam beate Catherine virginis, pro anima mea et mortuorum meorum, et si hoc facere neglexerit sive contenserit quod cadat a fructibus illarum domorum cum forno et ipsius furni illius anni tantum, iusto tamen impedimento cessante, et quod in dictis fructibus illius anni succedant canonici, qui sunt nunc et erint per tempora, in ecclesia Sanctorum Laurentii et Damassi et etiam dictus sacerdos, qui nunc est et per tempora

f. 95r erit, in ecclesia Sancte Barbare modo et forma predictis in die festu beate Catherine virginis missam solempniter celebrare teneatur. Item relinquo ecclesie Sancti Leonardi de platea Iudeorum unam domum meam terrineam et solaratam cum orto post se, positam in proprietate dicte ecclesie prope dictam ecclesiam que vocatur Scola Iudeorum in qua iudei faciunt officium, positam in regione Sancti Angeli, inter hos fines, ab uno latere tenet dicta ecclesia, ab alio latere tenent heredes quondam Francisci Pocii, ab alio Ceccharellus ferrarius, pro anima mea et mortuorum meorum, volo tamen et mando quod sacerdos, qui nunc est in dicta ecclesia et per tempora erit, tenetur et debeat omni anno de mense februarii cum uno socio facere aniversarium in dicta ecclesia pro anima mea et mortuorum meorum. Item relinquo ospitali Sancti Spiritus in Saxia de Urbe proprietatem VI petiarum vinee, in quarum medietate habet vites Laurentius de Amedeis scribasenatus, in alia medietate Ciolus Valentini de platea Iudeorum ad annuam pentionem respondendam, videlicet XL solidos provisinorum anno quolibet, posite in Septingiano, inter hos fines,

f. 95v \*\*\*<sup>(f)</sup> Item relinquo ecclesie Sancti Apolenaris de Urbe de regione Scorthecariorum iura que habeo sive redditus vinee, posite in Monte Malo, in quibus habet vites \*\*\*\*\*<sup>(g)</sup> ad annuam pentionem mihi solvendam XXIII<sup>or(h)</sup>, quarum vineatum proprietas est ipsius ecclesie et ipsam habeo ad locationem ab eis pro censu et pentione VIII solidorum provisinorum anno quolibet, ita quod illud superfluum ipsi ecclesie relinquo, volo tamen quod canonici dicte ecclesie, qui essent in dicta ecclesia tempore mortis mee, teneantur celebrari facere in dicta ecclesia, infra anno a die mortis mee, pro anima mea et mortuorum meorum XX missas. Item relinquo Iohanne connati mee, que stat in domo domine Laurentie uxoris quondam Iacobi Iohannis Oddonis, de bonis meis XX libras provisinorum, pro anima mea et mortuorum, et si aliqua quantitatis dictarum XX

- librarum superaret supra vitam suam, quod dentur ospitali Sancte Lucie pro aliquo lecto emendo, pro anima mea et mortuorum meorum. Item volo et mando quod domina Paula mater mea, toto tempore vite sue, cum una famula que sibi seruiat regatur et gubernetur de bonis meis omnibus necessariis ad vitam et quod habeat de massaritiis meis massaritiis necessarias pro vita sua honorifice secundum conditione
- f. 96r sue persone et quod nulla persona in dicto relicto eam impedire presumat, quod si contra fecerit cadat ab omni relicto per me sibi facto. Item relinquo Philippe, uxori mee, dotem suam et iura sua dotalia, que fuit et est CL florenorum auri omnibus computatis, quos ab ea seu alio, solvente pro ea, recepi tempore contractus matrimonii inter nos secundum quod apparet, scripti manu Pauli Aliscii notarii. Item relinquo dicte Philippe, uxori mee, super dotem suam et iura dotalia supradicta, XXV florenos auri et sit contenta<sup>(i)</sup>, ita quod de bonis meis plus<sup>(i)</sup> non petat nec petere possit aliquo colore quesito et si plus peteret quod cadat a presente meo relicto. Item relinquo volo et mando quod si dicta Philippa, uxor mea, post mortem meam honeste stare et sedere voluerit cum filiis sive filiabus aut filia meis in domo mea et ad secunda vota non transire, quod habeat de bonis meis, toto tempore quo sic stare voluerit, victum et vestitos secundum sui et mei conditionem honorifice et secundum discretionem meorum infrascriptorum executorum, scilicet si aliter vellet disponere vitam suam quod habeat dotem suam et iura sua dotalia et dictos XXV florenos auri et plus de bonis meis non petat nec petere possit aliquo colore quesito
- f. 96v \*\*\*<sup>(k)</sup>, in omnibus aliis bonis meis non relictis mobilibus et stabilibus, iuribus et actionibus que et quas habeo in quibuscumque locis et contra quascumque personas et loca mihi universalem heredem istituo postumum dicte Philippe, uxoris mee, si filium masculum fecerit et ad lucem pervenerit unum seu plura, cui seu quibus relinquo, iure institutionis Trebellianice debito iuris nature et pro omni suo iure, omnia bona et iura mea pro equali portione, si dicta Philippa uxor mea ex impregnatione predicta, qua nunc pregnans est, plures filios masculos fecerit et ad lucem pervenerint et aliquis ipsorum in pupillari etate seu quandocumque sine legitimis filiis masculis decesserit quod moriatur alteri fratri suo; si vero filium unum masculum fecerit dicta Philippa, uxor mea ex impregnatione predicta, et ipsum in pupillari etate seu quandocumque sine legitimis filiis mori contingerit masculis superstitibus, filiabus feminis quod unaquaque ipsarum habeat tantum de bonis meis, per me relictis dicto filio masculino meo postumo, quod equiparetur doti dicte filie mee et sint contente, in aliis bonis meis moriatur secundum modum infrascripti inferius declarati; si vero dictus filius meus moriretur sine legitimis filiis in pupillari etate vel etiam quandocumque<sup>(l)</sup> sine legitimis filiis, quod moriatur pro anima mea et mortuorum meorum, secundum modum infrascriptum: in eo casu in primis relinquo ospitali
- f. 97r Recommendatorum Imaginis Salvatoris ad Sancta Santorum unum palatium meum terrineum et solaratum cum omnibus suis usibus, positum in regione Parionis, inter hos fines, ab uno latere tenet Iacobus Bartolomei de Monte dictus alias Iabbo, ab alio est alia domus mea, ante est via publica, retro ego idem, cum orto et cum puteo post se et cum illa aula in qua sunt cammere vinchiate, quas fieri fecit donationem Ramalgiantie tempore quo habitavit in ipsis domibus, ita quod dictum palatium habeat omne ius suum sicut prius habebat antequam domus esset divisa per ipsum Donatum, volo tamen et mando quod, in casu predicto, custodes dicti ospitalis, qui per tempora erunt, antequam ingrendiantur possessionem dicti palatii, teneantur et debeant solvisse executoribus meis C florenos auri, distribuendos per eos secundum quod eis melius visum fuerit pro anima mea et mortuorum meorum, et ubi hoc facere cessarent, quod habeant de bonis meis C florenos auri et dictum palatium remaneat penes executores meos et in bonis meis et utroque casu relinquo dicte Mariole<sup>(m)</sup>, filie mee, et postume in casu viduitatis dumtaxat sedium et habitationem in dicto palatio, toto tempore quo sic vidue stare et permanere voluerint, etiam nectibus<sup>(n)</sup> meis,
- f. 97v ex recta linea descendentibus, et quod custodes, qui per tempora erunt in hospitali predicto, teneantur et debeant singulis annis, de mense martii, facere in dicta ecclesia Sancte Barbare anniversarium, pro anima mea et mortuorum meorum, solempniter uti solito. Item relinquo, in casu predicto, ecclesie Salvatoris de Campo, pro anima mea et mortuorum meorum, unam domum terrineam cum duabus cammeris et cum alia domo discoperta, iuncta cum ipsa domo, que olim fuit commusta, positam in regione Arenule, inter hos fines, ab<sup>(o)</sup> uno latere tenet turris Lelli Mathutii in qua habitat ad pensionem Nutius Massei, ab alio domus Iacobelli della Sobrana tabernarii, ab alio retro est ortus cum puteo, ante est via publica, que domus vocatur la Cerbinaria. Item relinquo, in casu predicto, quod filius meus moriretur sine filiis masculis vel non nasceretur, quod fiant de bonis meis XXX tunice large, pro anima mea, ad usum pauperum infirmorum, existentium in ospitali Sancti Spiritus, et in dicto ospitali tam diu conserventur quam diu duraverint. Item relinquo in casu predicto, si filius meus decesserit ut supra, ecclesie Sancte Marie supra Minerbam, pro anima olim
- f. 98r fratris Pauli, fratris mei germani dudum fratris dicte ecclesie et pro anima mea et mortuorum meorum, X florenos auri pro missis cantandis, statim post mortem meam. Item relinquo, in casu predicto si filius meus decesserit ut supra, dicte ecclesie Sancte Marie supra Minerbam pro reparatione dicte ecclesie, pro anima mea et defunctorum meorum, XL florenos auri et volo et mando quod fratres dicte ecclesie, qui per tempora erunt in dicta ecclesia, teneantur omni anno singulis annis facere in dicta ecclesia anniversarium, de mense aprilis, pro anima mea et mortuorum meorum. Item relinquo, in casu predicto si filius meus decesserit ut supra, ecclesie Sancte Marie Anumptiate extra Urbem, pro anima mea, Palonis de Sposis et mortuorum

nostrorum, L florenos auri et volo et mando quod sacerdotes, qui nunc sunt et per tempora erunt in dicta ecclesia, teneantur et debeant omni anno, de mense maii, anuatim facere aniversarium pro anima mea, dicti Palonis et mortuorum nostrorum. Item relinquo volo et mando quod in casu predicto, si filius meus decesserit ut supra dictum est,

f. 98v quod omnia bona mea mobilia et immobilia non legatis per infrascriptos meos executores, citius quam poterit vendantur et de ipsorum pretio solvantur legata per me facta in presente meo testamento et residuum distribuatur per ipsos meos executores pro orphanis maritandis, indumentis pauperimi, missis cantandis, reparationibus ecclesiarum et specialiter Sancte Barbare et Sancti Salvatoris de Campo et Sancte Marie Nove, prout ipsis meis executoribus visum fuerit pro salute anime mee et mortuorum meorum. Item relinquo, in casu in quo filius meus decederet sine legitimis filiis ut supra, filie Santi aurificis, non nupte, pro augmento sui maritaggi XXV libras provisorum senatus de bonis meis pro anima mea et mortuorum meorum et si eo tempore nupta reperiretur, quod dentur interpelati dicto Santo, infra anno a die quod dictus filius meus decederet sine filiis masculis vel non nasceretur, pro substendendo se et familiam suam. Item relinquo volo et mando quos statim post mortem meam, sine alicuius temporis intervallo, per infrascriptos meos executores, per manus publici notarii et coram testibus, fiat inventarium de omnibus bonis meis mobilibus que reperirentur post mortem meam, scilicet

f. 99r de grano, vino, ordeo, massaritiis, arnesiis, armis, pannis, ornamentis, superlectilibus, equis et omnibus quibuscumque bonis meis et quibuscumque aliis bonis meis cuiuscumque conditionis existant, cui inventario nullus vel nulla aliquo modo se opponere presumat et omnes res que in ipso inventario scripte erunt statim penes personam ydoneam, recommendentur vel aliter conserventur, prout meis executoribus videbitur placebit, donec vendantur et distribuatur per executores meos infrascriptos, pro anima mea et mortuorum meorum, prout eis melius visum fuerit et si aliquis contra presentem meam voluntatem ultimam et testamentum aliquid atentare presumpserit si lassatarius est cadat ab omni relicto per me sibi facto. Executores huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio constituisco et ordino Iacobum Palonis paliarium de regione Arenule, dominum presbiterum Iohannem rectorem ecclesie Sancte Barbare, priorem fratuum<sup>(p)</sup> ecclesie Sancte Marie supra Minerbam et priorem fratrum Sancti Iacobi de Septingiano et quod duo ex eis concordēs<sup>(q)</sup> possint executionem facere prout in dicto testamento continetur, quibus eis

f. 99v executoribus, ut dictum est, do et concedo plenam licentiam liberam et absolutam potestatem balivam et auctoritatem bona mea mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque existentia capiendi aprehendi vendendi fructificandi et percipiendi, fructibus de eis faciendi, quicquid eis melius visum fuerit pro ipsa salute anime mee et mortuorum meorum et quod solvendum et satisfaciendum secundum meam dispositionem et meam ultimam voluntatem. Et hoc est ultimum meum testamentum et mea ultima voluntas, quod si non valeret iure testamenti, volo quod valeat iure codicillorum vel donationis causa mortis et omnimodo iure forma quibus melius valere potest et debet.

Bona que sunt penes dominam Philippam, uxorem meam, empta de mea propria pecunia sunt hec, que si ipsa Philippa in totum seu in parte assignata recusaret<sup>(r)</sup> meis executoribus quod cadat a meo relicto et nichilominus ipsa resignare teneatur. In primis una tunica et mantellum de viride. Item una tunica de bruna cum maspillis de argento deauratis. Item una tunica et guarnachione de garofonato zaganato cum maspillis de argento deauratis. Item unum mantellum de bruna foderatum zannato.

f. 100r Item unum par zaganarum supra vernice. Item unum guarnachione de vicenamato cum vasconibus sine fodera. Item tria anula, videlicet unum cum perna, alium cum zaffiro et alium<sup>(s)</sup> cum smaraldo. Item una tobalia de auro. Item duo scayalia argentei. Item una coronecta cum perlis.

Possessiones mee que ascripte non sunt in presente testamento sunt hec. In primis unum palatium columpnatum, iuntum cum palatio supra relicto, cum salis, cammeris et orto post se in quo nunc habito. Item una domus, posita in parrocchia et super proprietate Sancte Marie in Traspadina, inter suos confines. Item una domus, posita in porticu Sancti Petri, cum duabus domunculis post eam in qua habitat Donatus tabernarius, inter suos confines. Item VI petie proprietatis in quibus habet vites Butius Catellinus ad annuam pensionem IIII<sup>or</sup> librarum, posite in Terrioni magiure. Item una petia vinee in quibus habet vites Ricciardellus de contrada Crimenorum ad annuam pensionem IIII<sup>or</sup> bolognorum, posita in dicto loco.

f. 100v Item X petie vinearum ad veram et mundam proprietatem, videlicet terre et vites que olim fuerunt Palonis de Sposis, posite extra portam Castelli, inter suos confines. Item unam petiam et dimidiam terre sode, positam in loco qui dicitur Ciento Celle, ad annuam pensionem LVI solidorum provisorum quas tenet Panalfucius Pane. Item omnes vinee, posite in contrada que dicitur Falconi. In primis una vinea in qua habet vites Ricciardus anglicus ad annuam pensionem III librarum. Item una vinea in qua habet vites Iohannes solfarolus ad annuam pensionem XXX solidorum. Item unum petium terre quod tenet Ceccus de Fulgineo ad annuam pensionem XXXVI solidorum. Item octo petie terre sode, que vocantur Camorella, quas tenuit Cecchus Brunus ad annuam pensionem I florenorum auri. Item confiteor me habere in cassa mea unam corrigiam argenteam, deauratam et smaltatam cum lioncellis que costitit<sup>(t)</sup> XL florenos auri. Item due cassecte argentee. Item omnia istrumenta pro medicando de argento. Item IIII<sup>or</sup> vegetes grossas plenas vino. Item una alia veges parva trium caballatarum.

f. 101r

Item vinum unius vegetis X caballatarum cum dimidia, que est in domo Lelli Pontiani. Item dico me debere recipere a Ricardo calsolario XXV florenos auri, ut patet istrumento scripto manu Tutii Seccaderii notarii. Item debeo recipere a Ceccho Leo XXX florenos auri, qui sunt de summa et quantitate LX florenorum auri, in quibus mihi tenetur vigore istrumenti depositi scripti manu Anthonii Goyoli publici notarii. Item dico me habere in cassa mea III<sup>c</sup>LX florenos auri.

Actum Rome in ecclesia Sancti Stephani de Pinea, presentibus hiis testibus, scilicet Butio Raytini calsolario, Munallecto barberio, Nutio Nutii Vannis, Stephanello Picciolino, Tutio Petri de Ariano, Dominico Nicolai de Ciocctis, presbitero Nicolao rectore ecclesie Sancti Stephani de Pinea omnibus de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> P “plux” <sup>(b)</sup> Depennato “pro” <sup>(c)</sup> P “cappella” <sup>(d)</sup> Così P, ma intendasi “in parrocchia ecclesie” come é ripetuto più avanti <sup>(e)</sup> Annullato il segno abbreviativo di “Trucciarellus” <sup>(f)</sup> I confini sono stati omessi: segue una riga in bianco <sup>(g)</sup> Omesso il nome del locatario <sup>(h)</sup> Omesso solidorum <sup>(i)</sup> Così P <sup>(j)</sup> P “plux” <sup>(k)</sup> Segue uno spazio bianco di mezza riga, ma presumibilmente senza discontinuità del formulario <sup>(l)</sup> P “quanoscumque” <sup>(m)</sup> Così P <sup>(n)</sup> Così P <sup>(o)</sup> Depennato “i” <sup>(p)</sup> Così P <sup>(q)</sup> P “concondes” <sup>(r)</sup> Depennato “quod” <sup>(s)</sup> P “aliuq” <sup>(t)</sup> Così P, ma intendasi “extitit”.

65.

1372, dicembre 7

Maffeo *Chelis* e Nicolo di Vanni entrambi di Firenze formano una società per la vendita del vino di diversa provenienza con l'impegno di Maffeo di far portare il vino nella casa di Comparello nel rione Arenula, a spese della società, per un quantitativo equivalente a 100 fiorini d'oro, e di Nicolo di venderlo.

Il ricavato, dedotto il capitale e restituiti i 100 fiorini a Maffeo, sarà diviso in tre parti: una prima parte sarà destinata a Maffeo e le altre due parti a Nicolo per il suo lavoro.

Si conviene tra due associati che se Nicola dovesse avere in giacenza il vino, corrispondente a 100 fiorini, egli promette di consegnare la somma entro la festa di Ognissanti. Nicolo obbliga i suoi beni e si impegna ad ottenere il consenso della moglie Giovanna.

f. 101v

Indictione XI<sup>a</sup> mense decembris die VII<sup>o</sup>.

Testes: Donatus Ramalgianti et Manfredus \*\*\*\*\* de Florentia nunc de Urbe.

Actum in domo mea.

In presentia mei notarii etc. Hec sunt conventiones et pacta habita et firmata inter Maffeam Chelis de Florentia, ex una parte, et Nicholo Vannis de Florentia, ex alia parte, videlicet quod predicti Maffeus et Nicolo fecerunt societatem ad invicem et compangiam de vendendo vinum, videlicet quod dictus Maffeus promisit et convenit dicto Nicolo ponere et remicti facere in domo Comparelli in regione Arenule tantam quantitatem vini diversarum marcierum quod ascendat ad summam et quantitatem C florenorum auri expensis ipsius mercantie sive societatis et ipse Nicolo promisit et convenit dicto Maffeo ipsum vinum in dicta domo vendere, omnibus suis sumptibus et expensis, et quod denarii esthaendi<sup>(a)</sup> de ipso vino debeant ad voluntatem ipsarum partium in simili mercantia investiri et in eadem domo remicti vendendo per ipsum

f. 102r

Nicolo, ut supra dictum est, hinc ad festum<sup>(b)</sup> Omnium Santorum proxime futurum, actum et expresse conventum estitit inter ipsas partes solempni stipulatione firmata, quod capitali deducto et ipsis C florenis auri ipsi Maffeo integre resignatis, totum lucrum quod factum esset de vino predicto, facto diligente calculo, inter ipsos in trinas partes dividatur, quarum una pars sit et esse debeat ipsius Maffei et relique due partes sint et esse debeant dicti Nicolo pro suis laboribus, sumptibus et expensis, quia sic actum et conventum estitit inter eos et eodem modo fiat et fieri debeat de dampno si accideret, quod absit, quos C florenos auri, dictus Nicolo confessus est se habere et tenere penes se, videlicet tantam quantitatem vini diversarum marcierum quod ascendit ad summam et quantitatem dictorum C florenorum auri, quos tenere et conservare promisit, ut supra, et eidem Maffeo dictus Nicolo dictos C florenos auri redere et resignare promisit, modo predicto, in florenis de auro hinc ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum, cum dampnis et expensis etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

f. 102v

pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Nicolo obligavit dicto Maffeo, presenti et stipulanti, omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura ubicumque existentia et quocumque vocabulo nuncupentur, et promisit dictus Nicolo eidem Maffeo, presenti et stipulanti, in predictis omnibus et singulis facere consentire dominam Iohannam, uxorem suam, ad omnem petitionem et voluntatem dicti Maffei cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis ipsius Maffei etc.

<sup>(a)</sup> Così P, ma intendasi “extrahendi” <sup>(b)</sup> Depennato “omnibus”.

66.

1372, dicembre 9

Giovanni *Marganus* del rione Campitelli vende a Giovanni *de Petescia* i diritti, cedutigli da Angelica moglie di Nicolo del rione Campitelli, su Lella moglie di *Ceccapatre* in merito ad una condanna di 8 fiorini d'oro, come risulta dalla sentenza, scritta da Giacomo di Callisto notaio palatino, confermata dal giudice di appello,

come risulta dall'atto scritto dal notaio Oddone *Bucatiolo*, e ad una sentenza circa le spese di \*\*\*\* fiorini d'oro, al prezzo di 10 fiorini d'oro.

Si offre quale garante del venditore Giovanni calzolaio del rione Campitelli.

Indictione XI<sup>a</sup> mense decembris die VIII<sup>o</sup>.

Testes: dominus Petrus Nicolai Iacobi, Tutius Seccaderii et Tronba mandatarius.

Actum in palatio Campitoli.

In presentia mei notarii et testium etc. Iohannes Marganus de regione Campitelli sponte cessit et concessit Iohanni de Petesca omnia iura que habet contra Lellam uxorem<sup>(a)</sup> Ceccapatre, pretestu et occasione cessionis sibi facte per Angelicam uxorem Nicole de regione Campitelli de omnibus iuribus sibi Angelice competentibus contra ipsam Lellam, pretestu et occasione VIII<sup>o</sup>

f. 103r

florenorum auri in quibus dicta Angela<sup>(b)</sup> eidem Lelle apparet condemnate, ut patet publica sententia scripta manu Iacobi Calisti notarii palatini et confirmata per iudicem appellationis, ut patet de dicta confirmatione, manu Odonis Bucatiolo publici notarii. Item et occasione sententie tassationis expensarum continentis in se quantitatem \*\*\*\* florenorum auri, scripte manu \*\*\*\* publici notarii late pro ipsa Angela<sup>(c)</sup> contra ipsam Angela<sup>(d)</sup>, que iura fuerunt cessa per ipsam Angelicam ipsi Iohanni, ut patet manu \*\*\*\*\* publici notarii. Hanc autem cessionem fecit dictus Iohannes dicto Iohanni de Petesca, presenti et stipulanti, pro pretio et nomine pretii X florenorum auri, quos confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit de evictione et ad hec Iohannes calsolarius de regione Campitelli sponte fideiussit et promisit de evictione, pro quibus obligavit bona sua etc. et renumpsiavit epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "oli" <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Così P e poi depennato "ipso Io" <sup>(d)</sup> Così P, ma probabilmente "Lellam".

67.

1372, dicembre 12

Il prete Nicola rettore della chiesa di S. Stefano della Pigna, Oddone *de Thedallinis* e Pietro di Giovanni di Nardo *de Porcariis*, per se stessi ed anche in rappresentanza di Nicola *de Montanariis*, canonici della chiesa di S. Stefano, danno in locazione per tre anni a Pietro figlio del defunto Varo del rione Campomarzio le terre della chiesa situate fuori ponte Mammolo nella contrada detta *lo Forno VII frati*, con la clausola di eseguire tre raccolte di grano, tre di erba e tre di spighe.

Il locatario si impegna a consegnare ogni anno, al tempo del raccolto, 5 rubbia di grano presso la chiesa.

f. 103v

Indictione XI<sup>a</sup> mense decembris die XII<sup>o</sup>.

Testes: Petrus Paulus Rostolini, Franciscus eius frater Ianaroli et Paulus Oddonis de Seromanis de regione Pinee ad hec specialiter vocati et rogati.

In presentia mei notarii et testium etc. presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, dominus Oddo de Thedallinis, Petrus Iohannis Nardi de Porcariis, qui iuravit etc. pro sese ipsis et vice et nomine domini Nicolai de Montanariis, canonici dicte ecclesie, una cum eis, pro quo promiserunt de rato et sese et bona ipsorum principaliter obligaverunt, sponte ac die presente locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt, pro tribus annis proxime futuris, Petro filio olim Vari de regione Campimartis, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, idest terras quas ipsa ecclesia habet extra pontem Mammolum in contrada que dicitur lo Forno VII frati ab utroque parte viam, inter hos fines, ab uno latere tenet ecclesia Sancti Laurentii in Fontana, ab alio ecclesia Sancti Eusepii, ab alio \*\*\*\*<sup>(a)</sup> vel si qui etc. proviso quod in dictis tribus annis dictus Petrus

f. 104r

habeat et habere debeat tres recollectas, tria erbatica et tria spicatica et tres responsiones facere teneatur. Hanc autem locationem et que dicta sunt dictus presbiter et canonici, pro se ipsis et vice et nomine dicte ecclesie et quo supra nomine, eidem Petro, presenti et stipulanti, fecerunt pro eo quod dictus Petrus promisit et convenit dictis presbitero et canonicis omni dictorum trium annorum dare et respondere eis pro dicta locatione, in dicta ecclesia, quinque rubla boni grani sine malitia ad mensuram senatus, omnibus suis sumptibus et expensis, tempore recollecte de grano recolligento<sup>(b)</sup> per eum de terra predicta sive de alio bono grano, quibus tribus annis integre revolutis ipsa locatio, scilicet ipse terre ad ipsam ecclesiam liberaliter revolvantur, promicentes ad alterutrum dicte partes ipsam locationem, tempore predicto durante, ratam habere sub obligatione bonorum ipsorum<sup>(c)</sup> partium et dicte ecclesie et voluerunt dicte partes pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso il confine <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> P "ipse".

68.

1372, dicembre 14

Nicola *Ficotie* del rione Campitelli presentatosi davanti a Pietro *Aczonis*, dottore in legge, giudice palatino e collaterale del Senatore, nel palazzo del Campidoglio presso il banco dei giudizi protesta contro la sentenza emessa contro di lui quale esecutore testamentario, insieme ad altre persone, del defunto Lippo *Ricciutoli* del



rione Pigna dietro richiesta di Lorenza figlia del defunto Lippo e moglie di Cecco di Buzio *Palutii* del rione Campitelli, nella quale si stabiliva, in base al testamento ed ai relativi paragrafi, di dare esecuzione alla disposizione testamentaria per la consegna di 350 fiorini d'oro, mentre Nicola aveva disposto altrimenti in riferimento ad un memoriale del defunto Lippo.

Nicola dichiara che la sentenza scritta da Paolo, nell'atto deliberativo, e da Antonio di Goiolo, notai palatini e collaterali, é da considerare nulla in quanto emessa contro ogni diritto, senza che sia stato ascoltato un testimone: chiede che la sentenza non gli sia di impedimento e annuncia di ricorrere al giudice di appello Giovanni di Nello *de Nederocchis*, dottore in legge.

Il ricorrente chiede che i suoi beni, siano posti sotto la protezione del giudice di appello e dichiara che, in pendenza del suo ricorso, i suoi beni e i suoi diritti rimangano impregiudicati.

f. 104v

Indictione XI<sup>a</sup> mense decembris die XIII.

Testes: Iacobus de Buccabellis de regione Campitelli, Laurentius Carote notarius, Cecchus Iohannis Goptifredi notarius de regione Parionis.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Nicolaus Ficotie de regione Campitelli coram sapiente viro domino Petro Aczonis, legum doctore, iudice palatino et collaterali presentis domini senatoris, pro tribunali sedente ad solitum banchum iuris in palatio Campitolii ad iura redenda, ut moris est, dixit<sup>(a)</sup> quamdam pretensam sententiam latam, ut dicitur, per ipsum dominum Petrum contra ipsum Nicolaum executorem, una cum aliis testamenti et ultime voluntatis quondam Lippi Ricciutoli de regione Pinee ad instantiam et petitionem domine Laurentie filie dicti olim Lippi uxoris Cecchi Butii Palutii de regione Campitelli seu eius procuratoris pro ea, in qua dicitur ipsum dominum Petrum pronumptiasse testamentum dicti quondam Lippi et capitula dicti testamenti fore et esse executione mandanda et executioni mandari debere cum effectu ad petitionem dicte domine Laurentie et dicti eius procuratoris pro ea in bonis et super bonis dicti quondam Lippi testatoris pro quantitate III<sup>c</sup>L florenorum auri et contra dictum Colam Ficotiam, executorem predictum,

f. 105r

preter pecuniam, de quibus dictus testator aliter disposuit et dispensavit, prout in dicto testamento clare describitur, secutam ut dicitur vigore cuiusdam pretensi memorialis sive simplicis narrationis asserentis, ut dicitur, pro parte dicte domine Laurentie contra ipsum Colam, ut executorem testamenti et ultime voluntatis dicti olim Lippi; sic vel aliter plus vel minus prout in dicta pretensa sententia, si sententia dici potest quod negatur, scripta manu Pauli, sententiante, et Anthonii Goyoli notariorum palatinorum et collateralium, dicitur continere, fuisse et esse ipso iure nulla et nullius valoris, efficacie roboris et momenti utpote latam et datam per ipsum dominum Petrum iudicem predictum contra ipsum Nicolaum, executorem prefatum, contra Deum, ius et iustitiam iuris, ordine non servato de facto potius de iure, perperam et inique causa non cognita ipsoque Nicolao non vocato, non confesso, non convicto, nec teste superato et si et in quanto esset aliqua quod negatur dicit ipsam iniquam et inique prolatam pro eo quod, pro parte dicti Nicolai, opposite fuerunt exceptiones contra ipsum pretensum memoriale et contra ipsam dominam et persona producentem, quibus obstantibus, dictus dominus iudes

f. 105v

debuerit pronumptiasse super dicto memoriali procedendi non esse. Item et pro eo quod in dicto pretensio testamento, cuius vigore dicta pretensa sententia dicitur emanasse, quam plures alii executores cum dicto Cola, relictis fuerunt per testatorem predictum propter quod ipso Nicolao soli non competit ministratio et executio predicta in dicto testamento contenta. Item et pro eo quod dictum pretensum testamentum nullam meretur executionem et ex eo legitime<sup>(b)</sup> peti non possint, pro eo quod in eo nullus apparet universalis heres scriptus et pro eo quod per neminem adhibita sunt heredes dicti quondam Lippi, merito legati, non debentur et ex eis et aliis multis iustis et rationabilibus causis, suo loco et tempore proponendis et allegandis, dicit ipsam nullam et iniquam, idcirco sensiens se dictus Nicolaus gravatus esse in posterum gravari posse ex predictis ad nobilem et sapientem virum dominum Iohannem Nelli de Nederocchis, legum doctorem iudicem appellationis, et ad quemlibet alium iudicem competentem, quem duxerit eligendum in hiis scriptis, supplicat provocat et appellat et appellos cum instantia sibi, quo supra nomine, dare petit iterum et iterum petit supponens se dictus Nicolaus bona et iura sua sub protectione et defensione dicti domini iudicis appellationis et futuri iudicis competentis, protestans dictus Nicolaus quod, hiis supplicationibus provocationibus et appellationibus pendentibus, nichil contra ipsum Nicolaum bona et iura sua debeat innovari.

f. 106r

<sup>(a)</sup> Ripetuto "dixit" <sup>(b)</sup> P "lega".

## 69.

1372, dicembre 20

Antonio *ser Abiczi* di Firenze abitante ad Aquila ed ora presente a Roma nomina suo procuratore Cristoforo di Giovanni di Genova ora di Roma del rione di S. Maria in Aquiro per tutte le sue cause e in particolare per ricevere qualsiasi somma dal maestro Giovanni merciaio e da qualsiasi altra persona che ha dei debiti nei suoi confronti e di rilasciare le relative quietanze.

Antonio dichiara inoltre di considerare il procuratore Cristoforo esente da ogni obbligo di garanzia e di dare il suo consenso all'operato del procuratore.



Indictione Xi<sup>a</sup> mense decembris die XX<sup>o</sup>.

Testes: Lellus Mathei Petri Angeli et Christofanus Vannutii Ianaroli de regione Pinee.

Actum in porticali Cecchi Cafari.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius ser Abiczi de Florentia moram trahens<sup>(a)</sup> in civitate Aquile nunc existens Romam ac die presente, sua bona voluntate, fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem etc. Christofanum Iohannis de Ianua nunc de Urbe de regione Sancte Marie in Aquiro, presentem et recipientem, ad omnes suas causas etc. ad agendum petendum defendendum etc.

f. 106v

nec non ad recipiendum quascumque quantitatem pecunie a magistro Iohanne merciaro et a quacumque alia persona debente aliquid<sup>(b)</sup> dare vel solvere dicto Anthonio et de receptione finem et quietationem faciendi nec non ad componendum cum eis pro quocumque quantitate pecunie et ad substituendum unum vel plures procuratores et ipsos revocandos si et quando sibi videbitur oportunum etc. et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, que veri et legitimi procuratores facere possint etc. relevans ipsum suum procuratorem ex nunc ab omni honore satisfactione de iudicio Sisti cum clausulis suis oportunis etc.<sup>(c)</sup> promisit de rato, pro quibus obligavit bona sua etc. et renuntiavit etc.

<sup>(a)</sup> P “thaens” <sup>(b)</sup> P “aliquit” <sup>(c)</sup> Annullato “pro” in seguito ad una macchia d’inchostro.

## 70.

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

Scriptum per me Paulum de Seromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarium, anno, mensibus, indictione et diebus supra dictis et meum signum apposui consuetum.

(S)<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Seguono i ff. 107r e v, 108r e v, 109r e v 110r e v, 111r e v, 112r e v, 113r e v bianchi.

1.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1377 e traccia il proprio segno monogrammatico.

f. 1r In nomine Domini amen. Anno millesimo trecentesimo septuagesimo septimo pontificatus domini Gregorii<sup>(a)</sup> pape XI, indictione XV et prima<sup>(b)</sup> mensibus et diebus infrascriptis.  
Hic est liber sive quaternus contractuum sub brevitare compositorum mei Pauli de Seromanis notarii.  
Signum mei Pauli de Sorromanis notarii

(S)<sup>(c)</sup>

<sup>(a)</sup> P "Gergorii" <sup>(b)</sup> Così P: si ricorda che il 1° ciclo indizionale scatta con il 1 settembre 1377 <sup>(c)</sup> Segue il f. 1v bianco.

2.

1377, gennaio 22

Bartolomeo *de Castilgiono* ora abitante a Roma del rione Arenula e Caterina moglie di Saba *de Sorromanis* del rione Pigna, figlia della defunta Francesca figlia a sua volta del defunto Roberto *de Castilgiono* e vedova di Giovanni *Catellini* del rione Parione, con il consenso del marito Saba, nominano loro procuratore Angelino *Dellalumso* abitante a Napoli per ricevere qualsiasi quantità di denaro da Francesca *de Sancto Framundo*.

f. 2r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVII<sup>o</sup> pontificatus domini Gregorii pape XI indictione XV mense ianuarii die XXII<sup>o</sup>.

Testes: Iohannes della Celsa, Lucas Cecchi Cafari de regione Pinee et Paulus dello Prepuosto de castro Montis Algioni.

Actum Rome in regione Pinee ante domum Sabbe de Seromanis.

In presentia mei notarii et testium etc. Bartholomeus de Castilgiono nunc moram traens<sup>(a)</sup> in Urbe in regione Arenule et domina Catherina uxor Sabbe de Sorromanis de regione Pinee, filia olim domine Francisce filie olim domini Roberti de Castilgiono uxoris olim Iohannis Catellini de regione Parionis, que renumpsiavit auxilio Velleiani senatus etc. cum consensu et voluntate dicti Sabbe viri sui, presentis et consensientis, ac die presente ambo ipsi et quilibet ipsorum in solidum<sup>(b)</sup> sponte

f. 2v fecerunt constituerunt et ordinaverunt eorum procuratorem Angelinum Dellalumso morantem in civitate Neapolim, licet absentem tamquam presentem, ad recipiendum quamcumque quantitatem pecunie communiter, nomine ipsorum et pro eis, a domina Francischa de Sancto Framundo \*\*\*<sup>(c)</sup>

<sup>(a)</sup> P "thaens" <sup>(b)</sup> P "solitum" <sup>(c)</sup> L'atto è stato interrotto: segue il restante foglio in bianco.

3.

1377, gennaio 22

I canonici della chiesa di S. Stefano riuniti in capitolo, presenti il prete Nicola, Giovanni *de Bauldinis*, \*\*\*\*\* di Giovanni di Nardo *de Porcariis* e \*\*\*\*\* *Tucciolini*, danno in locazione per un periodo di 9 anni a Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna due pezze di vigneto incolto, situato fuori delle porta Pinciana nella località detta *Forma Cornella*, dietro un versamento di un fiorino d'oro per l'ingresso al terreno oltre ad un canone annuale di un fiorino d'oro da pagare in occasione della festa di S. Stefano.

L'affittuario si impegna a sottostare alla pena pecuniaria della duplicazione romana se il canone annuale non dovesse essere pagato entro 8 giorni.

f. 3r Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Laurentius de Seromanis et Tutius Petri de Ariano de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Congregati et coadunati similiter canonici et capitulum ecclesie Sancti Stephani de Pinea ad sonum campanelli<sup>(a)</sup> in loco capituli dicte ecclesie, videlicet presbiter Nicolaus, Iohannes de Bauldinis, \*\*\*\*\* Iohannis Nardi de Porcariis et \*\*\*\*\* Tucciolini canonici dicte ecclesie ad capitulum faciendo, eorum bona voluntate pro sese ipsis et vice et nomine dicte ecclesie et pro utilitate dicte ecclesie, sponte locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt in perpetuum singulis VIII annis renovandis, Paulo filio olim Nicolai Marronis de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, ut dictum est, vel cui seu quibus ipse

f. 3v Paulus dare vendere et concedere voluerit, cum consensu et voluntate canonicorum et capituli dicte ecclesie qui nunc sunt et per tempora erunt, proviso quod non pio loco nec potenti persone etc. idest duas petias vinearum desertinarum ipsius ecclesie cum arboribus fructiferis et infructiferis in eis existentibus ipsius ecclesie plus<sup>(b)</sup> vel minus quante sunt, positarum extra portam Pincianam in loco qui dicitur Forma Cornella,

inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Petrus, ab alio vicus et alii fines cum omnibus suis usibus etc. et cum introytibus et exitibus suis ad habendum tenendum etc. Hanc autem locationem et que dicta sunt dicti canonici et capitulum, nomine dicte ecclesie et pro ipsa, fecerunt dicto Paulo, presenti et recipienti, pro eo quod dictus Paulus pro introytu solvit dicti canonici unum florenum auri et promisit et convenit annuatim, ipsa locatione durante, omni anno in festo Sancti Stephani solvere canonicis dicte ecclesie, qui nunc sunt et per tempora erunt, unum florenum auri, quem si non solverit infra VIII dies teneatur solvere duplicatum etc. proviso etiam quod dicti canonici et alii qui per tempora erunt eidem Paulo non teneantur de evictione, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> P “plux”.

#### 4.

1377, gennaio 27

Lello Maddaleno mercante del rione Pigna presentatosi davanti a Domenico di Viterbo avvocato della camera di Roma e ad Antonio del *castrum Tarani* procuratore della camera dichiara che quando egli acquistò dagli ufficiali della camera i diritti di ripatico del Tevere su 104 transiti doganali per un certo prezzo, come risulta da un atto di vendita rogato dai notai degli ufficiali della camera, e che essi avevano promesso, a nome del popolo Romano e della camera di Roma, di difenderlo da qualsiasi altra persona che gli impedisse di raccogliere l'usufrutto del ripatico, mentre alcuni mercanti pisani, lucchesi, assisiati ed altri ancora che vengono a Roma con le loro mercanzie si rifiutano di pagarlo, per questo egli aveva fatto causa ai mercanti presso la curia pontificia e il pontefice ai cardinali *dominus de Santo Petro, dominus de Florentia et dominus \*\*\*\*\**. Ora Lello chiede che l'avvocato ed il procuratore della camera di Roma si presentino davanti ai commissari pontifici e difendano la causa a spese della camera stessa per chiarire e confermare i diritti della camera in vigore secondo un'antica consuetudine per la quale tutti i mercanti che portano le loro mercanzie per via d'acqua e approdano con le barche alla ripa del Tevere o in altro luogo dall'Argentario al Circeo dovranno pagare agli ufficiali della camera di Roma o agli acquirenti dell'usufrutto del ripatico il dazio sui 104 transiti doganali: se questo non avvenisse per loro colpa e saranno giudicati perdenti nella causa, chiederà il risarcimento dei danni e degli interessi.

Eodem anno, indictione mense<sup>(a)</sup>, XXVII.

Testes: dominus Marchus de Amateschis legum doctor de regione Parionis, Casaleta de regione Arenule Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. Lellus Madalenus mercator de regione Pinee personaliter constitutus coram domino Dominico de Viterbio, avvocato camere Urbis, et ser Anthonio de castro Tarani, procurator dicte camere, presentibus audientibus et intelligentibus, dixit exposuit et narravit ac protestatus fuit quod cum ipse Lellus emerit a camera Urbis et ab officialibus ipsius camere Ripam et fructuum Ripe Tiberis, videlicet de centum quatuor pro certo pretio et pro certo tempore, ut patet publico istrumento venditionis scripto manu publicorum notariorum et dicti officiales, nomine Romani populi et camere Urbis, promiserint ipsi Lello ipsam Ripam eius fructum defensare ab omni persona et loco, ita quod licebit sibi ipsam Ripam et dictos fructus libere uti et colligere et colligi facere omni molestia aliquali et modo nonnulli mercatores pisani, luccani, ascisciani et nonnulli alii qui Romam advenerunt cum eorum mercantiis recusent solvere dictum ripaticum, ipsi velle ut consuetum est, et ista occasione fuerit initiata questio inter ipsum Lellum et dictos mercatores in curia domini nostri pape et dominus noster papa ipsam causam commiserit domino de Santo Petro, domino de Florentia et domino \*\*\*\*\*<sup>(b)</sup>, cardinalibus, ipso Lello invito, quod ipsi advocatus et procurator, nomine camere Urbis, cum ipsa camera sit camere debeant coram ipsis dominis commissariis comparere et expensis camere ipsam causam defensare et de iuribus camere docere et probare, si necesse fuerit, quomodo antiqua consuetudo est a tempore cuius in contrarium memoria non existitit, omnes mercatores<sup>(b)</sup> venientes cum mercantiis eorum per aquam, aplicantes ad dictam ripam vel alibi a Monte Argentarie usque ad Montem Cercellorum et infra dicta confinia solvere officialibus camere Urbis sive emptoribus dictorum<sup>(c)</sup> fructuum de C IIII<sup>or</sup> et omnia alia faciant et procurent que in dicta causa essent necessaria et oportuna, alias si eorum defectu sive negligentia contingerit, quod absit, quod dicta causa perderetur quod ipsi teneantur ad omnia dampna et interesse, que camera Urbis pateret dicta occasione etc.

<sup>(a)</sup> Omesso “die” <sup>(b)</sup> P “mercansores” <sup>(c)</sup> Depennato “ff”.

#### 5.

1377, gennaio 27

Lello Maddaleno mercante del rione Pigna presentatosi davanti ai nobili Stefano *Malgiotii Turibacca* e Paolo di Teolo *Mete*, conservatori della camera di Roma presenti nel palazzo dei Conservatori, consegna una protesta analoga a quella precedente (doc. 4).

f. 5v

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

Actum in domo residentie Dominorum Conservatorum.

In presentia mei notarii et testium etc. Prefatus Lellus personaliter constitutus coram nobilibus viris Stephano Malgiotii Turibacca et Paulus Theuli Mete conservatoribus camere Urbis existentibus in domo eorum residentie, presentibus et audientibus et intelligentibus, fecit similem protestationem et notificationem ut supra<sup>(a)</sup>.

<sup>(a)</sup> Segue il restante foglio bianco.

6.

1377, febbraio 16

Buzio di Giovanni *Amistatis* del rione Arenula, con il consenso della moglie Donata, dei figli Giovanni e Francesco e di Giovanna moglie di Giovanni, dona a Paolo *Amistatis*, altro suo figlio emancipato, come risulta dall'atto di emancipazione rogato dal notaio \*\*\*\*\*, una casa con pianoterra e solaro, in parte con un ballatoio davanti e un porticato, situata nel rione Arenula, una seconda casa con pianoterra e solaro e ballatoio davanti, situata nel rione Parione, e una terza casa con pianoterra e orto dietro, situata nello stesso rione Parione.

Paolo a sua volta dona al padre Buzio ed ai suoi fratelli i diritti su di un palazzo con colonne, con pianoterra e solaro, con chiostro e un orto dietro, situato nel rione Arenula, e su una casa con pianoterra e solaro, con camera all'interno e cucina dietro e con orto con pozzo.

Si conviene tra le due parti che Donata moglie di Buzio e madre di Paolo potrà abitare e percepire l'usufrutto, vita natural durante, della casa con pianoterra e solaro con ballatoio donata da Buzio al figlio Paolo; a sua volta Paolo promette di ottenere il consenso della moglie Sofia e del cognato Antonio *Bonopera* e, allo stesso modo, Giovanni *Amistatis* promette di ottenere il consenso di Angelello di Giovanni di Angelo. Si offre quale garante delle due parti Sabuzio di Nuzio fratello di Pietro *de Mellinis* in caso di evizione dei beni.

f. 6r

Indictione XV mensis<sup>(a)</sup> frebuarrii die XVI.

Testes: Iacobellus Consulis, Bartellutius Lonbardelli de regione Arenule et Andreas Manni de regione Parionis.

In presentia mei notarii et testium etc. Butius Iohannis Amistatis de regione Arenule, presente et sibi consentiente domina Donata uxore sua, Iohanne et Francischo filiis suis, domina Iohanna uxore dicti Iohannis, que ambe domina Donata et Iohanna, primo renumptiaverunt omni earum et cuiuslibet ipsarum dotis donationis propter numptias alimentorum guarnimentorum et omni alio eorum iuri et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introducto, certiorate dicte domine per me notarium infrascriptum de ipso auxilio quid sit et quid dicat, et dicti Iohannes et Francischus renumptiaverunt et refutaverunt omni eorum iurium omnemque actionem realem et personalem utilem et directam tacitam et expressam, que et quas ipsi et quilibet ipsorum habent vel habere possent nunc et in futurum in infrascriptis bonis, domibus et quolibet ipsarum quocumque modo iure titulo sive causa, qui Iohannes, Francischus et domina Iohanna, primo iuraverunt ad sancta Dei evangelia

f. 6v

contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX seu XXV annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa, nec restitutionem in integrum adversus infrascripta aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis per me eundem notarium primo certiorati quid sint et quid dicant, prefatus Butius sponte et ex certa scientia, donavit et titulo donationis inter vivos dedit cessit et concessit Paolo Amistatis filio suo emancipato, ut patet manu \*\*\*\*\* publici notarii, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Paulus in perpetuum dare cedere aut concedere voluerit, idest unam domum terrineam et solaratam, pro parte cum mingiano ante se et porticali, positam in regione Arenule, inter hos fines, cui ab uno latere tenet dictus Butius, ab alio heredes quondam Lelli Pile, retro tenet dictus Butius, ante est via publica. Item unam domum terrineam et solaratam cum mingiano ante se, positam in regione Parionis, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Iacobelli Caransonis, ab alio est infrascripta domus terrinea, retro tenet Andreotius Gibelli. Item unam domum terrineam cum orto post se, positam in regione Parionis, inter hos fines, cui ab uno latere tenet supradicta domus cum

f. 7r

mingiano, ab alio tenet Butius Piscionis, retro tenet dictus Andreotius Gibelli, ante est via publica vel si qui sunt ad predictas domos et qualibet ipsarum plures aut veriores confines antiqui vel moderni, donavit insuper dictus Butius eidem Paulo filio suo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc habet et in futurum habere posset in dictis domibus et qualibet ipsarum quocumque modo iure titulo sive causa etc. nullo iure nullaque actione dicto Butio in dictis domibus et qualibet ipsorum quomodolibet reservatis. Hanc autem donationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Butius, cum consensu et voluntate supranominatorum, eidem Paulo filio suo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit ob amorem et dilectionem quem et quam habet in eum ut

verum et bonum filium et pro eo quod dictus Paulus, sponte et ex certa scientia, donavit et donationis titulo inter vivos cessit et concessit dicto Butio, patri suo, et dictis eius filiis<sup>(b)</sup> fratibus suis, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et eorum et cuiuslibet ipsorum heredibus et successoribus,

f. 7v omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas sive in iure scriptas ad ipsum Paulum quoque modo spectat cum ratione future successione et future actionis quam quocumque alio modo iure titulo sive causa in uno palatio columpnato terrineo et solarato, cum recluso et orto post se ipsius Butii, posito in regione Arenule, cui ab uno latere tenet dictus Butius, ab alio Iohannes Sarraceni, retro dictus Iohannes Sarraceni. Item in una domo terrinea et solarata cum cameris infra se et quoquina post se et orto cum puteo post dictam quoquinam, cui ab uno latere tenet supradicta domus cum porticali dicti Pauli, ab alio supradictum palatium dicti Butii, retro et ab uno latere tenent<sup>(c)</sup> heredes quondam Lelli Pile, ab alio Iohannes Saraceni et Petrus de Androctinis vel si qui alii sunt ad ipsum palatium et ad ipsam domum plures aut veriores confines. Hoc tamen expresse convento inter ipsas<sup>(d)</sup> partes quod<sup>(e)</sup> dicta domina Donata uxor dicti Butii et mater ipsius Pauli, toto tempore vite sue, habeat et habere debeat ad habitandum sive usufruendum<sup>(f)</sup>

f. 8r et fructificandum supra dictam domum terrineam et solaratam cum mingiano, positam et confinam ut supra, donatam ipsi Paulo per dictum Butium, patrem suum, post ipsius domine donate mortem dicta domus et eius proprietates ad ipsum Paulum, sine aliquo sui impedimento, libere revertatur et promisit dictus Butius dicto Paulo filio suo, presenti et recipienti ut supra, quod dicte domus et res donate cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentis sunt ipsius Butii et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone etc. sunt vendite date donate etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione et e converso dictus Paulus promisit dicto Butio et dictis suis fratibus, presentibus et recipientibus et legitime stipulantibus ut supra, quod iura si qua habebat in dictis palatio et domo nemini sunt vendita per ipsum Paulum et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de facto suo dumtaxat, promisit insuper dictus Paulus dictis Butio et filiis, presentibus et recipientibus ut supra, in premissis et quolibet premissorum facere consentire dominam Sophiam uxorem suam et Anthonium Bonoperam, cognatum suum, cum curis et cautelis de iure sufficientibus promissis et renuntiavit

f. 8v oportunis ad omnem petitionem requisitionem et voluntatem dicti Butii et filiorum et e converso dictus Iohannes Amistatis promisit dicto Paulo, fratri suo, in predictis et quolibet predictorum facere consentire Angelellum Iohannis Angeli ad omnem ipsius Pauli petitionem requisitionem et voluntatem cum curis et cautelis de iure sufficientibus et renuntiavit oportunis et ad hec ad petitionem et instantiam utriusque partis penes utramque partem Sabbutius Nutii fratris Petri de Mellinis, sponte et ex certa scientia, fideiussit in casu evictionis rerum predictarum et voluit in casu evictionis teneri ad omnia ad que dicti principales tenentur, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti principales ad alterutrum et dictus fideiussor, in casu quo tenentur, obligaverunt bona ipsorum etc. et renuntiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renuntiaverunt epistule divi Adriani etc. Actum in domo Iohannis de Cinthiis cancellarii Urbis.

(a) Così P (b) P “filiis” (c) P “tenet” (d) Corretto sul precedente “ipsam” (e) Depennato “li” (f) P “usufruendum”.

7.

1377, febbraio 17

Angela vedova di Vocca marmista del rione Pigna rilascia una quietanza a Buzio Raitini del rione Pigna, presente anche a nome del garante Petruzio detto *Locuopto* calzolaio dello stesso rione, in seguito alla restituzione di 4 fiorini d'oro concessi in deposito, come risulta dall'atto rogato dallo stesso Paolo *de Seromanis*.

f. 9r Indictione XV mense february die XVII.

Testes: Lellus della Ceca et Nellus filius Colutie dicti alias Biancapectorina.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Angela uxor olim Vocche marmorarii de regione Pinee, que renuntiavit auxilio Velleiani etc. sponte renuntiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Butio Ratini de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus ac vice et nomine Petrutii dicti alias Locuopto calsolarii de regione Pinee, et mihi notario etc. idest omnia iura que contra eos habet vel habere posset occasione III<sup>or</sup> florenorum auri in quibus dictus Butius, ut principalis, et dictus Petrutius, ut fideiussor, et quilibet ipsorum eidem domine tenentur vigore depositi continentis dictam quantitatem, ut patet manu mei notarii. Hanc autem refutationem fecit quia confessa est se recepisse a dicto Butio dictos III<sup>or</sup> florenos auri de quibus se bene quietata et pacata vocavit etc. et renuntiavit etc. et promisit de evictione etc. pro quibus observandis obligavit bona sua etc. et renuntiavit etc.

Petruzio di Andrea del rione Arenula nomina arbitro il nobile Giovanni *de Cinthiis* cancelliere di Roma per risolvere le controversie sorte con Giacomo di Cinzio *de Thomais* dello stesso rione. L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare e di stipulare un atto di pace e di sicurezza perpetua o temporanea. Il richiedente promette di ossevare l'arbitrato e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato; stabilisce inoltre che il mandato sarà valido fino alla fine di febbraio.

Dietro richiesta di Petruzio si offrono quali garanti Nuzio di Giacomo di Paolino del rione Arenula e Antonio di Pietro *de Vico* del rione S. Angelo.

f. 9v

Indictione XV mense february die XX.

Testes: Lellus Alexii Iohannis Cinthii et Alexius Cecchi Alexii de regione<sup>(a)</sup> Arenule.

Actum in domo habitationis infrascripti Petrutii.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrutius Andree de regione Arenule, qui iuravit etc. sponte compromisit<sup>(b)</sup> et compromissum fecit in nobilem virum Iohannem de Cinthiis cancellarium Urbis, licet absentem tamquam presentem, tamquam in eius arbitratum arbitratorem amicabilem compositorem et communem amicum de omni briga lite controversia inimicitia et questione que est vel esse posset inter ipsum Petrutium, ex una parte, et Iacobum Cinthii de Thomais de regione Arenule, ex parte alia, dans et concedens dictus Petrutius dicto Iohanni, arbitro et arbitratori<sup>(c)</sup> predicto, plenam et liberam potestatem arbitrandi laudandi difiniendi mandandi laudandi inter ipsas partes alte et basse, de facto et de iure, pacem et

f. 10r

securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione quacumque reali personali verbali vel sine, semel vel plures, diebus feriatis et non feriatis, stando sedendo ambulando prout ei placuerit, promictens dictus Petrutius omne arbitrium, laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia et ferendo per ipsum Iohannem ratum gratum et firmum habere et ab ipso non suplicare, appellare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri ad penam et sub pena V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, aplicandam pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti predictae servanti, me notario ut publica persona stipulante et recipiente pro ipsa camera et parte, scilicet ex nunc ipsum Iohannem elegit in bonum virum, quod compromissum dictus Petrutius durare voluit per totum presentem mensem february et ad hec Nutius Iacobi Paulini, qui iuravit etc. de regione Arenule et Anthonius Petri de Vico de regione Sancti Angeli, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt ad instantiam et petitionem dicti Petrutii penes me notarium ut publicam personam, stipulantem et recipientem pro ipsa camera et<sup>(d)</sup>

f. 10v

parte, et promiserunt sese facturos et curaturos quod dictus Petrutius promissionem per eum inviolabiliter observabit ad penam predictam aplicandam ut supra, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Petrutius et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt omnia eorum bona etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumptiaverunt statuto Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis, epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Pinee" <sup>(b)</sup> P "compromissit" <sup>(c)</sup> P "albitratori" <sup>(d)</sup> Ripetuto "et".

Giacomo di Cinzio *de Thomais* del rione Arenula emancipato dal padre, come risulta dall'atto di emancipazione rogato da un notaio pubblico, nomina arbitro il nobile Giovanni di Cinzio *de Cintheis* del rione Arenula cancelliere di Roma per risolvere la controversia sorta con Pietro di Andrea del rione Arenula. L'arbitro riceve ampio mandato di deliberare e di stipulare un atto di pace e di sicurezza perpetuo o temporaneo. Il richiedente promette di osservare l'arbitrato e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato; stabilisce inoltre che il mandato sarà valido fino alla fine di febbraio.

Dietro richiesta di Buzio ovvero Giacomo si offrono quali garanti Buzio di Petruzio e Mattozio di Lello di Cola *de Aricia* del rione Campomarzio.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram hiis testibus, scilicet magister Paulus Iacobutii et Stephanellus della Contessa de regione Campimartiis.

Actum in domo Mathutii della Riccia.

In presentia mei notari et testium etc. Iacobus Cinthii de Thomais de regione Arenule, emanciopatus a dicto suo patre, ut patere dicitur manu publici notarii, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate compromisit et compromissum fecit in nobilem virum Iohannem Cinthii de Cin-

f. 11r

thiis de regione Arenule cancellarium Urbis, licet absentem tamquam presentem, tamquam in eius arbitrum arbitratorem amicabilem compositorem et communem amicum electum et absumptum ab ipso Iacobo, ex una parte, et Petrum Andree de regione Arenule, ex alia, de omni briga lite discordia controversia et questione vertente et que versa est inter ipsum Iacobum, ex una parte, et Petrum Andree de regione<sup>(a)</sup> Arenule, ex alia,

dans et concedens dicto arbitro plenam et plenissimam potestatem, balivam et auctoritatem arbitrandi<sup>(b)</sup> laudandi diffiniendi et mandandi inter ipsas partes, alte et basse, semel et plures, summarie et de plano, de facto vel de iure, securitatem perpetuam vel ad tempus pacem cum satisfactione quacumque reali personali seu verbali, promictens dictus Iacobus omne arbitrium laudum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia, ferendum per dictum Iohannem, arbitrum et arbitratorem predictum, ratum et firmum habere et ab ipso non supplicare seu petere reductionem ad arbitrium boni viri, scilicet<sup>(c)</sup> ipsum ex nunc elegit pro bono viro, sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia

f. 11v

medietate parti predictae servanti, me notario ut publica persona stipulante et recipiente vice et nomine dicte camere et parti, renumpsiavit in hiis capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc. et ad hec ad petitionem et instantiam Butii sive Iacobi predicti penes me notarium, ut publicam personam stipulantem et recipientem pro camera Urbis et parte, Butius Petrutii et Mathutius Lelli Cole de Aricia de regione Campimartis, quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt et promiserunt quod dictus Iacobus observabit predicta ad penam predictam stipulatam et applicandam ut supra, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iacobus et dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt bona ipsorum etc.<sup>(d)</sup> et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro premissis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiaverunt beneficio fori, ferriis etc. quod compromissum dictus Iacobus durare voluit per totum presentem mensem februarii.

<sup>(a)</sup> Depennato "P" <sup>(b)</sup> P "albitrandi" <sup>(c)</sup> Omesso "Iohannem" <sup>(d)</sup> Depennato "ren".

### 10. 1377, febbraio 20

Giovanni di Cinzio *de Cintheis*, nominato arbitro da Petruzio di Andrea e da Giacomo di Cinzio *de Thomais* del rione Arenula (v. docc. 8 e 9), dispone che venga osservata una tregua tra le due parti ricorrenti durante il tempo previsto nei rispettivi compromessi sotto pena della sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

f. 12r

Eodem die.

Testes: dicti Lellus et Alexius de Cinthiis.

Prefatus Iohannes arbiter et arbitrator predictus, ex potestate sibi concessa per dictas partes, arbitramur semel et plures pacem et securitatem perpetuam viam arbitrationis eligendo, mandavit inter dictas partes treguam durante compromisso et quod ad penam contenta, aplicandam prout in dicto compromisso continetur. Item dicte partes sese ad invicem non offendant nec offendi faciant in personis vel bonis, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, reservato ipso Iohanni potestatem iterum et iterum arbitrandi etc.

### 11.

1377, febbraio 22

Buzio figlio del defunto Cecco già *de Terra Maleani* e ora di Roma del rione Campomarzio e Iorio di Giovanni *Verardi* già di Rieti ed ora di Roma del rione Pigna stipulano un patto di fidanzamento: Buzio promette di concedere in moglie la figlia con la dote e gli ornamenti del valore di 50 libbre di provisini del senato e con altri oggetti preziosi; Iorio promette, a sua volta, di sposare Caterina entro il prossimo mese di maggio. In caso di inadempienza le parti si sottopongono ad una pena pecuniaria di 100 libbre di provisini del senato.

f. 12v

Indictione XV mense frebuarii die XXII<sup>o</sup>.

Testes: dominus presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Paulus Marronis de regione Pinee et Atabianutius de regione Columpne.

Actum in ecclesia Sancti Laurentii in Lucina.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt fidantie conventionis et pacta parentele habita et firmata, solempni stipulatione interveniente, inter Butium filium olim Cecchi de Terra Maleani olim et nunc de Urbe de regione Campimartis, ex una parte, et Iorium Iohannis Verardi olim de civitate Reatina et nunc de Urbe de regione Pinee qui iuravit etc., ex parte altera, videlicet quod dictus Butius promisit et solempni stipulatione interveniente convenit dicto Iorio dare sibi in suam legitimam uxorem Catherinam filiam ipsius Butii cum dote et guarnimentis L librarum provisinorum senatus et aliis rebus iocalibus, inter ipsos partes conventis, et se facturum et curaturum quod dicta Catherina recipiet ipsum Iorium in suum legitimum maritum cum dictis dote et guarnimentis et e converso dictus Iorius promisit et convenit dicto

f. 13r

Butio, presenti et recipienti pro dicta Catherina filia sua, me notario ut publica persona stipulante et recipiente pro ipsa, ipsam Catherinam recepere in suam legitimam uxorem cum dicta dote et guarnimentis et aliis iocalibus, quam parentelam dicte partes complere promiserunt hinc per totum mensem maii proxime futurum, plus vel minus, ad voluntatem partium, sub pena et ad penam C librarum provisinorum senatus aplicanda pro medietate etc.



Buzio figlio del defunto Cecco già *de Terra Maleani* vende a Iorio di Giovanni *Verardi* una casa con pianoterra, situata nel rione Campomarzio, al prezzo di 50 libbre di provisini del senato. Il venditore nomina suo procuratore Paolo *Marronis* del rione Pigna per l'insediamento dell'acquirente. Tommaso figlio di Buzio si offre quale garante in caso di evizione della casa.

Eodem anno, mense, indictione et die et coram dictis testibus.

Supradictus Butius sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit dicto Iorio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et sucessoribus in perpetuum ad veram et mundam proprietatem et perpetuam hereditatem, idest unam suam domum terrineam, positam in regione Campimartis, inter hos fines, ab uno latere tenet Thomax filius dicti Butii, ab alio Iutius olim de Viturchiano, ante est via publica vel si qui etc. cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis

f. 13v et per Paulum Marronis de regione Pinee, testem prefatum, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta domo investiri voluit et mandavit et, donec fuerit investitus, constituit se dictus venditor precario<sup>(a)</sup> nomine dicti emptoris tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori plenam<sup>(b)</sup> licentiam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsam domum propria auctoritate possit intrare etc. vendidit etiam dictus venditor eidem emptori omnia iura sibi competentia in dicta domo etc. nullo iure sibi aliquo modo reservato. Hanc autem venditionem etc. fecit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, pro pretio et nomine pretii L librarum provisinorum senatus, quas dictus venditor a dicto emptore confessus fuit se recepisse, de quibus etc. et renuntiavit etc. et si plus dicto pretio valeretur vel in futurum valebit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti inter vivos donavit cessit et concessit et promisit de evizione in forma et ad hec ad instantiam et petitionem

f. 14r dicti venditoris penes dictum emptorem, presentem et recipientem ut supra, dictus Thomax filius dicti venditoris, qui iuravit etc. sponte fideiussit in casu evictionis predictae, pro quibus obligaverunt bona ipsorum etc. et renuntiavit etc.

<sup>(a)</sup> P "preclario" <sup>(b)</sup> P "plana".

Iorio di Giovanni *Verardi* già di Rieti ed ora del rione Pigna, a nome della figlia Caterina, contrae una obbligazione dotale nei confronti di Buzio figlio del defunto Cecco già *de Terra Maleani* sulla casa acquistata dallo stesso Buzio ed offre in pegno per la dote di Caterina una somma corrispondente a 33 libbre, 13 soldi e 4 denari di provisini del senato; impegna inoltre per la donazione nuziale l'importo residuo del valore della casa di 16 libbre, 6 soldi e 8 denari di provisini del senato secondo i patti consueti a Roma.

Eodem mense, indictione et die et coram dictis testibus.

Supradictus Iorius sponte, qui iuravit etc. obligavit et pignori posuit dicto Butio, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se et dicta Catherine filia sua, et me notario recipiente pro eo, idest supradictam domum, supra positam et confinam, venditam per ipsum Butium ipsi Gorio, ut supra apparet et generaliter omnia alia bona sua, que nunc habet et in futurum adquisiturus est dum hoc pignus et obligatio durabunt. Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus<sup>(a)</sup> Iorius dicto Butio, presenti et recipienti ut supra, pro dote et nomine dotis ipsius Catherine filie sue, triginta trium librarum et solidorum XIII et denarios VIII provisinorum senatus quas confessus fuit dictus Iorius a dicto Butio, pro dote dicte Catherine filie sue recepisse

f. 14v et habuisse, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit et renuntiavit etc. sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis etc. insuper dictus Iorius donavit propter numptias dicto Butio, presenti et recipienti ut supra, XVI libras et solidos VI et denarios VIII provisinorum senatus sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis et promisit dictus Iorius dicto Butio, presenti et recipienti ut supra quod dicta domus supra obligata per eum nec per alium, suo nomine, nulli alii persone seu loco est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evizione in forma et si, ut dictum est, hec omnia observata fuerint tunc hec carta sit vacua et nullis valoris, alias liceat ipsi Butio et dicte Catherine dictam domum et alia bona dicti Iorii propria auctoritate intrare tenere possidere etc. donec eidem Butio et dicte Catherine fuerit de dictis dote et donatione integre satisfactum<sup>(b)</sup>, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iorius obligavit dicto Butio, presenti et recipienti ut supra, omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renuntiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "B" <sup>(b)</sup> Così P.

Iorio di Giovanni *Verardi* e Caterina figlia di Buzio figlio del defunto Cecco già *de Terra Maleani* presentatisi davanti al notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio. Buzio infila l'anello nuziale con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Caterina mentre il notaio pronunzia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

f. 15r

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

Contractus fuit matrimonium per verba de presenti inter dictos Iorium et Catherinam, qui Iorius interrogatus per me notarium si volebat in suam uxorem dictam Catherinam qui sponte respondit “Volo” et dicta Catherina interrogata per me notarium si volebat dictum<sup>(a)</sup> Iorium in suum legitimum maritum que respondit “Volo” et tunc dictus Iorius intervenientibus verbis “Quod Deus commiserit homo non separet” cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso arravit eandem mictendo dictum anulum in digito anulari<sup>(b)</sup> ipsius Catherine manus destre.

<sup>(a)</sup> Depennato “B” <sup>(b)</sup> P “anuali”.

Tommaso di Nicola inglese del rione Colonna e Alisa di Roberto inglese del rione Pigna, usufruttuaria vita natural durante di una casa con pianoterra e solario, con orto e due pozzi dietro, con un colonnato davanti e camere all'interno, non volendo mantenere in comune la proprietà, con il consenso del marito, di Enrico di Giovanni inglese del rione Trastevere e di Giovanni di Roberto *Paternostrario* del rione Parione, esecutori testamentari del defunto Roberto di Roberto inglese del rione Pigna che li aveva delegati per la vendita della metà della casa alla morte di Alisa, decidono di procedere alla divisione della proprietà e il compito fu affidato a Giacomello *Cafari* ed a Romano *Casalis*, esperti maestri muratori, che divisero la casa in due parti: la prima parte comprendeva il solario con camere e una sala, una parte del porticato e del cortile fino al segno impresso presso la porta d'ingresso situata sulla scala di marmo attraverso la quale si sale nella casa, con metà dell'orto e di una parte di terreno situati dietro la casa, con ingresso attraverso due porte, e un pozzo con l'obbligo dell'assegnatario di provvedere, a proprie spese, alla costruzione di una scala d'ingresso all'orto e al pozzo; la seconda parte comprendeva l'edificio sottostante con il restante porticato con colonne fino al cortile ed al segno impresso sulla parete presso la porta d'ingresso, situata sulla scala di marmo, con la metà per l'ingresso nella casa, con l'altra metà dell'orto e del terreno e del secondo pozzo con l'obbligo dell'assegnatario di provvedere, a proprie spese, all'apertura di una o due porte nel muro dell'orto e terreno residuo e di provvedere inoltre alla costruzione di un solario utilizzando le pareti comuni senza arrecare danno alla parete superiore della casa e di realizzare una fogna per le camere del nuovo solario con minimo ingombro sul terreno della casa.

I maestri muratori stabiliscono inoltre che quando i tetti della casa avranno bisogno di riparazione la spesa dovrà essere fatta in comune dai due proprietari.

L'assegnazione delle singole parti in cui era stata divisa la casa fu affidata alla sorte: a Tommaso inglese toccò in sorte la parte soprastante della casa; ad Alisa la parte sottostante.

Indictione XV mense februarii die XXIII.

Testes: Laurentius Cauli tyntor de regione Pinee, Iacobellus Cafari et Romanus Casalis.

Actum in infrascripta domo.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum Thomaxius Nicolai anglicus de regione Columpne, ex una parte, et Alisa Roberti anglica de regione Pinee, ex parte alia<sup>(a)</sup>, que ad usufructum toto tempore vite sue, habeant unam domum

f. 15v

terrineam et solaratam cum orto et duobus puteis retro se, porticali columpnato ante se, cameris infra se, positam in regione Pinee, inter hos fines, a duobus lateribus tenet ecclesia Sancti Stephani de Pinea, ante et retro sunt vie publice, communem pro indiviso et noluit amplius in ipsa communione manere pro eo quod communio sepe solet scandalum generare, idcirco predicti Thomaxius, ex una parte, et dicta Alisa, cum consensu et voluntate Iohannis viri sui, ex parte altera, presentis et consentientis<sup>(b)</sup>, nec non presentibus et consensientibus Errico<sup>(c)</sup> Iohannis de regione Transtiberim anglico et Iohanne Roberti Paternostrario de regione Parionis executoribus testamenti et ultime voluntatis olim Roberti Roberti anglici de regione Pinee cuius dicta domus fuit et quibus dicta medietas dicte domus dicte Alise spectat, morta ipsa Alisa, vendenda per ipsos executores et distribuenda pro anima ipsius Roberti secundum suam ultimam voluntatem, ut patet testamento ipsius Roberti scripto manu mei eiusdem notarii, devenerunt ad infrascriptam divisionem et partimentu per manu Iacobelli Cafari et Romani Casalis muratorum magistrorum

f. 16r

expertorum in arte, videlicet quod de dicta domo fecerunt duas partes<sup>(d)</sup> cuius una pars sit et esse debeat pars desuper dicte domus, videlicet a solario supra et cum ipso solario cum cameris et sala in ea existentibus et

cum parte porticalis usque ad curtem signato in pariete prope ostium situm in scalis marmoreis per quas ascenditur in dicta domo, videlicet a latere versus Sanctum Stephanum de Pinea et cum medietate introyti per quod introytum in dicto porticali<sup>(e)</sup> cum medietate ortus, positi post sive retro dictam domum et cum uno puteo<sup>(f)</sup> et cum ambobus ostiis, sitis in dicto ortu<sup>(g)</sup> usque ad crucem signatam in pariete<sup>(h)</sup> prope ostium dicte domus per quod itur in dicto orto<sup>(i)</sup> usque ad aliam crucem signatam in ostio dicti orti per quod exitur<sup>(j)</sup> de dicto orto in via publica et cum parte terrinei usque ad curtem signato in pariete dicte domus versus dictam ecclesiam Sancti Stephani de Pinea et quod in dicto modio terrineo liceat illi cui dicta pars venerint, suis expensis, facere scalam pro descendendo et ascendendo in dicto orto et ad dictum puteum et terrineum; alia pars sit et esse debeat de suptus videlicet dictum totum residuum terrineum dicte domus usque ad solarium et cum residuo porticali columpnati

f. 16v usque in dictam curtem signato in dicto pariete prope dictum ostium, positum in dictis scalis marmoreis et cum medietate introytibus per quod<sup>(k)</sup> introitum in dicto porticali et cum ostio magno per quod<sup>(l)</sup> introitum in dicto terrinea, videlicet a latere versus viam per quam itur ad Calmigiano et cum alia medietate dicti orti usque ad dictas curtes et cum alio puteo existente in dicto orto a latere versus dictam viam usque ad curtes sito in parietibus dicti orti prope dicta ostia dicti orti et quod liceat illi cui dicta pars dicti terrinei venerit, sui expensis, unum sive duo ostia facere in parietibus dicti orti, videlicet in parte sua per que possit intrare et exire in dicto orto et de ipso et ad ipsum puteum. Item et quod liceat illi cui dicta pars de suptus venerit in parte in dicto terrinea prope ostium in quo non est solarium edificare solarium, suis expensis, et appodiare in parietibus communibus sine dampno et lesione partis superioris. Item et quod liceat illi cui dicta ars desuper pervenerit in parte facere choacram sive asciamentum in quacumque parte camerarum sive camere dicte domus et carcerium<sup>(m)</sup> in dicto terrineo alterius partis cum minori dampno et impedimento quod fieri possit. Item quod si et quando

f. 17r tecta dicte domus indigere<sup>(n)</sup> reparationi quia utilitas est communis quod communibus expensis debeant reparari quia sic actum et conventum estitit inter ipsas partes; et emissis sortibus<sup>(o)</sup> et eiecta dicte pars de supra, ut superius dictum est, confinata et curte signata pervenerit ad ipsum Thomaxium anglicum, ipso presente et volente et acceptante ipsam partem proprietate sua, et re divisa, presente dicta Alisa, dicto \*\*\*\*\*<sup>(p)</sup> suo viro ac dictis executoribus pro sua parte et re divisa renumpiantibus et refutantibus dicto Thomaxio, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et sucessoribus in perpetuum, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas habent ipsi et quilibet ipsorum seu habere possent nunc et in futurum in dicta parte dicte domus cum iuribus et pertinentiis suis supradictis, nullo iure in pertinentiis suis supradictis et ipsa parte ipsi Alise et dictis executoribus aliquo modo reservato per directum sive per oblicum; alia pars de suptus videlicet dicti terrinei devenit per sortem ad ipsam Alisam ipsa Alisa et dicti executores, executorio nomine quo supra

f. 17v presentibus volentibus et acceptantibus, ipsam partem pro ipsorum parte et re divisa presente dicto Thomaxio, dante et concedente dicte Alise et dictis executoribus ipsam partem de suptus cum parte porticalis et orti ut confinata et cruce signata est et superius descripta ac renumpiante et refutante omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc ipse Thomaxius habet et in futurum habere posset seu sperat in dicta domo quocumque modo iure titulo sive causa nullo iure nullaque actione per directum vel per oblicum dicto Thomaxio aliquo modo reservato. Et promiserunt dicte partes ad alterutrum quod iura eis et cuilibet ipsorum competentia in dicta domo nulli alii persone sunt vendita data donata cessa concessa pignorata alienata nec quomodolibet distracta in totum vel in parte et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt unus alteri et alter alteri teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse in quibus incurrerint sive incurrere possent occasione predicta et voluerunt et promiserunt ad alterutrum dicte partes pro predictis omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore, renumpiaverunt in hiis ferriis et diebus ferriatis, beneficio fori, epistule divi Adriani et omnibus aliis et singulis legibus iure canonico et civili, statuto et consuetudinibus Urbis quibus contra predicta venire possent renumpiaverunt expresse, que quidem omnia et singula supradicta dicte partes ad alterutrum et dicti executores quantum ad eos spectat atendere et observare promiserunt et contra nullo modo facere vel venire sub obligatione bonorum ipsorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

f. 18r

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "vite sue" è stata annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo  
<sup>(b)</sup> P "consentiente" <sup>(c)</sup> Depennata la parte conclusiva di "Erricas" e trasformata in "Errico" <sup>(d)</sup> Depennato "q" <sup>(e)</sup> Così P  
<sup>(f)</sup> Depennato "us" <sup>(g)</sup> Così P <sup>(h)</sup> P "paritete" <sup>(i)</sup> Così P <sup>(j)</sup> P "quo" <sup>(k)</sup> P "quot" <sup>(l)</sup> P "quot" <sup>(m)</sup> Così P <sup>(n)</sup> P "intigere"  
<sup>(o)</sup> Depennato "et exe" <sup>(p)</sup> Omesso "Iohanne" cfr. f. 15v.

## 16.

1377, febbraio 24

Il defunto Roberto di Roberto inglese del rione Pigna aveva lasciato nel suo testamento alla serva Alisia inglese e ora moglie di \*\*\*\*\* inglese la metà delle masserizie conservate nella sua casa da utilizzare vita natural durante e alla morte dell'usufruttuaria aveva dato mandato agli esecutori testamentari Enrico inglese

del rione Trastevere e Giovanni *Paternostrario* del rione Parione di venderle e di utilizzare il ricavato a suffragio della sua anima.

Gli esecutori testamentari avendo constatato che le masserizie di uso quotidiano sono soggette al logorio convengono di stipulare un compromesso con il quale Alisia si impegna a far restituire dai suoi eredi la somma di 8 fiorini d'oro per il consumo delle masserizie.

Dietro preghiera e richiesta di Alisia si offrono quali garanti Tommaso di Nicola inglese e il marito della stessa Alisia.

f. 18v

Eodem mense, indictione et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum olim Robertus Roberti anglicus de regione Pinee in suo ultimo testamento, scripto manu mei eiusdem notarii, relinquerit, inter alia relicta per eum facta in dicto suo testamento, Alise anglice tunc sue servitrici et nunc uxori \*\*\*\*\*<sup>(a)</sup> anglici medietatem integram massaritorum suorum que tunc erant in eius domus ad usufruendum<sup>(b)</sup> toto tempore vite sue et post eius mortem relinquerit Errico anglico de regione Transtiberim et Iohanni Paternostrario de regione Parionis, executoribus testamenti et ultime voluntatis dicti Roberti, vendenda per ipsos et distribuenda pro anima ipsius<sup>(c)</sup> Roberti, ut sibi videbatur, et quia usuales et que cotidie utuntur penitus deguastantur et consumuntur, idcirco devenerunt dicta Alisa, ex una parte, et dicti executores, ex alia, ad infrascripta concordia, quod dicta Alisa per heredes et successores suos teneatur restituere, pro dictis massaritiis dictis executoribus tempore sue mortis<sup>(d)</sup>, octo

f. 19r

florenos auri et sic dicta Alisa promisit dictis executoribus, presentibus et recipientibus, solempni stipulatione interveniente et ad hec ad preces<sup>(e)</sup> et instantiam dicte Alisie et pro ea penes dictos executores, Thomaxius anglicus, supra nominatus, et \*\*\*\*\*<sup>(f)</sup> maritus dicte Alisie sponte fideiusserunt et promiserunt quod statim ipsa Alisia ipsis executoribus predictis massaritiis dictos VIII florenos auri cum dampnis et expensis etc. obligantes pro predictis omnia ipsorum bona etc. et voluerunt pro premissis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso "Iohannis" cfr. f. 15v <sup>(b)</sup> P "usufluendum" <sup>(c)</sup> Ripetuto "ipsius" <sup>(d)</sup> Depennato X <sup>(e)</sup> P "preceps" <sup>(f)</sup> Omesso "Iohannes" cfr. f. 15v.

17.

1377, marzo 7

Cecco di Giovanni *de Catellinis* é informato dal notaio Paolo *Seromani* circa la quietanza rilasciata dalla sorella Caterina, per sé ed a nome dello stesso Cecco, a Bartolomeo *de Castilgiono* per una certa somma di fiorini che egli aveva ricevuto da Cecca *de Sancto Fraymundo* e destinata in comune allo stesso Cecco ed a Caterina come risulta dall'atto di quietanza. Nello stesso atto é indicato l'accordo raggiunto tra Bartolomeo e Caterina che ogni futura somma di denaro versata da Cecca *de Sancto Fraymundo* sarà divisa tra di loro; allo stesso modo é indicata la procura rilasciata da Caterina e da Bartolomeo ad Angelo *Dellalumsio* abitante a Napoli con l'incarico di ricevere da Cecca qualsiasi quantità di denaro da trasmettere in comune alle parti deleganti.

f. 19v

Indictione XV mense martii die VII<sup>o</sup>.

Testes: Rentius Pirrocti, Petrutius Cole magistri Pauli de regione Pinee et Iohannes Tutii Magniafarina de regione Columpne.

Actum in domo Sabbe de Seromanis.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Iohannis de Catellinis de regione Parionis ac die presente sponte certioratus per me Paulum notarium de quadam refutatione facta per ipsam dominam Catherinam, pro se et vice et nomine dicti Cecchi sui fratris, Bartholomeo de Castilgiono de certa quantitate florenorum quos ipse Bartholomeus recepit a domina Ceccha de Sancto Fraymundo, de quibus florenis ipsi Cecchus et domina Catherina debebant habere partem eorum, ut de ipsa refutationem patet manu \*\*\*\*\* publici notarii. Item quamdam promissionem et pactum iuntum et firmatum inter ipsum Bartholomeum et dominam Catherinam quod omne quantitas pecunie recipiende ab ipsa domina Ceccha de Sancto Fraymundo in futurum sit commune inter ipsos. Item quod procuratorium factum

f. 20r

per ipsam dominam Catherinam et ipsum Bartholomeum Angelo Dellalumsio moranti in civitate Neapolim ad recipiendum communiter ab ipsa domina Ceccha quascumque quantitate pecunie sponte ratificavit emoluavit et acceptavit et in quantum expediat de novo facit et creat procuratorem dictum Angelum ad predicta et promisit omnia et singula in ipsis refutatione promissione et procuratorio contentis semper et perpetuo rata grata et firma habere et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum ipsius et sic iuravit ad sancta Dei evangelia et<sup>(a)</sup> voluit pro premissis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "et".

Francesco di maestro Nicola calzolaio del rione Colonna, con il consenso e l'autorità del padre, offre la sua opera ad Antonio calzolaio del rione Pigna con l'impegno di servirlo per due anni con un salario annuale di 12 fiorini d'oro. I contraenti convengono che maestro Nicola dovrà restituire ad Antonio, durante il primo anno la somma di 15 fiorini che gli è stata versata e che Francesco potrà, in questo caso, andare a lavorare altrove secondo il suo desiderio e sarà liberato dall'obbligo da lui contratto.

f. 20v

Indictione XV mense martii die XIII.

Testes<sup>(a)</sup>: Petrus Iohannis Coni et Andreas Ungarus.

In presentia mei notarii et testium etc. Francischus filius magistri Nicolai calsolarius de regione Columpne, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate decreto verbo et mandato dicti sui patris presentis et consensientis, sponte locavit se et operas suas cum<sup>(b)</sup> Anthonio calsolario de regione Pinee ad serviendum uti solito pro duobus annis proxime futuris ab hodie in antea numerandos pro pretio et nomine pretii XII florenorum auri anno quolibet, tali quidem pacto quod si infra istum primum annum et ipso durante dictus magister Nicolaus, seu alius pro eo et eius nomine, restitueret cum effectu dicto Anthonio XV florenos auri in quibus eidem Anthonio tenetur quod liceat ipsi Francischo ire ad laborandum alibi pro suo libito voluntatis et quod in casu predicto a dicta promissione et obligatione sit totaliter liberatus, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Omesso il vocabolo "Testes" <sup>(b)</sup> Depennato il tratto verticale di "p".

Sofia figlia del defunto Lello *Bonapere* orefice del rione Parione e moglie del notaio Paolo di Buzio *de Amistatibus* del rione Arenula, con il consenso del marito, e Antonio suo fratello informati dal notaio Paolo *Seromani* della donazione fatta da Buzio *de Amistatibus* al figlio Paolo di tre case e della quietanza da lui rilasciata al padre Buzio ed ai fratelli Giovanni e Francesco di rinunciare ad ogni diritto sulle altre case sia per la futura successione paterna e materna che per i diritti di successione dotale di Sofia, danno il loro consenso all'atto di donazione e di quietanza.

Dietro preghiera e richiesta di Sofia si offre quale garante il marito Paolo di Buzio *de Amistatibus*.

f. 21r

Indictione XV mense martii die XIII.

Testes: Cecus Iohannis Gallonis et Cecchus Iohannis Bavosi de regione Trivii.

Actum in domo infrascripta Butii Amistatis.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Sophia filia olim Lelli Bonopere aurificis de regione Parionis et uxor nunc Pauli Butii de Amistatibus notarii de regione Arenule cum consensu et voluntate auctoritate et assensu dicti Pauli viri sui, presentis et in hiis omnibus et singulis sibi consensientis, que domina Sophia primo iuravit ad sancta Dei evangelia etc. nec non renumpsiavit autentice, si qua mulier et auxilio Velleiani senatus etc. certiorata per me notarium de ipsis autentice et auxilio etc. et Anthonius filius dicti quondam Lelli Bonopere germanus fratris dicte domine Sophie, sponte certioratus per me notarium de quadam donatione et concessione factis per Butium Amistatis, patrem dicti Pauli, ipsi Paulo filio suo de tribus domibus contentis appositis et declaratis in dicto istrumento donationis et concessionis, scripto manu mei notarii, certioratus etiam de refutatione et iurium renumpsiatione

f. 21v

factis per dominum Paulum dicto Butio patri suo, Iohanni et Francischo filiis suis de omnibus iuribus et actionibus sibi competentibus in aliis domibus dicti Butii in ipso istrumento refutationis declaratis tam ratione future actionis et sucessionis paterne vel materne quam ratione obligationis dotis et iurium dotalium ipsius Sophie uxoris dicti Pauli quam etiam quocumque alio iure modo vel causa de omnibus et singulis in dicto istrumento donationis et refutationis contentis et appositis plenius declaratis et particulariter declaratis et certiorata per me notarium infrascriptum sponte<sup>(a)</sup> dicte refutatio et renumpsiatio facte per dictum eius virum et omnibus in dicto istrumento contentis consensierunt et eorum consensum prestiterunt ipsamque refutationem et omnia in dicto istrumento contenta ratificaverunt acceptaverunt et emologaverunt et renumpsiaverunt omni iure eorum tam dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et rerum iocalium dicte Sophie eis et cuilibet ipsorum quomodolibet competenti et competitore in quibuscumque aliis bonis, domibus et accasamentis dicti Butii tam vigore obligationis dotalis sibi facte supradictis

f. 22r

bonis quam quocumque iure vel causa nullaque actione in posterum modo aliquo reservato etc. Hunc<sup>(b)</sup> autem consensum prestiterunt et fecerunt quia dixerunt et sponte confessi fuerunt et recongnoverunt sibi<sup>(c)</sup> domine fore et esse bene cautum de eius dote et iuribus dotalibus in dictis tribus domibus dicto Paulo donatis et concessis per dictum eius patrem et aliis bonis dicti Pauli et promiserunt quod dicta iura dotalia tam dotis quam donationis propter nuptias et alia quecumque iura sibi usque nunc spectant in dictis bonis sunt ipsius domine Sophie et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati collegio seu

loco sunt vendite etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione cum dampnis et expensis etc. et ad hec ad preces et instantiam dicte domine Sophie Paulus, eius viri predicti, qui iuravit etc. sponte et ex certa scientia fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto “sponte” <sup>(b)</sup> Depennata la vocale a di “Haunc” <sup>(c)</sup> Depennato “fore”.

20.

1377, marzo 14

Angelesso di Giovanni di Angelo del rione Parione, padre di Giovanna moglie di Giovanni di Buzio *Amistatis* del rione Parione, informato della donazione fatta da Buzio *Amistatis* al figlio Paolo di tre case e delle clausole previste nell'atto di donazione, dà il suo consenso e rinuncia a rivendicare ogni diritto dotale della figlia Giovanna.

f. 22v Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Angelellus Iohannis Angeli de regione Parionis, pater domine Iohanne filie sue uxoris Iohannis Butii Amistatis de regione Arenule, certioratus de donatione facta per dictum Butium Amistatis Paulo, filio suo, de tribus domibus in ipsa donatione contenta et per me sibi declaratum et specificatum ad plenum, sponte dicte donationi et contentibus in ea consensit ipsamque ratificavit emoluavit et acceptavit cum omnibus suis tenoribus et articulis prout iacet, nullo iure sibi in dictis domibus ratione dotis dicte domine Iohanne filie sue, donationis propter numptias et aliorum quocumque iurium aliquo modo reservatis. Hunc autem consensum fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recognovit si et dicte domine Iohanne de dictis suis iuribus fore bene tantum in aliis bonis dicti Butii et dicti Iohannis, viri ipsius, et promisit dictus Angelellus quod dicta iura nemini sunt vendita et si contrarium appareret voluit teneri de evictione cum dampnis et expensis etc.

21.

1377, marzo 18

Andrea figlia del defunto Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna rilascia una quietanza ai fratelli Giovanni e Giacomo, presenti anche a nome degli altri fratelli Lorenzo, Paolo e Petruzio, in seguito all'adempimento del legato, previsto nel testamento del padre, con il pagamento della sua dote di 200 fiorini d'oro che dovrà versare a Paolo di Nuzio de Astallis e rinuncia per il futuro al soggiorno nella casa del defunto padre.

f. 23r Indictione XV mense martii die XVIII.

Testes: Colutia Iacobi calsolarii, Marcus Iotii Lelli et Iohannes Sabbe flasconarii de regione Pinee.

Actum in domo infrascriptorum fratuum.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Andrea filia olim Lelli Butii Iohannis Rubei de regione Pinee, que primo iuravit etc. et que primo renumpsiavit auxilio Velleiani senatus etc. sponte renumpsiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit Iohanni et domino Iacobo germanis fratribus suis, presentibus et recipientibus et legitime stipulantibus pro sese ipsis ac vice et nomine domini Laurentii, Pauli et Petrutii germani fratribus ipsorum filii dicti olim Lelli, idest omnia et singula iura et actiones que et quas dicta domina Andrea ipsis fratribus et in bonis dicti olim Lelli patris ipsorum petere et exigere posset tum pretestu et occasione II<sup>c</sup> florenorum auri sibi domine Andree relictorum per dictum olim Lellum patrem

f. 23v ipsorum in suo ultimo testamento, scripto manu mei notarii, quam etiam quocumque alio modo iure titulo sive causa nunc et in futurum sedium et abitationem domorum ipsius olim Lelli in casu in ipso testamento apposito ipsi domine Andree<sup>(a)</sup> integre reservato. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicta domina Andrea dictis Iohanni et domino Iacobo, presentibus et recipientibus ut supra, et mihi notario ut publice persone recipienti pro eis, fecit pro eo quod confessa fuit se recepisse et habuisse a dictis suis fratribus II<sup>c</sup> florenos auri quos solvi debet Paulo filio Nutii de Astallis pro dote ipsius domine Andree et propter amorem et dilectionem quem habet in dictos suos fratres et pro eo quod confessa fuit quod dicti II<sup>c</sup> floreni auri ascendunt ultra legitimam et partem sibi contingentem de bonis dicti olim Lelli patris sui, de quibus se bene contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura sunt sua et nulli alii persone vel loco sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “in”.

22.

1377, marzo 19

Giovanni, Giacomo, Lorenzo, Paolo e Pietro figli del defunto Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* del rione Pigna, a nome della sorella Andreozia, e Nuzio *Astallis* con il figlio Paolo stipulano un patto di fidanzamento: Giovanni, Giacomo, Lorenzo, Paolo e Pietro promettono di dare in sposa la sorella Andreozia con dote e vestiario di 200 fiorini d'oro e con altri oggetti preziosi convenuti tra le due parti mediante un

sensale; Nuzio promette a sua volta che il figlio Paolo riceverà in sposa Andrea con la dote, il vestiario e gli oggetti preziosi convenuti.

Le parti decidono di perfezionare il patto di parentela entro il prossimo mese di maggio e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una sanzione di 500 fiorini d'oro. Si conviene infine di prolungare o di anticipare la data delle nozze con il consenso delle parti contraenti.

Giovanni e Paolo, in rappresentanza delle due parti, si scambiano, in forma di giuramento, il bacio della vera pace.

f. 24r

Indictione XV mense martii die XVIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Hec sunt fidantie et pacta parentele habita in Dei nomine et firmata inter Iohannem, dominum Iacobum, dominum Laurentium, dominum Paulum et Petrum, germanos frates, filios olim Lelli Butii Iohannis Rubei de regione Pinee pro domina Andreotia, sorore germana ipsorum, filiam dicti olim Lelli communis patris ipsorum, ex una parte, et Nutius de Astallis pro Paulo, filio suo, et ipsum Paulum, ex parte altera, videlicet quod dicti Iohannes, dominus Iacobus, dominus Laurentius, dominus Paulus et Petrus promiserunt et per legitimam et solempnem stipulationem convenerunt dictis Nutio et Paulo, presentibus et legitime stipulantibus, dare ipsi Paulo in suam legitimam uxorem dictam dominam Andreotiam sororem ipsorum, cum dote et guarnimentis ducentorum florenorum auri et aliarum rerum iocalium inter ipsas

f. 24v

partes conventarum per manum prosenete et sese facturos et curaturos quod dicta domina Andrea recipiet ipsum Paulum in suum legitimum maritum cum dote et guarnimentis et aliis rebus iocalibus supradictis et e converso dictus Nutius promisit et convenit predictis fratribus, presentibus et legitime stipulantibus pro dicta domina Andrea eius sorore, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro dicta domina Andrea, quod dictus Palutius, eius filius, dictam dominam Andream recipiet in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis rebus iocalibus supradictis et se facturum et curaturum quod dictus Paulus adimplebit predicta et dictus Paulus promisit et convenit cum consensu et voluntate dicti Nutii sui patris, presentibus et consentientibus dictis fratribus, presentibus et legitime stipulantibus ut supra, et mihi notario presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, ipsam dominam Andream recipiat in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis rebus iocalibus

f. 25r

supradictis, quam parentelam dicte partes ducere promiserunt ad effectum hinc per totum mensem maii proxime futurum prolongando et abbreviando tempus ad voluntatem partium predictarum sub obligatione bonorum ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> florenorum auri aplicanda pro medietate parti predictae servanti, renumptiaverunt dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et generaliter etc. et ad hec, nomine iuramenti, dicti Iohannes et Paulus presterunt ad invicem osculum vere pacis.

23.

1377, marzo 19

Nuzio figlio del defunto \*\*\*\*\* de Astallis del rione Pigna, che si impegna ad ottenere il consenso della moglie Giacomina, contrae un'obbligazione dotale nei confronti di Giovanni, Giacomo, Lorenzo, Paolo e Pietro figli del defunto Lello di Buzio di Giovanni *Rubei de Rubeis* del rione Pigna, presenti a nome della loro sorella Andrea futura sposa di suo figlio Paolo, sui seguenti beni: un palazzo con pianoterra e solario, un portico con colonne, sale, camere, loggia e stalle, situato nel rione Pigna; quattro pezze e mezza di vigneto gravato dalla corrisposta del quarto dovuto a Buzio di Pietro cernitore, situato fuori della porta di S. Paolo; due case con pianoterra congiunte, situate nel rione Pigna.

Paolo, inoltre, offre in pegno ai fratelli di Andrea tutti i suoi beni mobili ed immobili e, con il consenso del padre Nuzio, assegna quale diritto dotale di Andrea sui beni impegnati la somma di 133 fiorini e di un terzo d'oro secondo i patti consueti a Roma: se Andrea dovesse morire, senza aver procreato figli legittimi, prima del marito la dote in denaro contante sarà destinata, entro sei mesi dal decesso, ai fratelli, se invece dovesse morire con figli legittimi, Paolo usufruirà della dote vita natural durante e, dopo la sua morte, sarà destinata ai figli superstiti; al contrario se dovesse morire Paolo prima della moglie, sia con figli sia senza figli, la somma di 133 fiorini e un terzo d'oro per la dote sarà destinata, entro sei mesi dal decesso, ad Andrea in denaro contante. In aggiunta all'obbligazione Nuzio e Paolo concedono ai fratelli Giovanni, Giacomo, Lorenzo, Paolo e Pietro, che ricevono a nome di Andrea, una donazione nuziale della somma di 66 fiorini e due terzi d'oro secondo i patti consueti a Roma: in caso di premorienza di Paolo, dopo aver procreato figli legittimi, la moglie Andrea avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale vita natural durante e, dopo la sua morte, il bene sarà destinato ai figli, se invece non saranno stati procreati figli Andrea potrà disporre liberamente della donazione.

Dietro preghiera e richiesta di Nuzio e di Paolo si offrono quali garanti Cecco *Sarragona* e Giuliano *de Rogeriis* del rione Pigna.



Eodem anno, indictione, mense et die et in presentia infrascriptis testibus.

Nutius<sup>(a)</sup> filius olim \*\*\*\*\* de Astallis de regione Pinee ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et in pignus et loco pignoris dotalis posuit Iohanni, domino Iacobo, domino Laurentio, domino Paulo et Petrutio, germanis fratribus, filiis olim Lelli Butii Iohannis

f. 25v Rubei de Rubeis de regione Pinee, presentibus et recipientibus pro sese ipsis eorum nominibus et non nomine alicuius ipsorum seu alterius ipsorum ecclesie beneficii dignitatis ac vice et nomine domine Andree, germane sororis ipsorum, filia dicti olim Lelli communis patris ipsorum suorumque heredum et successorum et ad ipsius domine Andree opus et utilitatem<sup>(b)</sup> honeste puelle future uxoris, Deo concedente, dicti Pauli filii dicti Nutii et mihi notario ut publice persone presenti et stipulanti pro ipsa domina Andrea et ad ipsius eiusque heredibus et successoribus opus et utilitatem, idest quod palatium ipsius Nutii terrineam et solaratam cum porticali columpnato, salis, cameris, lovio, stabulis et cum introytibz et exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis quod palatium positum est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet domina \*\*\*\*\* uxor olim Ceccholelli de Astallis, ab alio latere tenet domina Iacoba uxor dicti Nutii, ab alio latere tenet Iohannes

f. 26r Lelli Andree de Rubeis, ante est via publica. Item quatuor petias vinearum videlicet terrarum sive proprietatum cum dimidio plus vel minus quante sunt in quibus habent vites ad quartam redendam Butio<sup>(c)</sup> Petri cernitoris, que vinee posite sunt extra portam Sancti Pauli in loco qui dicitur lo Niciergo, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes quondam Galgioffi, ab alio est proprietas ecclesie Sancti Martini in Monte Cito, ante viculus vecinalis. Item duas alias domos similiter iunctas terrineas, positas in dicta regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Paulus Alisantri, ante est via publica et alii fines vel si qui sunt ad predicta omnia et singula plures vel veriores confini antiqui vel moderni, que omnes vinee, domus et palatium sunt ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberas et esemptas ab omni nesso servitutis iure canonici sive census cum omnibus eorum et cuiuslibet ipsorum usibus utilitatibus

f. 26v pertinentiis et adiacentiis universis et cum introytibz et exitibus suis et generaliter et specialiter dictus Paulus obligavit et pignore posuit dictis fratribus, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus ut supra, omnia alia et singula bona ipsius Pauli mobilia et immobilia, presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc dictus Paulus habet et in futurum adquisiverit dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt ac matrimonium inter eos; hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur prefati Nutius et Paulus, cum consensu et voluntate dicti Nutii presentis et consentientis, eisdem fratribus, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus ut supra, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicte domine Andree<sup>(d)</sup> et ad ipsius domine Andree suisque heredibus et successoribus opus et utilitatem, pro dote et nomine dotis ipsius domine Andree centum triginta trium florenos auri et tertiam partem alterius floreni quos dicti Nutius et Paulus presentialiter receperunt in florenis de auro et post ipsam receptionem se bene quietos vocaverunt etc. et renumpsiaverunt etc.<sup>(e)</sup>

f. 27r sub<sup>(f)</sup> hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam dominam Andream premori dicto Paulo, futuro viro suo, sine filiis ex eorum matrimonio legitime genitis, tunc et in eo casu promiserunt et convenerunt dicti Nutius et Paulus et quilibet ipsorum dictis fratribus, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et heredibus et successoribus ipsorum ipsam dotem, videlicet dictos CXXXIII florenos auri et tertiam partem alterius floreni auri, infra spatium dimidii anni a die obitus ipsius domine Andree computando, in florenis de auro et non in alia specie seu re redere et restituere ipsis fratribus si tunc visserint alias cui ipsi commiserint vel lex dederit, si vero cum filiis tunc et in eo casu dictus Paulus dictam dotem habeat ad usufructum, toto tempore vite sue post eius mortem, dicta dos ad dictos communes filios libere revertatur; si vero contingat dictum Paulum premori dicte domine Andree, future uxori sue, tam cum filiis

f. 27v quam sine filiis, tunc et in dicto casu infra eodem spatio dimidii anni dictam dotem, videlicet dictos<sup>(g)</sup> CXXXIII florenos auri et tertiam partem alterius floreni auri per heredes et successores ipsorum et cuiuslibet ipsorum ipsis fratribus, si tunc visserint alias cui vel quibus visserint pro dicta domina Andrea restitui voluerunt et mandaverunt in florenis de auro et pecunia numerata et non in alia specie seu re, ut superius dictus est; in superfluo autem dicti pignoris dictus Nutius et Paulus, cum consensu dicti sui patris<sup>(h)</sup>, propter nuptias donaverunt dictis fratribus, presentibus et recipientibus pro se ipsis et dicta domina Andrea, sorore ipsorum, futura uxore dicti Pauli et ad ipsius domine Andree opus et utilitatem, et mihi notario ut publice persone stipulanti ut supra, LXVI florenos auri et duas tertias partes alterius floreni auri sub hiis pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat ipsum Paulum premori dicte domine Andree, future uxori sue, cum filiis ex eis communiter natis tunc in dicto casu dicta domina Andrea ipsam donationem habeat

f. 28r ad usufructum toto tempore vite sue, post eius vero mortem, dicta donatio et eius proprietas ad dictos communes filios libere revertatur, si vero sine filiis tunc dicta domina Andrea<sup>(i)</sup> ipsam donationem habeat ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit quia sic actum et conventum est inter ipsas partes et promiserunt dicti Nutius et Paulus et quilibet ipsorum dictis fratribus, presentibus et recipientibus ut supra, et mihi notario recipienti et stipulanti ut supra, quod dicta bona superius obligata pro dictis dote et donatione sunt ipsius Nutii obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati

seu loco sunt vendita data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum nec in parte et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt ipsi et quilibet ipsorum teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse in quibus incurrerint dicti frates et ipsa domina occasione predicta etiam ad duplum pretii rei evicte ac si in totum evinceretur et si in parte in ea parte in qua evinceretur,

f. 28v assentes dicti pater et filius et quilibet ipsorum talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissione evictionis quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto, de quibus dampnis expensis et interesse stare et credere voluerint solo simplici sacramento ipsorum fratrum vel alterius ipsorum aut dicte domine Andree vel heredum et successorum ipsorum sine alterius iudicis tassatione, honore probationis arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, promisit insuper dictus Nutius dictis fratribus, presentibus et recipientibus ut supra, in premissis et quolibet premissorum facere consentire dictam dominam Iacobam uxorem ipsius cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis ipsorum fratrum et ad hec ad instantiam et petitionem<sup>(i)</sup> dictorum Nutii et Pauli, eius filii, Cecchus Sarragona et Iulianus de Rogeriis de regione Pinee penes dictos frates, presentes et recipientes ut supra, sponte fideiusserunt et promiserunt

f. 29r quod dicta bona superius obligata sunt dicti Nutii obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati vel loco sunt vendita data donata cessa concessa etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione in omnem causam et eventum in quibus dictus Nutius tenetur et obligatus est in casu evictionis, promiserunt insuper dicti fideiussores et quilibet ipsorum in premissis et quolibet premissorum facere consentire dictam dominam Iacobam uxorem dicti Nutii cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad omnem petitionem et requisitionem dictorum fratrum et dicte domine Andree, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti Nutius et Paulus et dicti fideiussores in casu in quo etc. et quilibet ipsorum obligaverunt dictis fratribus omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis omnibus et singulis observandis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renuntiaverunt etc. et si predicta omnia et singula, ut dicta sunt, adimpleta fuerunt tunc hec carta sit vacua et nullius valoris et parti redatur ad incidendam alioquin liceat ipsi domine Andree et ipsis fratribus pro ea et heredibus et successoribus ipsorum omnia predicta bona superius obligata expresse et omnia alia bona dicti Pauli

f. 29v obligata tacite, propria auctoritate, capere intrare tenere possidere uti frui<sup>(k)</sup> vendere donare etc. donec de dictis dote et donatione fuerit eidem domine seu dictis fratribus integre persolutis cum dampnis expensis et interesse ut superius continetur.

<sup>(a)</sup> Omessa l'annotazione introduttiva del formulario e l'indicazione dei testimoni <sup>(b)</sup> Depennato "future" <sup>(c)</sup> P "Butius"  
<sup>(d)</sup> Depennato "uxoris" <sup>(e)</sup> Seguono due terzi dell'ultima riga in bianco, ma la successione del formulario non mostra alcuna interruzione come indurrebbe a ritenere l'inizio dell'annotazione del foglio successivo <sup>(i)</sup> P "auri" non depennato <sup>(j)</sup> Depennato "LX" <sup>(h)</sup> P "viri" erroneamente <sup>(i)</sup> P "Catherine" erroneamente <sup>(i)</sup> Depennato "dicti Anthonii" <sup>(k)</sup> P "flui".

## 24.

1377, marzo 19

Paolo di Nuzio *de Astallis* e Andrea figlia del defunto Lello di Buzio di Giovanni *Rubei* presentatisi davanti al notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Il notaio pronunzia solenemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico, mentre Paolo infila l'anello nuziale d'oro con gemma preziosa nel dito anulare della mano destra di Andrea.

Eodem anno, indictione, mense et die.

In presentia mei notarii et testium etc. Contractus fuit matrimonium per verba de presenti inter dictos Paulum et dominam Andream, qui Paulus interrogatus per me notarium in presentia dictorum testium si volebat dictam dominam Andream pro sua legitima uxore, qui sponte et ex certa scientia respondit "Volo" et e converso dicta domina Andrea interrogata per me notarium si volebat ipsum Paulum pro suo legitimo marito, que sponte et ex certa scientia respondit "Volo" et tunc dictus Paulus, intervenientibus verbis per me dictis "Quod Deus commisit homo non separet" cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso arravit eandem mictendo dictus Paulus dictum anulum, suis propriis manibus in digito anulari dicte domine Andree manus destre, ipsa sponte acceptatum etc.

## 25.

1377, marzo 20

Giovanni *Ferrantis*, canonico di Burges, rilascia una quietanza ad Alterio figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* speziario del rione Pigna in seguito al pagamento di 20 fiorini d'oro per una ricevuta scritta dallo stesso Alterio.

f. 30r Indictione XV mense martii die XX<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Marronis et Iohannes de Cangiano.

In presentia mei notarii etc. venerabilis vir dominus Iohannes Ferrantis, canonicus Burgiensis, sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Alterio filio olim Corradutii Mastronis spetiario de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, idest omnia iura que habet contra ipsum pretestu et occasione XX florenorum auri in quibus eidem tenebatur vigore cuiusdam apodisse scripte manu ipsius Alterii continentem dictam quantitatem. Hanc autem refutationem fecit quia confessus fuit se dictos XX florenos auri habuisse et recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura nulli alii persone seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione; voluit etiam et mandavit dictus dominus Iohannes quod si quo tempore dicta apodissa reperiretur quod ipsi Alterio restituatur ad incidendam, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

26.

1377, marzo 20

Tucciarello *Biniani* del rione Ponte, procuratore di Giacomella figlia ed erede del defunto Paolo di Cecco cimatore e di Francesca vedova di Paolo, come risulta dalla procura rogata dal notaio Bartolomeo di Giovanni di Ugolino, ed egli stesso erede testamentario dello stesso Paolo, da una parte, e Lello di Cecco *della Pozzolana* pittore della stessa regione, come risulta dalla procura rogata dallo stesso notaio Bartolomeo di Giovanni di Ugolino, dall'altra parte, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le contumelie arrecate reciprocamente e, in particolare, le percosse in seguito alle quali Paolo era morto e, per la conservazione della pace si sottopongono, in caso di inadempienza, ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro preghiera e richiesta di Lello si offrono quali garanti Giovanni *Facenanti* lanaiolo, Antonio di Pietro *Noni* pittore, Cecco Paolo di Giovanni di Taddeo del rione Ponte; allo stesso modo, dietro preghiera e richiesta di Tucciarello si offrono quali garanti Luca di Pietro *Larocca* del rione Monti e Giovanni Paolo di Lorenzo *The delcarii* fabbro del rione S. Angelo.

Indictione XV mense martii die XX<sup>o</sup>.

In presentia Nicolai Cole Angelutii et mei notariorum et testium etc. Tucciarellus Biniani de regione Pontis, procurator et persona legitima Iacobelle filie et heredis et legitime succedentis quondam Pauli Cecchi accimatoris, patris sui, ac procurator et persona legitima domine Francisce uxoris quondam dicti Pauli, procuratorio nomine ipsarum dominarum et pro eis, nec non ut heres testamentarius dicti quondam Pauli, hereditario nomine dicti quondam Pauli, abens<sup>(a)</sup> namque dictus Tucciarellus a dictis dominabus Francischa et Iacobella et qualibet ipsarum ad infrascripta omnia et singula facienda, agenda et exercenda plenam licentiam, liberam potestatem ac speciale mandatum, ut de predictis plene patet manu Bartholomei Iohannis Hugolini publici notarii, presentis et nobis iam dictis notariis fidem plenariam facientis, ex una parte, et Lellus Cecchi della Pozzolana pictor de dicta regione Pontis, ut procurator et persona legitima Colutie

Tutii Colatii pictoris de eadem regione, procuratorio nomine ipsius Colutie et pro eo, habens dictus Lellus a dicto Colutia ad infrascripta omnia et singula infrascripta plenam licentiam aminationem et speciale mandatum, ut de predictis patet manu supradicti Bartholomei notarii, presentis et fidem facientis, ex parte altera, ipsi et quilibet ipsorum in solidum, nominibus quibus supra, eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt prestiterunt et rediderunt inter sese ad invicem una pars alteri et altera alteri, presentibus prestantibus et recipientibus nominibus quibus supra, veram et mundam pacem et perpetuam securitatem osculo vere pacis de hore ad hos, inter eos legitime interveniente<sup>(b)</sup>, dicte partes et quilibet ipsarum remicentes, quibus supra nominibus, una pars alteri et altera alteri, ut supra recipienti, et specialiter dictus Tucciarellus procurator predictus, procuratorio nomine dictarum dominarum Francisce et Iacobelle et cuiilibet ipsarum prefato Lello, procuratori predicto, procuratorio nomine dicti Colutie et pro eo, presenti et recipienti et nobis notariis ut publicis personis presentibus et recipientibus et legitime stipulantibus, vice et nomine dicti Colutie

et pro eo, omnes iniurias et offensas, percussiones contumelias et obpropria dictas, factas et illatas quomodocumque, qualitercumque et quocumque tempore per dictum Colutiam in persona dicti quondam Pauli sive ipsarum dominarum vel alterius ipsarum, ex quibus percussionebus dictus olim Paulus dicitur fore mortuus et occisus et generaliter et specialiter omnes alias et singulas percussiones, iniurias, contumelias et obpropria dictas factas et illatas per unam partem alteri et alteram alteri quocumque et qualitercumque et quocumque tempore tam in persona quam bonis usque in presentem diem, promicentes dicte partes et quilibet ipsarum, nominibus quibus supra, inter sese et ad invicem et una pars alteri et altera alteri, presentibus et legitime stipulantibus quibus supranominibus, dictam pacem perpetuam securitatem et remissionem semper et perpetuo atendere et observare inlesas et non offendere nec offendi facere per sese ipsas vel alteram ipsarum et alium seu alios earum vel alterius, ipsarum nomine, in persona vel bonis sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, exigenda dicta pena a parte contra faciente et applicanda et stipulata pro medietate parti fidem et predicta servantem et pro alia medietate camere Urbis pro Urbe et nobis notariis etc.

f. 32r volentes dicte partes et quelibet ipsarum, quibus supra nominibus, quod totiens dicta pena exigatur a parte contra faciente quotiens in premissis vel aliquod premissorum extiterit contra factum, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur secundum forma statuti Urbis, pro quibus etc. et renumptiaverunt etc. et ad hec Iohannes Facenanti Ianarolus, Anthonius Petri Noni pictor, Cecchus Pauli Iohannis Tadei omnes de regione Pontis, ipsi et quilibet ipsorum in solidum precibus et rogatu dicti Lelli procuratoris predicti, procuratorio nomine quo supra, etiam sese et eorum et cuiuslibet ipsorum bona principaliter obligantes, sponte et ex certa scientia fideiusserunt penes dictum Tucciarellum, procuratorem predictum presentem et recipientem pro dictis dominabus Iacobella et Francisca et quilibet earum et nobis notariis etc. et promiserunt se facturos et curaturos quod dictus Colutia omnia et singula supradicta semper et perpetuo atendet et observabit illesa ad penam predictam etc. pro quibus etc. et renumptiaverunt etc. et e converso Lucas Petri Larocca de regione Montium, Iohannes Paulus Laurentii Thedelcarii ferrarius de regione Sancti Angeli, quilibet ipsorum in solidum, precibus et rogatu

f. 32v dicti Tucciarelli procuratoris predicti, procuratorio nomine quo supra, ac sese et ipsorum et cuiuslibet ipsorum bona principaliter et in solidum obligantes pro eisdem et qualibet ipsarum, sponte et ex certa scientia ac expresse, fideiusserunt et sese, ut supra, obligaverunt penes dictum Lellum procuratorem predictum, procuratorio nomine quo supra recipienti, et nobis notariis etc. et promiserunt quod dicte domine nec aliqua ipsarum perpetuo non offendent nec offendi facient in persona vel bonis dictum Colam ad penam predictam stipulatam et aplicandam ut supra cum provisionibus et obligationibus supradictis, pro quibus etc. et renumptiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “renumptiaverunt”.

27.

1377, marzo 20

Lello di Cecco *della Pozzolana* procuratore di Coluzia, di Giacomello e di Vannozia, figli del defunto Tuzio *Colatii* e fratelli del defunto Paolo, del rione Ponte e di Angela vedova di Tuzio e madre del defunto Paolo, come risulta dalla procura rogata dal notaio Bartolomeo di Giovanni di Ugolino, da una parte, e Luca di Pietro *della Roccha* del rione Monti, incaricato degli affari di Alessio *Aurucii* mandatario del rione Ponte con impegno di ratificare gli accordi, dall'altra parte, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le contumelie arrecate reciprocamente e, in particolare, le percosse in seguito alle quali Paolo era morto e, per la conservazione della pace, si sottopongono, in caso di inadempienza, ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato. Dietro preghiera e richiesta di Lello si offrono quali garanti Giovanni *Facenanti* e Cecco di Paolo di Giovanni di Taddeo del rione Ponte; allo stesso modo, dietro preghiera e richiesta di Luca si offrono quali garanti Giovanni Paolo di Lorenzo *Thedelcarii* fabbro del rione Arenula.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis infrascriptis testibus.

In presentia nostrorum notariorum et testium etc. supradictus Lellus Cecchi della Pozzolana, ut procurator et persona legitima Colutie, Iacobelli, Vannotie germanorum fratuum filiorum olim Tutii Colatii de dicta regione<sup>(a)</sup> Pontis ac germanorum fratuum propinquiorum in gradu quondam Pauli olim filii quondam Tutii, communis patris ipsorum, nec non ut procurator et persona legitima domine Angele olim uxoris dicti quondam Tutii et matris dicti quondam Pauli, abens<sup>(b)</sup>

f. 33r namque dictus procurator a dictis constituentibus et quolibet ipsorum ad infrascripta omnia e singula facienda, remictenda, gerenda et facienda plenam et liberam aminationem et speciale mandatum, ut de predictis plene patet manu supradicti Bartholomei notarii fidem facientis ut supra, ex una parte, et Lucas Petri della Roccha de regione Montium negotiorum gestor infrascripti Alexi volens facta dicti Alexii bene et legaliter gerere, ex parte altera, qui Lucas pro dicto Alexio Aurutii mandatario de regione Pontis ac vice et nomine ipsius Alexii et pro ipso, pro quo promisit de rato et se facturum et curaturum quod dictus Alexius infrascriptam pacem perpetuam securitatem et remissionem perpetuo observabit<sup>(c)</sup> illesam ad penam infrascriptam ipsi et quilibet ipsorum, nominibus quibus supra, eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, fecerunt prestiterunt et rediderunt inter sese ad invicem una pars alteri et altera alteri, presentibus et recipientibus nominibus quibus supra, veram et mundam pacem et perpetuam securitatem osculo vere pacis interveniente inter eos de ore ad hos, remictentes dicte partes et quelibet ipsorum, quibus supra nominibus, una pars alteri et altera alteri, ut supra recipientibus,

f. 33v omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas partes usque in presentem diem dicto facto seu opere et specialiter dictus Lellus procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, remisit dicto Luce, presenti et recipienti vice et nomine dicti Alexii et pro ipso, omnes iniurias et offensas, contumelias, obpropria, percussiones factas dictas et illatas per ipsum Alexium in persona quondam Pauli olim filii dicti olim Tutii, germani fratris dictorum Colutie, Iacobelli et Vannotie, ex quibus percussionebus dictus Paulus dicitur fore mortuus et occisus ac etiam ipsum homicidium et generaliter et specialiter omnes alias et singula iniurias, percussiones, contumelias, obpropria dictas factas et illatas per unam partem alteri et alteram alteri

quomodocumque qualitercumque et quocumque tempore, tam in personis quam bonis usque in presentem diem<sup>(d)</sup>, renumpiaverunt dicte partes, quibus supra nominibus, omnia iura et actiones etc. eis competentibus et in futurum competitura occasionibus supradictis quomodocumque et qualitercumque et promiserunt de evictione, promittentes dicte partes et quelibet ipsarum, nominibus quibus supra, inter sese ad invicem una pars alteri et altera alteri, presentibus et legitime stipulantibus, quibus supra nominibus, dictam pacem perpetuam securitatem et remissionem semper et perpetuo atendere et observare illesas et non offendere nec offendi facere per sese ipsas vel alteram ipsarum et alium

f. 34r seu alios ipsarum vel alterius, ipsarum nomine, in persona vel bonis sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, exigenda dicta pena a parte contra faciente et applicanda et stipulata pro medietate parti fidem servanti et pro alia medietate camere Urbis pro Urbe et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine camere Urbis et parti, volentes dicte partes et quelibet ipsorum, quibus supra nominibus, quod totiens dicta pena exigatur a parte contra faciente quotiens contra factum fuerit in premissis vel aliquod premissorum, proviso quod securitas intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur secundum formam statuti Urbis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes, quibus supra nominibus, obligaverunt omnia bona dictarum partium quarum procurator et negotiorum gestor sunt mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpiaverunt etc. et ad hec Iohannes Facenanti et<sup>(e)</sup> Cecchus Pauli Iohannis Tadei de regione Pontis, ipsi et quilibet ipsorum in solidum, precibus et rogatu dicti Lelli procuratoris predicti, procuratorio nomine quo supra, sponte et ex certa scientia sese et bona ipsorum principaliter obligantes, fideiusserunt

f. 34v penes dictum Lucam, presentem et recipientem ut supra, et nobis notariis etc. et promiserunt se facturos et curaturos quod dicti Colutia, Iacobellus et Vannotia et quilibet ipsorum predictam pacem et perpetuam securitatem<sup>(f)</sup> et omnia et singula supradicta perpetuo observabunt inlesa et quod de cetero non offendet nec offendi facient prefatum Alexium in personis vel bonis ad penam superius declaratam, stipulatam et applicandam, ut supra, et e converso Iohannes Paulus Laurentii Thedelcarii ferrarius de regione Arenule<sup>(g)</sup>, precibus et rogatu dicti Luce, quo supra nomine, una cum alia fideiussione dando penes dictum Lellum procuratorem predictum, procuratorio nomine quo supra recipienti, sponte se et bona sua principaliter obligando fideiussit et nobis notariis etc. et promisit se facturum et curaturum quod dictus Alexius perpetuo per se vel per alium seu alios non offendet nec offendi faciet in personis vel bonis dictos Colutiam, Iacobellum et Vannotiam nec aliquem ipsorum ad penam predictam stipulatam et applicandam et exigendam ut supra, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes, quibus supra nominibus, et dicti

f. 35r fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc.

(a) Depennato "Parionis" (b) Così P (c) Corretto sul precedente "observabunt" (d) L'espressione che segue fino a "promiserunt de evictione" è stata annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo (e) Omessa nel testo la congiunzione (f) Depennato perpetuo (g) Così P: nel precedente f. 32r è indicato residente nel rione S. Angelo.

## 28.

1377, marzo 20

Tucciarello *Biniani* del rione Ponte promette a Luca di Pietro *Laroccha* del rione Monti di conservarlo indenne dall'impegno di garante, assunto dietro sua richiesta, in merito all'atto di pacificazione da lui concluso, quale procuratore di Giacomella figlia del defunto Paolo di Cecco cimatore del rione Ponte vedova dello stesso Paolo, nei confronti di Lello di Cecco *della Pozzolana* procuratore di Coluzia di Tuzio *Colatii* pittore del rione Ponte, al quale aveva garantito che Giacomella e Francesca non avrebbero più offeso Coluzia, come risulta dall'atto rogato dai notai Coluzia di Cola di Angeluzio e di Paolo *de Seromanis*. Tucciarello a conferma della sua promessa fatta a Luca impeгна i suoi beni.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis infrascriptis testibus.

In presentia mei Pauli notarii et testium etc. Tucciarellus Biniani de regione Pontis sponte promisit et solempni stipulatione interveniente convenit Luce Petri Larocha de regione Montium, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, ipsum Lucam extraere<sup>(a)</sup> et conservare indempnem ab illa fideiussione, promissione et obligatione quam et quas ipse Lucas fecit ad instantiam et petitionem ipsius Tucciarelli procuratoris et persone legitime Iacobelle filie olim Pauli Cecchi accimatoris de regione Pontis et domine Francisce olim uxoris dicti Pauli, procuratorio nomine ipsarum, penes Lellum Cecchi della Pozolana procuratorem et persona legitimam Colutie Tutii Colatii pictoris de regione Pontis, procuratorio nomine quo supra, videlicet quod dicte domine Iacobella<sup>(b)</sup> et Francischa perpetuo non offendere nec offendi facientes in persona vel bonis dictum Colutiam ad penam in dicta promissione contentam

f. 35v sic vel aliter plus vel minus prout in dicta fideiussione facta per dictum Lucam, scripta manu Colutie Cole Angelutii et mei notariorum plenius continetur, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Tucciarellus obligavit eidem Luce, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

Actum Rome in regione et ecclesia Sancti Eustachii, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Iohannis Mangni, Bartholomeo Iohannis Hugolini notario, Lello Palutii Aversucoli pictore, Anthonio Petri Laurentii dicto alias Lo Quatraro paliaro omnibus de regione Pontis ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> P “exthaere” <sup>(b)</sup> P “Iacobelle”.

29.

1377, marzo 20

Cecco *Macchalupi* del rione Trastevere informato dal notaio Paolo *de Seromanis* sulla stipulazione dell'atto di pace concordato tra Luca di Pietro *Larocca*, incaricato degli affari di Alessio *Aurutii* del rione Ponte, e Lello di Cecco *della Pozolana* del rione Ponte procuratore di Coluzia, di Giacomello e di Vannozia figli del defunto Tuzio *Colatii* del rione Ponte si offre quale garante ed assicura che Alessio non avrebbe più offeso Coluzia, Giacomello e Vannozia e prende atto che, in caso di inadempienza, sarebbe stato assoggettato ad una pena pecuniaria di 500 libbre di provisini.

f. 36r

Eodem anno, indictione, mense et die.

Testes: Paulus Iohannis domini Gentilis, Paulus Petri Rentii, Paulus Iohannis Mathei de regione Transtiberim.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus Macchalupi de regione Transtiberim sponte et ex certa scientia certioratus per me Paulum de Seromanis de pace inita et facta inter Lucam Petri Larocca negotiorum gestorem Alexii Aurutii de regione Pontis pro ipso Alexio, ex una parte, et Lellum Cecchi della Pozolana de regione Pontis procuratorem et personam legitimam Colutie, Iacobelli et Vannotie fratuum filiorum olim Tutii Colatii de dicta regione Pontis, procuratorio nomine ipsorum et pro eis, ex alia parte, cum remissionibus, promissionibus et obligationibus et omnibus in ea contentis sibi vulgariter<sup>(a)</sup> lectis de verbo ad verbum ad ipsius plenam intelligentiam, sponte fideiussit penes me notarium ut publicam personam, presentem, stipulantem et recipientem vice et nomine camere Urbis et partis

f. 36v

et promisit se facturum et curaturum quod dictus Alexius, perpetuo per se vel alium seu alios, eius nomine, non offendet nec offendi faciet in persona vel bonis dictos Colutiam, Iacobellum et Vannotiam nec aliquem ipsorum sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum stipulata et applicanda prout in ipso istrumento continetur cum promissionibus et pactis in ipso istrumento contentis et declaratis etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

Actum in regione Transtiberim ante<sup>(b)</sup> dicti Cecchi, presentibus testibus supradictis etc.

<sup>(a)</sup> P “vulgaliter” <sup>(b)</sup> Segue l'espressione “dictorum” probabilmente errata e non depennata, da sostituire verosimilmente con “domum habitationis”.

30.

1377, aprile 5

Tommaso di Nicola inglese del rione Colonna e Alisa già serva del defunto Roberto inglese del rione Pigna, con il consenso di Giovanni suo marito e di Enrico e Giovanni esecutori testamentari, posseggono uno sterpeto lasciato loro in eredità dal defunto Roberto che aveva destinato al primo la proprietà perpetua e alla seconda l'usufrutto vita natural durante, ma i due beneficiari non volendo mantenere in comune la proprietà decidono di procedere alla divisione dello sterpeto in due parti: la prima parte si estende dall'arco di S. Ciriaco o di Via Lata, a lato di S. Ciriaco, con andamento rettilineo seguendo il corso dell'acqua *Putivane* fino al vicolo di fronte a S. Maria sopra Minerva, nel quale si trovano le cantine già di Nicola *Heramini* e di *ser* Giovanni di Pigna, e prosegue con andamento rettilineo fino all'angolo della casa di Nicola *de Porcariis* e alle case *de Guarcellonis* fino al vicolo costeggiando il corso dell'acqua già indicata; la seconda parte comprendeva tutto il residuo dello sterpeto in direzione del rione Colonna con le case di Nicola *de Porcariis* e le altre case situate a lato della via già accennata.

L'assegnazione delle due parti fu affidata alla sorte: la prima fu assegnata a Tommaso \*\*\*

f. 37r

Indictione XV mense aprilis die V.

Testes: Ricciardus Thomaxii ferrarii de regione Parionis<sup>(c)</sup>, Lucas Cecchi Cafarii et Stephanus<sup>(d)</sup> de Seromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum Thomaxius<sup>(e)</sup> Nicolai anglicus de regione Columpne, ex una parte, et Alisa olim famula olim Roberti anglici de regione Pinee cum consensu et voluntate Iohannis eius viri, presentis et consentientis, necnon cum consensu et voluntate Herrici et Iohannis executorum testamenti et ultime voluntatis dicti olim Roberti anglici, ex parte altera, haberent videlicet dictus Thomaxius ad perpetuam<sup>(f)</sup> proprietatem et dicta Alisam ad usufructum toto tempore vite sue, una stirpe<sup>(g)</sup> que olim fuit dicti Roberti et noluit amplius in ipsa communione manere eo quia communio solet sepe scandalum generare, idcirco devenerunt ad infrascriptum partimentum et divisionem, videlicet quod de dicta stirpes<sup>(h)</sup> fecerunt duas partes, videlicet quod una pars sit ab arcu Sancti Ciriaci sive Vie Late, a latere Sancti Ciriaci, recto tramite ut trahit<sup>(i)</sup> cursus aque Putivane



f. 37v

usque ad viculum positum in opposito Sancte Marie supra Minerbam, in quo sunt cerbinarie que olim fuerunt Nicolai Hiramini et ser Iohannis de Pinea et prout trahit ad manum directam usque ad angulum domus Nicolai de Porcariis et cum domibus de Guarsellonis et usque ad dictum viculum prout trahit cursus aque predicte; alia pars sit et esse debeat totum residuum sterpis que fuit dicti olim Roberti versus regionem Columpne cum domo dicti Nicolai et aliis domibus positis a latere dicte vie; que prima pars per sortes et brevia<sup>(f)</sup> devenit ad ipsum Thomaxium, ipso presente et acceptante \*\*\*<sup>(k)</sup>

<sup>(c)</sup> Depennato “Robertus Iohannis de regione Transtiberim et Iohannes Ricciardi de regione Columpe” <sup>(d)</sup> P “Stephano”  
<sup>(e)</sup> Depennato “a” <sup>(f)</sup> Depennato “h” <sup>(g)</sup> Così P <sup>(h)</sup> Così P <sup>(i)</sup> P “thait” e così nei casi che seguono <sup>(j)</sup> P “brevia” <sup>(k)</sup> L’atto é stato interrotto: segue il restante foglio e i successivi ff. 38r e v in bianco.

31.

1377, aprile 6

Giacomo figlio del defunto Nuzio di Nicola di Paolo di Giovanni di Guglielmo *de Bulgaminis* del rione Colonna, con il consenso della madre Caterina, contrae un’obbligazione dotale nei confronti di Coluzia di Ottaviano, presente a nome della figlia Andrea, sui seguenti beni; una casa o piuttosto un palazzo con pianoterra e solaro, con sale e camere, un pozzo ed una stalla, situato nel rione Colonna presso la piazza di S. Maria Rotonda; un altro palazzo, situato nello stesso rione; tutti i suoi beni mobili ed immobili.

L’obbligazione é contratta in cambio della dote di Andrea corrispondente alla somma di 266 fiorini e due terzi d’oro che Giacomo ha già ricevuto mediante un primo anticipo di 100 fiorini al momento del fidanzamento e il restante saldo in occasione del presente contratto di obbligazione.

La dote sarà vincolata secondo i patti consueti a Roma: se Andrea dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli legittimi, la dote in denaro contante sarà restituita, entro sei mesi dal decesso, a Cola, se invece dovesse morire dopo aver procreato figli legittimi, Giacomo avrà diritto all’usufrutto della dote vita natural durante e, dopo la sua morte, sarà destinata ai figli; al contrario se dovesse morire Giacomo prima della moglie, sia con figli sia senza figli, la dote sarà destinata dai suoi eredi, entro sei mesi dal decesso, a Coluzia e ad Andrea in denaro contante.

In aggiunta all’obbligazione Giacomo, con il consenso della madre Caterina, concede a Coluzia, che riceve a nome di Andrea, una donazione nuziale di 133 fiorini secondo i patti consueti a Roma: in caso di premorienza di Giacomo dopo aver procreato figli legittimi, la moglie Andrea avrà diritto all’usufrutto della donazione nuziale vita natural durante e, dopo la sua morte, la donazione sarà destinata ai figli, se invece non saranno stati procreati figli Andrea potrà disporre liberamente della donazione.

Dietro richiesta e preghiera di Giacomo si offrono quali garanti Pietro di Giovanni *Parisii* e Cecco di Cola di Matteo del rione Campomarzio e Paolo *Bucciarelli* del rione Ponte. In particolare il garante Paolo *Bucciarelli*, dopo aver ricevuto da Giacomo la somma di 133 fiorini e due terzi d’oro relativa ad un deposito rogato da un notaio, rilascia una quietanza di rinuncia ad ogni diritto che poteva vantare sulle case concesse da Giacomo per l’obbligazione dotale.

f. 39r

Indictione XV mense aprilis die VI.

In presentia mei notarii et testium etc. Iacobus filius olim Nutii<sup>(a)</sup> Nicolai Pauli Iohannis Guilielmi de Bulgaminis de regione Columpne, qui iuravit etc. cum consensu et voluntate domine Caterine matris sue uxoris dicti olim Nutii patris sui, presentis et consensientis, que renumpsiavit omni suo iuri dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus etc. sponte obligavit et in pignus posuit Colutie Otabiani de regione Ripe, presenti et recipienti pro se et vice et nomine domine Andree filie sue et ad ipsius opus et utilitatem, idest unam suam domum sive palatium ipsius terrineum et solaratum, cum salis cameris, puteo, stabulo et omnibus suis usibus etc. positum in regione Columpne in platea Sancte Marie Rotunde, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes olim Iohannis Stephani, ab alio Tutius Thomarotii, ante platea, retro sunt termini antiqui. Item unum aliud palatium ipsius, situm in dicta regione, inter hos fines, ab uno latere tenet dominus Matheus magistri Iohannis,

f. 39v

ab alio Anthonius mercarius, ante est via publica cum omnibus suis usibus etc. et generaliter omnia alia bona dicti Iacobi mobilia et immobilia presentia et futura que nunc habet et in futurum aquisiverit dum hoc pignus et obligatio durabunt et matrimonium inter eos. Hoc autem pignus et que dicta sunt fecit dictus Iacobus eidem Cole, presenti et stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone, presenti et stipulanti vice et nomine dicte domine Andree, pro dote et nomine dotis dicte domine Andree ducentorum sessaginta sex florenorum auri et duas tertias partes alterius floreni auri, de quibus dictus Iacobus confessus fuit in veritate recongnovit se recepisse et habuisse C florenos auri tempore facte fidantie inter eos, residuum autem presentialiter recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. insuper autem dictus Iacobus<sup>(b)</sup> sub pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingant prefatam dominam<sup>(c)</sup> Andream premori dicto Iacobo futuro viro suo sine filiis

f. 40r

ex eis communiter natis, tunc et in dicto casu promisit dictus Iacobus eidem Cole, presenti et stipulanti ut supra, ipsam dotem, videlicet dictos II<sup>c</sup>LXVI florenos auri infra dimidii anni spatium redere et restituere in



pecunia numerata ipsi Cole, si tunc visserit, alios cui ipse commiserit vel lex dederit, si vero cum filiis tunc dictus Iacobus ipsam dotem habeat ad usufructum toto tempore vite sue, post eius vero mortem dicta dox ad dictos communes filios libere revertatur; si vero contingant ipsum Iacobum premori dicte domine Andree<sup>(d)</sup> sue uxori, iam arrate et non transducte, tam cum filiis quam sine filiis ex eorum matrimonio legitime procreatis, tum et in dicto casu<sup>(e)</sup> promisit voluit dictus Iacobus per heredes et successores suos ipsam dotem, videlicet dictos ducentos LXVI florenos auri et duos tertios, ipsi Cole et ipsi domine Andree, infra dictum spatium dicti dimidii anni redi et restitui in pecunia numerata et florenis de auro et non in alia specie seu re;

f. 40v in superfluo autem dicti pignoris dictus Iacobus in dictis suis bonis, cum consensu dicte domine Catherine matris sue, donavit propter numptias dicto Colutie, presenti et stipulanti ut supra et mihi notario recipienti ut supra CXXXIII florenos auri sub pactis et tenoribus consuetis in Urbe, videlicet quod si contingat ipsum Iacobum premori dicte domine Andree uxori sue cum filiis ex eis communiter natis, tunc et in dicto casu dicta domina Andrea ipsam donationem habeat ad usufructum toto tempore vite sue, post eius vero mortem dicta donatio et eius proprietates ad dictos communes filios libere revertatur; si vero contingat ipsum Iacobum premori dicte domine Andree sue uxori sine filiis, tunc in dicto casu dicta domina Andrea habeat ipsam donationem<sup>(f)</sup> ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit, quia sic actum et convetum estitit inter ipsas

f. 41r partes et promisit dictus Iacobus dicto Cole, presenti et legitime stipulanti ut supra, quod dicta bona superius obligata sunt ipsius Iacobi obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone, universitati seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse etc. et ad hec ad instantiam et petitionem dicti Iacobi obligantis penes dictum Colam, presentem et stipulantem ut supra et me notarium ut supra, Petrus Iohannis Parisii, Cecchus Cole Macthei de regione Campimartis et Paulus Bucciarelli de regione Pontis, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt in casu evictionis predicte, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iacobus et dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt omnia ipsorum bona etc. et renumpsiaverunt etc. et si, ut dictum est, hec omnia servata fuerint tunc hec carta sit vacua

f. 41v et nullius valoris, alioquin liceat ipsi Cole, ipsi domine Andree et heredibus et successoribus ipsorum ipsa bona dicti Iacobi superius obligata libere capere intrare tenere possidere etc. donec eidem domine seu dicto Cole aut heredibus et successoribus ipsorum fuerit<sup>(g)</sup> integre persoluta, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Iacobus et dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. presente et in hiis omnibus et singulis consensiente Paulo Bucciarelli de regione Pontis et renumpsiavit et refutavit omnia et singula iura sibi competentia nunc et in futurum competitura<sup>(h)</sup> in dictis domibus obligatis seu aliqua ipsarum quomodocumque qualitercumque et quovis colore quesito usque in presentem diem. Hunc autem consensum fecit pro eo quod confessus est se recepisse et habuisse a dicto Iacobo CXXXIII florenos auri et duos tertios in quibus dictus Iacobus et certi sui fideiussores eidem Paulo tenebantur vigore depositi scripti manu \*\*\*\* publici notarii etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Pau" <sup>(b)</sup> Depennato "propter numptias donavit" poiché anticipa erroneamente il formulario riportato nella successiva espressione che inizia dal f. 40v <sup>(c)</sup> Depennato "Catherina" <sup>(d)</sup> Depennato "C" <sup>(e)</sup> Presumibilmente omissio "et" <sup>(f)</sup> Depennato "p" <sup>(g)</sup> Depennato "eidem" <sup>(h)</sup> P "competitura".

## 32.

1377, aprile 6

Coluzia di Ottaviano del rione Ripa rilascia una quietanza a Giacomo *de Bulgaminis*, principale debitore, ed al garante Pietro di Giovanni *Parisii* del rione Campomarzio, presente anche a nome del fratello Nuzio, in seguito al rimborso di un deposito di 100 fiorini d'oro rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*.

La somma, secondo la clausola prevista nell'atto di deposito, è stata detratta dall'importo della dote di Andrea, figlia di Coluzia, futura sposa di Giacomo.

f. 42r Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus. In presentia mei notarii et testium etc. prenominati Colutia Otobiani de regione Ripe sponte ex certa scientia renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit dicto Iacobo et Petro Iohannis Parisii de regione Campimartis, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et vice et nomine Nutii Parisii fratris ipsius Petri, et mihi notario ut publice persone recipienti pro ipso, idest omnia iura et actiones etc. que et quas habet contra ipsos et quemlibet ipsorum et bona ipsorum, pretestu et occasione C florenorum auri in quibus dictus Iacobus, ut principalis debitor, et prefati Petrutius et Nutius, ut fideiussores ipsius, eidem Colutie tenebantur vigore depositi continentis dictam quantitatem, scripti manu mei notarii. Hanc autem refutationem fecit dictus Colutia dictis Iacobo et Petrutio, recipientibus ut supra, et mihi notario ut supra pro eo, quod confessus fuit ipsos C florenos auri fuisse excomputatos in dote domine Andree, filie sue, uxoris dicti Iacobi, tradite per ipsum Colam ipsi Iacobo, iuxta et secundum tenorem dicti depositi et sibi Cole de dicta dote et donatione propter numptias fore bene cauto<sup>(a)</sup>, de quibus etc. et renumpsiavit etc.<sup>(b)</sup>

<sup>(a)</sup> Depennato “pro” <sup>(a)</sup> Il notaio, durante la scrittura del quaderno, ha ommesso inizialmente per l’adesione della carta i ff. 41v e 42r, che sono rimasti in bianco, ed ha continuato a scrivere sul f. 42v: dopo aver annotato un terzo del foglio si è accorto dell’errore, ha depennato l’intera scrittura ed ha ripreso l’annotazione, ripristinando la successione del formulario, all’inizio del f. 41v in continuazione del doc. 32. Il formulario depennato ripete con qualche variante, quello che è stato trascritto di nuovo al f. 41v. Per completezza riportiamo la parte depennata del f. 42v “et nullius valoris alioquin liceat ipsi Cole et ipsi domine Andree suisque heredibus et successoribus ipsa bona superius obligata dicti Iacobi et quecumque alia bona ipsius Iacobi libere capere, intrare tenere possidere etc. donec eidem domine de dictis dote et donatione fuerit integre persoluti, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.”.

33.

1377, aprile 6

Cola di Ottaviano del rione Ripa, con la garanzia del fratello Buzio e di Nuzio *Bastardella* dello stesso rione, riceve in deposito da Giacomo di Nuzio di Cola *de Bulgaminis* la somma di 133 fiorini e un terzo d’oro da utilizzare per gli ornamenti di Andrea, figlia dello stesso Cola, futura moglie di Giacomo. Il depositante si impegna a spendere la somma entro il mese di maggio. Si conviene inoltre tra le parti che Giacomo acquisterà, a sue spese, il manto secondo la consuetudine.

f. 43r

Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus etc.  
Dictus Cola Octabiani, ut principalis debitor, Butius Otabiani, eius frater, et Nutius Bastardella de regione Ripe eius fideiussores, quilibet ipsorum in solidum, uno solvente ceteri liberentur, sponte confessi fuerunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse, habere et tenere a supradicto Iacobo Nutii Cole de Bulgaminis CXXXIII florenos auri et tertiam partem alterius floreni auri qui consumari et expendi debent in guarniments et pro guarnimento supradicte domine Andree, filie ipsius Cole, uxoris dicti Iacobi, quos dictus Cola tenere et salvos facere promisit omni suo periculo et fortuna, scilicet incendii etc. et ipsos florenos expendere et in predictis guarnimentis hinc per totum mensem maii proxime futurum cum dampnis etc. acto tamen quod dictus Iacobus faciat, de sua propria pecunia, amantamentum uti solito, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

34.

1377, aprile 6

Paolo *Bucciarelli* del rione Ponte rilascia una quietanza a Giacomo di Nuzio di Cola *de Bulgaminis*, principale debitore presente per sè e per i suoi garanti Lorenzo *de Seromanis*, Nuzio *Pariscii*, Giovanni di Nello e Giovanni di Cecco *Panalfi de Bulgaminis*, dopo il pagamento di un deposito di 100 fiorini che integra la somma complessiva di 133 fiorini e due terzi d’oro sulla quale aveva già ricevuto un primo acconto.

f. 43v

Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.  
In presentia mei notarii et testium etc. Paulus Bucciarelli de regione Pontis ac die presente sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit dicto Iacobo Nutii Cole de Bulgaminis, presenti et recipienti pro se et vice et nomine Laurentii de Seromanis, Nutii Pariscii, Iohannis Nelli et Iohannis Cecchi Panalfi de Bulgaminis, et mihi notario ut publice persone presenti et stipulanti pro eis et eorum heredibus et successoribus et bonis ipsorum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria pignoratitias seu mistas que et quas habet vel habere posset nunc et in futurum contra et adversus ipsum Iacobum, ut principalem, et dictos Laurentium, Nutium, Iohannem Nelli et Iohannem Cecchi eius fideiussores et quemlibet ipsorum, pretestu et occasione CXXXIII florenorum auri et duas tertias partes alterius floreni auri, in quibus prefati Iacobus, ut principalis debitor, et alii supra nominati, ut eius fidiussores, et quilibet ipsorum eidem Paulo tenebantur vigore depositi continentis dictam quantitatem, scriptam manu publici notarii plus vel minus prout in ipso deposito continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Paulus dicto Iacobo, presenti et recipienti ut supra, fecit pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit ab ipso Iacobo C florenos auri, residuum totius dicte quantitatis confessus fuit se recepisse et habuisse, de quibus CXXXIII florenis et duos tertios se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura nulli alii persone universitati seu loca sunt vendita, data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Paulus dicto Iacobo obligavit omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiavit etc.

f. 44r

35.

1377, aprile 6

Giacomo di Nuzio di Cola *de Bulgaminis*, principale debitore, con la garanzia di Pietro di Giovanni *Parisii* del rione Campomarzio, riceve in deposito da Paolo *Bucciarelli* del rione Ponte la somma di 25 fiorini d’oro e promette di restituirla entro sei mesi una prima rata di 10 fiorini d’oro e il resto entro un anno.

f. 44v Indictione, anno, mense et die predictis et coram infrascriptis testibus.  
In presentia mei notarii et testium etc. Prefatus Iacobus, ut principalis debitor, et Petrus Iohannis Parisii de regione Campimartis, ut eius fideiussor, et quilibet ipsorum in solidum sponte confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse habere et tenere a Paulo Bucciarelli de regione Pontis, presente deponente recipiente ac legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus etc. idest XXV florenos auri quos confessi fuerunt se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt etc. quos XXV florenos auri et depositum predictum tenere custodire et salvos facere promiserunt omni ipsorum resicum periculum et fortunam, scilicet incendii furtii naufragii rapine exfortiamenti et cuiuslibet alterius casus fortune et ipsi Paulo redere et restituere promisit,

f. 45r videlicet X florenos auri hinc ad sex menses proxime futuros, residuum vero hinc ad unum annum proxime futurum cum dampnis expensis et interesse abinde in antea faciendis sive incurrendis<sup>(a)</sup>, de quibus dampnis expensis et interesse stare et credere voluerunt solo simplici sacramento ipsius Pauli etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti depositarii obligaverunt omnia ipsorum bona eidem Paulo presentia et futura etc. et voluerunt pro predictis omnibus et singulis observandis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiaverunt ferriis, beneficio fori, epistule divi Adriani etc.  
Actum in domo mei notarii infrascripti, sita in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Stephanello de Seromanis, Ceccho Cafaro, Ceccho Nicolai Marronis et Sabba de Seromanis de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Depennato "pro".

36.

1377, aprile 26

Il nobile Lello Maddaleno del rione Pigna, a nome della figlia Caterina, e il nobile Giovanni di Pietro de Cerronibus del rione Monti stipulano un patto di fidanzamento: Lello promette di concedere in moglie la figlia Caterina con la dote e gli ornamenti di 550 fiorini d'oro, dei quali 366 fiorini e due terzi d'oro per la dote e 183 e un terzo d'oro per gli ornamenti, e con altri oggetti preziosi stabiliti tra le due parti; Giovanni promette, a sua volta, di sposare Caterina entro il prossimo mese di settembre, prolungando o abbreviando il termine secondo la volontà dei contraenti.

In caso di inadempienza le parti si sottopongono ad una pena pecuniaria di 500 fiorini d'oro e per l'osservanza dei patti si scambiano il bacio della pace.

f. 45v Indictione XV mense aprilis die XXVI.

In presentia Butii Pauli Butii Angeli et mei notariorum et testium etc. Hec sunt sponsalia, fidantie et pacta matrimonialia habita et solempni ac legitima stipulatione interveniente inter nobiles viros Lellum Madalenum de regione Pinee pro Catherina filia sua, ex una parte, et Iohannem Petri de Cerronibus de regione Montium, ex parte altera, videlicet quod dictus Lellus promisit et convenit dicto Iohanni dare et tradere in suam uxorem legitimam dictam Catherinam, filiam suam, cum dote et guarnimentis V<sup>c</sup>L florenorum auri, videlicet III<sup>c</sup>LXVI florenorum et duorum tertiorum alterius floreni pro dicta dote et CLXXXIII florenorum auri et unius tertii alterius floreni pro guarnimentis predictis et cum aliis iocalibus et rebus conventis inter ipsas partes promictentes etiam dictus Lellus dicto Iohanni, presenti et stipulanti, se facturum et curaturum quod dicta Catherina filia eius accipiat ipsum Iohannem in suum virum legitimum, ut predictum est, cui etiam Iohanni promisit dictus Lellus dare et solvere dotem et guarnimenta, alia iocalia et res predictas; et versa vice dictus Iohannes promisit dicto Lello, pro se et dicte filie sue stipulante, prefatam Catherinam filiam ipsius Lelli accipere in suam uxorem legitimam cum dote guarnimentis, aliis iocalibus et rebus predictis, que omnia et singula supradicta et parentelam ipsam dicte partes ad invicem promiserunt adimplere et ad effectum ducere hinc per totum mensem

f. 46r septembris proxime futurum, prorogando et abbreviando dictum terminum prout de ipsarum partium voluntate precedet, promictentes dicte partes ad alterutrum predicta observare et contra non facere vel venire sub obligatione omnium bonorum ipsarum partium et pena V<sup>c</sup> florenorum auri stipulata pro medietate etc. et pro observatione predictorum dicte partes dederunt ad invicem osculum oris nomine iuraverunt etc.

37.

1377, aprile 26

Giovanni di Pietro *de Cerronibus* del rione Monti, con il consenso del fratello Lorenzo, contrae un'obbligazione dotale nei confronti di Lello *Maddalenus* del rione Pigna, presente a nome della figlia Caterina, futura sposa di Giovanni, sui seguenti beni: la metà di un palazzo e un casamento con orto, chiostro e un pozzo, con diritti di vicinia e un censo derivante da questi diritti, unita con l'altra metà del fratello Lorenzo, situata nel rione Monti in contrada di *Tre Forni*; la metà di un forno con una casa adiacente, unita con l'altra metà del fratello Lorenzo, situata nello stesso rione e nella stessa contrada; la metà di una torre,

unita con l'altra metà del fratello Lorenzo, situata nello stesso rione e nella stessa contrada; la metà di un palazzo con orto, unita con l'altra metà del fratello Lorenzo, situata nel rione Monti in contrada detta *la Selciata Sancte Lucie*; la quarta parte di 60 rubbia di terra da semina con un mulino e una torre, unita con l'altra quarta parte del fratello Lorenzo e con la metà di Oddone *de Cerronibus*, situata fuori della porta Maggiore nella pianura del *castrum* di Colonna; la metà di 6 pezze di terra a vigna, unita con l'altra metà del fratello Lorenzo, data in concessione ai figli di Lorenzo *Salvecti* con la corrisposta del quarto, situata dentro le mura di Roma nel rione Monti in contrada detta *Le Capocie*; la metà di due pezze di terra a vigna, unita con l'altra metà del fratello Lorenzo, situata nello stesso rione e nella stessa contrada.

L'obbligazione é contratta in cambio della dote di Caterina corrispondente alla somma di 366 fiorini e due terzi d'oro che Giovanni ha già ricevuto da Lello.

La dote sarà vincolata secondo i patti consueti a Roma: se Caterina dovesse morire prima del marito senza aver procreato figli legittimi, la dote in denaro contante, entro sei mesi dal decesso, sarà restituita a Lello se vivente o ai suoi figli maschi o a persona da lui designata, se invece dovesse morire dopo aver procreato figli legittimi allora Giovanni avrà diritto all'usufrutto della dote che sarà poi lasciata in eredità ai figli; al contrario se dovesse morire Giovanni prima della moglie, sia con figli sia senza figli, la dote con la donazione nuziale, entro sei mesi dal decesso, sarà destinata dai suoi eredi a Caterina ed a Lello.

In aggiunta all'obbligazione Giovanni concede a Lello, che riceve a nome di Caterina, una donazione nuziale di 183 fiorini e un terzo d'oro secondo i patti consueti a Roma.

Dietro preghiera di Giovanni si offrono quali garanti i nobili Silvestro *de Mutis* del rione di S. Eustachio, Oddone *de Gavellutis* del rione Ripa, Oddone *de Cerronibus* e Cecco *domini Fulci* del rione Monti.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia nostrorum<sup>(a)</sup> notariorum etc. Iohannes Petri de Cerronibus de regione Montium cum consensu et voluntate Laurentii germani fratris sui, presentis et consentientis, sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et pignore posuit Lello Madaleno de regione Pinee, presenti recipienti et legitime stipulanti pro se et vice et nomine Catherine filie ipsius Lelli, sponse in Dei nomine et future uxoris, Domino concedente, ipsius Iohannis et ad ipsius Catherine opus utilitatem eiusque heredum et successorum, et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus et recipientibus pro eis, videlicet in primis medietatem unius palatii et accasamentorum cum orto et claustro<sup>(b)</sup> et puteo, intra et retro, et cum iure vecinantie et censu ex dicta vecinancia debito sibi ex dicto palatio, quod palatium et accasamentum, claustrum et ortus iuncti sunt pro indiviso cum alia medietate Laurentii, fratris sui predicti, et sunt positi in regione Montium in contrada Trium Furnorum, inter hos fines, ab uno latere tenet Cola de Ylperinis, ante est strada publica. Item et medietatem furni cum una domo ipsi furno contigua, iunctam pro indivisa cum alia medietate Laurentii, fratris sui predicti, positam in regione et contrada predictis, inter hos fines, ab uno latere

f. 46v

tenet Colutia Capudalvelli, ab alio latere tenet Stephanus Mei Gratiani, ante est strada publica. Item medietatem unius turris, iunctam pro indiviso cum alia medietate Laurentii predicti, fratris sui, que posita est in regione et contrada predictis, inter hos fines, ab uno latere tenet Stephanus Mei Gratiani, ab alio Paulus, eius filius, ante est via publica. Item et medietatem unius palatii cum eius orto, iunctam pro indiviso cum alia medietate Laurentii predicti, fratris sui, quod palatium positum est in oppositione Sancti Petri ad Vinculam in regione Montium, inter hos fines, a duobus lateribus tenet Oddo de Cerronibus, ante est via publica. Item et medietatem unius alterius palatii cum puteo et orto post se, iunctam pro indiviso cum alia medietate dicti Laurentii, fratris sui, inter hos fines, ab uno latere tenent heredes olim Sabbe Gotii, retro tenet ecclesia Sancte Marie Magioris, ante est via publica, quod palatium positum est in dicta regione Montium in contrada que dicitur la selciata Sancte Lucie. Item quartam partem LX rublorum terre sementaricie cum uno molendino et turri existentibus in eis et cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, iuncto pro indiviso cum alia quarta parte dicti Laurentii, fratris sui, et cum alia medietate Oddonis de Cerronibus iam dicti, que posite sunt extra portam Magiorem in plano Columpne, inter hos fines, ab uno latere est tenimentum castrum Columpne, ab alio latere tenet monasterium Sancti Laurentii foris muros, ab alio latere tenet ecclesia Sancte Marie de Monterella. Item et medietatem VI petiarum proprietatum terrarum vineatarum, iunctam pro indiviso cum alia medietate dicti Laurentii, fratris sui, in quibus habent vites filii Laurentii<sup>(c)</sup> Salvecti ad quartam eis redendam, que posite sunt infra menia Urbis in contrada que dicitur le Capocie in regione Montium,

f. 47r

inter hos fines, ab uno latere tenet dominus Petrus Milsonis, ab alio latere tenet dominus Petrus de Baractis, ante est via publica. Item et medietatem duorum petiarum terrarum proprietatum vineatarum, videlicet terrarum et vituum iunctam pro indiviso cum alia medietate dicti Laurentii fratris sui, que posite sunt in dictis regione et loco, inter hos fines, ab uno latere tenent prenominati Laurentius et Iohannes, ante est via publica vel si qui sunt alii plures aut veriores confines ad predicta bona et quolibet ipsorum antiqui vel moderni et generaliter et omnia alia et singula bona ipsius Iohannis mobilia et immobilia, iura nomina et actiones presentia et futura que idem Iohannes habet a presens et in futurum aquisiverit dum cum dicta sua uxore visserit et hoc pignus durabit. Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula supradicta et que infra dicentur dictus Iohannes fecit, ut supra dicitur, pro dote et nomine dotis prefate Catherine

trecentorum LXVI florenorum boni auri et recti ponderis et duorum tertiorum unius alterius floreni, quos idem Iohannes modo presentialiter et manualiter a dicto Lello recepit et habuit ex causa predicta, de quibus florenis et dote predicta idem Iohannes post dictam receptionem se bene quietum et pacatum vocavit et renuntiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus<sup>(d)</sup> infrascriptis habitis et solemniter firmatis et stipulatis inter partes predictas, quos si dicta Catherina premoriatur dicto Iohanni, futuro viro suo, sine communibus filiis de eorum matrimonio communiter natis, tunc et in eo casu prefatus Iohannes dictam dotem in pecunia numerata dare et redere teneatur ac promisit infra spatium dimidii anni immediate sequentis post obitum Catherine prefate eidem Lello, si tunc visserit, alias ipsius Lelli filiis legitime masculis si ex eo extarent alioquin cui seu quibus ipse Lellus commiserit aut lex dederit, si autem cum filiis tunc dictus Iohannes lucretur dotem predictam

f. 47v

ipsis communibus eorum filiis legitime conservandam et pro eis; si vero dictus Iohannes premoriatur dicte Catherine, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis, tum in eo casu supradictam dotem cum infrascripta donatione propter nuptias, infra idem spatium dimidii anni post ipsius Iohannis obitum immediate sequentis, prefatus Iohannes redi et restitui voluit et mandavit ab eius heredibus et bonorum possessoribus prefate Catherine, future uxori sue, et dicto Lello, et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus nomine ipsius Catherine et pro ea; preterea dictus Iohannes prefato Lello et nobis notariis, ut supra stipulantibus nomine dicte Catherine, in superfluo dicti pignoris donavit et concessit propter numptias florenos boni et puri auri et recti ponderis CLXXXIII et unum tertium unius alterius floreni sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet etc. que omnia et singula supradicta, si ut predicatur facta et adimpleta fuerunt, tunc hec carta cum omnibus suis articulis vacua sit et cassa et una cum pignore ad prefatum Iohannem et eius heredes et successores revertatur incisa, alioquin liceat dicto Lello pro se et dicta Catherina filia sua det ipsi Catherine et eorum heredibus et successoribus dictum pignus et bona obligata, auctoritate propria et sine curia proclamatione et eorum iuribus lesione, posse ingredi capere apprehendere habere tenere possidere uti frui<sup>(e)</sup> vendere pignolare obligare alienare et cetera alia facere que eis placuerit donec de dictis dote et donatione propter numptias et de omnibus et singulis dampnis expensis et interesse predictorum occasione faciendis et incurrendis fuerit integre satisfactum et promisit dictus Iohannes dicto Lello, recipienti pro se et nomine quo supra, et nobis notariis ut supra stipulantibus, predicta bona obligata sunt ipsius Iohannis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod in totum aut in parte nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita etc. et si contrarium de predictis alio tempore apparerent voluit dictus Iohannes teneri et obligatus esse ad refectionem dampnorum etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renuntiavit etc.

f. 48r

et ad hec nobiles viri Silvester de Mutis de regione Sancti Eustachii, Oddo de Gavellutis de regione Ripe, Oddo de Cerronibus de regione Montium, Cecchus domini Fulci de regione Montium, quilibet ipsorum in solidum, precibus dicti Iohannis sponte fideiusserunt penes dictum Lellum, presentem et recipientem ut supra, et nobis notariis etc. ut supra in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum in casu evictionis predictae obligantes pro predictis omnia bona ipsorum etc. renuntiaverunt epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> P “clausto” e così nei casi che seguono <sup>(c)</sup> Depennato “salect” <sup>(d)</sup> Ripetuto “sub hiis pactis et tenoribus” <sup>(e)</sup> P “frui”.

38.

1377, aprile 26

Lello *Madalenus* del rione Pigna consegna a Giovanni di Pietro *de Cerronibus* del rione Monti la somma di 183 fiorini e un terzo d'oro che dovrà spendere per l'acquisto degli ornamenti di Caterina, figlia di Lello, futura sposa di Giovanni.

Qualora la somma non dovesse essere impiegata Giovanni promette di restituirla su richiesta di Lello.

Eodem anno, mense, indictione et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia nostrorum notariorum et testium etc. Lellus Madalenus predictus volens adimplere promissionem eius sponte presentialiter numeraliter et manualiter solvit tradidit et assignavit dicto Iohanni Petri de Cerronibus, presenti et recipienti, CLXXXIII florenos auri et tertium, qui sunt pecunie guarnimentorum dicte Catherine, filie dicti Lelli, promissos per dictum Lellum dicto Iohanni pro guarnimentis dicte Catherine, de quibus dictus Iohannes se bene quietum vocavit etc. et renuntiavit etc. quos quidem florenos promisit dictus Iohannes dicto Lello, stipulanti ut supra, expendere in guarnimentis dicte Catherine cum voluntate dicti Lelli, quibus expensis hunc contractum sit cassum et nullius valoris et in casu quo non expenderetur promisit dictus Iohannes ipsi Lello ipsam pecuniam ad omnem suam petitionem et voluntatem redere et restituere, pro quibus etc. et renuntiavit etc. quia sic actum et conventum est inter eos.

Actum in ecclesia Sancti Marci de Urbe, presentibus hiis testibus, scilicet viris magnificis domino Nicolao Comite Nolano, domino Nicolao de Neapolim, Luca de Sabello, domino Iohanne Cessi, Petrutio de Columpna, Nicolao de Sabello, Agapito de Columpna et sapientibus viris dominis Petro de Cosciaris et Laurentio de Occidimennunis et quam plures aliis Romanis omnibus ad hec vocatis et rogatis.

Giovanni di Pietro *de Cerronibus* del rione Monti e Caterina figlia di Lello *Madaleni* del rione Pigna presentatisi davanti al notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio. Il notaio pronunzia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico, mentre Giovanni infila l'anello nuziale con gemma preziosa nel dito anulare della mano destra di Caterina.

f. 48v

Eodem anno, indictione, mense et die.

In presentia nostrorum notariorum et testium etc. Contractus est matrimonium per verba de presenti, solempni et legitime stipulato interveniente, inter Iohannem Petri de Cerronibus de regione Montium, ex una parte, et Catherinam, filiam Lelli Madaleni de regione Pinee, ex alia parte, in hunc modum, videlicet quod interrogatus primo dictus Iohannes per me Paulum notarium si vult accipere in suam uxorem legitimam Catherinam prefatam, ibidem presentem et intelligentem, respondit "Volo" et versa vice statim, post responsionem dicti Iohannis, interrogata per me iam dictum notarium predicta Catherina simile accipere in suum virum legitimum prefatum Iohannem, ibidem presentem et intelligentem, respondit dicens "Volo", quibus interrogationibus et responsionibus factis et intellectis, invicem inter ipsas partes servatis, solempnitatibus debitis et consuetis in huiusmodi contractibus matrimonialibus, prefatus Iohannes cum anulo aureo cum lapide pretioso subarravit prefatam Catherinam, presentem et volentem, in signum veri et legitimi matrimonii inter eos dicentes me Paulo notario in subarratione ipsa hec verba, videlicet "In nomine Patris, Filii, Spiriti Sancti amen, quod Deus commisit homo non separet".

Actum in sala nova domus Lelli Madaleni predicti, presentibus hiis testibus, scilicet viris magnificis domino Nicolao Comite Nolano, domino Iohanne Cessi, domino Nicolao de Neapolim et sapiente viro domino Petro de Cosciaris, Sclavo Iohannis Egidi et quam plures aliis Romanis omnibus ad hec specialiter vocatis et rogatis.

Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna rilasciano una quietanza a Cola *Tonti* del *castrum* di Cervara che era stato messo al bando, su loro richiesta dai consoli dei Bovattieri di Roma, a causa di 200 pecore del valore di 50 fiorini d'oro e di un danno di 100 libbre di provisini del senato, come risulta da un atto rogato dal notaio Paolo *Vari*, dopo aver raggiunto un compromesso con il pagamento di un compenso di 10 fiorini d'oro.

f. 49r

Indictione XV mense aprilis die XXVIII.

Testes: Lellus della Ceca, Iannicellus de castro Montis Leonis et Paulus de Podio Donadei.

Actum in domo mei notarii.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus et Cecchus germani frates filii olim Nicolai Marronis de regione Pinee sponte renumpiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt Cole Tonti de castro Cerbarie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia iura et actiones reales et personales etc. que et quas habent vel habere possent<sup>(a)</sup> contra ipsum Colam, pretestu et occasione cuiusdam exbandimenti concessi contra ipsum Colam per consules bobacteriorum Urbis ad instantiam dictorum Pauli et Cecchi, continentis quantitatem ducentarum pecudum valoris L florenorum auri pro quolibet centinario et unius<sup>(b)</sup> somarii valoris quinque florenorum auri et centum librarum provisinorum pro dampno, scripto manu Pauli Vari publici notarii. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicti Paulus et Cecchus eidem Cole fecerunt pro eo quod de predictis quantitibus composuerunt se ad invicem pro quantitate X florenorum auri, quos confessi sunt se recepisse et habuisse et penes se habere

f. 49v

et tenere, de quibus se bene quietos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt etc. et promiserunt de evictione in forma, pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P "posset" <sup>(b)</sup> P "unum".

Paolo e Cecco figli del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna rilasciano una quietanza a Cola *Tonti*, presente anche a nome del notaio Ciano, a Giovanni di Cristoforo, di Tommaso *Carvelli*, a Cola *Carvelli*, a Benedetto di Giacomo *Cerbaroli*, a Biagio *Malgiarelli* e ad Angelo *Campangiolo* del *castrum* di Cervara a causa di 200 pecore del valore di 50 fiorini d'oro per ogni centinaio di animali, di un somaro del valore di 5 fiorini d'oro, di un danno di 100 libbre di provisini del senato e per le spese sostenute nella vertenza per cui i debitori erano stati messi al bando, come risulta da un atto rogato dal notaio dei consoli dei Bovattieri.

La stessa quietanza rilasciata al medesimo Cola *Tonti*, presente anche a nome del comune e dei cittadini del *castrum* di Cervara, poiché i fratelli Paolo e Cecco dichiarano di rinunciare ai diritti di rappresaglia contro il

comune di Cervara in quanto avevano raggiunto un compromesso con il pagamento di un compenso di 10 fiorini d'oro (v. doc. 40).

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

Prefati frates sponte renumpriaverunt dicto Cole, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra ac vice Ciani notarii, Iohannis Christofani, Thomaxii Carvelli, Cole Carvelli, Benedicti Iacobi Cerbaroli, Blaxii Malgiarelli et Angeli<sup>(a)</sup> Compangnioli de castro Cerbarie, idest omnia iura et actiones etc. que et quas habent vel habere possent<sup>(b)</sup> contra et adversus ipsos supra nominatos, pretestu et occasione ducentarum pecudum valoris quinquaginta florenorum auri pro quolibet centinario et unius somarii valoris quinque florenorum auri et centum librarum provisinorum senatus<sup>(c)</sup>, in quibus predicti supra nominati eidem fratribus tenentur vigore exbandimenti, scripti manu dicti notarii.<sup>(d)</sup> Item et occasione expensarum factarum dicta occasione et generaliter etc.

f. 50r

Item eodem modo et forma renumpriaverunt et refutaverunt dicto Cole, presenti et legitime stipulanti vice et nomine communis, scyndici et hominum dicti castri Cerbarie<sup>(e)</sup>, me notario ut publica persona presente et recipiente pro eis, idest omnia iura etc. que et quas habent contra dictum commune et homines dicti castri occasione privilegii, represaliarum concessorum contra ipsum commune dicta occasione et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecerunt prefati Paulus et Cecchus dicto Cole, presenti et recipienti ut supra, pro eo quod confessi fuerunt de predictis omnibus et singulis<sup>(f)</sup> ac de expensis composuisse se cum dictis Paulo et Ceccho pro X florenis auri, quos X florenos auri dicti Paulus et Cecchus confessi sunt se recepisse et habuisse, de quibus se bene quietos et pacatos vocaverunt et renumpriaverunt etc. et promiserunt quod dicta iura nemini sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluerunt dicti frates teneri de evictione cum dampnis et expensis interesse etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti Paulus et Cecchus obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpriaverunt etc.

f. 50v

pro quibus omnibus et singulis observandis dicti frates obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpriaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpriaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Malgiarnolo" <sup>(b)</sup> P "posset" <sup>(c)</sup> Omesso "pro dampno" come già annotato nel documento precedente <sup>(d)</sup> Il notaio non è citato: nel documento precedente è indicato "Paulus Vari" <sup>(e)</sup> Depennato "ide" <sup>(f)</sup> Depennato "et".

42.

1377, aprile 29

Cola *Tonti* del *castrum* di Cervara, con la garanzia di Cecco di Giovanni *Galloni* del rione Trevio e Ciano del *castrum* di Cervara, riceve in deposito da Cecco figlio del defunto Nicola *Marronis* la somma di 10 fiorini d'oro e promette di restituirla entro il prossimo mese di agosto.

Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Prefati Cola *Tonti*, ut principalis debitor, Cucus Iohannis Gallonis de regione Trivii et Cianus de castro Cerbarie, ut eius fideiussores, quilibet ipsorum in solidum sponte confessi sunt habere in depositum, nomine et causa depositi a dicto<sup>(a)</sup> Ceccho X florenos auri quos confessi sunt se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietos et pacatos vocaverunt et renumpriaverunt etc. quos tenere custodire et salvos facere promiserunt ad omne ipsorum periculum et fortunam, scilicet incendii etc. et dicto<sup>(b)</sup> Ceccho redere et restituere promiserunt hinc per totum mensem augusti proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus etc. et renumpriaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Corretto sul precedente dictis e depennato il successivo "Paulo et" <sup>(b)</sup> Corretto sul precedente "dictis" e depennato il successivo "fratribus".

43.

1377, aprile 29

Nicola figlio del defunto Nuzio *Clarelli* del rione Campitelli rilascia una quietanza a Pietro figlio del defunto Lorenzo *Sarragona* mercante del rione Pigna dopo la restituzione dell'ultima rata di un deposito di mille fiorini d'oro, come risulta da un atto rogato dal notaio Francesco *de Felicibus*: la rata residua è di 73 fiorini d'oro, 18 soldi e 6 denari di provisini del senato. Nicola dichiara inoltre di aver già ricevuto in precedenza, alternativamente da Pietro o dal fratello Giovanni, da *Casaleta* presente tra i testimoni o dagli agenti di Pietro in diverse località di Roma, alla presenza di parecchi testimoni dopo diligenti conteggi, la somma di 826 fiorini, 28 soldi e 6 denari.

f. 51r

Indictione XV mense aprilis die penultimo.

Testes: Cecchus Scalfonis, Anthonius Maschius de regione Pinee et Casaleta de regione Arenule.

In presentia mei notarii et testium etc. Nicolaus filius olim Nutii *Clarelli* de regione Campitelli, qui Nicolaus primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX seu XXV annorum nec aliqua alia ratione modo iure



- titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis, quid sit et quid dicat per me notarium primo certioratus, ac die presente sua bona propria spontanea voluntate renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Petro filio olim Laurentii Sarragona mercatori de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti
- f. 51v pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra et adversus ipsum Petrutium et in bonis suis, pretestu et occasione mille florenorum auri<sup>(a)</sup> in quibus dictus Petrutius eidem Cole tenetur et obligatus est vigore cuiusdam istrumenti depositi contentis dictam quantitatem mille florenorum auri, scripti manu Francisci de Felicibus publici notarii. Hanc autem refutationem quietationem renumpsiationem et pactum de ulterius non petendo dictus Nicolaus eidem Petrutio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro eo quod<sup>(b)</sup> presentialiter numeraliter recepit et habuit ab ipso Petrutio<sup>(c)</sup>, de summa et quantitate dictorum mille florenorum auri, LXXIII florenos
- f. 52r auri, solidos XVIII et denarios VI provisinorum senatus, residuum autem totius dicte quantitatis dictus Nicolaus, videlicet VIII<sup>c</sup>XXVI<sup>(d)</sup>, solidos XXVIII et denarios VI, confessus fuit et in veritate recognovit inter plures et diversas vices recepisse et habuisse quandoque ab ipso Petrutio aliquam quantitatem, quandoque ab ipso Casaleta et aliquando ab ipsius Petrutii factoribus, dantibus et solventibus vice et nomine ipsius Petrutii et pro ipso, in diversis locis Urbis in presentia plurium et diversorum testium, facto solempni calculo inter ipsos, de omnibus solutionibus supradictis, de quibus mille florenis auri et tota dicta quantitate<sup>(e)</sup> dictus<sup>(f)</sup> Nicolaus ab ipso Petrutio se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum dictorum mille florenorum auri exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis, exceptioni simulationis contractus aliud scriptum quam actum et generaliter omnibus aliis
- f. 52v et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta venire posset, ex certa scientia et non per errorem, renumpsiavit et refutavit expresse et promisit dictus Cola eidem Petrutio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta iura dictorum mille florenorum auri sunt ipsius Cole et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa et concessa pignorata alienata largo sumpto vocabulo alienationis nec contractus vel quasi contractus cum aliqua alia persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus Nicolaus teneri de evictione cum dampnis, expensis et interesse in quibus dictus Petrutius incurrere posset, occasione predicta, ad duplum illius in quo evinceretur etiam si in totum evinceretur, asserens et confitens dictus Nicolaus tale fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum
- f. 53r quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto cum dampnis expensis et interesse predictis, de quibus dampnis expensis et interesse stare et credere voluit solo simplici sacramento ipsius Petrutii sine alterius honore probationis, iudicis taxatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri set solum dictum sacramentum habere voluit et promisit pro plena et plenissima probatione ceterisque aliis probationibus dictus Nicolaus, ex certa scientia, renumpsiavit et refutavit expresse et ex pacto remisit et voluit pro predictis omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Cola<sup>(g)</sup> teneri et obligatus esse dicto Petrutio se et omnia sua mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis omnibus et singulis observandis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore, renumpsiavit in hiis dictus Cola ferris et diebus ferriatis, beneficio fori et illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum, argentum quod possit offerre creditori suo de stabilibus et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus, iure canonico et civili, statuto et
- f. 53v consuetudine Urbis, quibus contra predicta venire posset dictus Nicolaus ex certa scientia renumpsiavit et refutavit expresse et voluit dictus Nicolaus quod dictum istrumentum depositi in quocumque libro scripto reperiretur et manu cuiuscumque notarii sit cassum, irritum et inane et nullius valoris efficacie roboris vel momenti et quod cancelletur, cassetur et anulletur de libro sive libris in quo sive in quibus apparet ascriptum, que quidem omnia et singula supradicta dictus Nicolaus eidem Petro, presenti et stipulanti ut supra, atendere et observare promisit et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum suorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent. Actum in apotheca dicti Petrutii, presentibus dictis testibus.

<sup>(a)</sup>Depennato “quo” <sup>(b)</sup>Depennata l’espressione che segue “confessus fuit et in veritate recognovit se recepisse ipsos mille florenos”  
<sup>(c)</sup>P “Petrutii” <sup>(d)</sup>Omesso “florenos auri” <sup>(e)</sup>Il conteggio tra l’ultima rata ed i versamenti precedenti non sembra corrispondere esattamente al rimborso del deposito di mille fiorini. Infatti era stata restituita in precedenza la somma di 826 fiorini, 28 soldi e 6 denari e poi, secondo l’atto, la rata residua di 73 fiorini, 18 soldi e 6 denari per una somma complessiva di 899 fiorini, 46 soldi e 12 denari. Poiché il rapporto tra fiorino e soldo era equiparato a 47 soldi di provisini del senato e il soldo era equiparato a 12 denari in conseguenza il conteggio ultimo è pari a 900 fiorini. <sup>(f)</sup>Depennato “Pet” <sup>(g)</sup>Depennato “p”.

Antonio di Giovanni di Giacomo detto *Cianfrone* del rione Trevi, presente anche a nome del fratello Pietro detto *Cemphia*, nomina suoi arbitri Cecco Deo e Ceccolino di Romano di Pietro di Andrea per risolvere la controversia sorta con Giovanni di Giacomo *Catalli* del rione Trevi in seguito alle ingiurie e alle accuse scambiate tra le due parti nella curia del Campidoglio e alle spese da loro sostenute nella vertenza. Gli arbitri ricevono ampio mandato di deliberare e di stipulare un atto di pace perpetua o temporanea con richiesta di soddisfazione: qualora il loro giudizio non fosse concorde sarà nominato un terzo arbitro nella persona di Giovanni di Cinzio del rione Trevi. Il richiedente promette di osservare l'arbitrato e, in caso di inosservanza, si sottopone ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato, stabilisce inoltre che il mandato sarà valido fino al prossimo venerdì.

Dietro preghiera e richiesta di Antonio si offrono quali garanti Giovanni di Andreozio del rione Colonna e Tuzio di Giovanni di Lucio del rione Trevi.

f. 54r

Eodem anno, indictione mense et die.

Actum in porticali Sancte Marie in Via Late, presentibus hiis testibus, scilicet Ceccho Tascha et Iohannes Thome Iannecte.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius Iohannis Iacobi dictus alias Ciafrone de regione Trivii, qui pro Petro dicto alias Cemphia frate suo pro quo se et bona sua principaliter obligavit et promisit de rato et se facturum et curaturum quod dictus Petrus hunc compromissum et omnia et singula in eo contenta semper et perpetuo rata grata et firma habebit ad penam infrascriptam, ac die presente sponte et ex certa scientia compromisit<sup>(a)</sup> et compromissum fecit in discretos viros Cecchum Deum et Ceccholinum Romani Petri Andree de regione \*\*\*\*\*<sup>(b)</sup> licet absentes tamquam presentes, tamquam in suis arbitris arbitratoribus amicabilem compositorem et communibus amicis de omni briga lite discordia et questione que est vel esse posset inter ipsum Cianfronem, ex una parte, et Iohannem Iacobi Catalli de regione Trivi, ex parte altera, tum pretestu et occasione quarumcumque iniuriam factarum inter ipsas partes. Item pretestu et occasione accusationis institute per ipsas partes,

f. 54v

videlicet una pars contra aliam et alia contra aliam in curia Campitolii. Item et occasione expensarum factarum per ipsas partes<sup>(c)</sup> occasione quacumque et generaliter et specialiter de omni eo quod una pars alteri petere posset usque in presentem diem, tam dictis occasionibus quam aliis quibuscumque, dans et concedens dictus Ciafronus dictis arbitris et arbitratoribus<sup>(d)</sup> plenam et plenissimam potestatem arbitrandi, laudandi diffiniendi inter ipsas partes alte et basse, de facto vel de iure, semel et plures, partibus presentibus vel absentibus citatis vel non citatis, una presente et alia absente etc. pacem securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione quacumque reali verbali seu personaliter ipsis accusationibus finem et factum imponere prout et sicut ipsis arbitris et arbitratoribus melius visum fuerit et in casu quo dicti arbitri et arbitratores non concordarentur ad invicem quod tunc sit tertius, inter eos, Iohannes Cinthius de regione Trivii, quem ex nunc dictus Ciafronus eligit in tertium, qui Iohannes, una cum uno ex dictis arbitris, possit arbitrare laudare

f. 55r

et definire ac si omnes et tres arbitrati esset et in dicto casu dictum arbitrium valeat et teneat, promictens dictus Ciafronus omne arbitrium laudum arbitramentum sive mandatum ferendum per dictos arbitros, ut supra dictum est, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et tenere et ab ipso seu ipsis non suplicare, appellare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri, scilicet ex nunc ipsos eligit pro bonis viris sub pena et ad pena V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus aplicanda dicta pena pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti predicta servanti, me notario ut publica persona stipulante et recipiente vice et nomine camere Urbis et partis, renumptiavit in hiis dictus compromictens capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis<sup>(e)</sup> et generaliter etc. duraturum presens compromissum hinc ad diem venerei proxime futurum per totum diem<sup>(1)</sup> et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Ciafronis compromictentis, Iohannes Andreotii de regione Columpne et Tutius Iohannis Lutii de regione Trivii, quilibet ipsorum in solidum sponte et ex certa scientia fideiusserunt et se et bona ipsorum principaliter obligaverunt penes me notarium, ut supra recipientem, in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluerunt

f. 55v

in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus Ciafronus tenetur et obligatus est teneri et obligari posset occasione presente<sup>(f)</sup>, renumptiavit in predictis dictus principalis et fideiussores et quilibet ipsorum epistule divi Adriani et omnibus et singulis exceptionibus quibus contra predicta venire possent, renumptiaverunt expresse et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari etc. et renumptiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P "compromissit" <sup>(b)</sup> Depennato "lib" <sup>(c)</sup> Depennato "in" <sup>(d)</sup> P "albitratoribus" <sup>(e)</sup> Depennato "pro" <sup>(f)</sup> Depennato "p".

<sup>1</sup> Cfr. A. CAPPELLI, *Cronologia, cronografia e calendario perpetuo*, Milano 1930 (rist. anastatica 1960), p. 50: il termine concesso per deliberare é brevissimo, infatti il 29 aprile 1377 é mercoledì e il venerdì ricorre il 1° maggio 1377.

Giovanni di Giacomo *Catalli* del rione Trevi stipula un compromesso, analogo al precedente (doc. 44), per la nomina degli arbitri per risolvere la controversia sorta con i fratelli Antonio di Giovanni di Giacomo detto *Cianfrone* e Pietro detto *Cemphia*.

Dietro preghiera e richiesta di Giovanni *Catalli* si offrono quali garanti Ranullucio *de Surdis* e Nannolo di Giovanni *Peticti*.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram<sup>(a)</sup> hiis testibus infrascriptis.

In presentia mei notarii et testium etc. simile compromissum factum fuit per dictum Iohannem Iacobi Catalli cum omnibus tenoribus et articulis appositis et scriptis in dicto compromisso; fideiussores Iohannes Iacobi, Ranullutius de Surdis<sup>(b)</sup>, qui iuravit etc. et Nannolus Iohannis Peticti.

Testes: Cecchus Tasca et<sup>(c)</sup> Stephanellus Iohannis Pagani [ambo] de regione Trivii.

<sup>(a)</sup> Depennato "dictis" <sup>(b)</sup> Depennato et <sup>(c)</sup> Omessa la congiunzione "et".

Il nobile Ludovico figlio del defunto Paolo Muti *de Pappazuris* del rione Trevi, procuratore dei nobili Agapito *de Columpna* milite, Fabrizio e Stefano figli del defunto Pietro di Giordano *de Columpna*, come risulta dall'atto di procura rogato dal notaio Pietro di Lello *de Caputgallis*, e il nobile Antonio di Lorenzo di Giacomo *Surdi*, presente anche a nome del fratello Petruzio, nominano loro arbitri i nobili Leonardo *Pocie* del rione Monti, Giovanni *de Cancellariis* detto *Bufalus* (o *Bubalus*) del rione Colonna e Lippo *de Falconinis*, terzo tra gli arbitri nel caso di discordanza tra i primi due, per risolvere la controversia in merito ad alcune vacche mansuete o selvatiche, ai porci, agli asini e ad altre bestie portate via da Agapito, Stefano e Fabrizio o dai loro figli o dai loro dipendenti dal territorio dei *castra* di Gallicano, Passerano, Corcolle e Lunghezza, ai danni subiti dai fratelli Antonio e Petruzio *Surdi*, alle prese dei buoi aratori condotti dai fratelli Antonio e Petruzio *Surdi* a lavorare nel territorio degli stessi *castra*. Gli arbitri ricevono ampio mandato di deliberare, i richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di mille fiorini d'oro e stabiliscono inoltre che il mandato sarà valido per tutto il mese di maggio.

Dietro preghiera e richiesta di Ludovico si offrono quali garanti Nicola figlio di Cecco *Scantrilgie* del rione Colonna, Cecco *de Normandis*, Giovanni di Cinzio, Renzo *Pocie* del rione Trevi, Pietro di Ognissanti del rione Biberatica e Antonio di Giovanni; allo stesso modo dietro richiesta e preghiera di Antonio si offrono quali garanti Lello *Amadoris*, Ceccolello *de Cancellariis*, Nucciagia *de Cancellariis*, Paolo *Surdis* del rione Colonna e Cecco *Tasca* del rione Trevi.

f. 56r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup> LXXVII pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione XV mense maii die VII.

In presentia Laurentii Nicolai Petri scrinariii et mei notariorum et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum, nobilis vir dominus Lodoycus quondam Pauli Muti de Pappazuris de regione Trivii, procurator et persona legitima magnificorum virorum domini Agapiti de Columpna militis, Fabritii<sup>(a)</sup> et Stephani germanorum fratuum filiorum quondam magnifici viri Petri Iordani de Columpna, habens ad hec omnia et singula infrascripta facienda et exercenda plenam potestatem ac speciale et sufficiente mandatum, ut patet manu Petri Lelli de Caputgallis<sup>(b)</sup> publici notarii presentis et fidem facientis ac dicentis et expresse confitentis ex certa scientia non per errorem sic verum esse, procuratorio nomine ipsorum et pro eis, ex una parte, et nobilis vir Anthonius Laurentii Iacobi Surdi, pro se et suo proprio nomine ac vice et nomine

f. 56v Petrutii fratris sui germani, pro quo se et bona sua principaliter obligavit et promisit de rato et rati habitione et se facturum et curaturum quod dictus Petrutius, eius frater, hunc compromissum et omne arbitrium, laudum sive arbitramentum, unum seu plura ex hoc compromisso descendencia seu descendentes, semper et perpetuo rata grata et firma habebit et tenebit sub obligatione et ypotheca omnium bonorum ipsius mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena infrascripta, ex alia parte, nominibus quibus supra et suo proprio nomine, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus compromiserunt et compromissum fecerunt in nobiles viros dominum Leonardum Pocie de regione Montium, Iohannem de Cancellariis dictum alias Bufalum de regione Columpne et Lippum de Falconinis tertium inter ipsos in casu in quo predicti dominus Leonardus et Bufalus discordarent<sup>(c)</sup>, presentes et acceptantes tamquam in eorum arbitros, arbitratores amicales compositores, laudatores, diffinitores et communes benivolos et amicos, de omni lite discordia controversia

f. 57r et questione vertente et que verti posset inter prefatos supra nominatos, pretestu et occasione quarumcumque bestiarum vaccinarum domitarum sive indomitarum, porcorum, asinorum seu quarumcumque aliarum bestiarum ablatarum, ut dicitur, per ipsos dominum Agapitum, Stephanum et Fabritium seu alterum ipsorum

seu per eorum seu alterius ipsorum filios, amicos, gentes, stipendiarios, vassallos, complices, socios seu adherentes eis de tenementis castrorum Gallicani, Passarani, Corcoruli, Longeze seu alterius ipsorum. Item et occasione dampnorum quorumcumque que dicti frates passi fuerunt et que dicti Anthonius et Petrutius passi sunt nunc vel que dicti Anthonius et Petrutius paterentur vel incurrere possint occasione predicta. Item et occasione certarum presarum bobum ablatorum, ut dicitur de dictis tenementi, conductorum per ipsos Anthonium et Petrutium ad laborandum in tenementis predictis et generaliter et specialiter de omni eo quod dicti Anthonius et Petrutius dictis domino Agapito, Fabritio et Stephano, vassallis,

f. 57v familiaribus, complicitibus, sequacibus ac stipendiariis ipsorum petere et exigere possent usque in presente die, tam ratione dicte ablationis quam dampnorum et interesse predictorum, ita quod presens compromissum intelligatur quanto ad predicta generale et generalissimum inter ipsas partes de omnibus et singulis supradictis, dantes et concedentes dicti compromittentes, pro se et nominibus quibus supra, dictis eorum arbitris et arbitratoribus plenam et liberam licentiam et potestatem arbitrandi, laudandi, mandandi, pronuntiandi, sentiendi, diffiniendi inter ipsas partes de iure et de facto, alte et basse, amicabilem, iuris ordine servato vel non servato, ordinarie vel extraordinarie, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, diebus feriatis vel non feriatis, sedendo vel stando, in scriptis vel sine scriptis et alias quomodocumque qualitercumque quandocumque prout eis melius videbitur expedire, nullo pretermisso obstante, omni hora, de die vel de nocte semel et plures in quolibet loco, una parte presente et alia<sup>(d)</sup>

f. 58r absente, utraque absente, partibus citatis vel non citatis, una citata et alia non citata omni tempore, promittentes et volentes dicti compromittentes, pro sese ipsis et nominibus quibus supra, quod quicquid ipsi arbitri arbitratoribus, declaratores, amicabilem compositores disserint laudaverint declaraverint deciderint arbitratum fuerint sentiaverint composuerint dividerint seu quocumque modo et forma diffinierint ratum gratum et firmum habere tenere et observare. Item promiserunt dicti compromittentes ad alterutrum et voluerunt quod dicti arbitri seu arbitratores possint semel et plura et etiam quandocumque sententiam seu sententias finem pronuntiare ac quandocumque eorum decisionem interpretare<sup>(e)</sup>, declarare seu quovis alio nomine censeatur corrigere reformare si eis videbitur expedire et quod possint prefati arbitri et arbitratores quandocumque etiam elapso termino compromissi cognoscere, diffinire, declarare, arbitrare,

f. 58v dicere, precipere sub pena in compromisso apponenda quidquid si omnia et singula non fuerint in dicto termino terminate vel aliqua reservaverint declarandi volentes et promittentes dicti compromittentes, pro se et nominibus quibus supra, ad alterutrum per legitimam et solemnem stipulationem stare, parere et obedire omni laudo arbitrio arbitramento pronuntiatione declaratione decisione precepto seu preceptis decisionis<sup>(f)</sup> ac terminationis per dictos arbitratores aut duos ex eis et ipsis probatis sive ipsa promulgatione emulgare, aprobare et in nullo contrafacere vel venire per se ipsos vel etiam interpositam personam quacumque occasione ratione vel causa de iure vel de facto, verbis vel opere et quod contra eorum vel dominorum ex eis preceptum laudum diffinitionem transactionem vel sententiam non appellare nec supplicare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri nec restitutionem

f. 59r in integrum, nec aliud privilegium restitutionis inpetrabunt nec inpetitionem utentur et quod nulla exceptio opponerent nec illud sive illa corrigi seu emendari per superiorem vel aliquem iudicem petent nec utentur cuiuscumque legis vel canonis statuti vel consuetudinibus Urbis seu beneficio quod vitiet vel vitaret vel debilitare aut infirmare valeat compromissum laudum seu arbitramentum quod ex eo sequeretur de rebus et causis supradictis sub pena et ad penam mille florenorum auri, aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti predictae servanti, qua pena totiens committatur quotiens contra factum fuerit et ipsa solutio vel non, arbitrium, laudum seu arbitramentum, quod ex hoc compromisso sequeretur, ratum et firmum permaneat, promittentes ad invicem dicti compromittentes, pro se et nominibus quibus supra, per solemnem et legitimam stipulationem intervenientem, quod pars arbitrium, arbitramentum, laudum, sententiam, decisionem, declarationem quocumque in totum vel in parte non servans vel atendens

f. 59v dabit et solvet, nomine pene, medietatem dicte pene prefate camere Urbis et aliam medietatem parti predictae servanti, volentes et promittentes dicte partes ad alterutrum, in casu in quo dictus dominus Leonardus et Bubalus non essent concordantes quod dictus Lippus, una cum dictis arbitris seu arbitratoribus, possit in dicta causa procedere et etiam laudare, mandare, sentire et sic etiam cum eis, arbiter arbitrator et amicabilem compositor inter partes predictas in dicto casu esse, eligerunt et in eum compromisserunt et deinde sententiam, arbitratum dicti Lippi laudum sive arbitramentum eius qui se cum dicto Lippo concordaverit seu cum quo dictus Lippus concordaverit valeat et teneat ac si per omnes latus fuisset discordantes ab eis, non valeat non teneat obligantes pro predictis omnibus et singulis observandis dicte partes, pro se et nominibus quibus supra, ad alterutrum omnia et singula bona ipsorum et predictorum quorum dictus dominus Lodoycus, procurator est, mobilia et immobilia presentia et futura, renuntiaverunt

f. 60r dicti compromittentes in predictis statutis Urbis loquentibus de penis conventionalibus non exigendis et omnibus aliis et singulis legibus, statutis, consuetudinibus quibus contra predictae vel aliquod predictorum venire possent, quod compromissum dicti compromittentes durare voluerunt per totum presentem mensem maii et ad hec ad petitionem et instantiam dicti domini Lodoyci procuratoris predicti, quo supra nomine, Nicolaus quondam Cecchi Scantrilgie de regione Columpne, Cecchus de Normandis, Iohannes Cinthii,

Rentius Pocie de regione Trivii, Petrus Omniasanti de regione Biberatice et Anthonius Iohannis Symei de regione \*\*\*\* quilibet ipsorum in solidum sese et bona eorum principaliter obligando eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus ad instantiam et petitionem dicti domini Lodoicy procuratoris predicti, procuratorio nomine quorum supra, penes dictum Anthonium, presentem et recipientem ac legitime stipulantem pro se et quo supra nomine, nobis notariis ut publicis personis recipientibus pro dicto Petrutio, fideiussores in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et promiserunt,

f. 60v solempni stipulatione interveniente, se facturos et curaturos quod dicti dominus Agapitus, Fabritius et Stephanus hunc compromissum et omnia et singula ex eo descendencia semper et perpetuo emolugabunt approbabunt acceptabunt, rata et firma habebunt adimplebunt et ei parebunt et quod ab eo seu eis non appellabunt non supplicabunt nec petent reductionem ad arbitrium boni viri nec de nullitate dicent, nec alium remedium iuris nec facti postulabunt inpetrabunt nec inpetrationem utentur sub obligatione omnium bonorum ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, nominum actionum et pena predicta stipulata et applicanda, ut superius dictum est; et e converso ad instantiam et petitionem dicti Anthonii, pro se et quo supra nomine, Lellus Amadoris, Ceccholellus de Cancellariis, Nucciaga de Cancellariis, Paulus Surdus de regione Columpne et Cecchus Tasca de regione Trivii ipsi et quilibet ipsorum in solidum sese et bonis ipsorum principaliter obligando eorum bonis propriis et spontaneis

f. 61r voluntatibus fideiusserunt penes dictum dominum Lodoycum procuratorem predictum, procuratorio nomine quo supra, presentem et recipientem, nobis notariis ut publicis personis presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus vice et nomine ipsorum domini Agapiti, Fabritii et Stephani et pro eis in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et promiserunt, solempni stipulatione interveniente, quod ipsi Anthonius et Petrus et quilibet ipsorum compromissum et omnia ex eo descendencia semper et perpetuo rata grata et firma habebunt ipsumque emolugabunt, acceptabunt eis parebunt et quod ipsi nec aliquis ipsorum ab ipso, ipsis seu ipsa non appellabunt, supplicabunt nec petent reductionem ad arbitrium boni viri, de nullitate dicent nec aliud remedium iuris nec facti inpetrabunt nec inpetrationem utentur sub ypotheca et obligatione omnium bonorum ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, nominum et actionum et pena superius declarata, stipulata et declaranda, ut superius continetur; quam penam dicti fideiussores utriusque partis et quilibet ipsorum, in casu quo

f. 61v esset per aliquem contrafactum, solvere promiserunt camere Urbis et parti, ut superius continetur, renumptiaverunt in predictis dicti fideiussores et quilibet ipsorum epistule divi Adriani beneficio nove constitutionis, de duobus vel pluribus reis debendis cedendarum et dividendarum actionum fori infrascripti et illi legi qua cavetur, quod si debitor non habuerit aurum argentum nec aliqua mobilia quod possit obferre de stabilibus et generaliter omnibus aliis auxiliis, iuribus et exceptionibus quibus contra predicta se defendere possent renumptiaverunt expresse, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus dominus Lodoycus procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, obligavit et pignori posuit dicto Anthonio, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, nobis notariis ut publicis personis stipulantibus et recipientibus pro dicto Petrutio omnia bona predictorum quorum procurator est<sup>(e)</sup> mobilia et immobilia presentia et futura, nomina et actionum et dictus Anthonius, pro se et quo supra nomine, obligavit omnia bona sua et dicti Petrutii, sui fratris, mobilia

f. 62r et immobilia presentia et futura, nomina et actiones dicto domino Lodoycopro procuratori predicto, nomine quo supra recipienti, et dicti fideiussores et quilibet ipsorum omnia bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones et voluerunt, pro predictis omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis, posset cogi compelli et conveniri omni tempore etiam feriatis diebus et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice ordinario vel delegato vel auditore renumptiaverunt in hiis omnes ipsi compromittentes et dicti fideiussores et quilibet ipsorum feriatis et diebus feriatis, beneficio fori, beneficio cessionis bonorum et illi legi qua cavetur quod si debitor non habuerit aurum argentum nec aliqua mobilia quod possit offerre creditori suo de stabilibus et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus, iure canonico et civili, statutis et consuetudinibus Urbis quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent vel quomodolibet se tuere dicti compromittentes, pro se et quibus supra nominibus, et dicti fideiussores et quilibet ipsorum, ex certa scientia,

f. 62v renumptiaverunt expresse. Que quidem omnia et singula supradicta dicti compromittentes, pro se et quibus supra nominibus, ad alterutrum dicti fideiussores et quilibet ipsorum atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena predicta, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

Actum Rome in ecclesia XII Apostolorum de Urbe, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Egidii Scantrilgie, Petro Angeli de Caputgallis et Corrado de Marcellinis de regione Trivii ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> P “Frabitii” e così nei casi che seguono <sup>(b)</sup> P “Petri de Lelli Caputgallis” <sup>(c)</sup> P “discordaret” <sup>(d)</sup> Ripetuto “et alia” <sup>(e)</sup> P “interpotare” <sup>(f)</sup> P “decisioni” <sup>(g)</sup> Depennato “o”.

Il nobile Ludovico figlio del defunto Paolo *Muti de Pappazuris* del rione Trevi, procuratore dei nobili Agapito *de Colonna* milite, Fabrizio e Stefano figli del defunto Pietro di Giordano *de Columpna*, designato con ampia facoltà di deliberare, come risulta dall'atto di procura rogato dal notaio Pietro di Lello *de Caputgallis* (v. doc. 46), nomina a sua volta procuratore Pietro detto *Troccia* del rione Colonna per l'accettazione del lodo emesso dagli arbitri.

Eodem die et coram dictis testibus.

Dictus dominus Lodoycus procurator predictus, procuratorio nomine quo supra, habens speciale mandatum, ut patet manu dicti Petri, sponte fecit suum procuratorem, ad acceptandum omnem arbitrium etc. Petrum dictum alias Troccia de regione Columpne, presentem et recipientem etc.

Giovanni *de Cancellariis* detto *Bufalus*, nominato arbitro insieme a Leonardo *Pocie* ed a Lippo *de Falconinis*, terzo tra gli arbitri in caso di discordanza dei pareri tra i primi due, dal nobile Ludovico *de Papazuris*, procuratore dei nobili Agapito *de Columpna* milite, Fabrizio e Stefano figli del defunto Pietro di Giordano *de Columpna*, e dal nobile Antonio di Lorenzo di Giacomo *de Surdis* del rione Colonna, presente anche a nome del fratello Petruzio, dopo aver invitato l'altro arbitro Leonardo a partecipare all'arbitrato, secondo il compromesso rogato dai notai Lorenzo di Nicola *scrinarius* e Paolo *de Seromanis*, ed essendo stato informato che il parere da lui formulato era differente, decide da solo di emettere un arbitrato in merito alla controversia sorta tra le due parti ricorrenti circa alcuni porci e buoi di Antonio e Petruzio portati via dai tenimenti dei *castra* di Gallicano e di Passerano ed i danni da loro subiti.

L'arbitro Giovanni *de Cancellariis*, seduto su di un podio nella sala superiore del palazzo del Campidoglio, preso atto del compromesso delle due parti e del termine assegnato per ascoltare le ragioni dei contendenti (v.doc. 46), della volontà dell'altro arbitro Leonardo che si era dichiarato dissenziente, esaminati gli articoli delle rivendicazioni ed i testimoni, delibera che Agapito, Fabrizio e Stefano dovranno versare, entro 3 mesi, ad Antonio ed a Petruzio la somma di 500 fiorini d'oro, inclusa nel conteggio la stima di 325 porci valutati al prezzo di 3 libbre di provisini per ciascun animale e di 12 buoi valutati al prezzo di 7 fiorini per ciascun animale, mentre assolve Antonio e Petruzio i quali dovranno rilasciare una quietanza a conferma del pagamento.

f. 63r

In nomine Domini. Nos Iohannes de Cancellariis dictus alias Bufalus, arbiter arbitrator amicabile compositor et communis benivolus et amicus, una cum domino Leonardo Pocie, arbitro et arbitratore una nobiscum, et Lippo de Falconinis, tertio inter nos in casu quo essemus<sup>(a)</sup> discordes, electi et absumpti a nobili viro domino Lodovico de Pappazuris, procuratore et persona legitima magnificorum virorum domini Agapiti de Columpna militis, Fabritii et Stephani eius fratrum filiorum olim magnifici viri Petri Iordani de Columpna, procuratorio nomine ipsorum et pro eis, ex una parte, et Anthonius Laurentii Iacobi de Surdis de regione Columpne, qui pro Petrutio frate suo promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit, ex alia parte, requisito ipso domino Leonardo per nos si volebat in hanc nostram sententia concurrere, qui penitus denegavit, ut de compromisso in nos facto plene patet manu Laurentii Nicolai<sup>(b)</sup>

f. 63v

scrinarii et Pauli de Seromanis publicorum notariorum cognoscentes de causa litis et questione vertente et que versa est coram nobis inter dictas partes, pretestu et occasione certorum porcorum et bobum ablatorum per ipsos magnificos et eorum gentes ipsis Anthonio et Petrutio de tenimentis castrorum Gallicani et Passarani. Item et occasione dampnorum expensarum et interesse passorum et factarum per ipsos Anthonium et Petrutium usque in presente die dicta occasione et generaliter de omni eo quod dicti Anthonius et Petrutius dictis magnificis eorum sociis, familiaribus, vassallis, complicibus, sequacibus et amicis petere et exigere possent usque in presentem diem, rationibus supradictis et dependentibus ab eisdem, unde viso dicto compromisso, viso termino per nos iam dictos arbitros dato dictis partibus ad probandum de eorum intentione, visis certis capitulis coram nobis productis per dictas partes, visis testibus hinc inde examinatis super dictis capitulis et eorum atestationibus et ipsorum publicationibus

f. 64r

et omnibus actionibus in dicta causa factis, visis et auditis ipsis partibus et que dicte partes coram nobis dicere proponere et allegare voluerint per se ipsas et earum advocatos et procuratores ac etiam declarantes dicto domino Leonardo infrascriptam nostram intentionem et voluntatem arbitrandi et laudandi infrascriptam quantitatem secundum quod inferius continetur et ipsum requirentem si volebat nobiscum concordare, qui respondit et aperte dixit quod non scilicet potius discordabat et discordare volebat et omnibus meritis dicte cause diligenter discussis et sese sepius recensitis propositis coram nobis, sacrosanctis scripturis Christi nomine invocato, pro tribunali sedentibus in palatio Campitolii in podiis sale superioris dicti palatii in hiis scriptis, viam arbitratoris et amicabile compositoris eligentes pro bona pace et concordia ipsarum partium et



pro relevando ipsas partes a sumptibus, litigiis et expensis, pronumptiamus decernimus dicimus sententiamus diffidamus decidimus et declaramus quatenus, sub pena

f. 64v in dicto compromisso in nos facto, contenta commictenda prout in ipso compromisso continetur, hoc nostro laudo sive arbitramento semper firmo manente, dicti dominus Agapitus, Fabritius et Stephanus hinc ad tres menses proxime futuros dent et solvant et satisfaciant, dare solvere et satisfacere debeant cum effectu dictis Anthonio et Petrutio quingentos florenos auri in florenis de auro, videlicet pro extimatione III<sup>c</sup>XXV porcorum ad rationem trium librarum pro quolibet et XII bobum ad rationem VII florenorum auri pro quolibet, quod capiunt in summa florenorum auri V<sup>c</sup>, salvo iure calculi, in quibus V<sup>c</sup> florenis auri ipsos dominum Agapitum et fratres condempnamus ab omnibus aliis in ipso compromisso contentis ipsos magnificos dominum Agapitum, Fabritium et Stephanum et quemlibet ipsorum, gentes vassallos, socios, familiares, domesticos et adherentes eis, in hiis scriptis

f. 65r absolvimus et redimus absolutos et totaliter eximimus et liberamus et dictis Anthonio et Petrutio et cuilibet ipsorum perpetuum inponimus silentium ad petendum dampna expensas et interesse predictis, quam quantitatem dictorum quingentorum florenorum solutorum in florenis de auro per dictos magnificos vel alium ex eis aut per alium, eorum nomine, dictis Anthonio et Petrutio dictis magnificis aut alteri recipienti pro eis, sociis vassallis, familiaribus, stipendiariis ipsorum, dicti Anthonius et Petrutius teneantur et debeant refutationem facere generalem de predictis omnibus et singulis in dicto compromisso contentis et ita dicimus laudamus sententiamus omnibus via, iure et forma, quibus melius possumus et debemus.<sup>(c)</sup>

<sup>(a)</sup> Così P, intendasi “fuissemus” <sup>(b)</sup> Ripetuto “Nicolai” <sup>(c)</sup> L’atto é interrotto: segue uno spazio bianco, sul margine inferiore del foglio, corrispondente a quattro righe. Il formulario conclusivo é stato annotato per questo atto e quello successivo alla fine del doc. 50. Appare evidente che per il contenuto degli atti e per la sede prescelta per il lodo le imbreviature sono state rogate nello stesso giorno in presenza degli stessi tetimoni del doc. 50.

49.

1377, [maggio 29]

Leonardo *Pocie*, nominato arbitro insieme a Giovanni *de Cancellariis* detto *Bufalus* ed a Lippo *de Falconinis*, terzo tra gli arbitri in caso di discordanza dei pareri tra i primi due, dal nobile Ludovico *de Pappazuris*, procuratore dei nobili Agapito *de Columpna* milite, Fabrizio e Stefano figli del defunto Pietro di Giordano *de Columpna*, e dal nobile Antonio di Lorenzo di Giacomo *de Surdis* del rione Colonna, presente anche a nome del fratello Petruzio, dopo aver invitato l’altro arbitro Giovanni *de Cancellaris* detto *Bufalus* a partecipare all’arbitrato, secondo il compromesso rogato dai notai Lorenzo di Nicola *scrinarius* e Paolo *de Seromanis*, ed avendone ricevuto una risposta negativa, decide da solo di emettere un arbitrato in merito alla controversia, sorta tra le due parti ricorrenti, della quale conosce bene le ragioni.

L’arbitro Leonardo *Pocie*, seduto su di un podio nella sala superiore del palazzo del Campidoglio, delibera che Agapito, Fabrizio e Stefano dovranno versare, entro tre mesi, ad Antonio e Petruzio la somma di 300 fiorini d’oro ed i riceventi dovranno rilasciare una quietanza a conferma del pagamento.

f. 65v In nomine Domini. Nos Leonardus *Pocie*, arbiter arbitrator amicabile compositor qui supra, requisito dicto Bufalo verbo si volebat in hanc nostram sententiam concurrere, qui negavit, omnino cognoscentes de causa supra dicta et visis et discussis omnibus supradictis, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentibus in loco predicto, propositis coram nobis sacrosanctis scripturis, in hiis scriptis viam arbitrationis eligentes pro bona pacis et concordie ipsarum partium, arbitramur sententiamus pronumptiamus dicimus et declaramus omni via, modo et iure quibus melius possumus et debemus, quatenus dicti fratres magnifici tam pro extimatione bestiarum in compromisso, quatenus quam pro dampnis expensis et interesse in ipso compromisso contentis, hinc ad tres menses proxime futuros ad penam in dicto compromisso contentam, dent

f. 66r et solvant, dare et solvere debeant cum effectu dictis Anthonio et Petrutio in florenis de auro et non in alia specie seu re, tricentos florenos auri, solutos per dictos magnificos seu per alium eorum nomine, dictis Anthonio et Petrutio, ipsi Anthonius et Petrutius teneantur et debeant ipsis magnificis, vassallis, sociis, familiaribus, gentibus eorum facere finem quietationem et generalem refutationem de omnibus et singulis in dicto compromisso contentis et de omni eo quod eis petere possent usque in presentem diem, tam dicta occasione quam alia quacumque predicta dicimus sententiamus et arbitramur et declaramus omnimodo iure et forma quibus melius possumus et debemus.<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> L’atto é interrotto: segue uno spazio bianco, sul margine inferiore del foglio, corrispondente a tre righe. Il formulario conclusivo é stato annotato per questo atto e per quello precedente alla fine del doc. 50. Appare evidente, come già indicato nella nota precedente, che per il contenuto degli atti e per la sede prescelta per il lodo le imbreviature sono state rogate nello stesso giorno in presenza degli stessi testimoni del doc. 50.

50.

1377, maggio 29

Lippo *de Falconinis*, nominato terzo arbitro insieme a Giovanni *de Cancellariis* detto *Bufalus* ed a Leonardo *Pocie*, dal nobile Ludovico *de Pappazuris*, procuratore dei nobili Agapito *de Columpna* milite, Fabrizio e



Stefano figli del defunto Pietro di Giordano *de Columpna*, e dal nobile Antonio di Lorenzo di Giacomo *de Surdis* del rione Colonna, presente anche a nome del fratello Petruzio, decide di emettere un arbitrato quale terzo arbitro a causa della discordanza dei pareri tra i primi due arbitri.

L'arbitro Lippo *de Falconinis*, seduto su di un podio nella sala superiore del palazzo del Campidoglio, consultati gli atti della causa, ascoltate le due parti in contrasto, i loro avvocati ed i loro procuratori, preso atto del lodo degli arbitri, rileva che l'arbitrato di Leonardo *Pocie* é ingiusto mentre quello di Giovanni *de Cancellariis* detto *Bufalus* é equo e delibera che Agapito, Stefano e Fabrizio dovranno versare, entro 3 mesi, ad Antonio ed a Petruzio la somma di 500 fiorini d'oro per la stima dei porci e dei buoi e per le spese da loro sostenute ed i riceventi dovranno rilasciare una quietanza a conferma del pagamento.

f. 66v In nomine Domini. Nos Lippus de Falconinis, tertius arbiter arbitrator et communis amicus electus et absumptus a supradictis partibus ut supra apparet, visis omnibus actis et actitatibus<sup>(a)</sup> in dicta causa et et que per se ipsas et earum advocatos et procuratores dicere proponere et allegare voluerunt, visis etiam iuribus utriusque partium, auditis ipsis partibus ea que per dictos arbitros et arbitratores et quemlibet ipsorum arbitratorum sunt et etiam diffinite, videntes et cognoscentes sententiam et arbitramentum dicti domini Leonardi fare et esse iniquum et noniustum, videntes etiam et concernentes arbitramentum laudum sententiam sive mandatum dicti Iohannis dicti Bufali fore iustum et equum, ipsum arbitrium arbitramentum laudum sententiam sive mandatum seu quovis alio nomine censeatur,

f. 67r Christi nomine invocato, propositis coram nobis sacrosanctis scripturis, pro tribunali sedentes in palatio Campitolii in loco predicto, aprobamus corroboramus emoluamus et confirmamus et laudamus arbitramur sententiam diffidamus decrevimus et declaramus quatenus dicti dominus Agapitus, Stephanus et Fabritius<sup>(b)</sup>, hinc ad tres menses proxime futuros ad penam in dicto compromisso contentam commictendam prout in ipso compromisso continetur, dent et solvant et satisfaciant, dare ac satisfacere debeant cum effectu dictis Anthonio et Petrutio, pro extimatione supradictorum porcorum et bobum in dicto arbitrameto dicti Bufali declaratorum, quingentos florenos auri a dampnis aut expensis et interesse in dicto compromisso contentis, ipsos magnificos et quemlibet ipsorum gentes, vassallos, socios, familiares, complices et seguaces ipsorum et cuiuslibet ipsorum in hiis scriptis absolvimus

f. 67v et totaliter liberamus et dictis Anthonio et Petrutio perpetuum silentium imponimus ad petendum predicta dampna expensas et interesse, qua pecunia ipsis Anthonio et Petrutio integre persoluta per ipsis magnificis seu alium, eorum nomine, ipsi Anthonius et Petrutius teneantur et debeant ipsis magnificis seu alteri, recipienti pro eis, sociis, familiaribus, stipendiariis et vassallis eorum, facere finem quietationem et generalem refutationem de predictis quingentis florenis auri et de omnibus et singulis in dicto compromisso contentis et generaliter de omni eo quod eis petere possent occasionibus supradictis usque in presentem diem et predicta dicimus declaramus confirmamus aprobamus laudamus, arbitramur omnimodo iure et forma quibus melius possumus et debemus.

f. 68r Lectum, latum datum et in hiis scriptis sententialiter promulgatum fuerunt dicta arbitria arbitramenta laudata sententia sive mandata seu quovis alio nomine censeantur per supradictos arbitros et arbitratores ut supra continetur etc. pro tribunali sedentibus in podiis sale superioris palatii Campitolii sub anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVII pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione XV, mense madii, die XXVIII, presentibus hiis testibus, scilicet Mascio de Baccariis de regione Sancti Angeli, Mactheulo Sassi de regione Parionis, Petro Cecchi Coccia cupa dictus alias Miesohomo de regione Columpne et domino Laurentio Iohannis Carli de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> P "Frabitius".

## 51.

1377, maggio 29

Pietro detto *Troccia* del rione Colonna, procuratore dei nobili Agapito, Fabrizio e Stefano figli del defunto Pietro *de Columpna*, come risulta dalla procura rogata dai notai Lorenzo di Nicola *scrinarius* e Paolo *de Seromanis*, ratifica l'arbitrato emesso da Giovanni *de Cancellariis* detto *Bufalus* e confermato dal terzo arbitro Lippo *de Falconinis* con tutti i suoi articoli.

f. 68v Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia dicti Laurentii et mei notariorum etc. Petrus dictus Troccia de regione Columpne<sup>(b)</sup>, procurator et persona legitima magnificorum virorum domini Agapiti, Fabritii<sup>(c)</sup> et Stephani filiorum Petri de Columpna, habens ad hec speciale mandatum, ut patet manu dicti Laurentii et mei notariorum, procuratorio nomine quo supra, sponte dictum arbitramentum, latum per dictum Bufalum et confirmatum et aprobatum per dictum Lippolum, ratificavit confirmavit et acceptavit cum omnibus suis capitulis, prout in ipsa arbitrio laudo arbitramento sententia mandato continetur, omnimodo iure et forma quibus melius potest et debet.<sup>(d)</sup>

<sup>(a)</sup> Depennato "sub anno Domini millesimo III<sup>c</sup> LXXVII pontificatus domini" <sup>(b)</sup> Depennato "sponte" <sup>(c)</sup> P "Frabitii" <sup>(d)</sup> Omessi i testimoni, ma sono probabilmente presenti gli stessi testimoni del doc. precedente. Seguono i ff. 69r e v, 70r e v, 71r e v bianchi

Paolo figlio del defunto *Ciampilgia* del rione Pigna e Giacomo di Omodeo dello stesso rione Pigna stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente e, per la conservazione della pace, si sottopongono, in caso di inadempienza, ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro richiesta e preghiera di Paolo si offrono quali garanti Egidi *Marozini*, Martino di Cecco *Vinoli* e Lello *Rostolini* detto Lello *della Cecca*; allo stesso modo, dietro richiesta e preghiera di Giacomo si offrono quali garanti Tucciario detto *Ciaccia* calzolaio, Cola di Giovanni di Giacomo e Nannolo di Cecco *de Aspello* pellaio del rione Pigna.

f. 72r

Indictione XV, mense maii die XI<sup>o</sup>.

Testes: Paulus Marronis, Paulus Oddonis de Seromanis et Frequenze de regione Pinee.

Actum in ecclesia Sancti Stephani de Pinea.

In presentia mei notarii et testium etc. Paulus filius olim Ciampilgie de regione Pinee qui primo iuravit etc., ex una parte, et Iacobus filius Hominisdei de dicta regione Pinee, ex parte alia, sponte ac die presente fecerunt inter sese ad invicem veram et mundam pacem et perpetua securitatem osculo<sup>(a)</sup> vere pacis interveniente inter ipsas partes de hore ad os et remiserunt dicte partes ad invicem omnem iniuriam et offensam factam et illatam inter ipsas partes usque in presentem diem, dicto facto seu opere quomodocumque et qualitercumque et ubicumque et promiserunt dicte partes ad alterutrum perpetuo non offendere nec offendi facere in persona vel bonis sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus, aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti offense et predicta servantia me notario ut publica persona stipulante et recipiente vice et nomine dicte camere et pro ipsa, proviso quod securitas non intelligatur

f. 72v

fracta nisi eo modo quo pax frangitur et voluerunt dicte partes quod totiens dictam penam tollatur a contra faciente quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis, nichilominus firmis manentibus renumpiaverunt in predictis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus ex arbitrio non exigendis et ad hec ad instantiam et petitionem dicti Pauli penes dictum Iacobum, presentem et recipientem, et me notarium ut publicam personam stipulantem et recipientem vic et nomine camere Urbis et partis, Egidius Marozini, Martinus Cecchi Vinoli et Lellus Rostolini dictus alias Lellus della Cecca, sponte fideiusserunt et promiserunt dicto Iacobo, presenti et stipulanti quod dictus Paulus<sup>(b)</sup> de cetero non offendet nec offendi faciet ipsum Iacobum per se vel per alium in persona vel bonis ad dictam penam stipulatam et applicandam ut supra, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et e converso ad instantiam

f. 73r

et petitionem dicti Iacobi penes dictum Paulum, presentem et legitime stipulantem et recipientem, Tucciarius dictus alias Ciaccia calsolarius, Cola Iohannis Iacobi et Nannolus Cecchi de Aspello pellarius de regione Pinee, sponte fideiusserunt penes dictum Paulum, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra et me notarium ut publicam personam stipulantem ut supra et promiserunt quod dictus Iacobus perpetuo non offendet nec offendi faciet ipsum Paulum in persona vel bonis ad dictam penam per se vel per alium, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc.

<sup>(a)</sup> P "oscule" <sup>(b)</sup> Ripetuta a capovero la sillaba "lus".

Castellana figlia del defunto Bonifacio di Padova dichiara che in occasione del matrimonio con Giacomo figlio del defunto Nicola *de Bongianis* di Bologna della cappella di S. Giuseppe non fu stipulato un atto di obbligazione dotale e se anche fosse stato stipulato, cosa che nega, non lo trova; Giacomo riconosce la buona fede di Castellana e, affinché la moglie non rimanga senza dote, stipula un contratto di obbligazione dotale su tutti i suoi beni mobili ed immobili posseduti sia a Bologna che a Roma.

L'obbligazione é contratta in cambio della dote di Castellana corrispondente alla somma di 300 fiorini d'oro che Giacomo ha già ricevuto. L'obbligazione sarà vincolata secondo i patti consueti a Bologna, inoltre per volontà delle parti si rinuncia alla donazione dotale.

f. 73v

Indictione XV, mense iulii die XI.

Testes: Lucas filius olim Matharatii, Angelellus Petri Pauli Rostolini et Lius de Fede de Urbeveteri.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum tempore contractus matrimonii inter Iacobus quondam Nicolai de Bongiannis de Bononia de cappella Sancti Ioseppe<sup>(a)</sup>, ex una parte, et domina Castellana<sup>(b)</sup> filia quondam domini Bonifatii de Padua, ex parte alia, uxor sua, non fuerit factum istrumentum dotale et si factum fuisse, quod negatur, dicatur non reperiri<sup>(c)</sup> nec reperiri posse, idcirca dictus Iacobus volens recognoscere bona fide

ne dicta domina Castellana, uxor sua, remaneat indotata, idcircho ac die presente, sponte et ex certa scientia, obligavit et pignori posuit et loco pignoris dotalis posuit dicte domine Castellane uxori sue, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum

f. 74r

etc. omnia bona ipsius Iacobi mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habet vel in futurum habere posset contra quascumque personas et in quibuscumque locis tam in dicta civitate Bononie quam Rome et in quocumque alio loco que nunc habet et in futurum adquisiverit dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt ac matrimonium inter eos. Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et dicentur infra, prefatus Iacobus eidem domine Castellane pro dote et nomine dotis ipsius triginta florenorum auri quos confessus fuit se recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. sub pactis et tenoribus in civitate Bononie declaratis, videlicet etc. nulla interveniente donatione propter nuptias de communi partium voluntate etc.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> P “dominam Castellanam” <sup>(c)</sup> Così P.

54.

1377, agosto 5

Andrea figlio del defunto Buzio di Eramo *de Porcariis* del rione Pigna nomina suoi procuratori Paolo di Pietro *Presbiteri* di Giovanni del rione Colonna e Colasso mercante del rione Pigna perché compaiano davanti agli ufficiali della camera di Roma e dichiarino che egli non offenderà alcuna persona né recherà danno ai loro beni. Il mandante incarica inoltre i suoi procuratori di offrire la loro garanzia secondo le forme consuete del diritto.

f. 74v

Indictione XV, mense augusti, die quinto.

Testes: dominus presbiter Francischus rector ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani de Pinea et Paulus Petri Guictionis de regione Pinee.

Actum in domo domini Andree infrascripti.

In presentia mei notarii et testium etc. dominus Andreas filius olim Butii Herami de Porcariis de regione Pinee sponte fecit suos procuratores Paulum Petri Presbiteri Iohannis de regione Columpne, absentem tamquam presentem, et Colassum mercatorem de regione Pinee, presentem et recipientem, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, scilicet quod unus ipsorum inciperit alter prosequi valeat et finire ad comparandum in camera Urbis coram officialibus ipsius camere ad promittendum quod ipse dominus Andreas per se vel per alium non offendet nec offendi faciet in persona vel bonis<sup>(a)</sup> sub quacumque pena et ad obligandum bona sua etc. et ad dandum fideiussionem in forma etc.

<sup>(a)</sup> Segue “per” non depennato.

55.

1377, settembre 6

Paoluzio *Veneranerii*, da una parte, e Oddolina vedova di Lello di Corraduzio del rione Pigna, madre della defunta Iozia già moglie dello stesso Paoluzio, e Alterio di Corraduzio, zio della defunta Iozia, tutori dei pupilli Lorenzo, Maria e Agnese figli di Oddolina, dall'altra parte, erano da tempo in lite circa i diritti dotali, gli ornamenti, i doni nuziali e gli altri oggetti preziosi assegnati agli sposi al tempo del contratto matrimoniale e destinati nel testamento di Iozia al marito.

La vertenza era stata già demandata alla curia Capitolina, ma per la difficoltà degli elementi di prova circa l'assegnazione degli oggetti preziosi e non essendo stata ancora emanata la sentenza, era affiorata la preoccupazione che i pupilli, tutelati da Oddolina e da Alterio, avrebbero subito un notevole danno in caso di condanna.

Le due parti in contrasto, per liberare i pupilli dalle spese della causa, decidono di raggiungere un accordo: Oddolina e Alterio per sé e per i pupilli tutelati, rinunziano ad ogni diritto nei confronti di Paoluzio e dei suoi garanti Ciaffo *de Thedallinis*, Antonio *Paloscii*, Cola *Bactalgerii* e Tuzio di Cola *de Trincha* detto *Cieco* circa l'atto dotale e la donazione nuziale di \*\*\* fiorini d'oro, rogati da Paolo *de Seromanis*; rinunziano ancora a 150 fiorini d'oro che Paoluzio ed i suoi garanti Ciaffo *de Thedallinis*, Antonio *Paloscii* e Ruggero *de Tosectis* dovevano versare ai defunti Lello di Corraduzio ed a Iozia, ai pupilli e ad Alterio, a 133 fiorini ed un terzo d'oro che Paoluzio doveva versare per gli ornamenti della defunta Iozia, alla donazione nuziale per la defunta Iozia ed agli oggetti preziosi.

Le due parti rilasciano reciprocamente una quietanza dopo che Oddolina ed Alterio, per sé ed a nome dei pupilli, avevano ricevuto per gli ornamenti una guarnacca di velluto ornato con un fregio di perle e tutti gli oggetti preziosi della defunta Iozia con l'impegno di Paoluzio di versare entro il prossimo Natale la somma di 140 fiorini d'oro oltre al risarcimento delle spese sostenute da Alterio durante il litigio promosso fin dal tempo in cui Matteo *de Fontana* era collaterale del senatore di Roma Gomezio.

Dietro richiesta e preghiera di Paolo si offrono quali garanti Giovanni *Aliscii* del rione Arenula e Giacomo di Giaquintello *de Philippinis* cambiatore del rione Colonna.

La valutazione del rimborso delle spese della causa é demandata dalle due parti a Paolo *de Baroncellis* ed a Biagio di Alessio di Giovanni di Paolo; si concorda infine di assegnare a Paolo le spese del funerale della defunta Iozia ad eccezione della spesa delle candele.

La transazione é convalidata da Alessio de \*\*\*\*\*, giudice palatino e della camera di Roma, insediato nella casa di Cola *Brende*, situata nella contrada *Mercati*, che convalida l'accordo con l'autorit  del suo ufficio.

f. 75r In nomine Domini. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup> LXXVII pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione prima mense septembris die VI.

In presentia Nicolai Iohannis<sup>(a)</sup> Zucche et mei notariorum et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum cum sit causa et lis et questio inter Paulutium Veneranerii, ex una parte, et dominam Dolinam uxorem olim Lelli Corradutii de regione Pinee, matrem quondam Iotie filie dicti quondam Lelli et ipsius domine et olim uxoris dicti Palutii, et Alterium Corradutii patrum dicte quondam Iotie, videlicet dictus Alterius ipse, tutorio nomine, pro medietate et dicta domina Oddolina et Alterius ipse, tutorio nomine, Laurentii, Marie et Agnetis pupillarum filiorum dicti quondam Lelli et ipsius domina Oddoline germanorum fratrum dicte olim Iotie ac heredum pro alia medietate, ex alia parte, occasione dotis iurium dotalium, guarnimentorum, donamentorum et rerum iocalium dicte quondam Iotie datorum et assignatorum dicto Paulo et ipsi Iotie per ipsum olim Lellum, tempore contractus matrimonii inter ipsos

f. 75v Paulum et Iotiam et etiam relictorum factorum per ipsam olim Iotiam in suo ultimo testamento ipsi Paulo olim viro suo, de quibus erat litigium inter ipsas partes in curia Campitolii et quod dubius est casus litis et nondum erat lata sententia inter partes predictas et dubitabatur ne forte propter ineptitudinem processus aut inabilitatem probationum<sup>(b)</sup> quia difficile erat posse probare iocalia, ipsi tutores, pro se et quo supra nomine, succumberent, de quo ipsi Alterio et ipsis pupillis magnum dampnum resultasset, idcirco considerantes predictis et pro relevando ipsos pupillos et ipsas partes ab expensis et litigiis supra dictis, prenominati Paulus, ex una parte, et dicti tutores pro se et nomine quo supra, ex parte altera, sponte et ex certa scientia devenerunt ad hanc<sup>(c)</sup> transactionem et pactum videlicet quod dicti domina Oddolina et Alterius, pro se ipsis et tutorio nomine dictorum pupillorum, renumpsiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt

f. 76r dicto Paulo, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et sucessoribus nec non vice et nomine infrascriptorum fideiussoribus ipsius et nobis notariis etc. idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ipothecaria seu mistas aut in iure scriptas idem domine Oddoline et Alterio, nominibus propriis ac etiam tutorio nomine competentia et competitura contra et adversus dictum Paulum, principalem debitorem, et bona sua, Ciaffum de Thedallinis, Anthonium Paloscii, Colam Bactalgerii et Tutium Cole de Trincha dictum alias Cieco fideiussores in solidum dicti Palutii in eo casu in quo tenentur<sup>(d)</sup> vigore istrumenti dotalis dicte olim Iotie et donationis propter numptias continentis quantitatem \*\*\*\*\* florenorum auri scripti manu mei Pauli notarii plus vel minus prout in ipso istrumento continetur, in quibus obligati apparent dicte quondam domine Iotie et quondam Lello Corradutii pater dicte Iotie ac dictis pupillis filiis et heredibus

f. 76v dicti quondam Lelli ac dicto Alterio ex testamento dicti quondam Lelli. Item pretestu et occasione centum L florenorum auri in quibus dictus Palutius, ut principalis, Ciaffus de Thedallinis, Anthonius Paloscii et Rogerius de Tosectis, fideiussores, in solidum dicti Palutii tenentur et obligati apparent dicto quondam Lello et dicte quondam Iotie, dictis pupillis heredibus dicti quondam Lelli et dicto Alterio ex testamento et vigore dicti istrumenti depositi dotalis dicte quondam Iotie, scripti manu mei notarii infrascripti. Item pretestu et occasione centum triginta trium florenorum auri et tertiam partem alterius floreni in quibus dictus Palutius tenetur et obligatus apparet prenominati occasione guarnimentis dicte quondam Iotie. Item et occasione donamentorum dicte quondam Iotie et rerum iocalium ipsius et generaliter de omni eo quod prefati tutores, eorum propriis nominibus et tutorio nomine quo supra, dicto Paulo et dictis fideiussoribus et cuilibet ipsorum petere possent et in bonis ipsorum quomodocumque et qualitercumque occasionibus supradictis et qualibet earumdem usque in presentem diem et promiserunt dicti tutores, nomine proprio, dicto Paulo, presenti et recipienti, quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret promiserunt de evictione cum dampnis et expensis etc. Hanc autem refutationem

f. 77r transactionem et pactum et que dicta sunt et infra dicentur fecerunt dicte partes ad invicem pro eo quod dicti tutores, pro se et tutorio nomine quo supra, presentialiter receperunt, pro guarnimento dicte quondam Iotie, unum guarnacionem de velluto evinco ornato uno fresecto pernarum et omnia iocalia dicte quondam Iotie et pro eo quod dictus Palutius, qui iuravit etc. promisit et per legitimam et solempnem stipulationem convenit prefatis tutoribus, presentibus et recipientibus pro se et vice et nomine dictorum pupullorum, et nobis notariis ut publicis personis recipientibus et stipulantibus pro dictis pupillis pro omnibus supradictis, iuravit dare et solvere cum effectu dictis tutoribus<sup>(e)</sup>, recipientibus pro se et nominibus quibus supra, hinc ad festum Nativitatis Domini proxime futurum CXL florenos auri in florenis de auro aut pecunia numerata et non in alia specie seu re, cum dampnis et expensis etc. quos tenere et custodire promisit omni suo resico periculo et fortuna scilicet incendii etc. et ad hec ad istantiam et petitionem dicti Pauli penes dictos tutores, pro se et

tutorio nomine quo supra recipientes, et nobis notariis etc. Iohannes Aliscii de regione Arenule et Iacobus Iaquentelli de Philippinis cansor de regione Columpne,

f. 77v

quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt et voluerunt teneri et obligati esse in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus Palutius tenetur et obligatus est, videlicet quantum ad solutionem dictorum centum quatragesima florenos auri pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Palutius et dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt dictis tutoribus, pro se et quo supra nomine, nobis<sup>(f)</sup> notariis etc. omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt ferriis, beneficio fori, epistule divi Adriani etc. reservato dicto Alterio iura expensarum factarum in causis habitis inter dictas partes a tempore litigii habiti inter partes predictas, a tempore domini Mathei de Fontana collateralis domini Gometii senatoris Urbis<sup>(1)</sup>, quarum tassatione dicte partes, ex pacto, remiserunt Paulo de Baroncellis et<sup>(g)</sup> Blaxio Alexii Iohannis Pauli, reservato etiam dicto Paulo iura funderalium dicte quondam Iotie, cera dumtaxat exceptione,

f. 78r

ad que omnia et singula supradicta sapiens vir dominus Alexius de \*\*\*\*\*, iudex palatinus et camere Urbis, pro tribunali sedens in domo Cole Brende, posita in contrada Mercati, suam et dicti sui officii auctoritate interposuit et decretum.

Actum in dicta domo, presentibus hiis testibus, scilicet Cola Brenda de regione Campitelli, Iohanne Pauli Iacobi de regione Columpne et Dominico Ceccharelli de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis.<sup>(h)</sup>

<sup>(a)</sup> Depennato “B” <sup>(b)</sup> Depennato “ipsi tutores pro se et quo supra nomine” <sup>(c)</sup> P “hac” <sup>(d)</sup> Depennato “in quibus” <sup>(e)</sup> P “tutoris” <sup>(f)</sup> P “notariis” <sup>(g)</sup> Ripetuto et <sup>(h)</sup> Segue il f. 78v bianco .

56.

1377, [settembre \*]

\*\*\* Cecco *Rufinus* del rione Pigna, per tutto il mese di settembre, si offre come garante, con una pena pecuniaria di \*\*\*\* in caso di insolvenza, per l'obbligazione dei beni mobili ed immobili di Andrea [figlio del defunto Buzio di Eramo de Porcariis ?], in relazione al bando da Roma emanato dagli uffici del popolo Romano.

\*\*\*\*\*<sup>(a)</sup>

f. 79r

totum mensem septembris proxime futurum Cecchum Rufinum de regione Pinee sub pena et ad penam \*\*\*\*\* applicanda et ad obligandum pro predictis omnia bona ipsius domini Andree mobilia et immobilia presentia et futura et ad dandum pro predictis ydonea fideiussione, qui se obligentem<sup>(b)</sup> pro ipso domino Andrea, animo donandi, iuxta et secundum formam bandimenti per Urbem transmissi de mandato officii alme Romani populi et generaliter etc. relevans ipsos etc. et promisit de rato etc.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue è la parte conclusiva di una “fideiussio” del quale è stato perduto il formulario iniziale che era stato annotato, presumibilmente, nel bifolio d'incarto del 4° quaderno del protocollo. Il formulario residuo è stato depennato con due tratti di penna incrociati. Abbiamo ritenuto di riportarlo nel testo in quanto testimonia l'attività di un ufficio della curia romana <sup>(b)</sup> Così P.

57.

1377, ottobre 8

Bonsignore figlio del defunto Paolo *Palocchi Bonsingioris* del rione Ripa, con la garanzia di Giovanni *Vallerani* e Pietro di Nicola *Biniani*, riceve in deposito da Pietro di Nello del rione Pigna la somma di 12 fiorini d'oro e promette di restituirla a richiesta del depositante.

Il depositario nomina suo procuratore Giovanni di Nello per dichiarare il debito e per ricevere il termine della restituzione.

f. 79v

Indictione prima mense octubris die VIII.

Testes: Iohannes Simutii de regione Columpne et Lucas Matharatii de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Bonsignore filius olim Pauli Palocchi Bonsingioris de regione Ripe, ut principalis debitor, Iohannes Vallerani<sup>(a)</sup>, Petrus Nicolai domini Biniani, ut eius fideiussores, et quilibet ipsorum in solidum, uno solvente ceteri liberentur, sponte confessi sunt habere in depositum a Petro Nelli de regione Pinee XII florenos auri, quos confessus est se recepisse, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. et sibi redere et restituere promisit ad omne sui voluntatem cum dampnis et expensis etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc. et fecit procuratorem Iohannem Nelli, licet absentem etc. ad confitendum debitum et<sup>(b)</sup> recipiendum terminum etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “d” <sup>(b)</sup> Depennato “pro”.

<sup>1</sup> A. SALIMEI, *Senatori e statuti di Roma nel medioevo. I senatori cronologia e bibliografia dal 1144 al 1447*, Roma 1935 (Biblioteca storica di fonti e documenti, 2), pp. 143-144: “1377. Gomezio Albornoz, Maggiordomo maggiore del regno di Castiglia, cavaliere; Senatore e Capitano Generale del popolo Romano e Rettore generale del ducato di Spoleto per la chiesa. Documenti del 10 marzo, 17 aprile, 13 maggio, 14 settembre e 18 ottobre”.

58.

1377, ottobre 16

\*\*\* de castro Donadei e \*\*\* de castro Stazani nominano loro procuratore Lorenzo di Nicola *scrinarius* per tutte le loro cause e lo esonerano da ogni obbligo di garanzia.

f. 80r

Indictione prima mense octubris die XVI.

Testes: Candulfellus Petri Candulfi, Laurentius de Seromanis et Cecchus Marronis de regione Pinee.

In presentia mei notarii etc. \*\*\*<sup>(a)</sup> de castro Podii Donadei \*\*\*<sup>(b)</sup> de castro Stazani sponte quilibet ipsorum in solidum fecerunt procuratorem Laurentium Nicolai scrinarii, licet absentem tamquam presentem, ad omnes ipsorum et cuiuslibet ipsorum causas etc. relevantes ipsum ex nunc ab omni honore satisfactionis et promiserunt de rato etc.

<sup>(a)</sup> L'atto é interrotto: segue una parte bianca corrispondente a 6 righe e mezza <sup>(b)</sup> L'atto é di nuovo interrotto: segue una parte bianca corrispondente a 4 righe e mezza.

59.

1377, novembre 1

Cecco *Natoli* del rione Parione rilascia una quietanza a Ceccolello *Cafari* del rione Pigna, presente anche a nome della moglie Perna e del figlio Luca, dopo la restituzione della somma di 100 fiorini d'oro che aveva concesso in deposito, come risulta da un atto rogato dal notaio Giovanni di Ugolino.

f. 81r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup> LXXVII pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione prima mense novembris die primo.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Cecchus Natoli de regione Parionis ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate et libero arbitrio, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Ceccholello Cafaro de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine domine Perne uxori sue et Luce filii sui, et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine ipsorum domine Perne et Luce et pro eis, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas pignoratitias aut in re scriptas,

f. 81v

que et quas ipse Cecchus nunc habet et in futurum habere posset aut sperat contra ipsos Cecchum, dominam Pernam, eius uxorem, et Lucam, eius filium, et in bonis ipsorum pretestu et occasione C florenorum auri in quibus ipsa domina Perna, ut principalis debitoris, et ipsi Cecchus et Lucas, ut ipsorum fideiussores, et quilibet ipsorum in solidum dicto Ceccho Natoli tenebantur et obligati erant vigore cuiusdam instrumenti depositi continentis dictam quantitatem C florenorum auri, plus vel minus, prout in ipso deposito scripto manu Iohannis Ugolini publici notarii seu cuiuscumque alterius notarii appareret latius continere. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Cecchus Natoli eidem Ceccho Cafaro, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit et

f. 82r

in veritate recongnovit se recepisse et habuisse a dicto Ceccho, dante et solvente pro se et quo supra nomine, dictos C florenos auri in florenis de auro, de quibus C florenis auri dictus Natoli a dicto Ceccho Cafaro, pro se et nominibus quibus supra, se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non habitorum dictorum C florenorum auri exceptioni doli mali etc. et promisit dictus Cecchus Natoli dicto Ceccho Cafaro, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta iura dictorum C florenorum auri sunt sua et ad eum spectant et pertinent et quod nulli alii persone aut loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium apparet voluerit tenere de evictione ad duplum prout iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Cecchus Natoli eidem Ceccho Cafaro obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore

f. 82v

et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore etc. et renumpsiavit etc.

Actum in regione Parionis in porticali domus dicti Cecchi, presentibus hiis testibus, scilicet Iohanne de Cafaris de regione Pinee et Cola Speczamaza de regione Parionis ad hec specialiter vocatis et rogatis.

60.

1377, novembre 3

La nobildonna Perleonessa figlia del defunto Pietro di Giovanni di Graziano *de Perleonibus* e moglie del nobile Matteolo figlio del defunto Giovanni di Giacomo *Novelli* del rione Monti, con il consenso del marito, nomina suo procuratore Andrea *Rayniscii* del rione Monti per ratificare la vendita che il marito Matteolo dovrà fare ad Andreozio *de Palonbaria* della metà della quarta parte del *castrum Spongie* e del suo tenimento con tutti i diritti sui vassalli, compresa l'obbligazione dotale e la donazione nuziale della stessa Perleonessa, al prezzo di 400 fiorini d'oro.

La delegante, già informata dal notaio rogante dei suoi diritti e delle leggi previste per la loro tutela, dispone

che il procuratore potrà dichiarare, a suo nome, che la donazione per le nozze e gli altri suoi diritti sono garantiti da altri beni del marito; assicura infine il procuratore che lo riterrà esente da ogni obbligo di garanzia.

f. 83r

Indictione prima mense novembris die III<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et tetium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, nobilis mulier domina Perleonesa filia olim Petri Iohannis Gratiani de Perleonibus et uxor nobilis viri Matheuli nati olim nobilis viri Iohannis domini Iacobi Novelli de regione Montium ac die presente, cum consensu et voluntate dicti Matheuli viri sui presentis et consentientis, fecit constituit creavit et ordinavit<sup>(a)</sup> suum verum legitimum et generalem procuratorem, factorem, negotiorum gestorem et certum numptum specialem seu quovis alio nomine de iure melius dici potest, scilicet discretum virum Andream Raynisci de regione Montium, presentem et recipientem ac honus huius procuracionis sponte suscipientem, ad consensendum venditioni fiende per ipsum Matheulum,

f. 83v

virum suum, magnifico viro Andreatio de Palonbarie de medietate quarte partis castri Spongie et sui tenimenti intra et extra cum iure vassallorum et cum iuribus et pertinentiis suis spectantibus et pertinentibus ad ipsum Matheulum, iure pignoris dotalis ipsius domine Perleonesse, pro pretio et nomine pretii III<sup>c</sup> florenorum et ad renumptiandum, nomine ipsius constituentis, omni suo iure dotis donationibus propter numptias alimentorum palafenororum guarnimentorum relictorum et omni alio suo iure, si quod habet vel habere posset, quomodolibet in futurum in dicta medietate dicte quarte partis dicti castri et sui tenimenti, iuribus et pertinentiis suis et specialiter ad renumptiandum auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro muliribus introductum de ipso auxilio quid<sup>(b)</sup> sit et quid dicat et quid importet per me notarium primo certiorata et generaliter omnibus

f. 84r

aliis et singulis renumptiavit oportunis ipsumque consensum faciendum ob amorem et dilectionem quem et quam habet in dictum Matheulum virum suum necnon et ad confitendum, nomine ipsius constituentis, sibi constituenti fore et esse bene cautam<sup>(c)</sup> de dote sua donationis propter numptias et omnibus suis iuribus in et super aliis bonis ipsius Matheuli, viri sui, et generaliter ad omnia alia et singula facienda, procuranda et exercenda, que in predictis et quolibet predictorum esset necessaria, utilia et quomodolibet oportuna et que talia excipiunt<sup>(d)</sup> et requirunt et que quilibet verus et legitimus procurator facere potest et que ipsamet constituens facere posset si personaliter interesset ac si mandatum exigere speciale, dans et concedens dicta constituens dicto suo procuratori in predictis et quolibet et quolibet predictorum connessibus et dependentibus ab eisdem generalem amicam

f. 84v

aministrationem et speciale mandatum promictens ipsa constituens se rata grata et firmum habere et tenere omne et et quicquid per dictum suum procuratorem in remissis et circa premissis et quolibet premissorum actum factum gestum et procuratum fuerit sub ypotheca et obligatione omnium bonorum ipsius constituentis mobilia et immobilia presentia et futura, relevans ipsa constituens ipsum suum procuratorem ab omni honore satisfactionis que quidem omnia et singula supradicta dicta constituta semper et perpetuo rata grata et firma habere et tenere promisit et in nullo contra facere vel venire sub<sup>(a)</sup> obligatione dictorum<sup>(b)</sup> bonorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

Actum Rome in regione Montium ante domum dicti Matheuli, presentibus hiis testibus, scilicet Anthonio Boccafolgiata, Symone Bartholi e Scacciunato de regione Montium ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Gli aggettivi e i sostantivi che seguono fino a “factorem” già declinati al plurale sono stati depennati nella desinenza e trasformati al singolare <sup>(b)</sup> P “quit” <sup>(c)</sup> P cautum <sup>(d)</sup> P “exiunt” <sup>(a)</sup> Depennato “ypo” <sup>(b)</sup> P “dicto”.

## 61.

1377, novembre 3

Il nobile Matteolo figlio del defunto Giovanni di Giacomo *Novelli* del rione Monti, con il consenso di Andrea *Rayniscii* dello stesso rione procuratore della nobildonna Perleonesa moglie dello stesso Matteolo, vende al nobile Andreozio figlio del defunto Andrea di Oddone *de Palonbaria* la metà della quarta parte del *castrum* detto *La spongia* e del suo tenimento con la metà della quarta parte dell'arce, delle case, dei vassalli e dei diritti di vassallatico, situato nella diocesi tiburtina, unita con l'altra metà della quarta parte e con un'altra quarta parte di Nicola *Canemortuo* (Orvinio) e con l'altra metà di Giovanni *de Ursinis*, signore del *castrum Licenze*, e dei suoi fratelli al prezzo di 400 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Fuzio Giorri del *castrum Toffie* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro richiesta e preghiera di Matteolo si offrono quali garanti Pietro figlio del defunto Pandolfo *de Novellis*, Oddo di Cecco *Fulci*, emancipato dal padre come risulta dall'atto rogato dal notaio Iannotto di Nicola *Primicerius*, e Cola Ianni figlio del defunto Saba *Gocii* del rione Monti.

f. 85r

Eodem mense, indictione et die.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, nobilis vir



- Matheulus natus olim nobilis viri Iohannis domini Iacobi Novelli de regione Montium, cum consensu et voluntate discreti viri Andree Rayniscii de regione Montium procuratoris et persone legitime nobilis mulieris domine Perleonesse, uxoris ipsius Matheuli, habentis ad hec omnia et singula speciale mandatum et plenissimam potestatem, ut patet manu mei eiusdem notarii, presentis et consentientis, qui procurator, procuratorio nomine quo supra, sponte et ex certa scientia renumpiavit omni iuri dotis, donationis propter nuptias alimentorum, guarnimentorum, palaferorum relictorum ipsius domine Perleonesse constituentis et generaliter omni alio suo iuri si quod et quale habet vel habere posset quomodolibet in futurum
- f. 85v in infrascripta medietate<sup>(a)</sup> quarte partis infrascripti castrum cum iuribus et pertinentiis suis intra et extra. Hunc autem consensum et que dicta sunt et infra dicentur dictus procurator, quo supra nomine, dicto Matheulo et infrascripto Andreutio fecit propter honestatem et dilectionem quem et quam habet in eos dicta domina Perleonesa et pro eo quod dictus procurator, quo supra nomine, confessus fuit sibi domine Perleonesse fuisse et esse bene cauta de dote sua et iuribus suis dotalibus et donationis propter nuptias in et super aliis bonis ipsius Matheuli viri sui, ipso Matheulo sic presenti et confitenti, ac die presente dictus Matheulus, non vi coactus nec dolo aut metu inductus set pure et libere sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit
- f. 86r magnifico viro Andreutio nato olim magnifici viri Andree domini Oddonis de Palonbara, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Andreutius aut sui heredibus et successoribus perpetuo dare et concedere voluerint, idest integram medietatem quarte partis totius castrum quod dicitur La Spongia et sui tenimenti intra et extra dictum castrum cum qua medietate quarte partis arcis, domorum, vassallorum et iurium vassallorum cum terris cultis et incultis, pratis pascuis silvis stirpariis montibus collibus vallibus planis planitiis griptis arnariis fontibus rivis aquis et aquarum decursibus cum introytibus exitibus suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis ad dictam medietatem<sup>(b)</sup> dicte quarte partis castrum predicti spectantem et pertinentem, quod castrum positum est in dyocesi
- f. 86v tyburtina, iuncto pro indiviso cum alia dimidia quarta et cum alia quarta domini Nicolai de Canemortuo et cum alia medietate domini Iohannis de Ursinis, domini castrum Licenze, et fratuum, inter hos fines ad totum dictum castrum et eius tenimentum, ab uno latere tenet tenimentum castrum Montis Falci, ab alio latere tenet tenimentum castrum Palombarie, ab alio latere tenet tenimentum castrum Rocce Iuvenis, ab alio latere tenet tenimentum castrum Sancti Poli vel si qui ad totum dictum castrum sunt plures aut veriores confines antiqui aut moderni ad habendum tenendum possidendum utendum fruendum<sup>(c)</sup> vendendum fructificandum donandum obligandum alienandum et de eo faciendum quicquid sibi et suis heredibus perpetuo placuerit et per Futium Giorii de castro
- f. 86r bis Toffie, presentem et acceptantem, quem dictus Matheulus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum Andreutium emptorem de dicta medietate dicte quarte partis dicti castrum et sui tenimenti cum iuribus et pertinentiis suis, ut dictum est, investiri<sup>(d)</sup> voluit et mandavit et donec fuerit investitus et in corporalem et vacuam possessionem inductus constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris et pro ipso tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus Matheulus venditor eidem Andreutio emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, plenam et liberam potestatem et facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsam medietatem dicte quarte partis dicti castrum et sui tenimenti cum iuribus et pertinentiis suis, ut dictum est, propria auctoritate et sine alicuius curie proclamatione et suorum iurium lesione posset intrare tenere possidere uti frui vendere donare pignorarum fructificare,
- f. 86v bis fructum recipere, dominium per possessionem in alium transferre et sibi retinere et de eo facere quicquid sibi perpetuo placuerit tamquam de re propria, vendidit etiam dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria pignoratitias seu mistas aut in re scriptas que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat in dicta quarta partis medietate<sup>(e)</sup> dicti castrum et sui tenimenti, nullo iure nullaque actione sibi Matheulo venditori in premissis vel aliquod premissorum per directum vel per oblicum seu aliquo quesito colore quomodolibet reservato ipsumque Andreutium emptorem dictus Matheulus venditor in re sua procuratorem constituit. Hanc autem venditionem dationem cessione et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Matheulus venditor dicto<sup>(f)</sup> Andreutio emptori,
- f. 87r presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii quatuor centum florenorum boni et puri auri iusti et legalis ponderis<sup>(g)</sup> quos IIII<sup>c</sup> florenos auri et pretium dicte medietatis dicte quarte partis dicti castrum et sui tenimenti cum iuribus et pertinentiis suis, ut dictum est, dictus Matheulus venditor a dicto Andreutio emptore, sine spe future receptionis, confessus fuit et in veritate recongnovit se recepisse et habuisse in florenis de auro et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non ponderatorum non receptorum et non electorum dictorum IIII<sup>c</sup> florenorum auri et pretii predicti non habiti et non recepti exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis exceptioni simulationis contractus aliud actum quem scriptum vel aliud scriptum quam actum et si dicta medietate dicte quarte partis dicti castrum cum suo tenimento plus valerit nunc vel in futurum

- f. 87v quomodolibet valere posset totum illud plus quod valeret dictus venditor, cum consensu et voluntate dicti procuratoris, eidem Andreutio emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, inter vivos et irrevocabiliter donavit cessit et concessit propter amorem et dilectionem quem et quam habet dictus venditor in ipsum emptorem et propter multa et grata servitia que ab eo recepisse confessus est, que servitia comode ascendunt totum illud plus quod dicta medietas dicte quarte partis dicti castri et sui tenimenti cum iuribus et pertinentiis suis, ut dictum est, valerent nunc vel in futurum valere possent, promictens dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, ipsam donationem perpetuo ratam et firmam habere et ipsam ipsi emptori nullo modo nec aliquo tempore liceat revocare, ratione ingratitude, inopie, paupertate vel alia ratione et promisit dictus Matheulus venditor eidem Andreutio emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta<sup>(h)</sup> medietas
- f. 88r quarte partis dicti castri et suis tenimenti cum iuribus et pertinentiis suis, ut supra dictum est, fuit et est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod non ad aliam personam collegium universitatem vel locum et quod dicta partis et alia supradicta iura in totum nec in parte alicui alteri persone, universitati, collegio seu loco nisi dicto Andreutio, emptori, vendidit donavit cessit aut concessit nec alienavit largissime asumendo vocabulum alienationis et quod ad proprietatem vel possessionem vel usumfructum vel ad aliam servitutem sunt nemini obligatus et promisit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, de dicta medietate quarte partis dicti castri et sui tenimenti cum omnibus suis usibus, ut dictum est, prefato Andreutio, emptori, tradere vacuum liberam et expeditam possessionem ab omni obligatione, gravamine et servitute et si contrarium aliquo tempore appareret<sup>(i)</sup>
- f. 88v videlicet<sup>(i)</sup> quod dicta medietas dicta quarte partis dicti castri et sui tenimenti per ipsos Matheolum et uxorem seu alium, eius nomine, vel alterius ipsorum, in totum vel in parte reperiretur vendita data donata aut quomodolibet distracta et ea propter dictus Andreutius molestaretur in iudicio seu extra aut per aliquem occasionem dicti Matheuli vel uxoris moveretur eidem Andreutio aut sui heredibus vel habentibus causam ab ipso, statim mota lite controversia aut questione in se suscipere defensionem ipsius litis, questionis et controversie et adesse in principio, medio et fine omnibus ipsius Matheuli sumptibus et expensis et eidem Andreutio redere et restituere eique salvos facere omnes et singulas expensas quas faceret et etiam
- f. 89r omnia et singula damna expensas et interesse que substineret occasione cuiuscumque litis, questionis seu controversie que moveretur ei in iudicio vel extra per quemcumque personam, collegium vel universitatem de dictis rebus venditis vel aliqua ipsarum partium et voluit et promisit de dictis dampnis expensis et interesse stare et credere solo simplici et puro sacramento ipsius Andreutii, emptoris suorumque heredum et successorum, sine alterius honore probationis iudicis taxatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluit et promisit pro plena et sufficiente probatione ceterisque aliis probationibus dictus venditor dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, remisit ex pacto et promisit<sup>(k)</sup> dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod si in totum vel in parte evinceretur ipsius venditoris vel sue uxoris, occasione ut supra dictum est, ipsam evictionem redere duplicatam, asserens dictus venditor tale fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus
- f. 89v evictionum quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto, renumpsiavit in predictis dictus venditor et dictus procurator, quo supra nomine, exceptioni non prestiti consensus non facte dicte renumpsiationis, exceptioni non factarum dicte venditionis et donationis et dictarum aliarum promissionum, exceptioni rei non sic geste, ut supra est scriptum, exceptioni non numerate pecunie et dicti pretii non soluti, non habiti et non recepti dictorum florenorum, exceptioni ultra dimidii iusti pretii beneficio<sup>(l)</sup> legis que disponit, quod emptor sciens rem esse alienatam tempore venditionis quod non possit agere de evictione et dictus procurator, quo supra nomine, renumpsiavit beneficio legis Iulie de fundo dotali que inter alia disposuit quod mulier non potest facere conditionem deterioreme sue dotis declarate, primo dictus procurator quid dicat dicta lexet quid importet et quod beneficium conferat mulieribus et generaliter renumpsiavit dictus venditor et dictus procurator, quo supra nomine, det quilibet ipsorum omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus auxiliis
- f. 90r et beneficiis que eis seu alteri ipsorum competere posset nunc vel in futurum contra predicta vel aliquod predictorum ex dispositione cuiuscumque iurium canonici, civilis vel municipalis vel consuetudinis Urbis, si vero non causa ipsorum viri et uxoris vel alterius ipsorum set quacumque alia de causa vel cuiuscumque alterius persone occasione de dicta medietate dicte quarte parte partis dicti castri et sui tenimenti in totum aut in parte evictio sequeretur tunc in eo casu dictus Matheolus ad restitutionem dictorum IIII<sup>c</sup> florenorum auri tantum teneatur si in totum evinceretur et si in parte, pro ea<sup>(m)</sup> parte pro qua evinceretur et ut tangit pro ratione, quos IIII<sup>c</sup> florenos auri seu partem illam, ut tangit, dictus Matheolus promisit dicto Andreutio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, redere et restituere statim evictione secuta et<sup>(n)</sup> aliud interesse nec refectione expensarum minime teneatur, quia sic actum et conventum expresse estitit inter eos, promictentes dictus venditor et dictus procurator, quo supra nomine, dicto
- f. 90v emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, perpetuo omnia et singula supra dicta habere et tenere, rata grata et firma et contra ea vel aliquod eorundem non facere vel venire per se vel alium, directum vel indirectum sub fide universali supradicti prestiti iuramenti et sub pena et ad penam dupli supradicti pretii, que pena totiens commictatur tolli et exigi possit cum effectu quotiens contra predicta vel aliquod

predictorum per ipsum venditorem seu per dictam eius uxorem factam ventam fuerit, renumpiavit in predictis capitulo statuti Urbis quod disponit de penis conventionalibus non exigendis, qua pena soluta vel non hec omnia et singula, in presente contractu apposita, rata et firma permaneant atque durent, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus venditor et dictus procurator, quo supra nomine, eidem Andreutio, presenti et stipulanti ut supra, obligaverunt omnia bona ipsorum mobilia et immobilia

f. 91r presentia et futura et ad hec ad instantiam et petitionem dicti Matheuli venditoris penes dictum Andreutium emptorem, presentem et recipientem ac legitime stipulante ut supra, Petrus quondam domini Pandulfi de Novellis, Oddo Cecchi domini Fulci emancipato<sup>(a)</sup> a dicto patre suo, ut patet manu Iannocti Nicolai Primicerii notarii presentem et fidem facientem, et Cola Ianni filius olim Sabbe Gocii de regione Montium, qui Oddo et Cola Iannis<sup>(b)</sup> primo iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosancti scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XXV seu XX annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa quilibet ipsorum in solidum sponte et ex certa scientia fideiusserunt in omnem casum causam et eventum omnium et singulorum predictorum contenta in presente contractu promissionis per dictum venditorem et dictum procuratorem, quo supra nomine, et voluerunt teneri et obligati esse et bona ipsorum dicto<sup>(c)</sup> Andreutio per solempnem stipulationem obligaverunt ad omnia et singula ad

f. 91v que tenetur et obligatus est ipse venditor vel erit in futurum, ratione dicti contractus, renumpiaverunt dicti fideiussores et quilibet ipsorum ex certa scientia exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite sine causa et iniusta causa, beneficio et auxilio epistule divi Adriani, beneficio et auxilio quod tribuit lex fideiussoribus, quod primo conveniatur et exigatur principalis quam fideiussor, beneficio et auxilio quod competit pluribus obligatis pro eodem per eundem cedendarum et dividendarum actionum, beneficio et auxilio de duobus vel plures res debendis, beneficio et auxilio cessionis bonorum et omni alio auxilio et beneficio eis seu aliorum eorum competentes vel competitura contra predicta vel aliquod predictorum, certioratus primo per me notarium infrascriptum que sint beneficia dictarum legum quibus supra renumpiatum est per eos et quid dicta renumpiatio inportet et que effectum habeat, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt dicto Andreutio, presenti et stipulanti ut supra, omnia eorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia

f. 92r presentia et futura et nomina debitorum et ea quantum ad hec, nomine ipsius Andreutii et pro ipso, tenere et possidere precario<sup>(d)</sup> recognoverunt ut adveniente casu possessionis ipse Andreutius ipsa bona, sua propria auctoritate, intrare, tenere, possidere iure pignoris usque ad integram satisfactionem et voluerunt pro predictis et quolibet predictorum dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum ac dictus procurator, quo supra nomine, posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam diebus feriatis et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore et in omni loco Rome, Viterbii, Tyburis et ubique locorum, renumpiaverunt in hii ferris, diebus feriatis, beneficio fori et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent vel quomodolibet ipsorum ex certa scientia renumpiaverunt expresse, promiserunt insuper dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum dicto Andreutio emptori, presenti et recipienti et legitime stipulanti ut supra, in predictis et quolibet predictorum facere, consentire omnem personam pertinentem et adiacentem ad omnem petitionem requisitum

f. 92v et voluntatem dicti Andreutii, cum curis et cautelis de iure sufficientibus, omnibus sumptibus et expensis ipsius Matheuli. Que quidem omnia et singula supradicta dicti venditor et fideiussores et quilibet ipsorum eidem Andreutio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, attendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena predicta, qua soluta vel non hec omnia semper firma perduret.

Actum Rome in regione Montium in domo sapientis viri domini Laurentii domini Petri, presentibus hiiis testibus, scilicet ipse domino Laurentio, Paulo domini Angeli, Sclavo Iohannis Angeli de Fuscis de Berta, Iannecto Primicerii de regione Montium, Iohanne de Aniballis et Nicolao Cecchi Iohannis Leonis de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Depennato “dicti” <sup>(b)</sup> Depennato qu <sup>(c)</sup> P “fluendum” e cosi nei casiche seguono per la stessa radice etimologica <sup>(d)</sup> Segno abbreviativo di “r” superfluo <sup>(e)</sup> Così P <sup>(f)</sup> Depennato “p” <sup>(g)</sup> Depennato “d”. <sup>(h)</sup> Depennato “due tertie” <sup>(i)</sup> Depennato “et ea propter dictus” <sup>(j)</sup> Depennato “evinceretur in totum vel in parte promisit dictus Matheolus, solemni stipulatione interveniente ipsam pecuniam ipsi And \*\*\*\* dictus Andreutius” <sup>(k)</sup> Corretto dal precedente “promiserunt” <sup>(l)</sup> P “befatio” <sup>(m)</sup> Come sembra <sup>(n)</sup> Annullato al con una macchia di inchiostro <sup>(o)</sup> Così P <sup>(p)</sup> Così P <sup>(q)</sup> Depennato “Nutio” <sup>(r)</sup> P “plecario”.

## 62.

1377, novembre 3

Il nobile Matteolo figlio del defunto Giovanni di Giacomo *Novelli* del rione Monti rilascia una quietanza al nobile Andreozio figlio del defunto Andrea di Oddone *de Palonbara*, presente per sé e per i vassalli, i soci, i familiari ed i tributari, sui diritti dovutigli in seguito al danneggiamento fatto dallo stesso Andreozio o dalla sua gente nel *castrum Spongie* e nel suo tenimento.

f. 93r Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. supradictus Matheolus Iohannis domini Iacobi sponte renumpiavit dicto Andreutio, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se, vassallis, socii, familiaribus, stipendiariis suis, idest omnia iura que eis petere posset occasione dampnorum, ut dicitur, illatorum per ipsum Andreutium seu eius gentes vel de ipsius mandato in castro Spongie et suo tenimento quocumque et qualitercumque usque in presentem diem. Hanc autem refutationem fecit propter amorem et dilectionem quem et quam habet in eum etc. et promisit quod si qua iura habet contra ipsum et vassallos et gentes suas dicta occasione nulli alii persone sunt vendita etc. et si contrarium appareret promisit de evictione<sup>(a)</sup>.

<sup>(a)</sup> Il formulario dell'atto si conclude con la fine del foglio.

63.

1377, novembre 4

Il nobile Andreozio figlio del defunto Andrea di Oddone *de Palonbara* vende a Giacomello figlio del defunto Lorenzo *de Palonbara* del rione Trevi una casa con torre con pianoterra e solarario e un'altra casa con pianoterra, con orto dietro con *iocello* e una loggia davanti con diritto di vicinanza, unita con l'altra, situate nel rione Trevi, al prezzo di 60 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore Martino *Tracchioli* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

f. 93v Indictione prima mense novembris die quarto.

Actum in platea Sancti Marci, presentibus hiis testibus, scilicet Cecchus Marronis, Paulo<sup>(a)</sup> Lelli iudei de regione Pinee, Ceccho<sup>(b)</sup> Gallochia de regione Sancti Eustachii.

In presentia mei notarii et testium etc. magnificus vir Andreutius natus olim magnifici viri Andree<sup>(c)</sup> domini Oddonis de Palonbara ac die presente sponte vendidit et mandavit Iacobello filio olim Laurentii de Palonbara de regione Trivii, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui seu quibus ipse Iacobellus dare et concedere voluerit in perpetuum, idest unam domum cum turri terrineam et solaratam. Item et unam aliam domum, iuntam dicte domui, terrineam cum orto post se, cum iocello et cum lovio ante se, cum

f. 94r iure vecenantie, si quod habet, cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis, que domus posite sunt in regione Trivii, inter hos fines, ab uno latere tenet Mascius, ab alio Iohannes Bonsingiore, a duobus lateribus sunt vie publice vel si qui etc.<sup>(d)</sup> vendidit etiam dictus venditor eidem emptori omnia iura omnesque actiones etc. sibi competentia et in futurum competitura in dictis domibus et qualibet ipsarum contra quascumque personas et loca, ita quod amodo in antea proprio nomine agat petat excipiat recipiat defendat et in locum ius et privilegium ipsius succedat etc. nullo iure nullaque actione dicto venditori per directum vel per oblicum aliquialiter reservatis<sup>(e)</sup> et per Martinum Tracchioli, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem, de premissis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitus constituit se dictus

f. 94v venditor, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori plenam licentiam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, proprio nomine agat etc. et in locum ius et privilegium ipsius succedat, nullo iure nullaque actione in predictis dicto emptori aliquialiter reservatis. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii LX florenorum auri, quos dictus venditor a dicto emptore confessus est se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus LX florenis auri et pretio predicto dictus venditor a dicto emptore se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum etc. dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti etc. et si plus dicto pretio dicte domus<sup>(f)</sup> cum omnibus suis usibus, ut dictum est, valerent nunc vel in futurum valere possent dictus

f. 95r venditor inter vivos eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, donavit etc. et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicte domus et quelibet ipsarum sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendite date donate cesse concesse etc. et si contrarium appareret promisit dictus venditor eidem emptori de evictione in forma cum dampnis et expensis etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

<sup>(a)</sup> Corretta la desinenza del precedente "Paulus" <sup>(b)</sup> Corretta la desinenza del precedente "Cecchus" <sup>(c)</sup> Corretto il precedente nome diminutivo "Andreutii" e la relativa desinenza <sup>(d)</sup> Depennato Ho <sup>(e)</sup> Depennato "h" <sup>(f)</sup> Così P, intendasi invece "dictarum domuum".

64.

1377, novembre 4

Cecco di Vannuzio e il figlio Renzo del rione Pigna nominano loro arbitri Giovanni di Nardo *de Porcariis* e Pietro *Gazasare* dello stesso rione per risolvere la controversia sorta contro Matteo di Marino ed i figli

Marino e Saba anch'essi del rione Pigna. Gli arbitri sono invitati a stipulare un atto di pace perpetua o temporanea, con soddisfazione o senza delle parti, e ricevono ampio mandato di deliberare entro i prossimi 8 giorni. I richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e, in caso di inadempienza al deliberato, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato. Il compromesso non avrà valore se un analogo compromesso non sarà stipulato dalla parte avversa.

Dietro richiesta e preghiera di Cecco e di Lorenzo si offrono quali garanti Nuzio di Pietro e Giannino del rione Campitelli e Matteolo di Cola *Quarante* del rione Pigna.

f. 95v Eodem mense, indictione et die.

Actum ante domum Cecchi Vannutii, presentibus hiis testibus, scilicet Ceccho Cafari et Francisco Rostolini de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium. Cecchus Vannutii et Rentius eius filius de regione Pinee, cum consensu et voluntate dicti Cecchi sui patris, qui Rentius iuravit etc. quilibet ipsorum sponte compromiserunt et compromissum fecerunt in discretos viros Iohannem Nardi de Porcariis et Petrum Gazasare de regione Pinee, presentes et recipientes, de omni briga discordia controversia et questione que est, esset vel esse posset inter ipsos compromittentes, ex una parte, et Matheum Marini, Marinum et Sabbam filios suos<sup>(a)</sup> de dicta regione Pinee tamquam in eorum arbitros arbitratores amicabile compositores et communes amicos, dantes et concedentes dicti compromittentes dictis eorum arbitris et arbitratoribus plenam licentiam et liberam potestatem arbitrandi inter ipsas partes

f. 96r alte et basse, de facto et de iure, semel et plures, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, diebus utilibus vel feriatis, de die vel de nocte, partibus presentibus vel absentibus, una presente et alia absente, citata vel non citata, pacem securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione vel sine, ipsis arbitris stantibus, sedentibus vel ambulantibus in quocumque loco, promittentes dicti constituentes omne arbitrium laudum arbitramentum mandatum unum seu plura ex dicto compromisso decendentia semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et tenere et contra nullomodo facere vel venire<sup>(b)</sup> et ab ipso seu ipsis non supplicare, appellare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri sub ypotheca et obligatione omnium bonorum ipsorum et cuiuslibet ipsorum constituentium mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus auferenda a parte contra facientem et aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti,

f. 96v volentes dicti constituentes quod totiens dicta pena tollatur quotiens contra factum fuerit, quod compromissum dicti compromittentes durare voluerunt hinc ad octo dies proxime futuros, proviso quod hoc compromissum non valeat nec teneat nisi simile compromissum per aliam partem et quemlibet ipsorum factum fuerit, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti compromittentes obligaverunt omnia eorum bona mobilia et immbilia presentia et futura, iura et actiones et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc. et ad hec ad instantiam e petitionem dictorum Cecchi et Laurentii et cuiuslibet ipsorum et pro eis penes me notarium, ut publicam personam, recipientem et stipulantem pro camera Urbis et parte, Nutius Petri Iannini de regione Campitelli et Matheolus Cole Quaranta de regione Pinee sponte fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum premissorum, pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> P "filiis suis" <sup>(b)</sup> Depennato "sub".

## 65. 1377, novembre 4

Matteo di Marino ed i figli Marino e Saba del rione Pigna nominano loro arbitri Giovanni di Nardo *de Porcariis* e Pietro *Gazasare* per risolvere la controversia sorta contro Cecco di Vannuzio ed il figlio Lorenzo del stesso rione. Gli arbitri sono invitati a stipulare un atto di pace perpetua o temporanea, con soddisfazione o senza delle due parti, e ricevono ampio mandato di deliberare entro i prossimi 8 giorni. I richiedenti promettono di osservare l'arbitrato e, in caso di inadempienza al deliberato, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Dietro richiesta e preghiera di Matteo di Marino e dei figli Marino e Saba si offrono quali garanti Lorenzo di Tuzio *Balli* fabbro e Vecchio mandatario del rione Pigna.

f. 97r Eodem mense, indictione et die.

Actum ante domum infrascripti Marini, presentibus hiis testibus, scilicet domino Andrea Herami, Matheulo Cole Quaranta et Ceccho quondam Cecchi de Seromanis de regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Matheus Marini, Marinus et Sabbas eius filii, cum consensu et voluntate dicti Mathei eius patris presentis et consensientis, qui Marinus et Sabbas primo iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XX seu XXV annorum nec aliqua alia ratione, modo iure titulo sive causa nec beneficium

restitutionis in integrum petere etc. ac die presente sponte compromiserunt et compromissum<sup>(a)</sup> fecerunt in discretos viros Iohannem Nardi de Porcariis et Petrum Gazasare, presentes et recipientes tamquam in eorum arbitros arbitratores amicabiles

f. 97v compositores et communes amicos, de omni lite discordia controversia et questione que est, esset vel esse posset inter ipsos Matheum Marini, Marinum et Sabbam filios suos, ex una parte, et dictos Cecchum Vannutii et Laurentium eius filium, ex alia parte, usque in presentem diem quomodocumque et qualitercumque et quancumque occasione, dantes et concedentes dicti constituentes dictis eorum arbitris plenam et plenissimam potestatem balivam et facultatem<sup>(b)</sup> arbitrandi inter ipsas partes alte et basse, de facto vel de iure, semel et plures, partibus presentibus vel absentibus, una presente et alia absente, citata vel non citata, una citata et alia non citata, ipsis stantibus sedentibus vel ambulatibus in quocumque loco et quacumque hora, iuris ordine non servato, causa etiam non cognita, nullo pretermisso obstante<sup>(c)</sup>, pacem securitatem perpetuam vel ad tempus cum satisfactione vel sine, promictentes dicti constituentes omne

f. 98r arbitrium laudum arbitramentum sive mandatum, ex presente compromisso descendencia, semper et perpetuo ratum gratum et firmum habere et renumpiaverunt et contra nullo modo facere vel venire et ab ipso seu ipsis non appellare, supplicare nec petere reductionem ad arbitrium boni viri sub ypotheca obligationis omnium bonorum suorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinarum senatus, aplicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti predictae servanti et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsis camere et parti, renumpiaverunt in hiis dicti compromictentes statuto Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et voluerunt dicti compromictentes quod totiens dicta pena tollatur a contra faciente quotiens contra factum fuerit et ad hec ad instantiam et petitionem dicatorum Mathei, Marini et Sabbe filiorum ipsius et cuiuslibet ipsorum, Laurentius Tutii Balli ferrarius et Vecchius mandatarius ambo de<sup>(d)</sup>

f. 99v regione Pinee penes me notarium, ut publicam personam, stipulantem et recipientem ut supra, sponte et ex certa scientia et non per errorem fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluerunt quilibet ipsorum in solidum teneri ad omnia et singula ad que tenentur dicti compromictentes dicta occasione, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt omnia ipsorum bona etc. renumpiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt dicti compromictentes et dicti fideiussores et quilibet ipsorum pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Corretto sulla precedente espressione verbale “compromiserunt” <sup>(b)</sup> Come sembra <sup>(c)</sup> L’espressione che segue fino a sine é stata annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(d)</sup> Seguono i ff. 98v e 99r bianchi per un evidente errore dovuto all’aderenza dei rispettivi fogli che combaciavano nel momento dell’annotazione dell’imbreviatura: infatti il formulario prosegue senza interruzione nel successivo f. 99v

66.

1377, novembre 4

Giovanni di Nardo *de Porcariis* e Pietro *Gzasare* nominati arbitri da Cecco di Vannutio e dal figlio Renzo, da una parte, e da Matteo di Marino e dai figli Marino e Saba, dall’altra parte, emettono un arbitrato per risolvere le controversie sorte tra i due contendenti.

Gli arbitri seduti su di un podio nel porticato della chiesa dei SS. Cosma e Damiano di Pigna, presentata davanti ai contendenti la Sacra Scrittura e invocato il nome di Cristo, deliberano che sia stipulato un atto di pace e di perpetua sicurezza sotto la pena pecuniaria prevista nel compromesso arbitrale.

f. 100r Eadem indictione, mense et die.

In presentia mei notarii etc. supradicti Iohannes Nardi e Petrus Gazasare, arbitri et arbitratores predicti electi et ordinati a partibus supradictis, abentes<sup>(a)</sup> potestatem arbitrandi inter ipsas partes pacem<sup>(b)</sup> securitatem perpetuam vel ad tempus, ut patet compromisso in eos facto, scripto manu mei notarii, pro tribunali sedentes in podiis in porticali ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani de Pinea, ex potestate eis atributa per ipsas partes, viam arbitrationis eligentes pro bono pacis et concordie ipsarum partium propositis coram eis sacrosanctis scripturis, Christi nomine invocato, in hiis scriptis mandaverunt inter ipsas partes securitatem perpetuam et quod dicte partes ad alterutrium, videlicet una pars alteri et altera alteri, perpetuo per se vel alium aut alios non offendant nec offendi faciant in personis vel bonis, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur sub pena et ad penam in dicto

f. 100v compromisso contenta auferenda et aplicanda, ut in ipso compromisso continetur, et quod totiens dicta pena tollatur et contra facientem quotiens contra factum fuerit securitatem predictam nichilominus firma manente et predicta laudaverunt preceperunt et arbitratum fuerunt omnimodo iure et forma quibus melius potuerit, presentibus hiis testibus, scilicet domino Andrea Herami de Porcariis, Ceccho quondam Cecchi de Seromanis et Matheulo Cole Quaranta de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “et”.



67.

1377, novembre 4

Gli arbitri Giovanni di Nardo *de Porcariis* e Pietro *Gazasare* notificano a Cecco di Vannuzio e al figlio Renzo ed a Matteo di Marino e ai figli Marino e Saba il lodo emesso, secondo il mandato conferito loro, che prevede la stipula di un atto di pace e di perpetua sicurezza.  
Le parti in contrasto accettano il deliberato.

Eodem die et coram dictis testibus.

Notificatum fuit dictis partibus, presentibus et intelligentibus, per dictos arbitros, quomodo mandaverunt inter ipsas partes, securitatem perpetuam, ut supra continetur, ipsis partibus presentibus audientibus et acceptantibus etc.

68.

1377, novembre 13

Simone di Egidio *Angelerii* del rione Pigna nomina suo procuratore Alterio figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* dello stesso rione per comparire davanti al sindaco incaricato di sindacare l'operato del defunto Gomezio, già senatore di Roma (v. doc. 55), e dei suoi ufficiali, di chiedere, in sua presenza agli eredi di Gomezio la somma di 42 fiorini d'oro e di 20 soldi dovutagli dal defunto Gomezio per una certa quantità di orzo vendutagli a credito e, ricevuto il denaro, rilasciare la relativa quietanza.  
Il delegante assicura il procuratore che lo riterrà esente da ogni obbligo di garanzia.

f. 101r

Indictione prima, mense novembris die XIII.

Testes: Cecchus Tascha de regione Trivii et Nutius Colutie dello Refredo de regione Sancti Marci.

Actum in Campitolio.

In presentia mei notarii et testium etc. Symon Egidii Angelerii de regione Pinee, ac die presente, sponte fecit suum procuratorem actorem factorem et numptium speciale Alterium filium olim Corradutii Mastronis de regione Pinee, presentem et recipientem, ad comparandum coram domino scyndico deputato ad scyndicandum olim dominum Gometium et suos officiales et petendum coram ipso ab heredibus et bonorum possessoribus dicti olim domini Gometii et in bonis suis XLII florenos auri et solidos XX in quibus dictus olim dominus Gometius eidem Simoni tenebatur pro parte pretii certe quantitatis ordeii venditi per ipsum<sup>(a)</sup> Symonem dicto olim domino Gometio

f. 101v

in credentia et ad recipiendum, nomine ipsius Symonis, pecuniam et post receptionem, si expedi<sup>(b)</sup> fuerit, finem quietationem et generalem refutationem faciendum cum curis et cautelis promissionis et obligationis et renumpiandum oportunis etc. et generaliter etc. relevans ex nunc ipsum ab omni honore satisfactionis etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "olim" <sup>(b)</sup> P "expedieris".

69.

1377, novembre 13

Giacomello *de Civita* del rione Monti nomina suo procuratore Alterio figlio del defunto Corraduzio *Mastronis* dello stesso rione per comparire davanti al sindaco incaricato di sindacare l'operato del defunto Gomezio, già senatore di Roma, e di chiedere, in sua presenza, agli eredi di Gomezio la somma di 50 fiorini d'oro e 23 soldi.

Eodem mense, indictione et die.

Testes: Cola Incelli et Petrutius Iohannis Pauli notarius.

Actum in domo Laurentii scribesenatus.

In presentia mei notarii etc. Iacobellus de Civita de regione Montium sponte fecit suum procuratorem dictum Alterium, presentem et acceptantem, ad comparandum coram dicto scyndico et<sup>(a)</sup> petendum a dictis heredibus, ut supra, L florenos auri et solidos XXIII etc.

<sup>(a)</sup> P "a".

70.

1377, novembre 14

Caterina moglie di Giovanni di Giacomo *Catalli* del rione Trevi, con il consenso del marito, vende a Margherita vedova di Pietro di Nicoluzia di Buonuomo dello stesso rione una casa con pianoterra e solaro già concessale in locazione, situata nel rione Trevi, al prezzo di 14 fiorini d'oro.

La venditrice nomina sua procuratrice la stessa acquirente per l'insediamento nella proprietà.

Dietro richiesta e preghiera di Caterina si offre quale garante Paolo di Iozio del rione Trevi.

f. 102r

Indictione prima, mense novembris, die XIII<sup>of</sup>.

Actum in regione Trivii, presentibus hiis testibus, scilicet Ceccho<sup>(a)</sup> Tasca de regione Trivii, Laurentio de Seromanis et Paulo Marronis de regione Pinee.



In presentia mei notarii et testium etc. domina Catherina uxor Iohannis Iacobi Catalli de regione Trivii, que primo renumpsiavit omni suo iuri dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani etc. cum consensu et voluntate dicti Iohannis sui viri, presentis et consensientis, sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Margarite uxori olim Petri Nicolutie Buonomo de regione Trivii, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest unam domum ipsius domine terrineam et solaratam cum omnibus suis usibus etc. ad veram et mundam proprietatem, positam in regione Trivii, inter hos fines, ab uno latere  
 f. 102v tenet Petrus Egidii Scantrilgie, ab alio Paulus Lelli Marcellutii et alii fines vel si qui etc. quam domum nunc ipsa emptris tenet et possidet, nomine ipsius venditricis et pro ipsa, ad habendum tenendum etc. vendidit etiam dicta venditris dicte emptrici omnia iura etc. sibi competentia et competitura in dicta domo, nullo iure nullaque actione sibi venditrici in dicta domo aliquo modo reservatis ipsamque in re sua procuratricem constituit. Hanc autem venditionem fecit dicta venditris dicte emptrici, presenti et recipienti ut supra, pro pretio et nomine pretii XIII florenorum auri, quos dicta venditris a dicta emptrice confessata est se recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et si plus valeret dicta venditris dicte emptrici, presenti et stipulanti ut supra, inter vivos donavit cessit et concessit et promisit dicta venditris dicte emptrici quod dicta domus est sua et ad eam spectat pleno iure  
 f. 103r et quod nulli alii persone, universitati seu loco est vendita data donata etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dicta venditris teneri de evictione prout iura volunt et secundum consuetudinem Urbis et ad hec ad instantiam et petitionem dicte venditricis penes dictam emptricem, presentem et stipulantem ut supra, Paulus Iotii de regione Trivii sponte et ex certa scientia fideiussit in omnem causam et eventum omnium et singularum predictorum et voluit tenere in omnibus et per omnia in quibus et ad que dicta venditris tenetur et obligata est, teneri et obligari posset occasione predicta, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta venditris et dictus fideiussor et quilibet ipsorum obligaverunt penes dictam emptricem omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluerunt pro predictis omnibus et singulis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “d”.

71.

1377, novembre 19

Paolo *Marronis* del rione Pigna rilascia una quietanza a Tommaso di Nicola *Cischi de castro Novo* abitante nel rione Campomarzio relativa ad una soccida di pecore, concessa dallo stesso Paolo, ed alle spese sostenute da entrambi dopo che era stato eseguito il calcolo dei rispettivi crediti e debiti.

f. 103v

Indictione prima, mense novembris, die XVIII.

Testes: Laurentius de Seromanis et Sabbas Normandi de Thedallinis.

Actum in domo mei notarii

In presentia mei, notarii et testium etc. Paulus Marronis de regione Pinee sponte renumpsiavit et refutavit Thome Nicolai Cischi de castro Novo abitator in regione Campimartis, presenti et recipienti, idest omnia iura etc. que et quas habet contra ipsum pretestu et occasione soccite pecudum datarum per ipsum Paulum ipsi Thome. Item et occasione expensarum factarum per ipsos in dicta soccita et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod confessus fuit fore factum et sedatum calculum inter eos, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et e contra <sup>(a)</sup> ... <sup>(b)</sup>

<sup>(a)</sup> Come sembra <sup>(b)</sup> L'annotazione del formulario é interrotta: sono lasciati in bianco due terzi dell'ultima riga.

72.

1377, dicembre 7

Pietro figlio del defunto Lucio di Filippo *de Philippis* e la sorella Francesca moglie di Angelo *Sassi* del rione Pigna dichiarano che l'atto di donazione, rogato dal notaio Giovanni *Nelloli*, fatto da Giovanna, figlia di prime nozze di Francesca e del defunto Nicola di Lorenzo di Giacomo *Surdi*, allo zio Pietro e da questi trasferito alla sorella circa i diritti che aveva sui beni di Antonio e di Petruccio e sul defunto Nicola, suo padre, figli del defunto Lorenzo di Giacomo *de Surdis*, come pure i diritti di successione di Giovanna madre del defunto Nicola e di Giovanna figlia del defunto Nicola sui beni Lorenzo di Giacomo *Surdi* non ha alcun valore perché si tratta di un atto fittizio. I dichiaranti rimettono perciò a Giovanna tutti i diritti che aveva prima della donazione e dispongono che lo strumento sia depennato e annullato dal cartulario notarile di Giovanni *Nelloli*.

f. 104r

Indictione prima, mense decembris die VII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrus filius olim Lucii Philippi de Philippis et domina Francischa, eius soror, filia dicti olim Lucii et uxor Angeli Sassi de regione Pinee, qui Petrutius iuravit etc. sponte et ex certa scientia, volentes recognoscere bonam fidem, confessi fuerunt et recognoverunt istrumentum donationis sive venditionis aut cessionis seu quovis alio nomine nuncupetur factum ipsi Petrutio per dominam

Iohannam, neptem suam, filiam ipsius domine Francisce et filiam olim Nicolai Laurentii Iacobi Surdi, presentem et recipientem, et per consequens per ipsum Petrutium dicte domine Francisce, sorori sue, de omnibus et singulis iuribus que ipsa domina Iohanna petere poterat in bonis et super bonis Anthonii et Petrutii germanorum fratuum filiorum dicti olim Laurentii Iacobi de Surdis et fratuum dicti olim Cole<sup>(c)</sup>, pretestu et occasione

f. 104v successione dicti olim Cole<sup>(d)</sup> Petris ipsius. Item pretestu et occasione successione quondam domine Iohanne, avie sue, matris dicti Cole<sup>(e)</sup> patris ipsius. Item pretestu et occasione successione dicti olim Laurentii Iacobi Surdi, avii ipsius domine Iohanne, patris dicti olim Cole<sup>(f)(1)</sup>, patris sui. Item pretestu et occasione quorumcumque relictorum factorum ipsi domine Iohanne per ipsum olim Laurentium et generaliter de omni eo quod petere poterat dictis fratribus et in bonis ipsorum, tum dictis rationibus quam aliis quibuscumque sic vel aliter plus vel minus, prout in ipso istrumento donationis sive venditionis cessionis seu quovis alio nomine censeatur, scripto manu Iohannis Nelloli publici notarii seu cuicumque alterius notarii apparet plenius continere, factum fuisse fictitie simulatum et ad non valere, scilicet pro meliori cura et cautela dicte domine Iohanne ne per alium subduceretur ad dictam donationem sive

f. 105r venditionem faciendam et ex nunc auctoritate presentis contractus ipsam dominam Iohannam restituunt et reponunt in iuribus suis que habebat in bonis predicti occasionibus supradictis ante tempus et tempore facte dicte donationis sive venditionis, nullo iure nullaque actione ipsis Petrutio et domine Francisce nec alteri ipsorum in predictis bonis ipsorum Anthonii et Petrutii et dicti olim Cole vigore dicte donationis sive venditionis aut cessionis aliquo aliter aquisito sive reservato, volentes et mandantes, exactis ipsam venditionem donationem sive cessionem fore et esse nullam et nullius valoris ac si facta non fuisset et quod cancelletur et aboleatur de cartulario dicti Iohannis sive cuiuscumque alterius notarii, qui de tali contractu fuisse rogatus et ex nunc pro cassa et cancellata abeat<sup>(a)</sup>, promictentes dicti Petrutius et domina Francisca quod dicta iura eis donata sive vendita aut cessa per dictam dominam Iohannam nulli alii persone, universitati seu loco nisi per ipsum Petrutium

f. 105v ipsi domine Francisce, sorori sue, sunt vendita data donata cessa concessa pignorata nec quomodolibet alienata largo sumpto vocabulo alienationis et si contrarium aliquo tempore apparet et ipsorum occasione dicta domina Iohanna aut heredibus et successoribus ipsius vel habentibus causam ab ea molestarentur in iudicio vel extra iudicium promiserunt dicti Petrutius et domina Francisca ipsam dominam Iohannam et heredes et successores suos defensare in iudicio et extra cum advocatis et procuratoribus suis omnibus ipsius Petrutii et domine Francisce sumptibus et expensis etc. et finaliter si evincerentur eorum sive alterius ipsorum occasione ut predicatur voluerunt teneri de evictione secundum consuetudinem Urbis etc. cum dampnis et expensis et interesse etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti Petrutius et domina Francisca obligaverunt dicte domine Iohanne omnia bona ipsorum mobilia et immobilia, presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiaverunt etc.


<sup>(c)</sup> Così P diminutivo di “Nicolai” <sup>(d)</sup> Come sopra <sup>(e)</sup> Come sopra <sup>(f)</sup> Come sopra <sup>(a)</sup> Così P.

73.

1377, dicembre 7

Giovanna figlia del defunto Nicola di Lorenzo di Giacomo *Surdi* del rione Colonna, dopo essere stata informata dal notaio dei suoi diritti in presenza della madre Francesca, decide di donare ad Antonio e Petruzio figli del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi* e fratelli del defunto Nicola, suo padre, i diritti di successione del padre Nicola, della nonna Giovanna e del nonno Lorenzo, insieme ai lasciti da lui assegnati nel suo testamento alla moglie Giovanna, dietro impegno di Antonio e di Petruzio di offrirle per la dote e gli

<sup>1</sup> Allo scopo di facilitare la comprensione dei rapporti di parentela tra i singoli personaggi di questo e dei documenti successivi abbiamo ritenuto opportuno riportare un albero genealogico tra i *de Surdis* e i *de Philippis*:



ornamenti, in compenso di tutti questi diritti, la somma di 400 fiorini d'oro, oltre agli oggetti preziosi adeguati alla stessa dote, al tempo di contrarre le nozze con Paolo *Veneranerii*.

Dietro richiesta e preghiera di Giovanna si offrono quali garanti Angelo di Cecco *Sassi* e Pietro di Lucio di Filippo del rione Pigna.

L'atto ottiene l'approvazione di Francesca di Lucio di Filippo *de Philippis*, madre di Giovanna, e il consenso del secondo marito Angelo di Cecco *Sassi*.

- f. 106r Eadem indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.  
In presentia mei notarii et testium etc. domina Iohanna filia olim Nicolai Laurentii Iacobi Surdi de regione Columpne, asserens se magiorem XIII annorum, presente et confitente domina Francisca mater sua, sic verum esse, que domina primo iuravit etc. et renumpsiavit auxilio Velleiani senatus consulti et autentice si qua mulier de ipsis auxilio autentice et effectu iuramenti per me notarium primo certiorata quid sint et quos dicant et quid importent, ac die presente, sua bona voluntate non vi dolo nec metu inducta set pure et libere renumpsiavit et refutavit et per pactum de perpetuo non petendo remisit Anthonio et Petrutio, germanis fratribus filiis olim Laurentii Iacobi Surdi predicti, fratribus dicti olim Nicolai patris ipsius domine Iohanne, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et ipsorum
- f. 106v et cuiuslibet ipsorum heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones, iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria se mistas que et quas nunc dicta domina Iohanna habet et in futurum sibi competere possent contra et adversus ipsos Anthonium et Petrutium et in bonis ipsorum et cuiuslibet ipsorum tum pretestu et occasione sucessionis dicti olim Nicolai patris ipsius domine Iohanne, tum pretestu et occasione sucessionis domine Iohanne, avie sua, matris dicti olim Nicolai et uxoris dicti olim Laurentii, tum pretestu et occasione sucessionis dicti olim Laurentii, tum pretestu et occasione quorumcumque relictorum factorum per ipsum olim Laurentium dicte domine Iohanne in suo testamento et generaliter de omni eo quod dictis Anthonio et Petrutio et cuilibet ipsorum et in bonis ipsorum, tum dictis rationibus quam aliis<sup>(a)</sup> quibuscumque petere et exigere posset nunc vel in futurum. Hanc autem et que dicta sunt dicta domina Iohanna dictis Anthonio et Petrutio et cuilibet ipsorum, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus fecit
- f. 107r pro eo quod dicti Anthonius et Petrutius promiserunt et convenerunt dicte domine Iohanne, nepti ipsorum, dare sibi pro dote et guarnimentis, in compensatione omnium dictorum iurium, quatuor centum florenos auri et alia iocalia concedentia sibi et doti predictae tempore contrahende<sup>(b)</sup> exponsalie de ipsa cum Paulo Veneranerii, de qua quantitate et promissione predictis domina Iohanna se bene quietata contenta et pacata vocavit pro omnibus iuribus supradictis nec non et propter amorem et dilectionem quem et quam habet in dictos suos patruos et habere sperat in futurum etc. et promisit dicta domina Iohanna quod dicta iura et quemcumque alia que eis et in bonis ipsorum petere posset nunc vel in futurum dictis rationibus et aliis quibuscumque nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa pignorat alienata in totum nec in parte nec contractus vel quasi contractus cum aliqua persona universitati seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium
- f. 107v aliquo tempore appareret et ea occasione dicti frates seu alter ipsorum aut heredes et successores ipsorum molestarentur in iudicio seu extra iudicium promisit dicta domina Iohanna ipsos defensare suis sumptibus et expensis etc. et finaliter promisit de evictione et ad hec ad petitionem et instantiam dicte domine Iohanne penes dictos frates, presentes et stipulantes ut supra, Angelus Cecchi Sassi et Petrus Lucii Philippi de regione Pinee sponte fideiusserunt in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluerunt teneri et obligati esse in omnibus et per omnia in quibus et ad que dicta domina Iohanna tenetur et obligata est, teneri et obligari posset occasionibus predictis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicta domina Iohanna et dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt dictis fratribus, presentibus et recipientibus ut supra, omnia ipsorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia
- f. 108r etc. et renumpsiaverunt etc. ad que omnia supradicta et quolibet ipsorum<sup>(c)</sup> dicta domina Francisca uxor dicti Angeli Sassi, cum consensu dicti sui viri presentis et consensientis, sponte ex certa scientia et non per errorem consensit et suum consensum prestitit et renumpsiavit etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Ripetuto "quam aliis" <sup>(b)</sup> P "conthaende" <sup>(c)</sup> P "ipso".

Francesca figlia del defunto Lucio di Filippo *de Philippis* vedova di Nicola di Lorenzo di Giacomo *Surdi*, con il consenso di Angelo di Cecco *Sassi* marito in seconde nozze, dichiara ad Antonio ed a Petruzio figli del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi*, presenti anche a nome di Giovanna loro nipote, che i diritti sulla sua dote, assegnata al tempo del matrimonio al defunto marito Nicola, non sono stati venduti né alienati in alcun modo e la successione le spetta per diritto.

Dietro preghiera e richiesta di Francesca si offrono quali garanti Angelo *Sassi* e Pietro di Lucio di Filippo.

Eadem indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. supradicta domina Francischa, que renumpsiavit etc., cum consensu et voluntate dicti Angeli viri sui, presentis et consensientis, sponte promisit dictis Anthonio et Petrutio, presentibus et recipientibus vice et nomine dicte domine Iohanne neptis ipsorum et eorum nomine ac pro heredibus et successoribus ipsorum, quod de iuribus que ipsi domine Iohanne competere possent occasione sucessionis ipsius domine<sup>(a)</sup> Francisce, ratione dotis dicte domina

f. 10 8v Francisce et iurium dotalium ipsius traditorum dicto olim Cole viro suo, tempore contractus matrimonii inter ipsos, nulli persone universitati seu loco sunt vendita data donata cessa concessa etc. in totum nec in parte et si contrarium appareret voluit et promisit ipsa domina Francischa de sua propria pecunia satisfacere cum effectu cum dampnis expensis et interesse etc. cui vel quibus dicta successio spectaret de iure, de quibus dampnis expensis et interesse stare et credere voluit solo sacramento illius cui de iure spectaret etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicte domine Francisce, Angelus Sassi et Petrus Lucii predicti et quilibet ipsorum in solidum sponte et ex certa scientia fideiusserunt penes dictos fratres, presentes et stipulantes ut supra,

f. 109r me notario ut publica persona stipulante et recipiente vice et nomine omnium quorum interest vel intererit in futurum in omnem causam, casum et eventum omnium et singulorum predictorum etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicta domina Francisca et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt dictis fratribus, quibus supra nominibus recipientibus, omnia bona ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Depennato "Iohanne".

75.

1377, dicembre 7

Antonio e Petruzio figli del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi* si impegnano con Giovanna figlia del defunto Nicola di Lorenzo di Giacomo *Surdi*, loro nipote, a versare per la sua dote a Paolo *Veneranerii* suo futuro marito la somma di 400 fiorini d'oro ed altri oggetti preziosi adeguati alla dote stessa. Si conviene che nel caso in cui si omettesse di versarle la dote e gli oggetti preziosi si considererà nulla la quietanza di rinuncia di Giovanna ai diritti di successione (v. doc. 73); se invece l'impegno sarà mantenuto sarà annullato il presente contratto a richiesta di Antonio e di Petruzio.

Eodem anno, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. prefati Anthonius et Petrutius sponte promiserunt dicte domine Iohanne, neptis ipsorum, presenti et recipienti, dare tradere et assignare, pro dote ipsius domine Iohanne, Paulo Veneranerii futuro viro ipsius domine Iohanne, Domino concedente,

f. 109v tempore contrahende sponsalis cum eodem, IIII<sup>c</sup> florenos auri et debitis<sup>(a)</sup> loco et tempore alia iocalia secundum qualitatem dotis et personarum et in casu quo dicti fratres prefati solutionem et iocalium assignationem facere cessarent, quod tunc et in dicto casu refutationem factam per dictam dominam Iohannam ipsis fratribus sit ipso iure nulla et nullius valoris et ex nunc prout ex tunc pro cassa et cancellata habeatur, qua solutione facta et iocalium assignatione presentis contractus sit nullus et nullius valoris et liceat mihi notario ipsum cancellare, cassare et abolere ad petitionem et requisitionem ipsorum fratrum, quia sic actum et conventum estitit inter partes etc.

Acta fuerint hec omnia supradicta in domo dictorum Anthonii et Petrutii, sita in regione Columpne, presentibus hiis testibus, scilicet presbitero Iohanne rectore ecclesie Sancti Stephani de Trullo, Ceccho Tascha, Petro Veneranerii et Cola Laurentii Schiaptonis ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Corretta la consonante d sulla m del precedente "mebitis".

76. 1377, dicembre 9

I nobili Antonio e Petruzio figli del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi* del rione Colonna, a nome della nipote Vannotia figlia del defunto Nicola di Lorenzo di Giacomo *Surdi*, e Paolo figlio del defunto Veneranerio *de Veneraneis* dello stesso rione Colonna stipulano un patto di fidanzamento. Antonio e Petruzio promettono di dare in sposa Giovanna con la dote e gli ornamenti di 400 fiorini d'oro, oltre agli oggetti preziosi convenuti tra le due parti; Paolo promette a sua volta di prendere in sposa Giovanna con la dote, gli ornamenti e gli oggetti preziosi convenuti.

Le parti decidono di perfezionare il patto di parentela entro la prossima Quaresima e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 fiorini d'oro.

Per l'osservanza dei patti le due parti si scambiano a vicenda il bacio della vera pace in forma di giuramento e convengono di prolungare o di anticipare la data delle nozze con il consenso reciproco.

- f. 110r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVII pontificatus domini Gregorii pape XI, indictione prima mense decembris<sup>(a)</sup> VIII.  
In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Hec sunt sponsalia fidantie et pacta matrimonialia habita et solempni ac legitima stipulatione interveniente inter nobiles viros Anthonium et Petrutium, germanos frates, filios olim Laurentii Iacobi Surdi de regione Columpne pro Vannotia nepte ipsorum filia olim Nicolai Laurentii Iacobi Surdi fratris ipsorum, ex una parte, et nobilem virum Paulum filium olim Veneranerii de Veneraneriis de dicta regione Columpne, ex parte altera, videlicet predicti frates promiserunt dicto Paulo, presenti et recipienti, dare tradere et assignare ipsi Paulo in suam legitimam uxorem dictam dominam Iohannam, neptem ipsorum, filiam dicti olim Cole cum dote et<sup>(b)</sup>
- f. 110v guarnimentis IIII<sup>c</sup> florenorum auri et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis et se facturos et curaturos cum effectu quod dicta domina Iohanna accipiet ipsum Paulum in suum legitimum maritum cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis et dictus Paulus promisit et convenit dictis Anthonio et Petrutio, presentibus et stipulantibus vice et nomine dicte domine Iohanne et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa, ipsam dominam Iohannam recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis, que omnia et singula supradicta et parentelam<sup>(c)</sup> ipsam dicte partes ad invicem promiserunt adimplere et ad effectum ducere hinc per totum Carnisbrivium proxime futurum, prolongando et abbreviando terminum ad voluntatem partium ipsarum, promicentes dicte partes ad invicem predicta observare et contra non facere vel venire sub obligatione bonorum ipsorum partium et pena V<sup>c</sup> florenorum auri, stipulata et applicanda pro medietate etc.
- f. 111r et pro observatione predictorum dicte partes dederunt ad invicem osculum horis et vere pacis nomine iuramenti, renumptiaverunt in predictis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis.

<sup>(a)</sup> Omesso “die” <sup>(b)</sup> Ripetuto “et” <sup>(c)</sup> P “parintelam”.

77.

1377, dicembre 9

Il nobile Paolo figlio del defunto Veneranerio del rione Colonna, con il consenso di Francesco canonico della chiesa Lateranense e di Pietro canonico, suoi fratelli, contrae un'obbligazione dotale nei confronti dei nobili Antonio e Petruzio figli del defunto Lorenzo di Giacomo *de Surdis* del rione Colonna, presenti a nome della nipote Giovanna figlia del defunto Nicola di Lorenzo di Giacomo *Surdi* futura sposa di Paolo, sui seguenti beni: un palazzo con pianoterra e solario, con camere, sala terrena e stalle, con un porticato davanti, con parte del diritto di vicinia su una torre e un trullo, situato nel rione Colonna nella piazza del Presbitero; una casa con pianoterra, lastricata, situata nello stesso rione Colonna e nella stessa contrada; un palazzo con pianoterra e solario, con sale, camere, sala terrena e stalle, situato nel *castrum Cavarum*; un vigna di 8 pezze, situata nel tenimento del *castrum Cavarum* nella località detta *lo Corso*, con la rendita di due parti su cinque; altre 6 pezze e mezza di un vigneto, situato nel tenimento dello stesso *castrum Cavarum* nella località detta *Pontingiano*, con la rendita di due parti su cinque; 5 rubbia di terra, situate nel tenimento di *castrum Cavarum* nella località detta *Morino*, con la rendita della metà del raccolto; 4 rubbia di terra, situate nel tenimento del *castrum Cavarum* nella località detta *lo Campo*, con la rendita della metà del raccolto; 3 rubbia di terra situate nel *castrum Cavarum* nella località detta *Santa Alea*, con la rendita di un terzo del raccolto; 2 rubbia di terra, situate nella località detta *Pamingiano*, con la rendita di un terzo del raccolto; 6 rubbia e mezzo di terra, situata nel tenimento del *castrum Cavarum* nella località detta *Piancoli* con un bosco di castagni, con la rendita di due parti su cinque; 4 rubbia di terra, situata nel tenimento del *castrum Cavarum* nella località detta *Li Valli*, con la rendita della metà del raccolto.

Paolo, inoltre, offre in pegno ai fratelli Antonio e Petruzio, presenti a nome della nipote Giovanna, tutti i suoi beni mobili ed immobili e assegna quale diritto dotale di Giovanna sui beni impegnati la somma di 266 fiorini e due terzi d'oro secondo i patti consueti a Roma: se Giovanna dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli, la dote in denaro contante sarà destinata, entro 6 mesi dal decesso, agli zii Antonio e Petruzio, se viventi, o ai loro eredi, se invece dovesse morire con figli legittimi allora Paolo usufruirà della dote vita natural durante e, dopo la sua morte, sarà destinata ai figli superstiti; al contrario se dovesse morire Paolo prima della moglie, sia con figli sia senza figli, la somma di 266 fiorini e due terzi d'oro e la donazione nuziale saranno destinate dai suoi eredi, entro sei mesi dal decesso, a Giovanna.

In aggiunta all'obbligazione Paolo concede ad Antonio ed a Petruzio, che ricevono a nome della nipote Giovanna, una donazione nuziale di 133 fiorini e un terzo d'oro secondo i patti consueti a Roma.

Dietro richiesta e preghiera di Paolo si offrono quali garanti Ciaffo *de Thedallinis*, Ruggero di Lello *Scarsi de Tosectis*, Antonio *Paloscii* e Lello *de Cancellariis* del rione Colonna.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

- In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Paulus filius olim Veneranerii de regione Columpne, cum consensu et voluntate venerabilium virorum dominorum Francisci canonici sacrosancte Lateranensis ecclesie et Petri canonici germanorum fratrum ipsius Pauli, presentium et consensientium et renumpantium omnia iura que habent in infrascriptis bonis etc. hunc autem consensum prefati dominus Franciscus et Petrus dicto Paulo, fratri eorum, fecerunt propter amorem et dilectionem quem et quam habent in dictum Paulum, fratrem eorum etc. ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et loco pignoris dotalis posuit nobilibus viris Anthonio et Petrutio, germanis fratribus, filiis olim Laurentii Iacobi de Surdis de regione
- f. 111v Columpne, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et eorum heredum et successoribus in perpetuum ac vice et nomine domine Iohanne, neptis ipsorum, filie olim Nicolai Laurentii Iacobi Surdi, germani fratris ipsorum, honeste puelle sponse et future uxoris, Domino concedente, ipsius Pauli et ad ipsius domine Iohanne ipsorumque heredum et successorum opus et utilitatem et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ea et eis, videlicet in primis unum palatium terrineum et solaratum, cum cameris, cerbinaria, stabulis et cum porticali ante se, cum parte vecinantie turris et trulli, positum in regione Columpne in platea Presbiteri, inter hos fines, ab uno latere tenet Anthonius Paloscii, ab alio Laurentius Petri domini Raynerii, ante platea. Item unam aliam domum terrineam lastricatam, positam in dictis regione et contrada, inter hos fines, ab uno latere tenet dictus Anthonius<sup>(a)</sup>, ab alio Stephanellus Baroncelli, ab alio via publica. Item unum palatium terrineum et solaratum cum salis, cameris, cerbinaria, stabulis, positum in castro Cavarum, inter hos fines, ab uno latere tenet Cola Mangiadore, ab alio via publica. Item unam vineam, positam in tenimento castri Cavarum
- f. 112r in loco qui dicitur lo Corso, videlicet VIII petiarum, plus vel minus quante sunt, ad redendum ipsi Paulo duas parte de quinque partibus, inter hos fines, ab uno latere tenet Lucius ser Iacobi, ab alio Iohannes Mathei, ab alio est via publica. Item VI petias et dimidiam vinearum, plus vel minus quante sunt positarum in tenimento dicti castri in loco qui dicitur Potingiano, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Petrutii, ab alio Iohannes Cacarolus, ab alio Cicchus Eventus, ad redendum ipsi Paulo duas partes de quinque partibus. Item V rubla terrarum, positarum in tenimento dicti castri in loco qui dicitur Morino, ad medietatem redendum ipsi Paulo<sup>(b)</sup>, inter hos fines \*\*\*<sup>(c)</sup> Item quatuor rubla terrarum ad medietatem redendum, posite in loco qui dicitur lo Campo, inter hos fines \*\*\*.<sup>(d)</sup> Item tria rubla terrarum ad tertiam redendum, posite in tenimento dicti castri in loco qui dicitur Santa Alea, inter hos fines \*\*\*.<sup>(e)</sup> Item duo rubla terrarum ad tertiam redendum, posite in loco qui dicitur Pamingiano.
- f. 112v Item VI rubla terre et dimidiam ad respondendum duas partes de quinque partibus ipsi Paulo, posite in tenimento dicti castri in loco qui dicitur Piancoli cum una silva castanearum, inter hos fines \*\*\*<sup>(f)</sup>. Item III<sup>or</sup> rubla terre ad medietatem redendum ipsi Paulo, posite in tenimento dicti castri in loco qui dicitur li Valli, inter hos fines \*\*\*<sup>(g)</sup> et generaliter omnia alia et singula bona ipsius Pauli mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que idem Paulus habet ad presens et in futurum aquisiverit dum dicta domina Iohanna cum ipso visserit et hoc pignus durabit. Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et omnia et singula supradicta que infra dicentur dictus Paulus prefatis Anthonio et Petrutio, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus ut supra, me notario ut publica persona stipulante et recipiente ut supra, fecit pro dote et nomine dotis prefate domine Iohanne II<sup>e</sup> LXVI florenorum auri et duas tertias partes alterius
- f. 113r floreni auri, quos idem Paulus a prefatis Anthonio et Petrutio presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit ex causa predicta, de quibus etc. et renumpiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si dicta domina Iohanna premoriatur dicto Paulo, futuro viro suo, sine communibus filiis ex eorum matrimonio communiter natis, tunc et in eo casu prefatus Paulus dictam dotem in pecunia numerata dare, redere teneatur et promisit, infra spatium dimidii anni immediate sequentis post obitum ipsius domine Iohanne, prefatis Anthonio et Petrutio, si tunc visserint, alias medietatem illi qui visserint et aliam medietatem illius heredibus qui non visserint et si nullus ipsorum superesset heredes et successores ipsorum vel cui seu quibus ipsi commiserint aut lex dederit, si autem cum filiis, tunc dictus Paulus lucretur dotem predictam ipsis eorum filiis conservandam et pro eis, post dicti Pauli mortem, ad dictos communes filios revertatur; si vero dictus Paulus premoriatur dicte domine Iohanne, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex ipsis communiter
- f. 113v natis, tunc in eo casu predictam dotem cum infrascripta donatione propter nuptias, infra spatium dimidii anni post ipsius Pauli obitum immediate sequentis, prefatus Paulus restitui voluit et mandavit ab eius heredibus et bonorum possessoribus prefate domine Iohanne, future uxori sue, dictis fratribus et mihi notario ut publice persone recipienti pro ipsa; in superfluo dicti pignoris dictus Paulus dictis fratribus, presentibus et recipientibus pro se et quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone recipienti et stipulanti vice et nomine ipsius domine Iohanne suorumque heredum et successorum et ad ipsorum opus et utilitatem, propter nuptias donavit CXXXIII florenos auri et tertiam partem unius alterius floreni auri sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis et promisit dictus Paulus quod dicta bona superius obligata sunt ipsius et quod nulli alii persone universitati vel loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret et ea propter dicti fratres et dicta domina Iohanna aut heredes et successores ipsorum aliquo tempore molestarentur in iudicio seu extra iudicium promisit dictus Paulus eos defensare suis sumptibus et expensis

f. 114r sumendo in se iudicium etc. et finaliter si evinceretur in totum vel in parte voluit teneri de evictione secundum consuetudinem Urbis cum dampnis, expensis et interesse etc. et ad hec ad instantiam et petitionem dicti Pauli penes dictos fratres, presentes et recipientes ac legitime stipulantes pro sese ipsis et nominibus quibus supra, et me notario, recipiente et stipulante ut supra, nobiles viri Ciaffus de Thedallinis, Rogerius Scarsi de Tosectis, Anthonius Paloscii et Lellus de Cancellariis de regione Columpne, quilibet ipsorum in solidum sponte et ex certa scientia fideiusserunt in omnem casum, causam et eventum omnium et singulorum predictorum et voluerunt tenere in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus Paulus tenetur et obligatus est, teneri et obligari posset occasionibus supradictis, insuper promiserunt dicti fideiussores et quilibet ipsorum dictis fratribus, presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro sese ipsis et nomine quo supra, et mihi notario recipienti et stipulanti ut supra, quod dicta bona, superius

f. 114v obligata, semper et omni tempore erunt sufficientia et valentia quantitatis dotis et donationis predicte et si casus restitutionis dotis et donationis predicte eveniret aut dotis predicte tantum et dicta bona comode non esset tanti pretii et valoris et quod ex eis dicta dos et donatio aut dicta dos tantum valeri posse in eo quod minus valerent, videlicet quod ex eis comode haberi posset sine fraude, voluerunt et promiserunt dicti fideiussores illud totum residuum solvere in pecunia numerata et non in alia specie seu re et si, ut dictum est, hec omnia adimplenda fuerint tunc hec carta sit vacua et nullius valoris alioquin liceat ipsis fratribus et dicte domine et heredibus et successoribus ipsorum ipsa bona, superius obligata, libero capere, intrare, tenere, possidere etc. donec de dictis dote et donatione fuerit eis integre persolutis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Paulus et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum sponte obligaverunt dictis fratribus et mihi notario, recipienti

f. 115r et stipulanti ut supra, omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine ipsorum fratuum et dicte domine et heredum et successorum ipsorum, tenere et possidere precario<sup>(h)</sup> recongnoverunt et voluerunt dicti Paulus et dicti fideiussores et quilibet ipsorum pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram<sup>(i)</sup> quocumque iudice renumpsiaverunt in hiis ferris, beneficio fori, epistule divi Adriani etc. et generaliter omnibus aliis et singulis exceptionibus etc.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "Baroncelli" é stata annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo  
<sup>(b)</sup> Depennato "Item" <sup>(c)</sup> L'indicazione dei confini é stata omessa: segue uno spazio bianco corrispondente ad una riga <sup>(d)</sup> L'indicazione dei confini é stata omessa: segue uno spazio bianco corrispondente ad una riga. <sup>(e)</sup> L'indicazione dei confini é stata omessa: segue uno spazio bianco corrispondente ad una riga <sup>(f)</sup> L'indicazione dei confini é stata omessa: segue uno spazio bianco corrispondente ad una riga e un quarto <sup>(g)</sup> L'indicazione dei confini é stata omessa: segue uno spazio bianco corrispondente ad una riga e mezza <sup>(h)</sup> P "plecario"  
<sup>(i)</sup> P "quoram"

## 78.

1377, dicembre 9

Paolo figlio del defunto Veneranerio *de Veneraneriis* e Giovanna figlia del defunto Nicola di Lorenzo di Giacomo *Surdi* presentatisi davanti al notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Paolo infila l'anello nuziale con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Giovanna mentre il notaio pronunzia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Contractus fuit matrimonium per verba de presenti inter dictos Paulus et dictam dominam Iohannam, qui Paulus interrogatus per me notarium si volebat ipsam dominam Iohannam in suam legitimam uxorem, qui sponte respondit "Volo" et versavice interrogata dicta domina Iohanna si volebat ipsum Paulum in suum legitimum maritum, que sponte respondit "Volo" et tunc dictus Paulus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso arravit ipsam, mictendo suis propriis manibus dictum anulum in digito anulari manus destre ipsius domine Iohanne, intervenientibus hiis verbis per me notarium dictis "quod Deus coniunsit homo non separet" etc.

Acta fuerunt dicta sponsalia in ecclesia Sancti Stephani dello Trullo, presentibus hiis testibus, scilicet domino Laurentio domini Petri et domino Stephano, eius frate, causidicis de regione Montium, domino Tadeo de regione Pinee causidico, Lello Statii de regione Pinee, domino Laurentio de Sanguineis milite de regione Pontis, Iacobello Marronis et Iohannes Cafaro de regione Pinee.

Contractus fuit dictum matrimonium in domo dictorum Anthonii<sup>(a)</sup> et Petrutii, presentibus dictis testibus.

<sup>(a)</sup> Depennato "et Lau"

## 79.

1377, dicembre 9

Il nobile Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, a nome della figlia Margherita, e Pietro figlio del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi* del rione Colona stipulano un patto di fidanzamento. Guglielmo promette di dare in sposa Margherita con la dote e gli ornamenti di 425 fiorini



d'oro, oltre agli oggetti preziosi convenuti tra le due parti; Pietro promette a sua volta di prendere in sposa Margherita con la dote, gli ornamenti e gli altri oggetti preziosi convenuti. Le parti decidono di perfezionare il patto di parentela entro la prossima Quaresima e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di 500 fiorini d'oro.

Per l'osservanza dei patti le due parti si scambiano il bacio della vera pace in forma di giuramento e convengono di prolungare o di anticipare la data delle nozze con il consenso reciproco.

f. 116r

Indictione prima, mense decembris, die VIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Hec sunt sponsalia fidantie et pacta matrimonialia habita et solempni ac legitime stipulata interveniente firmata inter nobiles viros Guilielmum filium olim nobilis viri Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, pro domina Margarita filia sua, ex una parte, et Petrum filium olim Laurentii Iacobi Surdi de regione Columpne, ex alia parte, videlicet quod dictus Guilielmus promisit et convenit solempni stipulatione interveniente dicto Petrutio, presenti et recipienti, dare tradere et assignare ipsi Petrutio ipsam dominam Margaritam in sua et pro sua legitima uxore cum dote et guarnimentis III<sup>c</sup> XXV florenorum auri et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis et dictus Petrutius promisit et convenit dicto Guilielmo, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa domina Margarita, ipsam dominam Margaritam accipere et recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis

f. 116v

et aliis iocalibus supradictis et dictus Guilielmus promisit dicto Petrutio, presenti et recipienti ut supra, se facturum et curaturum cum effectu quod dicta domina Margarita recipiat ipsum Petrutium in suum legitimum virum cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis, promisit insuper dictus Guilielmus dicto Petrutio, presenti et recipienti ut supra, solvere sibi dotem, guarniments et alia iocalia supradicta et versavice dictus Petrus promisit et convenit dicto Guilielmo, presenti et stipulanti ut supra, tempore solutionis dicte dotis, facere sibi curam et cautelam dotalem et donationis propter nuptia in bonis suis cum curis et cautelis de iure sufficientibus, que omnia et singula supradicta et parentelam<sup>(a)</sup> ipsam dicte partes ad invicem promiserunt adimplere et ad effectum ducere hinc per totum Carnisbrivium proxime futurum, prolongando et abbreviando terminum ad voluntatem partium ipsarum, promicentes dicte partes ad alterutrum predicta observare et adimpleri<sup>(b)</sup> facere et contra non facere vel

f. 117r

venire sub obligatione bonorum ipsarum partium mobilium et immobilium presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> florenorum auri, stipulata et applicanda pro medietate etc. et ad magiorem cautelam omnium premissorum dicte partes ad invicem dederunt osculum horis, nomine iuramenti, renumpriaverunt dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc.

<sup>(a)</sup> P "parintelam" <sup>(b)</sup> Corretta l'ultima vocale i sul precedente "adimplere".

80.

1377, dicembre 9

Petruzio figlio del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi* del rione Colonna, con il consenso del fratello Antonio che riceve ampia facoltà di disporre della metà dei beni lasciati dal padre nel suo testamento contrae un'obbligazione dotale nei confronti di Guglielmo di Pietro di Andrea *de Rubeis* del rione Pigna, presente a nome della figlia Margherita futura sposa di Petruzio, sui seguenti beni indivisi suoi e del fratello: 110 rubbia di terra da semina, situate nel tenimento *Cursani* presso il *castrum Columpne*; un palazzo, situato nel rione Colonna nella contrada di S. Nicola *de Forbitoriis*; una casa situta nella contrada di S. Adriano; due palazzi uniti insieme, situati nel *castrum Gallicani*; una casa, situata nello stesso *castrum Gallicani*; 14 rubbia di terra da semina, situata in *Colle Dafro*; 30 pezze di vigneto, situato nel tenimento del *castrum Gallicani*, concesse in locazione ad alcuni massai dello stesso castrum con la rendita del quarto del raccolto; 5 pezze di vigneto, situate nel tenimento del *castrum Gallicani* nella contrada detta *Colle de Puoli*; un'altra vigna di 4 pezze, situate nel tenimento del *castrum Gallicani* nella località *Sancto Pastore*; 5 once di un mulino, situato nel tenimento del *castrum Gallicani*, unite alle 12 once possedute con altri compartecipi; un'altra casa situata nel *castrum Gallicani*; 5 rubbia di terra da semina, situate sopra il *pratum Gallicani*; 30 pezze di vigneto concesse in locazione ad alcuni massai con la rendita di \*\*\*\* del raccolto; 6 pezze di vigneto, situate nel tenimento di Tivoli presso il fiume, concesse in locazione ad alcuni massai di Tivoli con la rendita di un terzo del raccolto; un palazzo con pianoterra e solari, situato a Tivoli nella *contrada vie Magioris*; 3 oliveti situati nel tenimento di Tivoli; 40 rubbia di terra da semina in due pediche, situate nel tenimento di Passerano presso il tenimento del *castrum Gallicani*; 28 rubbia di terra da semina in due pediche, situate nel tenimento dell'Ose presso il ruscello dell'Ose.

Petruzio, inoltre offre in pegno a Guglielmo, presente a nome della figlia Margherita, tutti i suoi beni mobili ed immobili ed assegna quale diritto dotale di Margherita sui beni impegnati la somma di 283 fiorini e un terzo d'oro secondo i patti consueti a Roma: se Margherita dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli, la dote in denaro contante sarà destinata a Guglielmo, se vivente, o ai suoi figli maschi, se invece dovesse morire con figli legittimi allora Petruzio usufruirà della dote vita natural durante e, dopo la

sua morte, sarà destinata ai figli; al contrario se dovesse morire Petruzio prima della moglie, sia con figli sia senza figli, la somma di 283 fiorini e un terzo d'oro e la donazione nuziale saranno destinati dai suoi eredi, entro sei mesi dal decesso, a Margherita.

In aggiunta all'obbligazione Petruzio concede a Guglielmo, che riceve a nome della figlia Margherita, una donazione nuziale di 141 fiorini e due terzi d'oro secondo i patti consueti a Roma: in caso di premorienza di Petruzio, dopo aver procreato figli legittimi, la moglie Margherita avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale vita natural durante e, dopo la sua morte, il bene sarà destinato ai figli, se invece non saranno stati procreati figli Margherita potrà disporre liberamente della donazione.

Dietro richiesta e preghiera di Petruzio si offrono quali garanti Giacomello figlio del defunto Giovanni *Marronis*, Giovanni figlio del defunto Cecco *Cafari*, Cecco *Tascha* e Paolo figlio del defunto Gorio de Surdis.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrutius prenominatus filius olim Laurentii Iacobi Surdi de regione Columpne, cum consensu et voluntate dicti Anthonii eius fratris, presentis et consentientis et renumpiantis quantum ad infrascriptam medietatem omni suo iuri etc. hunc autem consensu fecit dicto Petrutio<sup>(a)</sup> dictus Anthonius pro eo quod dictus Petrutius cessit et concessit dicto Anthonio, fratri suo, ex nunc plenum et liberum arbitrium et potestatem de alia<sup>(b)</sup>

f. 117v medietate dictorum bonorum posse disponere pro suo libito voluntatis testamenti dicti olim Laurentii, patris ipsorum, remanente in sua firmitate, sponte obligavit et loco pignoris dotalis posuit supradicto Guilielmo Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se ipso ac vice et nomine domine Margarite filie sue, honeste puelle, sponse et future uxoris, Domino concedente, dicti Petri suorumque heredum et suorum, mihi notario ut publice persone stipulanti pro ipsa domina Margarita et ad ipsius domine Margarita suorumque heredibus et successoribus opus et utilitatem, idest integram medietatem omnium infrascriptum bonorum, in primis CX rublorum terre sementaricie ipsorum fratrum, positarum in tenimento Cursani, inter hos fines, ab uno latere est tenimentum castri Columpne, ab alio tenimentum Passarani, ab alio tenimentum Castilgionis Sancte Prassedis de Urbe et alii fines.

f. 118r Item unius palatii positi in regione Columpne in contrada Sancti Nicolai de Forbitoriis, inter hos fines, ab uno latere tenet Casaleta ab alio Rita de Vecchione, ante est via publica. Item unius alterius domus, posite in contrada Sancti Adriani, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes dello Preite, ante est via publica. Item duorum palatiorum similiter iuntorum, positorum in castro Gallicani, inter hos fines, ab uno latere tenet dominus Petrus Camillus, ab alio Santus Colutie, ante est via publica. Item unius alterius domus, posite in dicto castro, inter hos fines, ab uno latere tenet Angelus Stephani, ab alio domus Sancte Lucie. Item XIII rublorum terre sementaritarum, positorum in Colle Dafro, inter hos fines ab uno latere tenet lo Fossato, ab alio Petrutius Cole Oddonis. Item triginta petiarum vinearum, plus vel minus videlicet proprietatum, positarum in tenimento dicti castri, inter hos fines, a duobus lateribus tenet Fossatum, ab alio est molendinum, in quibus habent vites certi

f. 118v massari de dicto castro ad quartum redendum. Item V petiarum vinearum, plus vel minus, positarum in tenimento dicti castri in contrada que dicitur Colle de Puoli, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Gazus, ab alio Iannutius Montanarius. Item unius alterius vinearum, positarum in tenimento dicti castri in Sancto Pastore, inter hos fines, ab uno latere tenet Petrus Blaxii, ab alio Paulus Iohannis Andree, que sunt III<sup>or</sup> petiarum. Item V unciarum molentini, siti in tenimento dicti castri de XII unciis, iuntis pro indiviso cum aliis consortibus, inter suos confines. Item unius alterius domus, site in dicto castro, inter hos fines ab uno latere tenet Cola Pilione, ab alio Iohannes Mei dello Colle. Item quinque rublorum terre sementaritarum, posite supra pratum Gallicani, inter hos fines, ab omnibus lateribus tenet tenimentum dicti castri. Item triginta petiarum vinearum, scilicet proprietatum, in<sup>(c)</sup> quibus habent vites certi massarii

f. 119r ad \*\*\*\* redendum, plus vel minus quante sunt, inter hos fines, ab uno latere tenet Iohannes Meuli, ab aliis lateribus sunt vie. Item VI petiarum vinearum proprietatum ad tertiam redendum in quibus habent vites certi massari de Tybure, positarum in tenimento dicte civitatis, inter hos fines, ab uno latere est flumen, ab alio via. Item unius palatii terrinei et solarati, positi in dicta civitate in contrada vie Magioris, inter hos fines, ab uno latere tenet \*\*\*\*\* nepos domini Angeli Ciantri, ab alio via publica, ab alio viculus vecinalis. Item trium olivetorum, positorum in tenimento dicte civitatis inter hos fines \*\*\*<sup>(d)</sup> Item XL rublorum terre sementaricie in V pedicis, positorum in tenimento Passarani ad quarum unam, ab uno latere tenet tenimentum Passarani, ab alio tenimentum castri Gallicani, ab alio lo Fossato, ad aliam ab uno latere tenet monasterium Sancti Pauli de Urbe, ab alio Fossatum, ab alio Lo Limite,

f. 119v ad aliam pedicam ab uno latere est Fossatum, ab alio tenet la Pantanella, ad alias vero pedicas ab omnibus lateribus tenet tenimentum castri Passarani. Item XXVIII rublorum terre sementaricarum in duabus pedicis, positorum in tenimento dell'Ose, inter hos fines, ad quarum unam ab uno latere tenet tenimentum Castilgionis Sancte Presedis, ab alio tenimentum dell'Ose, ab alio via publica, ad aliam pedicam ab uno latere est rivus dell'Osa, ab alio tenet cappella Butii Ianquitelli, ab alio tenet tenimentum dell'Ose, ab alio via publica et generaliter omnia alia et singula bona ipsius Petrutii mobilia et immobilia presentia et futura, iura et

actiones que et quas dictus nunc habet et in futurum<sup>(e)</sup> est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt et matrimonium inter eos, que omnia supradicta bona iunta sunt pro indiviso cum alia medietate dicti<sup>(f)</sup> Anthonii, fratris

f. 120r ipsius Petrutii. Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Petrutius, cum consensu et voluntate dicti Anthonii, fecit eidem Guilielmo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine dicte domine Margarite filie sue et heredum et suorum ipsius, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro eis, pro dote et nomine dotis ipsius domine Margarite ducentorum LXXXIII florenorum auri et tertiam partem alterius floreni auri, quos ab ipso Guilielmo, presentialiter numeraliter et manualiter recepit et habuit, de quibus et qua dote se bene quietum vocavit etc. et renumpsiavit etc. sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat dictam dominam Margaritam premori dicto Petrutio, futuro viro suo, sine communibus filiis ex eorum matrimonio communiter natis, tunc et in eo casu dictus Petrutius dictam dotem in florenis de auo redere et restituere promisit, infra spatium dimidii anni immediate sequentis post obitum

f. 120v ipsius domine Margarite, prefato Guilielmo, si tunc visserit, alias filiis suis masculis vel cui ipse Guilielmus commiserit aut lex dederit, si vero cum filiis<sup>(g)</sup>, tunc dictus Petrutius lucretur dictam dotem ipsis communibus filiis conservandi et pro eis, post ipsius Petrutii mortem, ad dictos communes filios revertatur; si contingat dictum Petrutium premori dicte domine Margarite, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis ex eis communiter natis, tunc in eo casu predictam dotem cum infrascripta donatione propter nuptias, infra dictum spatium dimidii anni post ipsius Petrutii obitum immediate sequentis, voluit et mandavit ab eius heredibus et bonorum possessoribus prefate domine Margarite, future uxori sue, et ipsi Guilielmo, recipienti pro ea; in superfluo autem dicti pignoris dictus Petrutius, cum consensu et voluntate dicti Anthonii sui fratris, in dictis bonis superius obligatis propter nuptias donavit dicto Guilielmo, presenti et recipienti pro dicta domina Margarita filia sua, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ipsa, CXLI florenos auri et

f. 121r duas tertias partes alterius floreni auri sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat ipsum Petrutium premori dicte domine Margarite, future uxori sue, cum filiis, tunc dicta domina Margarita ipsam donationem habeat ad usumfructum toto tempore vite sue, post eius mortem ad dictos communes filios libere revertatur, si vero sine filiis ipsam donationem habeat ad proprietatem ad faciendum de ipsa quicquid sibi perpetuo placuerit. Que omnia et singula supradicta si, ut dictum est, observata fuerunt, tunc hec carta sit vacua et nullius valoris et parti redatur ad incidendum, alioquin liceat ipsi Guilielmo, pro se ipso et vice et nomine dicte domine Margarite et eorum heredum et suorum, dicta bona superius obligata et omnia alia bona ipsius Petrutii libere capere, intrare, tenere etc. donec fuerit eisdem de dictis dote et donatione integre satisfactum cum dampnis, expensis et interesse etc. de quibus etc. et promisit dictus Petrutius dicto Guilielmo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et quo supra nomine, quod dicta bona superius obligata sunt ipsius

f. 121v Petrutii obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati vel loco sunt vendita data donata cessa concessa etc. in totum nec in parte nec contractus vel quasi contractus factus est nec factus apparet et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter dictus Guilielmus aut sui heredes et successores<sup>(h)</sup> aut ipsa domina molestarentur in iudicio seu extra promisit dictus Petrutius, pro se et suis heredibus et successoribus, ipsos defendere omnibus suis sumptibus et expensis et in se sumere primum, secundum et tertium iudicium, ita et taliter quod dictus Guilielmus aut sui heredes et successores nullum dampnum patiantur in eis aut ipsa domina Margarita et finaliter si evictio sequeretur<sup>(i)</sup> in totum aut in parte promisit dictus Petrutius ipsam evictionem solvere duplicatam cum dampnis expensis et interesse etc. et ad hec

- Iacobellus quondam Iohannis Marronis

- Iohannes quondam Cecchi Cafari

- Cecchus Tasca et

- Paulus quondam Gorii de Surdis

quilibet ipsorum in solidum ad petitionem et instantiam

f. 122r dicti Petrutii penes dictum Guilielmum, presentem et recipientem ac legitime stipulantem pro se et quo supra nomine, me notario ut publica persona stipulante et recipiente pro dicta domina Margarita et heredibus et successoribus ipsius, sponte fideiusserunt et promiserunt quod dicta bona superius obligata sunt ipsius Petrutii obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone vel loco sunt vendita, data donata etc. in totum nec in parte et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt teneri de evictione et in casu evictionis predictae voluerunt teneri in omnibus et per omnia prout ipse Petrutius tenetur in omnibus et per omnia prout ipsee Petrutius tenetur et obligatus est, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus principalis et dicti fideiussores et quilibet ipsorum obligaverunt dicto Guilielmo, presenti et recipienti pro se et quo supra nomine, omnia bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec, nomine ipsius domine et dicti Guilielmi, tenere et possidere precario<sup>(i)</sup> recognoverunt et voluerunt

f. 122v pro predictis omnibus et singulis observandis posse cogi compelli conveniri omni tempore et in omni curia coram quocumque iudice etc. renumpsiaverunt in hiis dictus Petrutius et dicti fideiussores et quilibet ipsorum ferriis, beneficio fori, epistule divi Adriani etc. et generaliter etc.

Actum Rome in regione Pinee in domo dicti Iacobelli, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Sarragona, Lello Madaleno, Iohanne Lelli Andree de Rubeis, domino Iacobo de Rubeis, Paulo Marronis, Paulo<sup>(k)</sup> Nutii de Astallis de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> Corretto sul precedente “Petrutius” <sup>(b)</sup> Ripetuto “de alia” <sup>(c)</sup> Depennato “Civita” <sup>(d)</sup> Sono stati omissi i confini: segue uno spazio bianco corrispondente ad una riga e tre quarti <sup>(e)</sup> Depennato “habere sperat” <sup>(f)</sup> Depennato “Petrutii” <sup>(g)</sup> P “filii” <sup>(h)</sup> L’espressione che segue fino a “domina” è stata annotata nell’interlinea superiore senza un segno di richiamo <sup>(i)</sup> Depennato “pro” <sup>(j)</sup> P “plecario” <sup>(k)</sup> Depennato “condam”.

**81.**

**1377, dicembre 9**

Petruzio figlio del defunto Lorenzo di Giacomo *Surdi* e Margherita figlia di Guglielmo di Pietro di Andrea *de Rubeis* presentatisi davanti al notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Petruzio infila l’anello nuziale con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Margherita mentre il notaio pronunzia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

f. 123r Eodem anno, indictione, mense et die.

In presentia mei notarii et testium etc. Contractum fuit matrimonium per verba de presenti inter ipsos Petrutium et dominam Margaritam filia dicti Guilielmi, qui Petrus interrogatus per me notarium si volebat dictam dominam Margaritam in suam legitimam uxorem, qui sponte respondit “Volo” et versavice dicta domina Margarita interrogata per me notarium si volebat ipsum Petrutium in suum legitimum maritum, que sponte respondit “Volo”, et tunc dictus Petrutius cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso<sup>(a)</sup> arravit eam, intervenientibus verbis per me notrium dictis “Quod Deus commisit homo non separet” mictendo dictum anulum dictus Petrutius, suis propriis manibus, in digito anulari manus dextre [ipsius] domine Margarite.

f. 123v Actum in domibus dicti Guilielmi que olim fuerunt Nicolai de Rubeis, presentibus hiis testibus, scilicet domino Randulfo de Columna milite, Lello Amadoris, Randulfo de Thedallinis de regione Columpne, Lello Madaleno, Petro Sarragona, Ceccho Sarragona de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> P “pretio”.

**82.**

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

Scriptum per me Paulum de Seromanis notarium qui supra et meum signum apposui consuetum, anno, indictione mensibus et diebus predictis.

(S)<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Seguono i ff. 124r e v, 125r e v bianchi: all’inizio del f. 124r è stato annotato “Indictione” senza altre indicazioni

1.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1379 e traccia il proprio segno monogrammatico.

f. 1r

In nomine Domini amen.

Hic est liber sive quaternus contractuum sub brevitare compositorum mei Pauli de Seromanis, Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarii, factum editus et compositus sub anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI, indictione, mense et diebus infrascriptis, anno eius primo.

(S)

Signum mei Pauli de Seromanis notarii, qui supra scriptum, per me Paulum de Seromanis notarium qui supra.<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Segue il f. 1v bianco..

2.

1378, dicembre 27

Il prete Nicola rettore della chiesa di S. Stefano della Pigna e della cappella della chiesa di S. Marco, presente per sé e per gli altri chierici, rinnova la locazione per 19 anni a Nicola di Alessio *Amici* calzolaio del rione Trevi, che si impegna a rispettare l'atto di concessione della prima locazione rogata dal notaio Buzio di Paolo di Buzio di Angelo, su una pezza di vigna della chiesa di S. Stefano, situata fuori la porta Domine nella località detta Guardia porte, al canone annuale di 34 soldi di provisini del senato da verasare il 1<sup>o</sup> settembre.

f. 2r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI, indictione II<sup>a</sup>, mense decembris die XXVII<sup>o</sup>, anno eius primo.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis vir dominus presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, cappelle ecclesie Sancti Marci, pro se et vice et nomine aliorum clericorum dicte ecclesie, pro quibus promisit de rato et se et bona sua principaliter obligavit ac vice et nomine dicte ecclesie et pro ipsa ac die presente sponte relocavit et titulo relocationis dedit cessit et concessit Nicolao Alexii Amici calsolario de regione Trivii, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, pro XVIII annis proxime futuris ab hodie

f. 2v

in antea numerandis, videlicet unam petiam vinee ipsius ecclesie Sancti Stephani, positam extra portam Domine in loco qui dicitur Guardia porte, inter hos fines, ab uno latere tenet et est proprietas ipsius Nicolai Alexii, ab alio latere tenet Nicolaus Origolette iure proprietatis Recommendatorum Domine, ab alio latere tenet Andreas Sanullus viculo mediante, ab alio viculo vel si qui etc. cum omnibus suis usibus etc. Hanc autem relocationem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus presbiter Nicolaus, pro se et quo supra nomine, fecit dicto Nicolao presenti et recipienti ut supra, pro eo quod dictus Nicolaus promisit et convenit dicto presbitero Nicolao presenti et recipienti ut supra, servare dicte ecclesie et clericis qui per tempora erunt in dicta ecclesia, omnia pacta in istrumento prime locationis, scripto manu Butii Pauli Angeli publici notarii, et solvere et respondere dicte ecclesie

f. 3r

annuatim, quolibet anno dictis XVIII annis durantibus, in calempnas mensis septembris pro censu et pensione dicte vinee respondere XXXIII solidos provisinorum senatus presentis usualis monete, quos si in dicto termino non solverit infra VIII dies duplicetur etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

Actum in porticali dicte ecclesie, presentibus hiis testibus, scilicet Laurentio de Seromanis et Ceccho Marronis de regione Pinee.

3.

1378, dicembre 31

Il notaio Romanuzio di Bartolomeo di Romanuzio del rione Colonna, con la garanzia di Francesco *Iontini* e di Paolo *Thomarotii* del rione di S. Eustachio, riceve in deposito da Saba di Giovanni *de Seromanis* del rione Pigna la somma di 12 fiorini d'oro e promette di restituirla entro il prossimo mese di maggio.

f. 3v

Indictione II<sup>a</sup> mense decembris die ultimo.

In presentia mei notarii et testium etc. Romanutius Bartholomei Romanutii notarius de regione Columpne, ut principalis debitor, Franciscus Iontini et Paulus Thomarotii de regione Sancti Eustachii, ut fideiussores eius, quilibet ipsorum in solidum, uno solvente alii liberentur, ac die presente sponte confessi fuerunt et in veritate recognoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes se habere et tenere

f. 4r

a Sabba Iohannis de Seromanis de regione Pinee, presente et recipiente, idest XII florenos auri, de quibus post ipsam confessionem se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt etc. quos florenos et depositum predictum tenere et custodire promiserunt omni ipsorum periculo et fortuna, scilicet incendi etc. et eidem Sabbe redere et restituere promiserunt hinc per totum mensem maii proxime futurum cum dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus observandis dicti depositarii et quilibet ipsorum obligaverunt omnia ipsorum bona etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc.

4.

1378, dicembre 31

Il notaio Romanuzio di Bartolomeo di Romanuzio e i garanti Francesco *Iontini* e di Paolo *Thomarotii* del rione di S. Eustachio nominano loro procuratore Stefanello *de Seromanis* con l'incarico di presentarsi davanti ad un giudice palatino, di precisare che i depositari da lui rappresentati sono realmente debitori della somma ricevuta in prestito, di chiedere il termine stabilito per il pagamento e poi ricusarlo e dichiarare infine che, in caso di insolvenza, sono disposti ad essere diffidati con un'unica citazione.

Eodem die et coram infrascriptis testibus.

Dicti<sup>(a)</sup> depositarii et quilibet ipsorum sponte fecerunt eorum procuratorem Stephanellum de Seromanis, licet absentem etc. ad comparandum coram quocumque iudice palatino<sup>(b)</sup>, presente aut futuro, ad confitendum dictum debitum verum esse, ad recipiendum terminum, nomine ipsorum, ad solvendum et ipsi termino renumpiandum et ad volendum et petendum quod unica citatione premissa possunt diffidari etc.

Actum ante ecclesiam Sancti Stephani de Pinea, presentibus hiis testibus, scilicet presbiter Nicolao rectore dicte ecclesie et Laurentio de Seromanis.

<sup>(a)</sup> Omessa la formula notarile introduttiva <sup>(b)</sup> P "pallatino".

5.

1379, gennaio 1

Giacoma moglie del defunto Giovanni *Contis de Lonbardis* del rione di S. Eustachio, per sé e quale esecutrice testamentaria della defunta Rosa vedova di Giannoccaro, e Cristoforo arciprete della chiesa di S. Eustachio, altro coesecutore testamentario di Rosa, come risulta dal testamento rogato dal notaio prete Giovanni rettore della chiesa di S. Pantaleo, con il consenso di Stefano *Paloscii* vescovo di Todi vicario del pontefice nel potere spirituale a Roma, nel suburbio e nel distretto, vendono a Francesco di Martino ortolano già di Orvieto ed ora di Roma del rione Pigna una casa della stessa Giacoma e già della defunta Santa con pianoterra, solario e coperta di tegoli, situata nel rione Pigna nella contrada di S. Maria *supra Minerbam*, salvo il diritto di vicinia e di terratico dei conti palatini *de Ursinis*, al prezzo di 52 fiorini.

I venditori nominano loro procuratore il prete Nicola rettore della chiesa di S. Stefano della Pigna per l'insediamento dell'acquirente nella proprietà. Essi precisano inoltre, quali esecutori testamentari, che la metà della casa venduta spettava alla defunta Rosa, ma non era stata trovata alcuna persona disposta all'acquisto da loro richiesto, e che l'altra metà spetta a Giovanna nella doppia veste di proprietaria per la sua metà e di esecutrice testamentaria per l'altra metà.

Matteo di Pietro già *de Intrade* e la moglie Cecca danno il loro consenso.

Dietro richiesta dei venditori si offrono quali garanti Matteo e Tuzio Lellino.

f. 4v

Indictione secunda mense ianuarii die primo.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Iacoba uxor olim Iohannis Contis de Lonbardis de regione Sancti Eustachii, que domina Iacoba primo renumpiavit auxilio Velleiani senatus etc. suo proprio nomine pro medietate nec non ut executris testamenti et ultime voluntatis quondam domine Rose uxoris olim Iannocari, et venerabilis vir dominus Christofanus archipresbiter ecclesie Sancti Eustachii, coexecutor una cum ipsa dicti testamenti dicte domine Rose, ut de ipsa executoria et testamento patet manu presbiteri Iohannis rectoris ecclesie Sancti Plantaleonis<sup>(a)</sup> publici notarii, a me notario viso et lecto, executorio nomine quo supra, cum consensu voluntate decreto et auctoritate reverendi in Christo Patris et domini domini Stephani Paloscii Dei gratia episcopi Tudertini domini nostri pape in alme Urbe suisque suburbis et districtu in spiritualibus vicarii generalis, presentis, et suum et dictum sui officii consensum decretum et auctoritatem prestantem et interponentem, hac die presente, eorum et cuiuslibet ipsorum pro se et quo supra nomine, bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Francischo Martini olim de Urbeveteri ortolano nunc de Urbe de regione Pinee, presenti recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, iure proprietatis vicinantie seu terratici magnificorum virorum dominorum Comitum palatini de Ursinis semper salvo, ad habendum

f. 5r

tenendum possidendum alteri vendendum donandum alienandum et de eis faciendum quicquid sibi, suis heredibus et successoribus perpetuo placuerit, vendiderunt etiam dicte venditricis<sup>(b)</sup> dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, omnia iura etc. eis et cuiuslibet ipsorum,

f. 5v tam proprio nomine quam nominibus quibus supra in domo infrascripta iuribus et pertinentiis suis, videlicet unam domum dicte domine Iacobe et dicte olim domine Sante terrineam, solaratam et tabulatam cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis<sup>(c)</sup> cum introitibus et exitibus suis, que posita est in regione Pinee in contrada Sancta Marie supra Minerbam, inter hos fines, ab uno latere est turris Iordanescha, ab alio latere tenet Petrutius calsectarius, ante est platea Minerbe sive via publica vel si qui etc. et per presbiterum Nicolaum<sup>(d)</sup> rectorem ecclesie Sancti Stephani de Pinea, presentem et recipientem, quem dicti venditores, pro se et quo supra nomine, suum procuratorem constituerunt ad investiendum ipsum emptorem de dicta domo investiri voluerunt et mandaverunt et donec fuerit dictus emptor investitus et in corporalem et vacuum possessionem

f. 6r adeptus constituerunt se dicti venditores, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dicti venditores, tam eorum nomine quam nomine quo supra, dicto emptori plenam et liberam facultatem concesserunt ut in antea ipsam domum cum omnibus suis usibus, ut dictum est, propria auctoritate possit intrare, tenere possidere etc. et de ea facere quicquid sibi emptori suisque heredibus et successoribus placuerit, nullo iure nullaque actione dictis venditoribus, pro se ipsis et quibus supra nominibus, in dicta domo cum iuribus et pertinentiis suis aequaliter reservato ipsumque in re ipsorum procuratorem constituerunt. Hanc autem venditionem, dationem etc. fecerunt dicti venditores pro se et quo supra nomine dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii LII florenorum boni et puri auri, iusti et recti ponderis, quos<sup>(e)</sup>

f. 6v LII florenos auri pretium dicte domus dicti venditores, cum consensu dicti domini vicarii presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. asserentes et confitentes dicti executores dicta medietas dicte domus ad ipsam olim dominam Rosam exposuisse venalem nec invenisse aliquam personam eam emere volentem et tantum pretium solvere volentem et dicta domina Iacoba si dicta medietas ad eam spectantem et pertinentem plus valeret inter vivos donavit cessit et concessit in perpetuum et irrevocabiliter et promiserunt dicti executores, quo supra nomine, et dicta domina Iacoba proprio nomine, quod dicta domus<sup>(f)</sup> pro medietate fuit dicte olim domine Rose et alia medietate fuit et est dicte domine Iacobe et nunc spectat et pertinet ad ipsos executores pro dicta medietate et ad ipsam dominam Iacobam pro alia medietate pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata

f. 7r etc et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse etc. de quibus et ipsarum quantitate stare et credere voluerunt solo simplici sacramento ipsius emptoris aut heredum et successorum ipsius sine alterius honore probationis etc. et voluerunt pro predictis omnibus et singulis observandis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt etc. et ad hec<sup>(g)</sup> Mathius Petri olim de Intrade et domina Ceccha eius uxor, que renumpiavit etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus, sponte consensierunt et renumpiaverunt etc. et extra dictum consensum dictus Mathius et Tutius Lellinus de regione<sup>(h)</sup>, sponte fideiusserunt ad instantiam dictorum venditorum penes dictum emptorem, presentem et stipulantem ut supra, in omnem causam et eventum omnium et singulorum predictorum, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt

f. 7v [omnia] bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiaverunt epistule divi Adriani etc. Actum in Roma in regione Columpne in domo dicti domini vicarii, presentibus hiis testibus, scilicet presbitero Iacobo rectore ecclesie Sancti Anestaxii de Trivio, presbitero Iohanne rectore ecclesie Sancti Salvatoris de Camilgiano et presbitero Nicolao rectore ecclesie Sancti Stephani de Pinea.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Così P, intendasi “dicti venditores” <sup>(c)</sup> Depennato “et” <sup>(d)</sup> Depennato “quem dicti” <sup>(e)</sup> Ripetuto “quos” <sup>(f)</sup> Depennato “fui” <sup>(g)</sup> Depennato “ad instantiam et petitionem” <sup>(h)</sup> Omesso il rione.

## 6.

1379, gennaio 1

Francesco di Martino ortolano già di Orvieto ed ora di Roma del rione Pigna dà in locazione a Mattia di Pietro de Intrade la casa da lui acquistata (v doc. 5) per un periodo di due anni al prezzo complessivo di 10 fiorini d'oro per l'intero biennio.

Il proprietario che riceve l'intera somma, si impegna a non vendere la casa durante il periodo della locazione.

Eodem anno, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. dictus Franciscus sponte dedit ad pensionem dicto Mathio dictam domum, pro duobus annis proxime futuris, incipiendo hodie dicto die pro pretio et nomine pretii X florenorum auri pro dictis duobus annis, quos confessus est se



f. 8r recepissee, de quibus se bene quietum et pacatum vocavit etc. et renumpsiavit etc. et promisit dictis duobus annis durantibus ipsam domum non vendere etc. quin sit licitum ipsi Mathio ipsam libere possidere etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

7.

1379, gennaio 3

Andrea e Cecco figli del defunto Buonanno *Ricciutoli* del rione Pigna rilasciano una quietanza a Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* mercante del rione Pigna, presente a nome della moglie Lorenza loro madre già tutrice e amministratrice dei loro beni: essi dichiarano che in merito ai loro possedimenti è stata eseguita una buona amministrazione, di avere ricevuto tutti i beni mobili ed immobili elencati distintamente nell'inventario e rinunziano ad ogni rivendicazione futura.

f. 8v Indictione II<sup>a</sup> mense ianuarii die III<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii et testium etc. Andreas et Cecchus, germani frates, filii olim Bonianni Ricciutoli de regione Pinee, asserentes sese magiores XIII annorum et qui ambo iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula et quolibet predictorum non venire aliqua ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionis in integrum aliquo tempore petere de effectu iuris et beneficium dicte restitutionis, per me notarium primo certiorati, hac die presente sponte renumpsiaverunt et refutaverunt et, per pactum de ulterius non petendo, remiserunt Guilielmo filio olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee mercatori, presenti et recipienti vice et nomine domine Laurentie uxoris sue, matris dictorum Andree et Ceccholi, et mihi notario ut publice persone stipulanti et

f. 9r recipienti pro ea, dudum tutrici dictorum Andree et Ceccholi et ipsorum bonorum amministrazione, idest omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas aut in re scriptas que et quas ipsi Andreas et Cecchus nunc habent et in futurum habere possent contra ipsam dominam Laurentiam et eius fideiussorem in istrumento tutele scripto manu publici notarii contente, tum respectu et occasione dicte tutele quam etiam amministrazione bonorum dictorum Andree et Ceccholi et generaliter de omni eo quod dicti Andreas et Cecchus dicte domine Laurentie petere possent usque in presentem diem sive in futurum et dicto fideiussori et in bonis ipsorum occasionibus supradictis. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicti Andreas et Ceccholo Guilielmo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra,

f. 9v et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulantii pro ipsa domina Laurentia et eius fideiussoribus predictis<sup>(a)</sup> et quolibet ipsorum ac heredibus et successoribus et cuiuslibet ipsorum fecerunt pro eo quod confessi fuerunt sese recepisse et habuisse a dicta domina Laurentia, matre et tutrice predicta, bonam rationem amministrazione sue de toto tempore quo ipsam tutelam et amministrazione gubernavit et fecit, nec non et recepisse et habuisse ipsi seu alius pro eis et eorum nomine<sup>(b)</sup> a dicta eorum matre et tutrice omnia bona que ad eius manus pervenerunt de eis et que scripta sunt in inventario inde confecto et particulariter et distinte, tam mobilia quam immobilia prout in ipso inventario scripta sunt sine diminutione vel collusione aliquali, de qua tutela et amministrazione ac omnibus et singulis

f. 10r supradictis et de ipsis rebus et bonis in dicto inventario descripsis et annotatis<sup>(c)</sup> ac de omnibus aliis, que dicti frates dicte domine Laurentie, matri et tutrici predicte, petere possent dicta occasione et dependentibus, concessis et emergentibus ab eidem fecerunt dicti frates et dictus Guilielmus<sup>(d)</sup>, et me notarium ut publicam personam stipulantem et recipientem ut supra, absolverunt et liberaverunt<sup>(e)</sup> et de eis et quolibet ipsorum sine spe future numerationis bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non habito et non reddito eis per ipsam tutricem calculum rationis amministrazione sue, nec non et omnibus dictis bonis in dicto inventario descripto et aliis quibuscumque que a dicta tutrice seu eius fideiussore et in bonis ipsorum petere et exigere possent dictis occasionibus etc. et generaliter etc.

f. 10v et promiserunt dicti frates et quilibet ipsorum dicto Guilielmo et mihi notario, presentibus et stipulantibus ut supra, quod dicta iura dicte tutele et dicti inventarii et quecumque alia eis et cuilibet ipsorum competentia et in futurum competitura contra ipsam tutricem et eius fideiussorem et in bonis ipsorum occasionibus dicte tutele<sup>(f)</sup> inventari et eorum amministrazione ac concessis et dependentibus ab eis sunt ipsorum fratuum et nemini sunt vendita donata cessa concessa nec aliquo alio modo alienata in totum nec in parte et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt teneri de evictione ad duplum rei evicte etc. pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum in regione Pinee in domo habitationis mei notarii, presentibus hiis testibus, scilicet presbitero Nicolao rectore Sancti Stephani de Pinee, Ceccho Marronis et Petro de Sutrio de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato d <sup>(c)</sup> Depennato "dei" <sup>(d)</sup> Corretto sul precedente "dicto Guilielmo" <sup>(e)</sup> Depennato "pro eo" <sup>(f)</sup> P "tutelle"

**8.****1379, gennaio 3**

Andrea e Ceccolo figli del defunto Buonanno *Ricciutoli* del rione Pigna rilasciano una quietanza al nobile Oddone di Paolo *de Cerronibus* del rione Monti già loro protettore, presente per sé ed a nome della defunta Agapita vedova di Pietro *de Ciceronibus*, anch'essa tutrice insieme ad Oddone, come risulta da un atto rogato da un notaio, di rinunzia ad ogni rivendicazione sui loro beni sottoposti a tutela.

f. 11r

Eodem anno, mense et die et coram dictis<sup>(a)</sup> testibus.

Supradictis Andreas et Cecchulus, qui simili modo iuraverunt etc. et renumpsiaverunt etc. sponte fecerunt similem refutationem cum promissionis<sup>(b)</sup> et obligationibus ac renumpsiationibus, ut supra dictum est, nobili viro Oddoni Pauli de Cerronibus de regione Montium, tutori dudum ipsorum, presenti et recipienti pro se et vice et nomine quondam domine Agapte uxoris olim Petri de Ciceronibus ac heredum ipsius, dudum executricis<sup>(c)</sup> una cum ipso Oddone ipsorum Andree et Ceccholi, scripto manu publici notarii, reservata et concessa potestate mihi notario possit extendere et curare ad sensum sapientis ipsius etc.

<sup>(a)</sup> P “dicti” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> P “executrici”.

**9.****1379, febbraio 4**

Nuzio *Buccamoza* detto *Papero* orefice del rione Pigna dona ad Andrea figlia del defunto Normanno *de Thedallinis* del rione Colonna moglie di Paolo figlio del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna i beni ed i relativi diritti circa un valore di 500 fiorini d'oro che gli erano stati donati dalla stessa Andrea, come risulta da un atto rogato dai notai Nicola *Iannocari* e Nuzio di Giovanni di Sisto.

Il donante dà mandato al notaio Paolo *de Seromanis* di elencare i singoli beni che egli offre in segno di gratitudine per Andrea e per il marito Paolo.

f. 11v

Indictione II<sup>a</sup> mense ianuarii die IIII<sup>or</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Nutius Buccamoza dictus alias Papero de regione Pinee, aurifex, sponte donavit et titulo donationis inter vivos dedit cessit et concessit in perpetuum et irrevocabiliter domine Andree filie olim Normandi de Thedallinis de regione Columpne uxori Pauli filii olim Nicolai Marronis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus<sup>(a)</sup> vel cui ipsa domina Andrea dare donare voluerit, idest omnia et singula iura et actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria pignoratitia seu mistas aut in re scriptas, etiam officium iudicis, proviso quod tot fuit et esse intelligantur donationem quot esset summe V<sup>c</sup> auri<sup>(b)</sup>

f. 12r

etc. sibi Nutio donate per dictam dominam Andream, ut patet manu Nicolai Iannocari et Nutii Iohannis Sisti publicorum notariorum seu quorumcumque aliorum notariorum appareret, dantes dictus Nutius mihi notario ipsa bona et iura possit specificare et declarare singulariter et distinte de verbo ad verbum prout in ipsis donationibus continetur. Hanc autem donationem et que dicta sunt dictus Nutius dicte domine Andree, presenti et recipienti ut supra, fecit propter multa et grata honesta servitia que ab ipsa domina Andrea et Paulo eius viro recepisse confessa est etc. et promisit quod dicta iura per ipsum seu alium, suo proprio nomine, nulli alii persone, universitati seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit de evictione

f. 12v

teneri de facto suo dumtaxat, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Nutius obligavit dicte domine Andree, presenti et recipienti ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpsiavit in hiis ferriis, beneficio fori etc.

Actum Rome in regione Pinee, in porticali domus habitationis dicti Pauli Marronis, presentibus hiis testibus, scilicet Cephia filio olim Iohannis Iacobi, Nannolo de Aspello cartario et Stephanello Sclavi aurificis de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Depennato “idest o” <sup>(b)</sup> Omesso “floreorum”

**10.****1379, febbraio 16**

Giacoma moglie di Lello di Giovanni *Pisani* del rione Monti informata dal notaio in merito all'obbligazione dotale contratta dal marito nei confronti di Luca di Pietro *della Rocca* dello stesso rione Monti in rappresentanza della figlia Cecca moglie di Giacomello figlio della stessa Giacoma, dà il suo consenso circa il pegno dotale posto su di una casa con pianoterra solario e porticato davanti, situata nel rione Monti, in occasione del contratto matrimoniale stipulato tra Giacomello e Cecca e della donazione nuziale.

f. 13r

Indictione II mense february die XVI.

In presentia mei notarii et testium etc. domina Iacoba uxor Lelli Iohannis Pisani de regione Montium, que

renumptiavit auxilio Velleiani senatus etc. certificata per me notarium infrascriptum quomodo Lellus, eius maritus, obligavit et loco pignoris dotalis posuit Luce Petri della Roccha de dicta regione pro dote Cecche filie sue<sup>(a)</sup> uxoris Iacobelli filii dicte domine Iacobe, unam domum terrineam et solaratam cum porticali ante se, cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis, positam in regione Montium, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Lellus, ab alio tenet Cola de Petesce, ante via et alii fines, tempore contractus matrimonii cum dicto Iacobello, ut patet manu mei notarii, pro quantitate in ipso strumento dotalis contenta et pro donatione propter nuptias, sponte et ex certa scientia

f. 13v dicte obligationi consensit et suum consensum prestitit et renumptiavit et refutavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo iure, si quod et quale habere posset in domo iam dicta iuribus et pertinentiis suis. Hunc autem consensum et que dicta sunt dicta domina Iacoba, cum consensu et voluntate dicti Lelli sui viri, presentis et consensientis, dicto Luce, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro dicta Cecchola suisque heredibus et successoribus ac vice et nomine omnium quorum interest vel interit in futurum, fecit propter amorem et dilectionem quem et quam habet in prefatos Lellum, virum suum,

f. 14r Iacobellum eius filium et Ceccholam nurum eius prefatos et quemlibet ipsorum et pro eo etiam quod confessa fuit et in veritate recognovit sibi fore bene cautelatam de dote sua et iuribus suis dotalibus in et super aliis bonis dicti Lelli viri sui, ipso lello presente et confitente sic verum esse, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicta domina Iacoba obligavit dicto Luce, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluit pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumptiavit etc.

<sup>(a)</sup> Segue erroneamente “unam” non depennato.

## 11.

1379, febbraio 16

Giacoma moglie di Lello di Giovanni *Pisani* del rione Monti, con il consenso del marito, rilascia una quietanza a Luca di Pietro *la Rocca* dello stesso rione Monti dopo la restituzione di un deposito di 100 fiorini d'oro che era stato concesso con un atto rogato dal notaio Antonio *dello Lisio*.

f. 14v Eodem anno, mense et die et coram dictis testibus infrascriptis.

In presentia mei notarii et testium etc. dicta domina Iacoba, que renumptiavit auxilio Velleiani senatus etc. cum consensu et voluntate dicti Lelli sui viri, presentis et consensientis, sponte renumptiavit et refutavit Luce Petri la Rocca de dicta regione, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus ac vice et nomine omnium et singulorum, in infrascripto istrumento depositi, contentorum et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro eis et quolibet ipsorum ac heredibus et successoribus ipsorum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria pignoratitias sive mistas aut in re scriptas que et quas dicta domina

f. 15r Iacoba nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsum Lucam et bona sua et contra quoscumque alios in istrumento infrascripto contento et bona ipsorum, pretestu respectu et occasione centum florenorum auri, in quibus dictus Lucas et quicumque alius, si appareret alius obligatus, eidem domine tenetur et obligatus apparet vigore cuiusdam istrumenti depositi continentis dictam quantitatem, scriptam manu Anthonii dello Lisio notarii seu cuiuscumque alterius notarii appareret sic vel aliter plus vel minus prout in ipso istrumento plenius continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicta domina Iacoba, cum consensu et voluntate ut supra, dicto Luce, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra<sup>(a)</sup>, et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti ut supra, fecit pro eo quod confessa fuit in veritate recognovit se recepisse et habuisse a dicto

f. 15v Luca dictos C florenos auri in florenis de auro et pecunia numerata et non in alia specie, de quibus se bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumptiavit etc. et promisit quod dicta iura dictorum C florenorum auri sunt ipsius et ad eam spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita data donata etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione quod iura volunt etc. pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicta domina Iacoba, cum consensu et voluntate ut supra, obligavit dicto Luce, presenti et stipulanti ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumptiavit etc.

Actum Rome in domo dicte domine, presentibus hiis testibus, scilicet Panante, Petro Sabbe et Meolo<sup>(b)</sup> Cole Bartutii de regione Montium.

<sup>(a)</sup> Depennato “fecit” <sup>(b)</sup> Corretta la precedente desinenza di “Meolus”.

Atabianuzio figlio del defunto sensale e Andrea *Brangi* del rione Ponte, garanti di Filippo di Martino di Milano ed ora della piazza di S. Pietro, erano debitori nei confronti del defunto Pietro Paolo *Rostolini*, lanaiolo del rione Pigna e successivamente dei figli di Angelello e \*\*\*\* e della vedova Nutola, madre e tutrice dei pupilli, di una somma di 136 fiorini e di 46 soldi come risulta da un atto di deposito rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*. Atabianuzio era stato giudicato, diffidato per l'insolvenza e per le spese sostenute dalla parte avversa nella causa, poi catturato a richiesta della tutrice Nutola e imprigionato nella cancelleria del palazzo del Campidoglio: per la sua liberazione le due parti in contrasto raggiungevano un compromesso.

Paola vedova di Atabiano sensale e madre di Atabianuzio e Paola moglie di Atabianuzio, con il consenso del marito, si impegnano a pagare a Nutola, tutrice dei pupilli del defunto Pietro Paolo, la somma di 10 fiorini all'anno finché non sia stato saldato completamente il debito. Le debentrici, con il consenso di Atabianuzio, impegnano tutti i loro beni mobili ed immobili e, in particolare, una casa con pianoterra e un porticato davanti situata nel rione Ponte che, in caso di insolvenza, diventerà proprietà di Nutola.

Paola vedova di Atabiano e Paola moglie di Atabianuzio nominano loro procuratore Franceschino *Rosolini* del rione Pigna con l'incarico di presentarsi davanti al giudice palatino e di dichiarare che le due mandanti sono debentrici della somma di 136 fiorini d'oro e di 46 soldi e delle spese sostenute dalla parte avversa nella vertenza e che intendono soddisfare ratealmente il debito come è indicato nel compromesso; incaricano inoltre il procuratore di dichiarare che, in caso di insolvenza, si potrà procedere contro di loro con un'unica citazione per la diffida ed i provvedimenti ipotecari secondo le disposizioni della tutrice Nutola o dei figli pupilli da lei tutelati.

f. 16r

Indictione II<sup>a</sup> mense february die XXIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Cum Atabianucius filius olim Atabiani sensalis de regione Pontis, ut fideiussor Philippi Martini de<sup>(a)</sup> Mediolano nunc de platea Sancti Petri, una cum ipso Philippo, principali, et Andrea Brangi de regione Pontis, fideiussore, una cum ipso Atanabianucio, fuerint obligati olim Petro Paulo Rostolini lanarolo de regione Pinee in CXXXVI florenis auri et solidis XLVI, vigore cuiusdam instrumenti depositi continentis dictam quantitatem, scriptam manu mei notarii, et nunc modo et forma predictis teneatur et obligatus<sup>(b)</sup> sit Angelello \*\*\*\*\* filiis et heredibus dicti quondam Petri Pauli et domine Nutole, uxoris dicti olim Petri Pauli matris et tutricis dictorum pupillorum filiorum et filiarum ipsius, in dicta quantitate, tum vigore dicti instrumenti depositi quam etiam sententie

f. 16v

iudicis secute, quam etiam vigore diffidationis sive apodisse captionis de eis facte sive contra eos concesse secute vigore dicte sententie, quam etiam vigore expensarum factarum in dicta causa prout in ipsis sententia diffidationis sive apodisse continetur et vigore dicte diffidationis sive apodisse dictus Atabianucius fuerit captus ad instantiam et petitionem dicte tutricis, quo supra nomine, et in cancellaria palatii Campitolii positus, nec a presens habeat unde comode possit satisfacere dicte tutrici, quo supra nomine recipienti, de predictis et dicta tutris compatiens de eodem et pro eius liberatione devenerunt ad infrascriptam transactionem et pactum, videlicet quod domina Paula uxor dicti olim Atabiani sensalis mater dicti Atabianutii et domina Paula uxor dicti Atabianutii, cum consensu et voluntate dicti Atabianutii viri sui presentis et consensientis,

f. 17r

que ambe domine primo renumpiaverunt omni earum et cuiuslibet ipsarum iuris dotis etc. et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti etc. sponte et ex certa scientia et non per errorem nec aliquo dolo ducte promiserunt et solempnem stipulationem convenerunt dicte domine Nutole, presenti et recipienti vice et nomine dictorum pupillorum filiorum ipsius et dicti olim Petri Pauli, et mihi notario etc. dare et solvere dicte domine Nutole, presenti et stipulanti ut supra, omni anno donec dictum sit extenuatum et solutum in toto ac dictis pupillis integre satisfactum de dicto debito et de expensis X florenos auri in florenis de auro, pro quibus omnibus et singulis observandis domine supradicte et quelibet ipsorum obligaverunt, cum consensu dicti Atabianutii presentis et consensientis, omnia ipsorum bona mobilia<sup>(c)</sup>

f. 17v

et immobilia, presentia et futura, et specialiter unam ipsarum domum terrineam cum porticali ante se, positam in regione Pontis, inter hos fines, ab uno latere tenent dicte domine, ab alio Cecchus Thome Profici, ante est via publica quam ingrediendam dicte domine et qualibet ipsarum dicte tutrici, quo supra nomine recipienti, recepit plenam et liberam facultatem concessionis ut, in casu quo non solverent, ipsam domum propria auctoritate possint intrare tenere possidere etc. et nichilominus prefate domine et quelibet ipsarum sponte et ex certa scientia fecerunt earum procuratorem Franceschinum Rostolini de regione Pinee, presentem et acceptantem, ad comparandum coram quocumque iudice palatino et confitendum ipsas dominas Paulam et Paulam fuisse et esse debentrices dicte tutrici, quo supra nomine, in dictis CXXXV<sup>(d)</sup> florenis auri et solidis XLVI et quelibet ipsarum in solidum

f. 18r

una tamen solvente ambe liberentur occasione predicta et expensis legitimis factis occasionibus supradictis et ad petendum et volendum, unica citatione premissa ipsas et quamlibet ipsarum posse dicta occasione diffidari seu apodissari et aliter gravari marcarum<sup>(e)</sup> et aliis gravaminibus prout dicta tutris aut dicti pupilli elegerint et ad renumpiandum omni exceptioni etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

Actum in palatio Campitolii in discoperto ante cancelleriam, presentibus hiis testibus, Iacobello Pauli Singiorilis, Petro Calesi, Anthonio<sup>(f)</sup> dicto Gingolus<sup>(g)</sup> et Ceccho Vannutii ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> L'espressione che segue fino a "Petri" è stata annotata nell'interlinea superiore del foglio: è stato poi depennato, come sembra, l'indicazione "de platea" <sup>(b)</sup> Così P, infatti la responsabilità dell'obbligazione è trasferita al solo Atabianuzio <sup>(c)</sup> Ripetuto "bona mobilia" <sup>(d)</sup> Così P, ma intendasi "CXXXVI" poiché in precedenza al f. 16r è stato già dichiarato, nel formulario introduttivo, un debito di 136 fiorini e di 46 soldi <sup>(e)</sup> Come sembra <sup>(f)</sup> Corretta la desinenza del precedente "Anthonius" <sup>(g)</sup> Così P.

13.

1379, febbraio 24

Angelo di Agostino sarto detto Angelo *dello Impicciato*, con la garanzia di Paolo di Omodeo calzolaio, entrambi del rione Pigna, riceve in deposito da Giacoma moglie di Francesco di Giovanni di Orvieto e ora del rione Pigna e figlia di Paolo *Talgentis* del rione Campitelli la somma di 50 fiorini d'oro, che fa parte della sua dote, ed ottiene il consenso del padre e del marito. Angelo promette di restituire la somma entro due anni.

f. 18v Indictione II<sup>a</sup> mense february die XXIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Angelus Augustini sutor dictus alias Angelus dello Impicciato, ut principalis debitor, et Paulus Homodei calsolarius de regione Pinee, ut eius fideiussor, quilibet ipsorum in solidum, sponte et ex certa scientia confessi fuerunt et in veritate recognoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes eos habere et tenere a domina Iacoba uxore Francisci Iohannis de Urbeveteri nunc de regione Pinee, filia Pauli Talgentis de regione Campitelli, L florenos auri qui fuerunt et sunt dos dicte domine Iacobe, presente et confitente dicto

f. 19r

Paulo, patre suo, et dicto Francischo, viro suo, sic verum esse, de quo L florenis auri dicti depositarii a dicta domina Francischa<sup>(a)</sup> presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt, de quibus sese quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt<sup>(b)</sup>, quos quidem L florenos auri et depositum predictum dicti depositarii tenere custodire et salvos facere promiserunt omni suo resico periculo et fortuna, scilicet incendii etc. et eidem domine Iacobe redere et restituere promiserunt hinc ad duos annos proxime futuros, quibus duobus annis durantibus, liceat dictis depositariis dictum depositum et dictos florenos uti pro suo libito voluntatis cum dampnis expensis et interesse etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti depositarii et quilibet ipsorum obligaverunt omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt, pro predictis, posse cogi omni tempore et in omni curia etc. renumpiaverunt epistule divi Adriani, beneficio fori<sup>(c)</sup>, ferriis etc.

<sup>(a)</sup> Così P, ma intendasi ovviamente "Iacoba" <sup>(b)</sup> Così P, ma è stata omissa una parte del formulario o quanto meno un "etc." <sup>(c)</sup> P "forii".

14.

1379, febbraio 24

Giacoma di Paolo *Talgentis* moglie di Francesco di Giovanni di Orvieto ora del rione Pigna, con il consenso del padre e del marito rilascia una quietanza a Lorenzo *de Seromanis* ed a Paolo del defunto Nicola *Marronis* del rione Pigna dopo il pagamento della somma di \*\*\* libbre di provisini del senato che le era dovuta dai due debitori, insieme al marito Francesco, come era previsto in un atto di deposito dotale rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*.

Giacoma dichiara che la somma ricevuta è stata da lei depositata presso Angelo *dello Impicciato* sarto come risulta da un atto di deposito rogato dal notaio Paolo *de Seromanis* (v. doc. 13).

f. 19v

Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. supradicta domina Iacoba<sup>(a)</sup>, que renumpiavit etc. cum consensu et voluntate dicti Pauli sui patris et dicti Francisci sui viri, presentium et consensientium et renumpiantium etc. sponte renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Laurentio de Sorromanis et Paulo filio olim Nicolai Marronis de regione Pinee, presentibus et recipientibus pro se ipsis et heredibus et successoribus eorum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas aut in re scriptas, que et quas nunc habet et in futurum habere posset seu sperat contra ipsos Laurentium et Paulum et quemlibet ipsorum et bona ipsorum pretestu<sup>(b)</sup>

f. 20r

et occasione \*\*\*\*\* librarum provisinorum senatus in quibus prefati Laurentius et Paulus, una cum Francischo viro suo, tenetur et obligati sunt vigore cuiusdam instrumenti

depositi dotalis continentis dictam quantitatem, scriptam manu mei notarii, set vel aliter plus vel minus prout in dicto instrumento continetur, liberans et absolvens ipsos Paulum et Laurentium ab obligatione et fideiussione predictis. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dicta domina Iacoba prefatis Laurentio et Paulo fecit pro eo quod confessa fuit et in veritate recognovit dicta pecunia sive dicte<sup>(c)</sup> \*\*\*\*\* libre, in quibus

dicti Paulus et Laurentius obligati erant, fuisse et esse depositate per eam penes Angelum dello Impicciato sutorem, ut patet manu mei notarii, et promisit dicta domina Iacoba prefatis Laurentio et Paulo, presentibus et recipientibus, quod dicta iura sunt sua et nemini sunt vendita data donata cessa et concessa etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione ut iura volunt etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicta domina Iacoba obligavit dictis Laurentio et Paulo omnia sua bona etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiavit etc.

(a) Depennato “Francisce” (b) Ripetuto “pretestu” (c) Depennato “CI” segue poi uno spazio bianco.

15.

1379, febbraio 24

Angelo di Agostino detto Angelo dello Impicciato sarto del rione Pigna dà in locazione a Francesco di Giovanni di Orvieto ed ora del rione Pigna una casa con pianoterra e una parte di solario, situata nel rione Pigna, per un periodo di due anni a cominciare dalla prossima ricorrenza di Pasqua al prezzo di 10 fiorini per ambedue gli anni con la clausola che la locazione non avrà inizio prima che la casa sia stata riparata nel tetto, nel solario e nelle pareti.

Eodem anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Angelus Augustini dictus alias Angelus dello Impicciato sutor de regione Pinee ac die presente sponte locavit et locationis titulo dedit cessit et concessit Francisco Iohannis olim de Urbeveteri nunc de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, pro infrascripto tempore, idest unam suam domum terrineam et solaratam pro parte, sita in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Petrus Gani, ab alio uxor olim Symonis calsolarii, ante est via publica et alii fines. Hanc autem locationem fecit dictus Angelus dicto Francisco, presenti et recipienti, duobus annis proxime futuris incipiendo in festo Pascatis Resurrectionis<sup>(a)</sup> Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro et finiendo ut sequitur, dummodo quod dicta domus in dicto termino reperiatur reparata tecto, solario, pariete et aliis oportunitis et aliter nec alio modo non incipiat locatio predicta donec dicta domus, ut predicatur, estiterit reparata et pro pretio, censu redditu et pensione dicte domus

decem florenorum auri pro dictis duobus annis, quos dictus Angelus a dicto Francisco confessus est se recepisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. et promisit dictus Angelus dicto Francisco, presenti et recipienti, quod dicta domus pro dicto tempore non est vendita et quod licebit sibi ea uti etc.<sup>(b)</sup> alias etc.

(a) P “Resurrectionis” (b) Depennato “re”.

16.

1379, marzo 17

Il prete Nicola rettore della chiesa di S. Stefano della Pigna, Pietro di Giovanni di Nardo *de Porcariis*, Angelo figlio del defunto Nuziolino e Giovanni di Pietro *de Sutrio* chierici della chiesa di S. Stefano danno in locazione a Iozio di Santo *de Pilellis* del rione Pigna una casa con forno, situata nel rione Pigna nella parrocchia della chiesa, per un periodo di 24 anni con un canone annuo di mezzo fiorino fino al raggiungimento della somma complessiva di 12 fiorini per l'intero periodo di locazione, con la clausola che le eventuali spese di riparazione saranno eseguite da Iozio, con l'approvazione dei chierici, a spese della chiesa stessa.

Indictione secunda mense martii die XVII.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabiles viri dominus presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea, dominus Petrus Iohannis Nardi de Porcariis, dominus Angelus filius olim Nuctiolini et dominus Iohannes Petri de Sutrio clerici dicte ecclesie Sancti Stephani ac die presente, vice et nomine dicte ecclesie et suorum in ecclesia suorum, locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Iotio Sancti de Pilellis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus, pro infrascripto tempore, videlicet unam domum ipsius ecclesie, in qua est et consuevit fieri furnus ipsius ecclesie, positam in regione Pinee in parrochia<sup>(a)</sup> dicte ecclesie, inter hos fines, ab uno latere tenet idem Iotius, ab alio Petrus Mathana, ab aliis lateribus sunt vie publice et alii fines. Hanc autem locationem fecerunt pro<sup>(b)</sup>

XXIII annis proxime futuris, incipiendo a die locationis, dicto Iotio Sancti<sup>(c)</sup> de dicta domo per dictos presbiterum et clericos, ut patet manu mei notarii, et pro pretio et nomine pretii XII florenorum auri quolibet anno, tali quidem pacto solemni stipulatione<sup>(d)</sup> firmato, quod si dicta domus intigeret reparationem quod liceat ipsi Iotio ipsam reparari facere expensis ecclesie, cum consensu<sup>(e)</sup> et voluntate canonicorum qui in dicta ecclesia per tempora erunt, quos XII florenos auri predicti presbiter et clerici presentialiter receperunt, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. et promiserunt pro dicto tempore de evictione.<sup>(f)</sup>

Actum presentibus hiis testibus, Tutio Petri de Ariano, Meulo Contis vecturali, Cola Barthellutii dicto Schiancio de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> P “parlochìa” <sup>(b)</sup> Ripetuto “pro” <sup>(c)</sup> P “Sancte” <sup>(d)</sup> Depennato “d” <sup>(e)</sup> P “consentu” <sup>(f)</sup> Omesso “etc.”

17.

1379, giugno 5

Andrea e Cecco figli del defunto Buonanno *Ricciutoli* del rione Pigna rilasciano una quietanza a Guglielmo figlio del defunto Pietro di Andrea *de Rubeis* dello stesso rione Pigna in merito ad una scrittura privata rilasciata dallo stesso Guglielmo in cui dichiarava di aver ricevuto da Andrea e da Cecco la somma di 826 fiorini d'oro, ma che i creditori asseriscono di avere perduta.

Andrea e Cecco a conferma della quietanza, che rilasciano a Guglielmo, dichiarano di aver ricevuto, in seguito ad un reciproco accordo, in cambio della somma di 826 fiorini d'oro una fornitura di panni di lana nuova dai diversi colori che si trova nel fondaco di S. Nereo nella contrada *Mercatantie* dove lo stesso Guglielmo è solito vendere la mercanzia.

f. 23r Indictione secunda mense iunii die quinto.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreas et Cecchus, germani frates, filii olim Bonianni Ricciutoli de regione Pinee, qui ambo iuraverunt ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non facere vel venire, ratione eorum nec alterius ipsorum minoris etatis XXV seu XX annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis, per me notarium primo certiorati, quod sit et quod dicat et quid importet, ac die presente non vi dolo metu inducti, set pure et libere et ex certa scientia non per errorem, sponte renumpsiaverunt et refutaverunt et, per

f. 23v pactum de ulterius non petendo, remiserunt Guilielmo filio olim Petri Andree de Rubeis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria pignoratitia sive mistas que et quas ipsi frates et quilibet ipsorum nunc habent et in futurum habere possunt seu sperant contra et adversus ipsum Guilielmum et in bonis suis, pretestu et occasione cuiusdam apodisse scripte manu ipsius Guilielmi, in qua dictus Guilielmus confessus fuit se habere et tenere ab ipsis Andrea et Ceccholo VIII<sup>c</sup>XXVI florenos auri sic vel aliter, plus vel minus ut in ipsa apodissa plenius continetur, quam apodissam

f. 24r ipsi Andreas et Cecchus asseruerunt perdidisse et reaperi non posse. Hanc autem refutationem et pactum et que dicta sunt et infra dicentur fecerunt dictus Andreas et Cecchus et quilibet ipsorum dicto Guilielmo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti, pro eo quod confessi fuerunt et in veritate recognoverunt eis fore de dictis VIII<sup>c</sup>XXVI florenis auri in dicta apodissa contentis et de omni eo quod in dicta apodissa continetur integre satisfactum per ipsum Guilielmum, videlicet de pannis lane novis diversorum colorum existentium fonico Sancti Norei in contrada Mercantie, in quo fonico dictus Guilielmus consuevit facere mercatantias, extimatorum de communi parte voluntate et ascendentium ad summam

f. 24v et quantitatem dictorum VIII<sup>c(a)</sup> viginti sex florenorum auri, de quibus VIII<sup>c</sup>XXVI florenis auri ac de ipsis pannis et ipsorum pretio et de omni eo quod in dicta apodissa continetur et quod vigore dicte apodisse et eius respectu dicti Andreas et Cecchus et quilibet ipsorum<sup>(b)</sup> petere possunt, de quibus sese bene quietos contemptos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum non habitorum etc. dictorum florenorum in pannis predictis et modo et forma supradictis<sup>(c)</sup> et promiserunt dicti frates et quilibet ipsorum dicto Guilielmo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta iura dicte apodisse sunt ipsorum fratuum et ad eos spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco sunt vendita, data donata etc. et si contrarium appareret promiserunt de evictione de aliis bonis ipsorum etc. et generaliter Guilielmus dictis Andree et Ceccho et ipsi Andreas et Cecchus dicto Guilielmo fecerunt unus alteri et alter alteri refutationem deneralem de omni eo quod unus alteri et alter alteri petere et exigere posset usque in presentem diem quovis colore quesito etc. et promiserunt etc. et si contrarium appareret voluerunt teneri de evictione etc.

f. 25r Actum in regione Pinee, presentibus hiis testibus, videlicet Ceccho Marronis, Stephanello de Sorromanis et Iohanne filio Sancti Veri.<sup>(d)</sup>

<sup>(a)</sup> Depennato f <sup>(b)</sup> L'espressione che segue fino a “de quibus” è stata annotata nell'interlinea superiore del foglio <sup>(c)</sup> Depennato “de quibus f” <sup>(d)</sup> Seguono i ff. 25v e 26r bianchi, presumibilmente congiunti insieme per l'adesione della carta al momento di sfogliare il quaderno.

18.

1379, giugno 8

Filippo *de Philippis* canonico della chiesa del Laterano e procuratore dei canonici e del capitolo della chiesa stessa, come risulta dalla procura rogata dal notaio prete Giovanni *de Tuscanella* canonico del *Sancta Santorum*,



riceve da Nicola di Chiarello *de Clarellis* del rione Campitelli la somma di 500 fiorini d'oro, quota di un versamento del casale *Sulferatelle* vendutogli dagli stessi canonici al prezzo di 2000 fiorini d'oro.

f. 26v

Indictione secunda mense iunii die VIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. venerabilis vir dominus Philippus de Philippis canonicus sacrosancte Lateranensis ecclesie, yconomus procurator et scyndicus canonicorum capituli et conventus dicte ecclesie, habens ad omnia<sup>(a)</sup> infrascripta speciale mandatum et plenissimam potestatem, ut patet manu domini presbiteri Iohannis de Tuscanella canonici Sancta Sanctorum publici notarii, presentis et fidem plenariam facientis, ac die presente sponte presentialiter numeraliter et manualiter recepit et abuit<sup>(b)</sup> vice et nomine dicte ecclesie a Nicolao Clarelli de Clarellis de regione Campitelli, presente et solvente, quingentos florenos auri, pretestu et occasione venditionis fiende per ipsos canonicos et capitulum ipse Cole et fratibus suis de casale Sulferatelle et suo tenimento, secundum quod in venditione declarabitur pro pretio II<sup>m</sup> florenorum auri cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad sensum sapientis

f. 27r

ipsius Cole, quos V<sup>c</sup> florenos auri dictus dominus Philippus, nomine quo supra presentialiter et numeraliter recepit et habuit, de quibus etc. et renumpsiavit etc.

Actum in regione Pinee in apotheca Petri Saragona de regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Sarragona de regione Pinee, Ceccho de Normandis de regione Trivii, Casalecta de regione Arenule et Laurentio Stalgia de regione Sancti Eustachii.

<sup>(a)</sup> P “omni” <sup>(b)</sup> Così P.

19.

1379, giugno 8

Petruzio figlio del defunto Stefano di Viterbo ora di Roma del rione Trevi nomina suoi procuratori Cecco *Marronis* e il notaio Saba di Cola di Giovanni di Stefano del rione Pigna per tutte le sue cause e promette di esonerarlo da ogni obbligo di garanzia.

f. 27v

Indictione secunda mense iunii die VIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Petrutius filius olim Stephani de Viterbio nunc de Urbe de regione Trivii sponte fecit suum procuratorem Cecchum Marronis de regione Pinee, presentem et recipientem, et Sabbam Cole Iohannis Stephani de dicta regione notarium, absentem tamquam presentem, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis et quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat et finire ad omnes suas causas lites et questiones<sup>(a)</sup> etc. cum potestate substituendi etc. relevans ipsos ac substituendum ab eis seu alterum ipsorum ab omni honore satisfactionis de iudicio Sisti, promisit etc.

Actum in regione Pinee, presentibus<sup>(b)</sup>, scilicet Nicolao et Paulo Marronis de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> P “questione” <sup>(b)</sup> Omesso “hiis testibus”.

20.

1379, giugno 9

Andrea di Iozio pellaio del rione Trevi, Capocia di Nuzio di Teolo, Antonio di maestro Oddone pittore e Pietro Paolo di Matteolo di Giovanni di Guglielmo tutti del rione Colonna dichiarano di aver ricevuto in deposito da Perna moglie di Luca figlio di Cecco di Andreozio *de Cafaris* del rione Pigna la somma di 26 fiorini d'oro che fanno parte della sua dote, con l'impegno di restituirla a richiesta della stessa Perna.

f. 28r

Indictione secunda mense iunii die VIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius Iotii pelliparii de regione Trivii, Capoccia Nutii Theuli, Anthonius magistri Oddonis pictoris et Petrus Paulus Matheuli Iohannis Guilielmi omnes de regione Columpne, quilibet eorum in solidum, uno tamen solvente ceteri liberentur, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, confessi fuerunt et in veritate recognoverunt sese in depositum, nomine et causa depositi, recepisse et habuisse et penes se habere tenere a domina Perna uxore Luce filii Cecchi Andreotii de Cafariis de regione Pinee, presente et deponente ac legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipsa domina Perna dare et concedere voluerit, idest

f. 28v

XXVI florenos boni et puri auri et recti ponderis, quos XXVI florenos auri confessi fuerunt se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere, de quibus se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum et non assignatorum dictorum XXVI florenorum auri etc. qui quidem XXVI floreni auri sunt pars dotis dicte domine Perne, presente et confitente dicto Luca eius viro, quod quidem depositum et florenos predictos dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum eidem domine Perne tenere custodire et salvos facere promiserunt omni eorum et cuiuslibet ipsorum periculo resico et fortuna, scilicet incendii furti etc. et eidem domine Perne dare redere et restituere promiserunt ad omnem

f. 29r ipsius domine Perne petitionem requisitionem et voluntatem cum dampnis expensis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti depositarii obligaverunt dicte domine Perne omnia eorum bona et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et voluerunt pro predictis omnibus et singulis observandis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et renumpriaverunt etc.

21.

1379, giugno 9

Andrea di Iozio pellaio del rione Trevi, Capocia di Nuzio di Teolo, Antonio di maestro Oddone pittore e Pietro Paolo di Matteolo di Giovanni di Guglielmo tutti del rione Colonna nominano loro procuratore Cecco di Andreozio *de Cafaris* con l'incarico di presentarsi davanti ad un giudice palatino, di precisare che i depositari da lui rappresentati sono realmente debitori della somma ricevuta in prestito da Perna, di chiedere il termine stabilito per il pagamento e poi ricusarlo e dichiarare infine che, in caso di insolvenza, sono disposti con un'unica citazione ad essere diffidati, catturati e imprigionati secondo la volontà della depositante.

Eodem die et coram infrascriptis testibus dicti depositarii et quilibet ipsorum ac die presente sponte fecerunt eorum procuratorem supradictum Cecchus, presentem et acceptantem, ad confitendum debitum verum esse et ad recipiendum terminum a quocumque iudice palatino ad solvendum et ipso termino sponte renumpriaverunt et ad volendum unica sola citatione premissa posse diffidari apodissari capi et detineri ad voluntatem

f. 29v ipsius domine Perne et promiserunt ipsum procuratorem non revocare etc.

Actum Roma in regione Pinee in domo dicti Cecchi Cafari, presentibus hiis testibus, scilicet Tutio Santarelli molendinario et Tutio dicto alias Alsatello pellario de regione Pinee.

22.

1379, giugno 19

Biagio di Giovanni *Vendicti de castro Arnariorum* di Campania ed ora di Roma del rione Pigna offre la sua opera a Luca di Cecco *Cafari* dello stesso rione per lavorare e custodirne le vigne, situate fuori della porta Pinciana, a cominciare dal 1° luglio fino alla vendemmia con un compenso mensile di 3 fiorini e mezzo d'oro del quale ha già ricevuto 6 fiorini.

Lello *Sensie* si offre quale garante di Biagio presso Luca.

f. 30r Indictione secunda mense iunii die XVIII.

In presentia mei notarii et testium etc. Blaxius Iohannis Vendicti de castro Arnariorum de Campania nunc de Urbe de regione Pinee sponte locavit se et operas suas cum Luca Cecci Cafari de regione Pinee ad laborandum et custodiendum vineas dicti Luce, positas extra portam Pincianam, inter suos confines, quousque sint vendemiate, pro pretio trium florenorum auri et dimidium quolibet mense, ipsius Blaxii expensis, pro quibus presentialiter recepit sex florenos auri, incipiendo mense in calempnas iulii proxime futuri etc. et ad hec Lellus Sensie fideiussit pro dicto Blaxio penes dictum Lucam, presentem etc.

Actum in domo dicti Luce, presentibus hiis testibus, scilicet Anthonio Butii Iubillei et Colutia Marronis.

23.

1379

Il notaio Paolo *de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel primo quaderno del protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

f. 30v Scriptum per me Paulum de Seromanis notarium qui supra et meum signum apposui consuetum.

(S)

24.

1379, giugno 24

Agnese moglie di Andreozio di Lello di Angelo di Biagio del rione Pigna ed Andreozio di Lello di Angelo di Biagio, reciprocamente consenzienti, danno in locazione ad Andrea di Stefano *Colilli* di Tivoli la metà di un mulino con un corso d'acqua e un terreno, situato a Tivoli nella contrada di S. Croce, unito con l'altra metà di Tebaldo di Teolo di Tebaldo e degli eredi di Cola di Benedetto, per il periodo di un anno a cominciare dal prossimo 1° agosto al canone annuale di 8 rubbia di grano, secondo la misura di Tivoli, con l'impegno dell'affittuario di pagare il dazio e *la stipa* e di sostenere le altre spese necessarie al mulino nel corso dell'anno.

La consegna del grano dovrà avvenire a Tivoli in due volte: la prima metà ad agosto e l'altra metà a Pasqua.

- f. 31r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup> LXXVIII pontificatus domini Urbani pape VI, indictione secunda mense iunii die XXIII<sup>or</sup>  
 In presentia mei notarii et testium etc. domina Agnes uxor Andreotii Lelli Angeli Blaxii de regione Pinee, que primo renumpsiavit auxilio Velleiani senatus etc. cum consensu et voluntate dicti Andreotii viri sui, presentis et consentientis, et ipse Andreotius cum consensu et voluntate dicte sue uxoris, unus alteri consensiente omnimodo iure et forma quibus melius potuerunt, locaverunt et locationis titulo dederunt cesserunt et concesserunt Andree Stephani Colilli de Tybure, presenti et recipienti etc.
- f. 31v pro uno anno proxime futuro incipiendo in calempnas mensis augusti proxime futuri et finiendo ut sequitur, idest medietatem cuiusdam molendini ipsius Andreotii et domine Agnetis, positi in Tybure in contrada Sancte Crucis, iunti pro indiviso cum alia medietate Thebaldi Theuli Thebaldi et heredum Cole Benedicti, iuxta rem heredum Ceccarelli Petrutii Tobie, rem Iohannis Matachionis et viam publicam et alios fines cum cursu aquarum et superficie<sup>(a)</sup> cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis etc. Hanc autem locationem fecerunt dicti vir et uxor
- f. 32r dicto Andree, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, pro censu reditu et pentione dicte medietatis dicti molendini octo rublorum grani pro dicto anno, positorum in civitate Tyburis ad mensuram dicte civitatis, proviso quod dictus Andreotius de ipso molendino teneatur solvere datum et stipam, alias expensas dicti molendini necessarias dicto molendino pro dicto anno ipse Andreas Stephani de sua pecunia solvere et facere teneatur, quod granum dictus Andreas Stephani dicto Andreotio et domine Agneti dare promisit in dicta civitate Tyburis in hunc modum, videlicet pro medietate per totum mensem
- f. 32v augusti proxime futurum et pro alia medietate in festo Pasce Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi deinde proxime futuro cum dampnis expensis et interesse etc. et promisit dictus Andreotius et domina Agnes, eius uxor, dicto Andree, presenti et recipienti, quod dictum molendinum<sup>(b)</sup>, videlicet medietas est ipsius et quod predicto tempore nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione<sup>(c)</sup> etc. pro quibus ad alterutrum dicte partes obligaverunt bona ipsorum etc. et renumpsiaverunt etc.  
 Actum Rome in porticali domus dicti Andreotii, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Butii Iubillei, Ceccho Marronis, Angelo Piczolantis de Urbe.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> P “modendum” <sup>(c)</sup> Depennato “pro”.

25.

1379, giugno 29

Pietro di Giovanni Gallonis detto Ceco del rione Trevi fa testamento, davanti al notaio Paolo de Seromanis ed a sette testimoni, e nomina eredi le figlie Santa e Renza a ciascuna delle quali lascia per la dote e gli ornamenti 600 fiorini d'oro con la clausola che se dovessero morire in età pupillare o in qualunque tempo senza aver procreato figli legittimi, la metà della dote sarà destinata alla sorella superstite o, se defunta, ai figli legittimi, mentre l'altra metà sarà destinata in parti uguali alla Società dei Raccomandati di Cristo e alla chiesa di S. Maria Nuova di Roma con l'impegno che si celebri ogni anno l'anniversario della propria morte a suffragio della sua anima; se poi entrambe le figlie dovessero morire, senza aver procreato figli legittimi, allora l'intero lascito sarà destinato per metà alla Società dei Raccomandati di Cristo e per l'altra metà alla chiesa di S. Maria Nuova sempre con l'obbligo di celebrare l'anniversario della propria morte a suffragio della propria anima.

Dispone che il lascito per le doti delle figlie dovrà essere affidato per metà alla moglie Maria e per l'altra metà alla sorella Giovanna vedova di Materica del rione Trevi fino al giorno delle nozze; se poi la moglie Maria e la sorella Giovanna non dovessero assolvere l'incarico la somma di 1200 fiorini d'oro dovrà essere consegnata dagli esecutori testamentari ad un abile mercante a loro discrezione.

Lascia alla moglie Maria la dote che ricevette al tempo del loro contratto matrimoniale e 100 fiorini d'oro: dispone inoltre che se, dopo la sua morte, vorrà mantenere lo stato di vedovanza potrà abitare nella sua casa, situata nel Quatrivio di Trevi, vita natural durante, con l'uso delle masserizie a discrezione degli esecutori testamentari.

Lascia alla sorella Giovanna le sue vigne, con terre e viti indicate come *lo Versieri*, situate dentro le mura di Roma nella località detta *l'Arcione*, unite con le altre sue vigne, a condizione che Giovanna rilasci una quietanza, agli eredi ed agli esecutori testamentari, di rinuncia alle rivendicazioni dei suoi diritti a compensazione del credito di denaro a lei dovuto.

Destina al fratello Paolo detto Rodo le altre sue vigne, situate dentro le mura di Roma in località detta *l'Arcione*, unite con le altre vigne lasciate alla sorella Giovanna, con grotte nelle quali è depositato il fieno e la paglia, insieme a 4 botti conservate nella casa del defunto Salvato e a tutte le armi che possiede nella sua casa.

Lascia alla chiesa di S. Lorenzo fuori le mura di Roma la somma di 50 fiorini, a suffragio della sua anima, per l'acquisto di uno o di due calici a discrezione degli esecutori testamentari.

Dispone che ogni altro bene mobile ed immobile venga distribuito, a discrezione degli esecutori testamentari, a suffragio della sua anima.

Nomina esecutori testamentari Cecco Bucciaronis, Giovanni Palonbelli detto lo Vitorchio e la sorella Giovanna ai quali concede piena facoltà di deliberare congiuntamente secondo le sue disposizioni testamentarie.

- f. 33r Indictione secunda mense iunii die XXVIII.  
In presentia mei notarii et testium etc. Petrus Iohannis Gallonis dictus alias Cecus de regione Trivii, infirmus quidem corpore, mente tamen sanus et conscientia pura, timens casum future mortis nollens decedere intestatus, idcirco constitutus coram me Paulo de Seromanis notario et testibus infrascriptis hunc nuncupativum testamentum quod iure civili dicitur sine scripto voluit testamentum dicens sic. Ego Petrus Iohannis Gallonis dictus alias Cecus de regione Trivii, infirmus quidem corpore, mente tamen sanus et conscientia pura, timens casum future mortis, quia nil certius morte et nil incertius hora mortis, nollens
- f. 33v decedere intestatus, idcirco constitutus coram Paulo de Seromanis notario et testibus infrascriptis a me vocatis et rogatis, hunc nuncupativum testamentum quod iure civili dicitur sine scripto facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi universales heredes istituo Sanctam et Rentiam, filias meas, quibus et cuilibet ipsarum relinquo<sup>(a)</sup> iure institutionis Trebellianice debito iuris nature et pro earum et cuiuslibet ipsarum dote, guarnimentis et iuribus dotalibus et pro omni eo quod in bonis meis petere possent quocumque modo iure titulo sive causa sexcentos florenos auri pro quolibet ipsarum et in ipsis VI<sup>c</sup> florenis auri quamlibet ipsarum contentas facio, ita quod de bonis
- f. 34r meis plus non petant ipse nec aliqua ipsa, nec petere possint et si aliqua dictarum mearum filiarum in pupillari etate vel quandocumque sine legitimis filiis aut filiabus moriretur, quod in dicta dote et iuribus dotalibus et guarnimentis moriatur pro medietate alteri filie que tunc superesset aut suis filiis legitimis superstitibus, de alia residua medietate moriatur pro<sup>(b)</sup> medietate Societati Recomendatorum Domini nostri Yhesu Christi et pro alia medietate ecclesie Sancte Marie Nove de Urbe et quod ipsi et quilibet ipsorum semel in anno teneantur facere anniversarium pro anima mea et si ambe filie mee decesserint,
- f. 34v ut predicatur, sine filiis legitimis, quod in dictis dote et iuribus dotalibus et relictis per me eis factis<sup>(c)</sup> moriantur pro medietate dicte Societati Recomendatorum et pro alia medietate dicte ecclesie Sancte Marie Nove cum conditione superius declarata. Item volo quod dos ipsa dictarum filiarum ad ipsarum comodum et utilitatem sine peccato anime conservetur et observari debeat hoc modo, videlicet quod VI<sup>c</sup> floreni auri dos unius dictarum filiarum mearum veniat ad manus domine Marie<sup>(d)</sup> mee uxoris tenenda et conservanda per eam donec una ex dictis filiabus meis nuptui tradatur, data prima ydonea cautela<sup>(e)</sup> ipsos VI<sup>c</sup> florenos auri resignandos cum omni
- f. 35r comodo, ut superius dictum est, tempore quo ipsa filia mea nuptui tradatur, ipsi filie mee alios vero VI<sup>c</sup> florenos auri pro dote alterius filie mee perveniant ad manus domine Iohanne, sororis mee<sup>(f)</sup>, uxoris olim Matherice de regione Trivii tenendos<sup>(g)</sup> conservandos ac restituendos per eam, modo et forma ut superius est espressum, et si dicte uxor et soror mea id facere cessarent, ut superius dictum est, tunc dicti XII<sup>c</sup> floreni vel VI<sup>c</sup> florenos auri perveniant ad manus infrascriptorum meorum executorum deponendos per eos, modo et forma supradictis, penes aliquam mercatorem ydoneum, ut eis melius visum fuerit. Item relinquo
- f. 35v Marie, uxori mee, dotem suam et iura dotalia quam ab ea recepi tempore contracti matrimonii inter nos et, ultra dictam dotem, C florenos auri et in hiis ipsam contentam facio et si dicta Maria, uxor mea, post mortem meam, in domo mea honeste et caste stare voluerit et de me vitam viduilem servare, tunc in domo mea, posita in Quatruvio Trivii, inter suos confines, relinquo sibi sedium et habitationem toto tempore quo sic stare et sedere voluerit. Item relinquo dicte Marie uxori mee, in casu predicto, usum massaritorum meorum ad concedendam, secundum discretionem meorum executorum infrascriptorum.
- f. 36r Item relinquo domine Iohanne, sorori mee predicte, vineas meas, videlicet terras et vites que vocantur lo Verseri, positas infra menia Urbis in loco qui dicitur l'Arcione, iuntas pro diviso cum aliis vineis meis infrascriptis inter suos confines, verum tamen quod ipsa domina Iohanna teneatur facere refutationem heredibus et executoribus meis de omni eo quod mihi petere posset quacumque occasione vel causa, tum occasione cuiuscumque quantitatis pecunie in qua sibi essem obligata quam etiam quacumque alia occasione vel causa, que pecunia in qua tenerer in presente relicto veniat compensanda. Item relinquo Paulo, frati meo, dicto alias Rodo alias vineas meas,
- f. 36v positas infra menia Urbis in loco qui dicitur l'Arcione, iuntas pro diviso cum aliis vineis meis pro me relictis dicte domine Iohanne sorori mee, infra suos confines, cum griptis in eis existentibus et cum feno et paleis existentibus in dictis griptis et quatuor vegetes, que sunt in domo que fuit olim Salvati. Item relinquo dicto Paulo, frati meo, omnia arma mea que habeo in domo mea. Item relinquo ecclesie Sancti Laurentii foris muros Urbis L florenos auri, pro anima mea, pro uno sive duobus calicibus fiendis in dicta ecclesia secundum discretionem meorum executorum infrascriptorum, omnia alia bona mea mobilia et immobilia,
- f. 37r presentia et futura, iura et actiones que et quas habeo ubique locorum relinquo distribuenda per infrascriptos meos executores, prout eis melius visum fuerit pro anima mea, executores et fidei commissarios huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee facio constituisco et ordino Cecchum Bucciaronis, Iohannem Palonbelli dictum alias lo Vitorco et dictam dominam Iohannam, sororem meam, quibus

coniuntim et non divisim do et concedo plena et plenissimam potestatem, balivam et auctoritatem bona mea omnia mobilia et immobilia, iura et actiones capiendi apprehendi possidendi vendendi etc. et de eis faciendi quicquid eis pro dicta executione et pro salute anime mee melius visum fuerit, secundum infradictam

f. 37v

meam dispositionem et hoc est ultimum meum testamentum, cassans irritans et annullans omne aliud testamentum sive codicillum per me actenus factum et per quecumque notarium scriptum quod presens meum testamentum valere volo iure testamenti quod si non valeret iure testamenti valeat iure codicelli vel iure donationis causa mortis et omni alio modo et iure quibus melius valere potest et debet.

Actum Rome in regione Trivii in domo dicti testatoris, presentibus hiis testibus, scilicet Tutio Martini, Lello Cecchi Otabiani, Rentio Rose, Petro Pauli Petri Theodischi, Iohanne Pauli Nicolai, Nannolo Peticti et Petro Iohannis Bavosi de regione Trivii<sup>(h)</sup> ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> P “relicquo” <sup>(b)</sup> Depennato p <sup>(c)</sup> P “facto” <sup>(d)</sup> Depennato “sororis” <sup>(e)</sup> Omessa la cancellazione della preposizione “de” <sup>(f)</sup> P “sorori” <sup>(g)</sup> P “tenendo” <sup>(h)</sup> Ripetuto “de regione Trivii”.

26.

1379, luglio 10

Antonio di Giovannetto calzolaio del rione Pigna rilascia una quietanza a Giovanni di Lello del *castrum Molarie*, che riceve per sé e per il fratello Cola detto *Impacciante*, dopo aver ricevuto due buoi da lui concessi a staglio.

f. 38r

Indictione secunda mense iulii die X<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Anthonius Iohannecti calsolarius de regione Pinee, qui iuravit etc. sponte renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Iohanni Lelli de castro Molarie, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et vice et nomine Cole fratris sui dicti alias Impacciante de dicto castro suorumque heredibus et successoribus et mihi notario ut publice persone, presenti et recipienti ac legitime stipulanti vice et nomine dicti Cole suorumque heredibus et successoribus, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypothecaria seu mistas

f. 38v

aut in re scriptas que et quas habet et habere sperat in futurum contra et adversus ipsos Iohannes et Colam, pretestu et occasione duorum bobum datorum ipsi Iohanni et cole per ipsum Anthonium ad stalgium, ut patet manu \*\*\*\* publicorum notariorum, et generaliter de omni eo quod dictus Anthonius dictis Iohannis et Cole petere et exigere posset usque in presentem diem, tum dictis occasionibus quam aliis quibuscumque. Hanc autem refutationem et que dicta sunt fecit dictus Anthonius prefato Iohanni<sup>(a)</sup>, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicti Cole sui fratris, pro eo quod confessus fuit se habuisse et recepisse a dictis fratribus dictos duos boves

f. 39r

et omne et quicquid sibi petere posset occasione predicta et aliis occasionibus quibuscumque etc. et promisit dictus Anthonius dicto Iohanni, presenti et recipienti ut supra, quod dicta iura dictorum duorum bobum et alia quecumque que et quas habet contra eos et quemlibet ipsorum dictis occasionibus et aliis quibuscumque nulli alii persone sunt vendita data donata cessa et concessa et si contrarium appareret voluit teneri de evictione<sup>(b)</sup> secundum quod iura volunt, pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Anthonius obligavit dicto Iohanni, pro se et quo supra nomine recipienti et mihi notario etc. omnia bona sua mobilia et immobilia etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et<sup>(c)</sup> in omni curia etc. et renumpsiavit in hiis ferris, beneficio fori etc. et generaliter etc.

Actum Rome in regione Pinee in domo mei notarii, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Amadei de regione Pinee et Facciuto<sup>(d)</sup> de<sup>(e)</sup> castro Molarie ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Depennato “ in d”

27.

1379, luglio 10

Coluzia di Petruccio calsolario del rione S. Eustachio, con il consenso della moglie Romanella e del padre di lei Angelello, vende a Pietro di Pietrone detto Pietro *Mathana* già di Rieti e ora di Roma del rione Pigna due pezze di vigneto, in parte con viti ed alberi e in parte incolte, con la metà di una vasca, di un tino e di un canneto, situate fuori della porta Appia nella località detta porta Libera al prezzo di 19 fiorini d'oro. Nomina suo procuratore il testimone Marco di Iozio *de Pilellis* del rione Pigna per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Dietro richiesta e preghiera del venditore si offre quale garante Angelello padre di Romanella.

f. 40r

Indictione secunda mense iulii die X<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum Colutia Petruttii calsolarius de regione Sancti Eustachii cum consensu et voluntate Romanelle uxori sue, presentis et sponte consentientis, que Romanella primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis manu sacrosancti

scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XX aut XXV annorum, nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis, per me notarium primo certiorata, et que domina Romanella primo renumpsiavit quantum ad hec omni suo iure dotis donationis propter numptias

f. 40v alimentorum guarnimentorum palafernorum et omni alio suo iure, si quod habet vel habere posset nunc et in futurum in infrascripta vinea, et specialiter auxilio Velleiani senatus consulti quod est pro mulieribus introducto, de ipso auxilio quid sit et quid dicat, per me notarium primo certiorata, nec non cum consensu et voluntate Angelelli patris ipsius Romanelle, qui renumpsiavit sponte quantum ad infrascripta omni suo iure, si quod et quale habet in dictis vineis, iuribus et pertinentiis suis vel habere posset nunc et in futurum<sup>(a)</sup> quocumque modo iure titulo sive causa, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Petro Petronis dicto alias Petro Mathana dudum de civitate

f. 41r Reatina nunc de Urbe de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Petrus dare et concedere voluerit, idest duas petias vinearum, scilicet arbores fructiferas et infructiferas plus vel minus quante sunt, pro parte sode et pro parte vineate ad quartam redendam cum medietate vasce vascalis et tini, cum medietate canneti cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introytibus et exitibus suis, que vinea et cannetum positi sunt extra portam Apiam<sup>(a)</sup> in loco qui dicitur porta Libera dicta vinea, inter hos fines, a duobus lateribus tenet Nardus de Malgiano et alii fines ad dictum cannetum, ab uno latere tenet dictus Nardus, ab alio

f. 41v heredes Nutii Infantis, ab alio Paulus Detraca vel si qui etc. cum omnibus earum usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis ad habendum tenendum possidendum etc. et per Marchum, testem infrascriptum, quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de premissis investiri voluit et mandavit et, donec fuerit investitus, constituit se dictus venditor, nomine dicti emptoris tenere et possidere, ad quam possessionem adimplendam dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, plenam licentiam et liberam facultatem concessit ut, amodo in antea, ipsam vineam et cannetum cum omnibus suis usibus propria auctoritate possit intrare tenere possidere uti frui<sup>(b)</sup> vendere donare etc. et de<sup>(c)</sup>

f. 42r facere quicquid sibi perpetuo placuerit nullo iure nullaque actione dicto venditori aliquid reseratis etc. Hanc autem venditionem et que dicta sunt fecit dictus venditor fecit dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, pro pretio et nomine pretii XVIII florenorum auri, quos dictus venditor a dicto emptore confessus fuit se recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio valerent nunc vel in futurum valere possint dictus venditor eidem emptori inter vivos donavit etc. et promisit dictus venditor eidem emptori, presenti et recipienti, quod dicta<sup>(d)</sup> vinea cum canneto, cum omnibus suis usibus, ut dictum est, est ipsius venditoris et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone seu

f. 42v loco in totum nec in parte est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione et ad hec ad instantiam et petitionem dicti venditoris penes dictum emptorem, presentem et recipientem ut supra, dictus Angelellus, extra dictum consensum, sponte fideiussit in casu evictionis predicto, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti principalis venditor et fideiussor et quilibet ipsorum obligaverunt dicto emptori omnia sua bona etc. et renumpsiaverunt epistule divi Adriani etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum Rome in regione Pinee in porticali domus habitationis dicti Angelelli, presentibus hiis testibus, scilicet Angelello filio Petri Pauli Ianaroli, Butio Santo et Marco Iotii de Pilellis de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> Depennato "Liberam" <sup>(b)</sup> p "frui" <sup>(c)</sup> Omesso "eo" <sup>(d)</sup> Depennato "iun".

28.

1379, settembre 1

Cecco figlio del defunto Andreozio *Cafari* del rione Pigna, con il consenso della moglie Perna e della nuora Perna, vende ad Andrea figlio del defunto Buzio di Eramo *de Porcariis* della stessa regione una casa con pianoterra e solario, con orto dietro e con portico colonnato davanti, gravata da un canone di 5 soldi da corrispondere annualmente ai conti palatini *de Ursinis*, al prezzo di 185 fiorinid'oro.

Nomina suo procuratore Nicola *de Porcariis* per l'insediamento dell'acquirente nella sua proprietà.

Quali garanti del venditore si offrono Saba di Giovanni *de Seromanis* e Lorenzo figlio del defunto Lello *de Seromanis*.

f. 43r Indictione tertia mense septembris die primo.

In presentia mei notarii et testium etc. Cecchus filius olim Andreetii *Cafari* de regione Pinee, cum consensu et voluntate domine Perne uxoris sue et domine Perne nurui<sup>(a)</sup> sue, presentium et consensientium, que domina Perna uxor et domina Perna nurus<sup>(b)</sup> et quelibet ipsorum primo et cuiuslibet ipsarum iura dotalis, donationis propter numptias etc. et specialiter auxilio Velleiani renumpsiaverunt omni ipsarum consulto, quod est introductum in favorem mulierum, sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domino Andree filio olim Butii *Herami* de *Porcariis* de regione predicta, presenti et recipienti proprio nomine et non

nomine alicuius sue ecclesie, pro se et suis  
 f. 43v heredibus et successoribus in perpetuum, idest unam domum ipsius Cecchi terrineam et solaratam cum orto post<sup>(c)</sup> se et porticali columpnato ante se, cum omnibus suis usibus etc. ad annum censum respondendum dominis comitibus palatinis de Ursinis V solidorum anno quolibet, inter hos fines, ab uno latere tenet Paulus Homodei, ab alio domina Iohanna Radulfi, ante est via publica retro tenet ecclesia Sancte Marie supra Minerbam vel si qui etc. et per Nicolaum de Porcariis quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de dicta domo investiri voluit  
 f. 44r et mandavit, vendidit etiam omnia iura etc. ad quam possessionem adimplendam dictus venditor dicto emptori liberam facultatem concessit ut ipsam domum propria auctoritate possit intrare etc. Hanc autem venditionem fecit pro pretio et nomine pretii CLXXXV florenorum auri, quos presentialiter recepit, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et si plus valeret inter vivos donavit etc. et promisit de evictione in forma \*\*\*<sup>(d)</sup>  
 f. 44v et ad hec Sabbas Iohannis de Seromanis et Laurentius filius olim Lelli de Seromanis sponte quilibet ipsorum in solidum fideiusserunt in casu evictionis predictae pro quibus etc. et renumpsiaverunt etc. Actum<sup>(e)</sup> in domo dicti venditoris, presentibus hiis testibus, scilicet Nicolao de Porcariis, Martinello Veri et Lello della Ceca de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Depennato “primo” <sup>(c)</sup> La preposizione reca sopra le lettere “po” un erroneo segno di abbreviazione di “r” <sup>(d)</sup> Il formulario dell’imbreviatura è interrotto: segue uno spazio bianco di una riga e tre quarti fino alla fine del foglio. <sup>(e)</sup> Depennata la lettera “C”.

## 29.

1379, ottobre 1

Il nobile Annibaldo figlio del defunto Francesco di Paolo di Pietro di Stefano *de Stephaneschis* del rione Trastevere, a nome della figlia Giacoma, e Giovanni figlio del defunto Cola *de Marerio*, in presenza dei notai Lorenzo di Paolo *Guictonis* e di Paolo *de Seromanis*, stipulano un patto di fidanzamento. Annibaldo promette di dare in sposa Giacoma con la dote e gli ornamenti di 1200 fiorini d’oro, oltre agli oggetti preziosi convenuti tra le due parti; Giovanni promette a sua volta di prendere in sposa Giacoma con la dote, gli ornamenti e gli altri oggetti preziosi convenuti.

Le parti decidono di perfezionare il patto di parentela entro la prossima Quaresima e, in caso di inosservanza, si sottopongono ad una sanzione pecuniaria di mille fiorini d’oro.

Per l’osservanza dei patti le due parti si scambiano il bacio della vera pace in forma di giuramento e convengono di prolungare o di anticipare la data delle nozze con il consenso reciproco.

f. 45r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVIII pontificatus domini Urbani pape<sup>(a)</sup> VI, indictione III<sup>a</sup>, mense octubris die primo.

In presentia Laurentii Pauli Guictonis notarii et mei Pauli de Seromanis notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum hec sunt fidantie sponsalia conventa et pacta habita in Dei nomine et firmata inter magnificos viros Aniballum filium olim Francisci Pauli domini Petri Stephani de Stephaneschis de regione Transtiberim pro domina Iacoba, filia sua, ex una parte, et Iohannem filium quondam Cole de Marerio, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione minoris etatis XX seu XXV annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum aliquo tempore

f. 45v petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis, per nos notarios primo certioratus quid sit et quid dicat et quid inportet, ex alia parte, videlicet quod dictus Aniballus promisit et legitime et solempni stipulatione interveniente convenit dicto Iohanni, presenti et recipienti, dare tradere et assignare dictam dominam Iacobam, filiam suam, in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis mille II<sup>c</sup> florenorum auri et aliis iocalibus inter ipsas partes conventis et se facturum et curaturum cum effectu quod predicta domina, filia sua, recipiet ipsum Iohannem in suum legitimum maritum cum dote, guarnimentis et aliis iocalibus supra dictis; et versa vice dictus Iohannes promisit et legitima et solepni stipulatione interveniente convenit dicto Aniballo, presenti et recipienti pro dicta domina Iacoba filia sua, et nobis notariis ut publicis personis presentibus et stipulantibus pro dicta domina Iacoba,

f. 46r ipsam dominam Iacobam recipisse in suam legitimam uxorem cum dote, guarnimentis et aliis iocalibus supradictis, quam parentelam dicte partes ad alterutrum ad effectum ducere promiserunt per totum<sup>(b)</sup> Carnisprivium<sup>(c)</sup> proxime futurum, prolongando et abreviando tempus ad voluntatem dictarum partium, que quidem omnia et singula supradicta dicte partes ad alterutrum et vicissim atenderere et observare promiserunt sub pena et ad penam mille florenorum auri, aplicanda pro medietate camere Urbis et nobis notariis ut publicis personis recipientibus pro ipsa camera et pro alia medietate parti predictae servanti, et ad cautelam omnium premissorum, nomine iuramenti, osculum vere pacis et renumpsiaverunt in hiis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis etc.

<sup>(a)</sup> Depennato “quinti” <sup>(b)</sup> Depennato “presentem” <sup>(c)</sup> P “Carnisbrivium”.



Il nobile Annibaldo figlio del defunto Francesco di Paolo di Pietro di Stefano de *Stephaneschis* del rione Trastevere contrae un'obbligazione dotale nei confronti del nobile Giovanni figlio del defunto Cola de Marerio per la dote di Giacomella figlia di Annibaldo \*\*\*.

Eodem<sup>(a)</sup> anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia supradicti Laurentii et mei Pauli de Seromanis notariorum et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum magnificus vir Aniballus filius olim Francisci Pauli domini Petri Stephani de *Stephaneschis* de regione *Transtiberim*, sua bona propria et spontanea voluntate, in pignus et loco pignoris dotalis dedit tradidit et concessit magnifico viro Iohanni quondam Cole de Marerio, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et sucessoribus, pro dote et occasione dotis domine Iacobelle filie dicti Aniballi \*\*\*.<sup>(b)</sup>

<sup>(a)</sup> L'atto che segue è stato depennato con due segni di penna incrociati: infatti il notaio aveva erroneamente attribuito al nobile Annibaldo, anziché al futuro marito Giovanni, il pegno dell'obbligazione dotale. <sup>(b)</sup> Il formulario dell'abbreviatura è stato interrotto: segue uno spazio bianco corrispondente a 6 righe

Il nobile Giovanni figlio del defunto Nicola *de Marerio* contrae un'obbligazione dotale nei confronti del nobile Annibaldo figlio del defunto Francesco di Paolo di Pietro di Stefano *de Stephaneschis* del rione Trastevere, presente a nome della figlia Giacoma futura sposa di Giovanni, sui seguenti beni: la metà del *castrum Vecchi* e del suo tenimento, unita con l'altra metà di Lippo *de Marerio*, cugino di Giovanni, situata nella diocesi di \*\*\*\*\* nella contrada detta *la Valle de Tode*.

Giovanni inoltre offre in pegno ad Annibaldo, presente a nome della figlia Giacoma, tutti i suoi beni mobili ed immobili ed assegna quale diritto dotale di Giacoma sui beni impegnati la somma di 800 fiorini d'oro dei quali riceve da Annibaldo la somma di 100 fiorini d'oro e, ad integrazione per i restanti 700 fiorini, tre parti di una quarta parte del *castrum Iulgiani*, unita con la quarta parte di Annibaldo e, per le restanti quarte parti, con quelle degli eredi del defunto Cola di Buzio di Romano *de Adventurinis* e del nobile Giacomello *de Ursinis*, situate nella Marittima fuori delle porta *Pertusi* o porta di S. Pancrazio, secondo i patti consueti a Roma: se Giacoma dovesse morire prima del marito, senza aver procreato figli legittimi, le tre parti della quarta parte del *castrum Iulgiani* saranno destinate ad Annibaldo se vivente, o ai suoi eredi, se invece Giacoma dovesse morire avendo procreato figli legittimi, allora Giovanni avrà diritto all'usufrutto vita natural durante e, dopo la sua morte, il possesso sarà destinato ai figli insieme ai 100 fiorini d'oro che Giovanni ha ricevuto in parte per la dote e gli ornamenti; al contrario se dovesse morire Giovanni prima della moglie, sia con figli che senza figli, le tre parti della quarta parte del *castrum Iulgiani* e 100 fiorini in denaro contante saranno destinate dai suoi eredi, entro sei mesi dal decesso, ad Annibaldo.

In aggiunta all'obbligazione Giovanni concede ad Annibaldo, che riceve a nome della figlia Giacoma, una donazione nuziale di 400 fiorini d'oro sulla metà del *castrum Veteris* e di altri beni secondo questi patti: in caso di premorienza di Giovanni, dopo la procreazione di figli legittimi, la moglie Giacoma avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale vita natural durante e, dopo la sua morte, il bene sarà destinato ai figli; se invece non saranno stati procreati figli legittimi Giacoma potrà disporre liberamente della donazione.

Giovanni si impegna ad ottenere il consenso della madre Filippa vedova del defunto Cola *de Marerio* per l'obbligazione da lui contratta.

Dietro richiesta e preghiera di Giovanni si offrono quali garanti i nobili Lello *Statii*, Cola *de Buccamatiis* e Lorenzo *de Buccamatiis* del rione di S. Eustachio e Sanguigno *de Sanguineis* del rione Ponte.

A sua volta Annibaldo si impegna ad ottenere il consenso della moglie Costanza.

Dietro richiesta e preghiera di Annibaldo si offrono quali garanti i nobili Tebaldo di Annibaldo *de Annibaldis*, Cecco di Giovanni dell'isola Tiberina, Giacomello *Marronis* del rione Pigna e Pietro di Romano del rione Trastevere.

f. 47r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVIII pontificatus domini Urbani pape VI, indictione III<sup>a</sup>, mense octubris die primo.

In presentia Laurentii Pauli Guictonis notarii et mei Pauli de Seromanis notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum magnificus vir Iohannes filius olim magnifici viri Nicolai de Marerio, qui primo iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XX seu XXV annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionem in integrum adversus infrascripta petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis, per me notarius<sup>(a)</sup> primo certioratus quid sit et quid dicat et quid inportet, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate, non vi coactus nec dolo inductus, scilicet pure et libere, obligavit et in pignus et loco pignoris dotalis posuit magnifico viro

f. 47v

Aniballo filio olim Francisci<sup>(b)</sup> domini Petri Stephani de *Stephaneschis* de regione *Transtiberim*, presenti et

recipienti, pro se et domina Iacoba, filia sua, sponsa et futura uxore, Domino concedente, ipsius Iohannis suorumque heredibus et successoribus et ad ipsius domine Iacobe<sup>(c)</sup> ipsiusque heredibus et successoribus opus et utilitatem, et nobis notariis ut publicis personis<sup>(d)</sup> presentibus et recipientibus ac legitime stipulantibus pro ipsa domina Iacoba et suis heredibus et successoribus et ad ipsorum opus et utilitatem, videlicet<sup>(e)</sup> integram medietatem totius castri Vecchi inter et extra cum iure vassallorum et cum tota et integra medietate totius sui tenimenti cum terris cultis et incultis magensibus montibus vallibus planis collibus planitiis silvis nemoribus stirpis stirpariis pratis pratarinis aquis villis et aquarum decursibus et cum tota et integra medietate sui tenimenti et cum iuribus et pertinentiis suis omnibusque suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis et cum introytibus et exitibus ad dictam medietatem spectantibus et pertinentibus, que medietas iunta est pro indiviso cum alia medietate Lippi de Marerio fratris consoprini

f. 48r ipsius Iohannis, quod totum castrum cum suo tenimento positum est in dyocesi \*\*\*\*\* in contrada que dicitur la Valle de Tode, inter hos fines, cui castro et suo tenimento, ab uno latere tenet et est tenimentum castri Anthonii, ab alio tenimentum castri la Posta, ab alio tenimentum castri Collis Piccoli, ab alio tenimentum castri Scipizi vel si qui sunt ad dictum castrum Collis Vecchi plures aut veriores confines, anthiqui vel moderni et generaliter dictus Iohannes obligavit et in pignus dotale posuit dicto Aniballo, presenti et recipienti ut supra, et nobis notariis ut publicis personis presentibus et recipientibus et stipulantibus ut supra, omnia bona ipsius Iohannis mobilia et immobilia presentia et futura, que nunc habet et in futurum aquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt et matrimonium inter eos, hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Iohannes eidem Anibaldo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et dicta domina Iacoba filia sua suisque heredibus et successoribus, et nobis notariis ut publicis personis

f. 48v presentibus et stipulantibus pro ipsa domina Iacoba et suis heredibus et successoribus, pro dote et nomine dotis ipsius domine Iacobe future uxoris filie sue dicti Anibaldi<sup>(f)</sup>, VIII<sup>c</sup> florenos auri de quibus dictus Iohannes presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Aniballo, dante et solvente ut supra, C florenos auri et pro eo quod dictus Aniballus<sup>(g)</sup> sponte dedit cessit et concessit dicto Iohanni, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, pro residuo dicte dotis, videlicet pro VII<sup>c</sup> florenis auri, videlicet tres partes unius quarte partis de quatuor principalibus partibus totius castri Iulgiani inter et extra ipsius Anibaldi cum terris cultis et incultis montibus vallibus collibus planis planitiis silvis stirpis stirpariis erbis pratis pasculariis fontibus rivis aquis et aquarum decursibus cum omnibus iuribus et pertinentiis ac introytibus et exitibus ad dictas tres partes quarte partis de quatuor princi-

f. 49r palibus partibus dicti castri spectantes et pertinentes, que tres partes dicte quarte partis dicti castri Iulgiani iunte sunt pro indiviso cum reliqua quarta parte dicte quarte partis et cum alia quarta parte de dicti III<sup>or</sup> principalibus partibus dicti castri dicti Anibaldi et cum alia quarta parte heredibus quondam Cole domini Butii Romani de Adventurinis et cum aliqua reliqua quarta parte nobilis viri Iacobelli de Ursinis, quod totum castrum cum suo tenimento positum est in Maretima extra portam Pertusi sive portam Sancti Pancratii, cui ab uno latere est tenimentum castri Bracciani, ab alio est tenimentum castri Cerbeteris, ab alio est tenimentum castri Cere, ab alio est tenimentum castri Sassi vel si qui sunt ad dictum castrum et eius<sup>(h)</sup> tenimentum plures aut veriores confines antiqui vel moderni sub hiis pactibus et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsam dominam Iacobam premori dicto Iohanni, futuro viro suo, sine filiis ex eorum matrimonio legitime natis,

f. 49v et dicte tres partes dicte quarte partis dicti castri et sui tenimenti reperirentur penas ipsum Iohannem, quod ad ipsum Aniballum, si tunc visserit, alias suis heredibus vel cui ipse Aniballus commiserit et si non commiserit cui lex dederit libere revertantur et revolutum sint, auctoritate presentis contractus, et quod in casu predicto liceat et licitum sit ipsi Aniballo et heredibus et successoribus suis vel cui commiserit ipsas tres partes dicte quarte partis dicti castri, supra descriptas, propria auctoritate intrare tenere possidere fructificare et de eis facere pro suo libito voluntatis, si vero contingat ipsam dominam Iacobam premori dicto Iohanni, futuro viro suo, cum filiis ex eis communiter natis tunc dictus Iohannes ipsas<sup>(i)</sup> tres partes dicte quarte partis dicti castri habeat ad usumfructum, toto tempore vite sue, post eius vero mortem, ad dictos communes filios libere revertatur<sup>(i)</sup> et ducentos florenos auri, videlicet C quos recepit dictus Iohannes pro parte dotis et C quos penes se retinet de guarnimentis<sup>(k)</sup> dictus Anibaldus in pecunia numerata reficere promisit infra spatium dimidii anni a die obitus eius computando, si contingat ipsum Iohannem recepisse;

f. 50r si contingat ipsum Iohannem premori dicte domine Iacobe, future uxoris sue, tam cum filiis quam sine filiis<sup>(l)</sup> ex eis communiter natis in dicto casu promisit et convenit dictus Iohannes dicto Aniballo, presenti et recipienti ut supra, et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus ut supra, ac voluit et mandavit per heredes et successores suos ipsam dotem, videlicet dictas tres partes dicte quarte partis dicti castri, si penes eum aut suos heredes<sup>(m)</sup> reperirentur, alias in pecunia numerata dictos I<sup>c</sup> florenos auri restitui ac etiam resignari, quia sic actum et conventum est inter ipsas partes; in superfluo autem dicti pignoris dictus Iohannes eidem Aniballo, presenti et recipienti pro se et vice et nomine dicte domine Iacobe filie sue, et nobis notariis ut publicis personis stipulantibus pro ipsa domina Iacoba et ad ipsius opus et utilitatem donavit propter numptias IIII<sup>c</sup> florenos auri<sup>(n)</sup>, in dicta medietate dicti castri Veteris et aliis bonis<sup>(o)</sup> sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat ipsum Iohannem

- f. 50v premori dicte domine Iacobe, future uxori sue<sup>(p)</sup>, cum filiis ex eorum matrimonio natis, tunc et in dicto casu dicta domina Iacoba ipsius donationis habeat usufructum, toto tempore vite sue, ea vero mortua, dicta donatio et eius proprietates ad dictos communes filios libere revertatur; si vero contingat ipsum Iohannem premori dicte domine Iacobe, future uxori sue, sine filiis ex eis communiter natis, tunc dicta domina Iacoba ipsam donationem habeat ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi perpetuo placuerit reducendum tamen secundum formam iura et statuta Urbis, promisit insuper dictus Iohannes dicto Aniballo, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et nobis notariis stipulantibus ut supra, quod dicta medietas dicti castri supra obligata pro dictis
- f. 51r dote et donatione propter nuptias est ipsius Iohannis obligantis et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alii persone universitati seu loco in totum nec in parte est vendita data donata cessa concessa pignorat alienata, largo sumpto vocabulo alienationis et quod de ea in totum nec in parte aliquis contractus vel quasi contractus cum aliqua persona<sup>(q)</sup> universitati seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter dicti Aniballus et domina Iacoba, eius filia, aut sui heredes et successores molestarentur in iudicio promisit ipsos defensare omnibus suis sumptibus et expensis, ita quod nullum dampnum patiatur in eis et finaliter, si evictio sequeretur, promisit<sup>(r)</sup>
- f. 51v dictus Iohannes dicto Aniballo, presenti et recipienti ut supra, ipsam evictionem de aliis suis bonis solvere duplicatam etiam si in totum evinceretur et si in parte in ea pars in qua evinceretur, asserens et confitens dictus Iohannes talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in promissionibus evictionum quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto cum dampnis expensis et interesse quibus incurrerit aut passus fuerit occasione predicta, promisit insuper dictus Iohannes in predictis et quolibet predictorum facere consentire dominam Philippam, eius matrem<sup>(s)</sup>, uxorem dicti olim Cole de Marerio cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad omnem petitionem requisitum et voluntatem dicti Anibaldi et domine Iacobe, eius filie et<sup>(t)</sup> ad hec ad hec ad instantiam et petitionem dicti
- f. 51v Iohannis penes dictum Aniballum, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra<sup>(u)</sup>, nobis notariis ut publicis personis presentibus et stipulantibus ut supra, nobiles viri Lellus Statii, Cola de Buccamatis, Laurentius de Buccamatis de regione Sancti Eustachii et Sanguingius de Sanguingis de regione Pontis<sup>(v)</sup>, quilibet ipsorum in solidum, sponte fideiusserunt in casu evictionis predictae et promiserunt in premissis et quolibet premissorum facere consentire<sup>(w)</sup> dictam dominam Philippam et omnem personam pertinentem et adiacentem cum curis et cautelis de iure sufficientibus et versavice dictus Aniballus promisit et solempni stipulatione interveniente convenit dicto Iohanni, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus ut supra, predictae tres partes quarte partis de IIII<sup>or</sup> principalibus partibus dicti castri Iulghiani<sup>(x)</sup> et sui tenimenti suprascripti, posite et confinante cum iuribus et pertinentiis suis, sunt ipsius Anibaldi obligantis et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod licebit dicto Iohanni omni tempore
- f. 52r dicto Iohanni dictas tres partes dicte quarte partis dicti castri libere tenere possidere uti frui<sup>(y)</sup> fructificare et de eis facere quicquid dicto Iohanni facere placuerit et quod in totum nec in parte nulli alii persone sunt vendita data donata cessa concessa pignorat, largo sumpto vocabulo alienata et quod de eis nec parte ipsorum cum aliqua alia persona aliquis contractus vel quasi contractus sive distractus cum aliqua alia persona universitate seu loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret<sup>(z)</sup> et ea propter dictus Iohannes molestaretur in iudicio seu extra promisit dictus Aniballus<sup>(aa)</sup> ipsum Iohannem usque ad finem cause omnibus suis sumptibus et expensis exbrigare et si evictio
- f. 53r sequeretur ipsam evictionem redere duplicatam etiam si in totum evinceretur et si in partem in ea parte in qua evinceretur asserens conficiens dictus<sup>(bb)</sup> Aniballus talem fuisse et esse in Urbe consuetudinem in premissis et omnibus evictionibus, quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto cum dampnis expensis et interesse quibus incurrerit seu passus fuerit dicta occasione, promisit etiam dictus Aniballus dicto Iohanni, presenti et recipienti ut supra, in premissis et quolibet premissorum facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem et specialiter dominam Costantiam, uxorem suam, cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad omnem requisitionem et voluntatem dicti Iohannis et ad hec ad instantiam et petitionem dicti Anibaldi penes dictus Iohannem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem ut supra, nobiles viri<sup>(cc)</sup> Thebaldus Anibaldi de Anibaldis,
- f. 53v Cecchus Iohannis de Ynsula Licaonia, Iacobellus Marronis de regione Pinee et Petrus Romani de regione Transtiberim quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt penes dictum Iohannem, presentem et recipientem, in casu evictionis predictae et in dicto casu voluerunt teneri et obligati esse dicto Iohanni in omnem casum et eventum in quo dictus Aniballus teneri et obligatus est in dicto casu evictionis et promiserunt insuper dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum in premissis et quolibet premissorum<sup>(dd)</sup> facere consentire omnem personam pertinentem et adiacentem et specialiter dominam Costantiam, uxorem dicti Anibaldi, cum curis et cautelis de iure sufficientibus ad omnem requisitionem et voluntatem dicti Iohannis ad sensum sapientis ipsius, ita quod de iure sufficiat, pro quibus dampnis expensis et interesse dicte partes et ad alterutrum stare et credere voluerunt solo simplici sacramento dampni
- f. 54r passi sine alterius honore probationis, iudicis taxatione, arbitrio seu arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum dicte partes ad alterutrum habere voluerunt pro plena et sufficiente probatione

ceterisque aliis probationibus dicte partes renuntiaverunt expresse, pro quibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicte partes ad alterutrum obligaverunt omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et ea quantum ad hec unus pro alio et alius pro altero tenere et possidere precario<sup>(ee)</sup> recognovit et si<sup>(ff)</sup> hec omnia per dictum Iohannem promissa<sup>(gg)</sup> hec omnia per ipsum Iohannem observata fuerunt, tunc hoc carta<sup>(hh)</sup> quo ad ipsum Iohannem sit vacua et nullis valoris alioquin liceat dicte domine Iacobe<sup>(ii)</sup> seu cui de iure debetur dicta bona superius obligata pro dictis dote et donatione libere capere intrare tenere possidere fructificare, fructus recipere et de es facere quicquid sibi

f. 54v suisque heredibus et successoribus perpetuo placuerit donec de dictis dote et donatione fuerit integre satisfactum et voluerunt pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia et coram quocumque iudice, renuntiaverunt in hiis dicte partes et quelibet ipsarum<sup>(ii)</sup> beneficio fori, iudicis incompetencia, ferris et diebus ferriatis, epistule divi Adriani, beneficio nove constitutionis de duobus vel pluribus reis debendis et illi legi que cavetur quod si debitor non habuerit aurum argentum nec aliqua mobilia quod possit offerre de stabilibus creditori suo, immo solvere et satisfacere promiserunt in casu in quo tenentur in pecunia numerata et non in alia specie seu re et generaliter omnibus aliis et singulis exceptionibus et definitionibus iuris et facti, statuti et consuetudinis Urbis quibus contra predicta venire<sup>(kk)</sup>

f. 55r possent dicte partes et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum sponte et ex certa scientia renuntiaverunt et refutaverunt expresse. Que quidem omnia et singula supradicta dicte partes ad alterutrum et quelibet ipsarum et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in casu in quo tenetur atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum<sup>(ll)</sup> ipsarum partium mobilia et immobilia presentia et futura et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

Actum Rome in ecclesia Sancte Marie de Transtiberim, presentibus hiis testibus, scilicet Iacobello Laurentii Cincii Iohannis de Matheis, domino Bartholomeo de Novaria legum doctore de regione Transtiberim, domino Petro de Cosciaris legum doctore de regione Parionis, Ceccho Putii Serlupi et Paulo Iohannis Pauli de Romaulis de regione Transtiberim.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Omesso “Pauli” <sup>(c)</sup> L’espressione che segue fino a “successoribus” è stata annotata nell’interlinea superiore della riga <sup>(d)</sup> P “publices personas” poi corrette parzialmente le desinenze dei vocaboli <sup>(e)</sup> Depennato “v”. <sup>(f)</sup> Così P, intendasi “Iacobe, filie Aniballi, future uxoris Iohannis” <sup>(g)</sup> Depennato “Iohann” <sup>(h)</sup> P “eyus” <sup>(i)</sup> Corretto sul precedente “ipsum” <sup>(j)</sup> Depennato “si vero contingat” nell’ultima riga del foglio: poi è stata annotata in continuazione sul margine inferiore del foglio la lunga espressione fino a “ipsum Iohannem recepisse” <sup>(k)</sup> Depennato “in” e aggiunto sul margine destro del foglio “dictus Anibaldus” <sup>(l)</sup> L’espressione che segue fino a “natis” è stata scritta sull’interlinea superiore della riga <sup>(m)</sup> Depennato “in i” <sup>(n)</sup> L’espressione che segue fino a “bonis suis” è stata annotata sull’interlinea superiore della riga <sup>(o)</sup> Depennato “suis” <sup>(p)</sup> Depennato “tam” <sup>(q)</sup> Depennato “factus est” <sup>(r)</sup> Ripetuto “promisit” <sup>(s)</sup> P “mater” <sup>(t)</sup> Depennato v <sup>(u)</sup> Omesso “et” <sup>(v)</sup> L’espressione che segue fino a “solidum” è stata annotata nell’interlinea superiore del foglio <sup>(w)</sup> L’espressione che segue fino a “Philippam et” è stata annotata nell’interlinea superiore del foglio <sup>(x)</sup> L’espressione che segue fino a “tenimenti” è stata annotata nell’interlinea superiore del foglio <sup>(y)</sup> P “flui” <sup>(z)</sup> P “apparet” <sup>(aa)</sup> Depennata la prima sillaba di “Theballus” e sostituita con “Ani” <sup>(bb)</sup> Depennato p <sup>(cc)</sup> Depennato “Anibal” <sup>(dd)</sup> Annotato nell’interlinea superiore del foglio “promiserunt” e poi depennato <sup>(ee)</sup> P “plecario” <sup>(ff)</sup> Depennato “ut dictum” e non depennato per errore “est”; inoltre è stato annotato nell’interlinea superiore del foglio l’espressione che segue fino a “promissa” <sup>(gg)</sup> Omesso “sunt” <sup>(hh)</sup> L’espressione che segue fino a “Iohannem” è stata annotata di seguito sul margine destro del foglio <sup>(ii)</sup> L’espressione che segue fino a “debetur” è stata annotata nell’interlinea superiore del foglio <sup>(jj)</sup> L’espressione che segue fino a “ipsorum” è stata annotata nell’interlinea superiore del foglio <sup>(kk)</sup> Ripetuto “venire” <sup>(ll)</sup> L’espressione che segue fino a “partium” è stata annotata in continuazione sul margine sinistro del foglio.

## 32.

1379, ottobre 1

Il nobile Giovanni figlio del defunto Nicola *de Marerio* e Giacoma figlia di Annibaldo figlio del defunto Francesco di Paolo di Pietro di Stefano *de Stephaneschis*, presentatisi davanti ai notai Lorenzo di Paolo *Guictonis* e Paolo *de Seromanis*, dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Paolo infila l’anello nuziale con pietra preziosa nel dito anulare della mano destra di Giacoma mentre i notai pronunziano solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico.

f. 55v Eodem anno, mense, indictione et die et coram dictis testibus.

In presentia nostrorum notariorum et testium etc. Contractus fuit matrimonium per verba de presenti et subarratione per anulum inter dictos Iohannes et dominam Iacobam, qui Iohannes interrogatus per nos iam dictos notarios si volebat ipsam dominam Iacobam in suam legitimam uxorem, qui sponte et ex certa scientia dixit “Volo” et versavice interrogata dicta domina Iacoba si volebat dictum Iohannem in suum legitimum maritum, que domina Iacoba sponte et ex certa<sup>(a)</sup> scientia dixit “Volo” et tunc dictus Iohannes cum quodam anulo pretioso de auro cum lapide pretioso arravit dominam Iacobam mictendo propriis manibus dictum anulum in digito anulari<sup>(b)</sup> ipsius domine Iacobe, intervenientibus<sup>(c)</sup> verbis “Quod Deus commiserit homo non separet”.

f. 56r

<sup>(a)</sup> Depennato d <sup>(b)</sup> Omesso “manus drestre” <sup>(c)</sup> Omesso “hiis”.

I nobili Giovanni *de Cinthiis*, cancelliere di Roma, e Speranza del rione Trastevere, antepositi per le guerre e per la grascia del popolo Romano, da una parte, e Cinzio di Giovanni *Catini* mercante di Roma del rione Trastevere, Giannone *Maruselli* e Berto *Saulli* mercanti di Genova ora residenti a Roma, dall'altra parte, stipulano un contratto, in presenza dei notai Buzio di Angelo e di Paolo *de Seromanis*, per l'approvvigionamento di grano a Roma con le seguenti clausole.

I mercanti si impegnano a trasportare per mare dal Patrimonio di S. Pietro, specialmente da Corneto e dal *castrum Montis Alti*, fino al porto di ripa Romea a Roma un quantitativo di 800 rubbia di grano ed a preservarlo da ogni pericolo; se il naviglio, sul quale è trasportato il grano dovesse subire rapine o naufragi, o il grano dovesse essere gettato in mare per alleggerire il carico a causa delle tempeste, i mercanti dovranno rimborsare 2 fiorini e mezzo di moneta corrente per ogni rubbio di grano perduto; il grano potrà essere solo caricato sulle barche nell'imminenza dei pericoli; i proprietari delle barche o del naviglio diretti a Roma, qualora si dirigessero verso altri luoghi, sostenitori di navi corsare; gli antepositi dovranno pagare ai mercanti una ricompensa di 400 fiorini d'oro in moneta corrente.

Qualora il naviglio diretto a Corneto ed a Monte Alto dovesse trovare difficoltà per caricare il grano a causa del divieto disposto su queste terre, i mercanti saranno tenuti alla restituzione agli ufficiali ed alla camera di Roma della metà del pagamento ricevuto.

Gli antepositi dovranno notificare ai mercanti una autorizzazione, sottoscritta dal loro notaio e impresa con il loro sigillo, prima che le barche o il naviglio partano dal porto di ripa Romea o dalla foce romana, con i nomi dei proprietari delle barche o del naviglio sul quale trasporteranno il grano, altrimenti non saranno tenuti a rispettare gli inconvenienti derivanti dai pericoli del viaggio già indicati.

Gli antepositi o i loro successori dovranno far condurre tutto il grano a Roma entro sei mesi e, se saranno colpevoli per dolo o per negligenza, i mercanti non saranno più tenuti ad osservare i patti stipulati, né alla restituzione del compenso ricevuti e, trascorso un semestre, saranno liberi da ogni obbligo. Se il naviglio con il grano dovesse essere sottratto o portato altrove gli ufficiali di Roma in carica, su denuncia dei mercanti, dovranno diffidare la comunità responsabile della sottrazione con una sola diffida e concedere ai mercanti il privilegio di una azione di rappresaglia della stessa entità per la quale i mercanti dichiarano, con giuramento, di essere stati danneggiati.

I mercanti dichiarano infine di aver ricevuto da Lello Madaleno camerario, per disposizione degli antepositi, la somma di 400 fiorini d'oro.

Le due parti dichiarano di voler interpretare i patti convenuti secondo la consuetudine: se qualche dubbio dovesse manifestarsi decidono di rimettersi alla interpretazione di Nuzio de Nigris di Roma e di Nicola Fulchi di Firenze ora residente a Roma e, nel caso che essi fossero in disaccordo, dovranno eleggere un terzo arbitro per risolvere la controversia ed i contraenti si atterranno alla sua decisione arbitrale.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI, indictione III<sup>a</sup>, mense novembris die XV.

In presentia Butii Angeli et mei Pauli de Sorromanis notariorum et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, hec sunt pacta habita et solemni stipulata firmata inter nobiles viros Iohannem de Cinthiis, cancellarium Urbis, et Speransa de regione Transtiberim, antepositos super guerras et grascia Romani populi etc., ex una parte, et Cintium Iohannis Catini

f. 56v mercatorem de Urbe de regione Transtiberim, Iannonum Maruselli et Bertum Saulli mercatores de Ianua nunc residentes in dicta Urbe, ex parte altera, videlicet quod cum dicti domini antepositi nomine Romani populi, velint deferre facere de partibus Patrimonii, specialiter de terra Corneti et castro Montis Alti ad Urbem, videlicet ad portum Riparomee per mare rubla grani VIII<sup>c</sup>, prefati Cintius, Iannonus et Bertus teneantur et debeant securare dictis dominis dicta VIII<sup>c</sup> rubla grani ab omni periculo et fortuna<sup>(a)</sup> maris et gentium tantum. Item quod sit, quod absit, contingerit navigia, in quibus deferretur granum predictum, aut disrobari aut naufragari aut etiam pro levigato, ex causa tempestatis maris, de dicto grano prohici in mare, quod tunc et in dictis casibus et eorum quolibet dicti mercatores teneantur et debeant prefatis

f. 57r dominis antepositis, nomine quo supra, reficere pro quolibet rublo dicti grani ut predicatur modis predictis vel aliquod predictorum perdit, florenos auri duos et dimidium currentes. Item quod pericula supradicta tunc incipiant currere et imminere dictis mercatoribus de grano predicto et, in casibus supradictis tantum, cum granum ipsum positum fuerit in barcis sive navigiis, que ipsum granum debent deferre ad Urbem. Item quod si, quod absit, contingerit patronos barcharum seu navigiorum predictorum vel alicuius eorum navigia ipsa, cum grano in eis honerato et posito, non ad Urbem set ad alias partes mala intentione deferre, quod tunc et in eo casu sic, ut predicatur deferentes ad partes alias dictum granum, non intelligantur nec reputentur cursales aut pro cursalibus.

f. 57v Item quod dicti domini officiales, ex nunc, et primo et autem teneantur et debeant dare et solvere dictis mercatoribus pro eorum lucro et mercede, ex causa securitatis per eos facte dictis dominis de dictis VIII<sup>c</sup> rublis grani, florenos auri currentium III<sup>c</sup>. Item si contingat navigia conducenda ad partem terre Corneti et

Montis Alti vel alicuius earum, non honerari grano predicto, occasione deveti sive prohibitionis facte vel fiende in dictis terris vel aliqua earum, quod tunc et in eo casu dicti mercatores non teneantur ipsis officialibus, nomine predicto, et camere Urbis, ad restitutionem mercedis predictae tunc per eos recepte occasione securitatis predictae, nisi tantum medietatis mercedis predictae pro illa, videlicet quantitatem grani quam tunc navigia seu

navigium, non honerata ex causa predicta, recepissent si in eis vel eo granum predictum positum fuisset.

f. 58r Item quod dicti domini officiales et alii successores eorum in dictis officiis teneantur et debent per eorum apodissam sigillatam eorum sigillo et subscriptam manu notarii eorum notificare ipsis mercatoribus vel alteri eorum, antequam barce seu navigia descendant de portu Riparomee vel de fauce Romana, nomina patronum dictarum<sup>(b)</sup> barcarum seu navigiorum in quibus volent conduci facere dictum granum, alioquin ipsi mercatores de periculis supra specificatis imminemibus ipsis mercatoribus non teneantur. Item quod dicti domini teneantur et debeant conduci facere totam et integram quantitatem grani ad Urbem de partibus predictis hinc ad sex menses proxime futuros ad plus, quod si infra dictum tempus semestri dicti domini non facerent granum ipsum totum conduci, ut predictur, ad Urbem aut dolo aut negligentia eorum, tam ipsi quam eorum in officio successores, tum et in eo casu

f. 58v prefati mercatores et ipsorum quilibet non teneantur ulterius eisdem dominis camere Urbis et populo Romano ad observandum de pacta predicta et infrascripta, nec etiam ad restitutionem alicuius quantitatis pecunie, que penes ipsos mercatores tunc non deducte fuerit de quantitate mercedis predictae, set ex tunc in antea vigore presentis instrumenti prefati mercatores statim, ipso termino elapso, sint et remaneant liberi ab omni nexu et obligatione qua quomodolibet teneri vigore presentis instrumenti. Item si, quod absit, contingerit dicta navigia deferentia dictum granum vel aliquod ipsorum disrobati et exinde auferri granum predictum vel aliquam partem ipsius grani per quemcumque personam universitatem seu locum, tunc et in eo casu officiales Urbis pro tempore presidentes, videlicet senator, conservatores camere Urbis, executores iustitiae quatuorque consiliarii Felicis Societatis Balistrariorum et Pavesatorum Urbis ac antepositi super guerras

f. 59r et super grascia Romani populi teneantur et debeant huiusmodi disrobatores, quicumque fuerint, quos ipsi mercatores duxerint nominandos et denumptiandos, nec non eorum communitatibus et eorum terris vaxallos, precedentibus aliquibus iudicis vel fama publica, ad omnem ipsorum mercatorum simplicem petitionem et requisitionem, diffidare de contentis<sup>(c)</sup> et confesso una diffidatione pro duabus et contra eos et eorum bona concedere privilegium parigii et represalie pro quantitate qua dicti mercatores, cum iuramento, dixerunt se dampnificatos taxatione iudicis precedentis, ita et taliter quod dicta privilegia diffidationis et represalie et dicta iura per Romanum populum aut per eius officiales quoque modo tolli aut remitti non possint innitis dictis mercatoribus, qui mercatores predicti<sup>(d)</sup> confessi fuerunt sese recepisse et habuisse de mandato dictorum dominorum et per apodissam ipsorum a Lello Madaleno camerario dictorum dominorum, presente et legitime<sup>(e)</sup>,

f. 59v florenos auri IIII<sup>c</sup> ex causa supradicta, de quibus etc. et renumptiaverunt etc. Item quia voluerunt dicte partes pacta predicta inter eos intelligi debere ad omnem bonum modum et usum in similibus consuetudinibus, ideo si contingat aliquod dubium oriri inter partes predictas occasione dictorum pactorum et dependentium ab eisdem, tunc et in eo casu voluerunt dicte partes, ex nunc prout ex tunc et ex<sup>(f)</sup> tunc prout ex nunc, dicta omnia dubia declarari per Nutium de Nigris de Urbe et per Nicolaum Fulchi de Florentia nunc residentem in Urbe vel alterum eorum, si tunc ambo essent in Urbe, et absens infra XV dies post ortum dubium non rediret, si vero ambo ipsi presentes fuerint et se in declarando dubium discordarent, tunc ambo ipsi debeant sibi eligere tertium arbitrum<sup>(g)</sup> super huiusmodi declarationem faciendum et tunc quicquid per

f. 60r dictos tres vel saltim duos eorum fuerit declaratum dicte partes debeant et teneantur habere ratum et firmum ac perpetuo observare, quia sic actum et conventum et expresse pactum estitit inter ipsas partes. Que omnia et singula etc.

Actum Rome in domo dominorum super guerras habitationis, presentibus hiis testibus, scilicet Butio Catellini de regione Parionis, Iacobo Paloni de regione Arenule et Anthonio Lucçaroni de Viturchiano.

<sup>(a)</sup> Depennato “cuiuscumque” <sup>(b)</sup> Depennato “Iarcarum” <sup>(c)</sup> Come sembra <sup>(d)</sup> Depennata una “s” finale <sup>(e)</sup> Omesso “stipulante” <sup>(f)</sup> Depennato “nunc” <sup>(g)</sup> P “arbitrum”.

### 34.

1379, dicembre 3

La camera di Roma e gli antepositi per le guerre, avendo bisogno di denaro per le necessità militari del popolo romano e, in particolare, per riscattare Vetralla dal nobile Guglielmo *Philibat*, milite alemanno e capitano di una compagnia di militi armati che avevano occupato il *castrum* di Vetralla e la rocca, decidono di ricorrere alla vendita del sale ai cittadini romani.

A tal fine i nobili Giovanni *de Cinthiis*, cancelliere, e Speranza, antepositi per le guerre, con l'autorità loro concessa dal pontefice Urbano VI e dal popolo romano e con il consenso dei nobili Bartolomeo *de Toscis*, Pietro di Giovanni *Gallonis* e Cola di Paolo *Talgialonto* conservatori della camera di Roma, di Giacomo *Carote* esecutore di giustizia, di Nuzio *Venatii* e di Nello *Formani* due dei quattro antepositi della Felice



Società dei Balestrieri e dei Pavesati di Roma, di Giovanni di Ottaviano esecutore di giustizia, di Santo *Alte* e di Andreozio *Troppe*, due consiglieri della Società dei Balestrieri presenti per procura, e con decreto e l'autorità del nobile Bartolomeo di Narni, giudice palatino e camerario di Roma, in presenza di Santolo di Francesco *Busse* notaio dei conservatori, di Petruzio di Giovanni *Contis* notaio della Società dei Balestrieri e dei Pavesatori di Roma e del notaio Paolo *de Seromanis*, vendono ai nobili Nicola *de Porcariis* del rione Pigna, a Coluzia di Stefanello del rione Colonna, a Giacomello di Stefanello del rione Colonna, a Santo di Pietro *Berte* del rione Colonna, a Giacomo di Meo sarto del rione Trevi, a Cola Valentino del rione Monti, a Cecco *Saragona* del rione Pigna, a Giordano di Cecco del rione Campomarzio, a Marco *de Amatescis* dottore in legge del rione Parione, a Saba *de Seromanis* del rione Pigna, a Saba del maestro Paolo del rione Colonna, a Vannino della contrada Caballi, a Pietro di Nicola di Giacomo del rione Colonna, a Giovanni di Andrea del rione Colonna, a Francesco *Guiddi* causidico del rione Ponte, a Mattuzio *de Philippinis* del rione S. Eustachio, a Cecco *dello Nero* del rione Trevi il sale e la relativa dogana per un quantitativo di 1746 rubbia di sale e di 2/3 di rubbio, con diritto alla vendita all'ingrosso e al minuto, della metà di una terza parte di una salina da trasportare presso la camera di Roma per terra o per acqua, a scelta degli acquirenti, al prezzo di 3 fiorini d'oro per ciascun rubbio da rivendersi a 4 fiorini d'oro.

Si conviene tra le due parti che gli acquirenti avranno diritto al quantitativo di sale pagato da ciascuno di loro.

Lello Maddaleno, camerario degli antepositi per le guerre, dichiara di aver ricevuto dagli acquirenti le seguenti somme: Nicola *de Porcariis* versa per sé e per Cinzio *de Marcellinis* 500 fiorini d'oro; Coluzia di Stefanello 650 fiorini d'oro; Giacomello di Stefanello 200 fiorini d'oro; Santo di Pietro *Berte* 200 fiorini d'oro; Giacomo di Meo sarto versa per sé 400 fiorini d'oro e per Tuzio *Locco* del rione Trevi 300 fiorini d'oro; Cola Valentino 500 fiorini d'oro; Cecco *Saragona* 200 fiorini d'oro; Giordano di Cecco 300 fiorini d'oro; Marco 150 fiorini d'oro; Saba *de Seromanis* per sé 200 fiorini d'oro, a nome di Paolo *Amidei* del rione Pigna 100 fiorini d'oro ed a nome di Antonio di Giovannetto 100 fiorini d'oro; Saba del maestro Paolo 300 fiorini d'oro; Vannino 200 fiorini d'oro; Pietro di Nicola di Giacomo 150 fiorini d'oro; Giovanni Andrea 300 fiorini d'oro; Francesco *Guiddonis* 100 fiorini d'oro; Matteuzio *de Philippinis* 250 fiorini d'oro e Cecco *dello Nero* 140 fiorini d'oro per una somma complessiva di 5240 fiorini d'oro da utilizzare per il riscatto di Vetralla secondo l'accordo convenuto con Guglielmo *Philibat*.

I contraenti convengono che gli acquirenti dovranno realizzare interamente i proventi della metà delle terzeria di sale pagata con 5240 fiorini d'oro prima che sia concesso l'autorizzazione al ricupero dei proventi dell'altra metà della terzeria e della metà degli scorzi di sale vanduti a Ceccodeo ed ai suoi soci al prezzo di 2400 fiorini d'oro.

Il contratto è seguito da un capitolato di prova distinto nei seguenti capitoli.

Gli antepositi per le guerre ed i conservatori dovranno tenere il sale, a spese della camera di Roma, nei salari del palazzo del Campidoglio affinché coloro che dovranno acquistare il sale possano ottenerlo con l'autorizzazione della camera e il camerario dovrà mettere a disposizione del delegato degli acquirenti cera, carta ed inchiostro per la stesura delle bollette d'acquisto sotto pena di 100 libbre di provisini da pagare al tempo del sindacamento.

I conservatori e gli altri ufficiali della camera di Roma e del popolo romano dovranno con sollecitudine soddisfare le richieste degli acquirenti di sale attraverso il camerario della camera.

Il camerario pagherà sollecitamente le spese di coloro che hanno trasportato il sale nei salari ed i conservatori negligenti saranno tenuti a pagare gli interessi ed incorreranno nella pena di 100 libbre di provisini al tempo del loro sindacamento.

Il camerario, ricevuta l'autorizzazione di pagamento dagli ufficiali, dovrà versare immediatamente la somma di denaro utilizzando qualunque provento per soddisfare un credito privilegiato, in caso contrario, su richiesta degli acquirenti, incorrerà nella pena di 100 libbre di provisini e al pagamento degli interessi al tempo del suo sindacamento.

Il doganiere della camera dovrà prestare il suo servizio, senza chiedere altro salario, per soddisfare le richieste di sale, dovrà preparare le bollette ordinarie e quelle al minuto in ragione di 4 fiorini d'oro per ciascun rubbio di sale e i denari ricavati saranno destinati al delegato degli acquirenti della metà della terzeria di sale: in caso contrario incorrerà nella pena di 25 libbre di provisini ed al pagamento degli interessi al tempo del suo sindacamento eseguito dai suoi ufficiali.

Gli acquirenti possono delegare uno di loro o un sostituto per sorvegliare l'applicazione dei singoli capitoli del capitolato di prova e per ricevere ogni mese dalla camera di Roma i denari ricavati dalla vendita del sale con un salario mensile di 3 fiorini, che dovrà essere pagato dal camerario come debito privilegiato, altrimenti incorrerà nella pena di 25 libbre di provisini al tempo del suo sindacamento.

La camera di Roma ed i suoi ufficiali dovranno vendere il sale a chiunque ne faccia richiesta al prezzo di 4 fiorini d'oro per ciascun rubbio finché non sia esaurito, né potranno cedere il diritto di vendita, se non fino alla quantità di 2400 fiorini d'oro a causa del contratto stipulato con Ceccodeo e soci, affinché gli acquirenti del presente contratto siano facilitati nella vendita: in caso contrario dovranno rimborsare i danni con i beni del popolo romano.



Il sigillo utilizzato dalla dogana deve essere quello degli acquirenti o di un loro delegato e non sarà possibile dissigillarlo senza la loro presenza.

Nel caso di un'obbligazione contratta dagli acquirenti o da un solo acquirente dopo una contestazione o di un delitto non sarà consentito di intervenire sulle somme di denaro ricavate dalla vendita del sale e sul prezzo concordato finché non sarà stata completata la vendita stessa e se gli ufficiali di Roma faranno diversamente incorreranno nella pena di 100 fiorini d'oro e al pagamento degli interessi al tempo del loro sindacamento.

I conservatori della camera di Roma non potranno inviare il sale in Campagna o in Marittima o altrove e se dovesse essere inviato il denaro ricavato, in ragione di 4 fiorini d'oro per ciascun rubbio, dovrà essere rimesso agli acquirenti; inoltre non potranno vendere ad alcuno il sale se non fino alla quantità di 2400 fiorini d'oro a causa del contratto stipulato con Ceccodeo e soci, in considerazione della vendita per 5340 fiorini del presente contratto.

Il camerario della camera di Roma non potrà concedere l'autorizzazione al trasporto del sale senza un esplicito consenso degli acquirenti o del loro delegato e dovrà inoltre apparire il sigillo sulla quantità di sale altrimenti incorrerà nella pena di 100 fiorini d'oro.

I delegati degli acquirenti non dovranno seguire gli eserciti o le cavalcate ordinate dal popolo romano o dai suoi ufficiali o dalle società e potranno portare impunemente qualsiasi arma di giorno e di notte durante il loro incarico.

Gli acquirenti del sale non saranno tenuti, in occasione della vendita, al pagamento di alcuna gabella e coloro che acquistato il sale dovranno pagare una gabella ridotta al minimo, secondo la consuetudine.

Il senatore di Roma, gli antepositi per le guerre ed i conservatori si impegnano a rispettare i capitoli del capitolato di prova e, in caso contrario, incorreranno nella pena di 500 fiorini d'oro ed al pagamento degli interessi al tempo del loro sindacamento.

Gli ufficiali di Roma contraggono un'obbligazione per il rispetto dei patti nei confronti degli acquirenti sui beni mobili ed immobili della camera di Roma e del popolo romano.

f. 60v In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI, indictione III<sup>a</sup>, mense decembris die III<sup>o</sup>.

In presentia Santoli Francisci Busse notarii dominorum Conservatorum, Petrutii Iohannis Contis notarii Societatis Balistrariorum et Pavesatorum Urbis et mei Pauli de Seromanis notarii infrascripti et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, cum camera Urbis et Domini super guerras Romani populi intigeant a presens pecuniam pro factis guerre Romani populi et maxime pro emendo castrum Vetralle a magnifico viro domino Guilielmo Philibat, milite alamando capitaneo gentis armorum detinentium dictum castrum et eius arcem, pro statu et magnificentia populi Romani, nec videatur a presens unde dicta pecunia comodius haberi possit, quod sit minus dampnosum camere Urbis et civibus romanis quam de sale vendendo

f. 61r romanis civibus infrascriptis secundum modum infrascriptum, idcirco nobiles viri Iohannes de Cinthiis cancellarius Urbis et Speransa antepositi super guerras Romani populi, ex potestate baliva et auctoritate eis concessa per summum pontificem Urbani papam VI, nec non per Romanum populum, cum consensu et voluntate nobilium virorum Bartholomei de Toscis, Petri Iohannis Gallonis et Cole Pauli Talgialonto Conservatorum camere Urbis, Iacobelli executoris iustitie, Nutii Venatii et Nelli Formani duorum ex quatuor antepositorum Felicis Societatis Balistrariorum et Pavesatorum Urbis et vicem gerentium, Iohannis Otobiani executoris iustitie, Santi Alte et Andreotii Troppe duorum ex consiliariis dicte Societatis, absentium, ut de predictis patet manu predicti Petrutii notarii ipsorum presentis et fidem facientis, presentium<sup>(a)</sup>, et ad hec omnia et singula consentientium et eorum<sup>(b)</sup> officiorum

f. 61v consensum prestantes et volentes omnia et singula infrascripta fieri et concipi debere, ut infra describitur, quem consensum dicti officiales Societatis predicte prestiterunt ex potestate statim eis concessa in consilio Societatis predicte, ut patet manu dicti Petri notarii, presentis, et ita verum esset asserentis, nec non cum decreto et auctoritate nobilis et sapientis viri domini Bartholomei de Narnia, iudicis palatini et camerarii Urbis, ad hec omnia et singula suum et dicti officii decretum et auctoritatem interponentis, omnimodo via iure et forma quibus melius fieri possunt eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt infrascriptis nobilibus sapientibus et discretis viris Nicolao de Porcariis de regione Pinee, Colutie Stephanelli de regione Columpne, Iacobello Stephanelli de regione Columpne, Santo Petri Berte de regione Columpne, Iacobo Mei sutoris de

f. 62r regione Trivii, Cole Valentino<sup>(c)</sup> de regione Montium, Ceccho Saragona de regione Pinee, Iordano Cecchi de regione Campimartis, domino Marcho de Amatescis legum doctore de regione Parionis, Sabbe de Seromanis de regione Pinee, Sabbe magistri Pauli de regione Columpne, Vannino de contrada Caballi, domino Petro Nicolai Iacobi de regione Columpne, Iohanni Andree de regione Columpne, domino Francischo Guidi causidico de regione Pontis, Macthutio de Philippinis de regione Sancti Eustachii, Ceccho dello Nero de regione Trivii, presentibus et recipientibus iure proprio et in perpetuum pro se ipsis ac vice et nomine infrascriptorum eorumque heredum et suorum et cui seu quibus dare et concedere voluerunt coniuntim

- vel divisim, donec infrascripta pecunie quantitas tota recepta fuerit per dictos emptores ex sale infrascripto et eius dohana, videlicet mille septingenta XLVI rubla salis
- f. 62v et duas alias tertias partes unius alterius rubli salis, nec non et ius expediendi et vendendi totam et integram quantitatem salis predicti de medietate tertie partis saline sive salis expediti per cameram Urbis pro ipsa camera per terram et aquam per apodissam expeditam camere Urbis ad rationem III<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo salis, ad libitum dictorum emptorum<sup>(d)</sup>, nec non ius percipiendi et habendi omnes et singulas quantitates pecunie deveniente et percipiende in dicta camera occasione dicti salis, donec tota dicta quantitas dicti salis extiterit venditam et expeditam in dicta camera, sumptibus et expensis dicte camere, videlicet carta, cera et tinta, de qua medietate dicte terzarie prefati supranominati emptores ex nunc in antea communiter exigant et percipere et habere possint et debeant totam quantitatem per eos percipiendam de dicta medietate dicte terzarie,
- f. 63r secundum quantitatem et numerum per unumquemque emptorum predictorum solute, ut infra apparet, quam venditionem dicti salis et iuris percipiendi pretia et quantitates obveniente in dicta camera, occasione dicti salis vendendi per apodissam dicte camere, tam ad grossum quam ad minutum, ut supra dictum est, dicti domini, nominibus quibus supra, cum consensu et voluntate dictorum officialium et cum decreto et auctoritate dicti iudicis, fecerunt dictis emptoribus, presentibus recipientibus et ementibus vice et nomine ut supra, ad rationem trium florenorum auri pro quolibet rublo salis, actum tamen et conventum inter predictos venditores et emptores quod unicuique dictorum emptorum, ex presente venditione ex predictis rebus et iuribus venditis, ius aquiratur pro illa quantitate per unumquemque ipsorum soluta, ut infra continetur, quas omnes quantitates predictas et pretia predicta, occasionibus supra et infrascriptis, Lellus Madalenus,
- f. 63r camerarius dictorum Dominorum super guerras, confessus fuit et est a dictis emptoribus et quolibet ipsorum recepisse et habuisse, dantibus et solventibus dicta de causa, videlicet a dicto Nicolao de Porcariis solvente pro se et Cinthio de Marcellinis florenos auri V<sup>c</sup>, Colutia Stephanelli florenos auri VI<sup>c</sup>L, Iacobello Stefanelli florenos auri II<sup>c</sup>, Santo Petri Berte florenos auri ducentos, Iacobo Mei sutoris florenos auri III<sup>c</sup>. Item ab eodem solvente pro Tutio Locco de regione Trivii florenos auri III<sup>c</sup>, Cola Valentino florenos auri V<sup>c</sup>, Ceccho Saragona florenos auri II<sup>c</sup>, Iordano Cecchi florenos auri III<sup>c</sup>, domino Marcho florenos auri CL, Sabba<sup>(e)</sup> de Seromanis solvente pro Paulo Amadei de regione Pinee florenos auri C, ab eodem solvente pro Anthonio Iohannecti florenos auri C, ab eodem pro se ipso florenos
- f. 64r auri II<sup>c</sup>, Sabba<sup>(f)</sup> magistri Pauli florenos auri III<sup>c</sup>, Vannino florenos auri ducentos, domino Petro Nicolai Iacobi florenos auri CL, Iohanne Andree florenos auri III<sup>c</sup>, domino Francischo Guiddonis florenos auri C, Mathutio de Philippinis florenos auri CCL et Ceccho dello Nero florenos auri CXL, que omnes quantitates ascendunt ad summam et quantitate V<sup>m</sup>CCXL florenorum auri, quam pecuniam et pretium dicti domini venditores prefati dixerunt et promiserunt solvere pro habendo et aquirendo predictum castrum Vetralle Romano populo, secundum et iuxta conventiones per eos habitas conventas et firmatas cum domino Guilielmo Philibat predicto. Actum et conventum solempni stipulatione firmata inter dictos emptores et venditores, quod si contingat dictam medietatem dicte terzarie aut aliam medietatem dicte terzarie
- f. 64v et medietatem scorsorum salis vendi<sup>(g)</sup>, quod non possit vendi<sup>(h)</sup> per dictos dominos ultra quantitatem XXIII<sup>m</sup> florenorum auri, computata presente quantitate V<sup>m</sup>II<sup>c</sup>XL florenorum auri, et quod donec solvatur totam quantitatem XXIII<sup>m</sup> florenorum auri vel donec fiat alia venditio, ut supra dictum est, quod presentes emptores habeant omnes et singulos fructus redditus et proventus dicte medietatis dicte terzarie ad rationem predictam, dum tamen quod dictum salem dicte terzarie vendite vendatur et expediatur per cameram Urbis ad rationem III<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo salis et totum dictum pretium perveniat ad manus dictorum emptorum. Item actum et conventum fuit inter ipsos contraentes<sup>(i)</sup> quod liberata alia terzaria dicte saline que vendita fuit Cecchodeo et aliis suis sociis et facta venditione pro dicto pretio XX<sup>m</sup>III<sup>or</sup><sup>(j)</sup>
- f. 65r florenorum auri a plus computata presente quantitate in presente istrumento contenta, quod eo casu dicta terzaria libera veniat in presente venditione et alia fienda, ut supradictum est, et quod presentes emptores et alii qui erunt in alia venditione fienda, prout supra dictum est, possint et debeant fructificare et percipere omnes fructus redditus et proventus dicte terzarie liberate et dicte terzarie de qua nunc venditio facta est et prout in infrascriptis capitulis continetur. In primis quod dicti domini super guerras, presentes et quicumque futuri in dicto officio, nec non et quod domini Conservatores camere Urbis, presentes et futuri, donec totum dictum sal erit venditus et expeditus per apodissam camere Urbis teneatur et debeant salem camere Urbis ubique existens deferri facere, expensis camere Urbis, ad palatium Campitolii et poni facere in salariis
- f. 65v consuetis, existentibus in palatio predicto ita quod omnes et singuli venientes per futura tempora pro emendo sal possint et valeant per apodissam camere Urbis dictum salem percipere de salari supradicto nec non et dicti officiales teneantur et debeant per camerarium camere Urbis, qui nunc est et per tempora erit, expensis dicte camere, dare et assignare facere viro seu viribus ponendo et deputando per dictos emptores ceram, cartam et tyntam que necessaria erit pro expeditione totius dicti salis venditi per apodissam camere Urbis, ita quod dicti emptores dictam ceram, cartam et tintam habere debeant a dicta camera, expensis ipsius camere, ad penam C librarum provisinarum, vice qualibet qua contra facerent tempore eorum scyndicationis auferende. Item quod domini Conservatores presentes et qui erunt per tempora nec non et quicumque alii officiales

- f. 66r dicte camere Urbis et populi Romani quocumque nomine nuncupentur, qui nunc sunt et per tempora erunt, positi ad gubernationem bonorum et iurium camere predicte teneantur et debeant cum expediens fuerit ad simplicem requisitionem dictorum emptorum mandare per eorum apodissas et omni remedio quo poterunt camerario camere Urbis. Item ipse camerarius det et solvat pro portatura dicti salis ad dictum salare omnes expensas et pecunie quantitates quam et quas expediens fuerit pro portatura salis predicti ad dictum salare illis, videlicet qui dictum salem portabunt ad salara predicta, et Conservatores qui in predictis erunt negligentes teneantur ad interesse dictis emptoribus quod ipsi pretendere poterunt occasione predicta, nec non ad penam C librarum provisinorum dicte Urbis camere aplicandam et eis auferendam tempore eorum scyndicationis.
- f. 66v Item quod camerarius camere Urbis, qui nunc est et per tempora erit, teneatur et debeat statim, presentata sibi apodissa solutionis sibi transmittenda per dictos officiales, solvere de pecunia camere Urbis de pecunia penes eum tunc existente, si pecunia tunc habuerit, alias de pecunia que ad eum perveniret in dicta camera, omne pecuniarum quantitate secundum formam apodisse predicte eidem tunc transmissa et transmittende dicta occasione, ita quod dicta solutio expensarum pro dicto sali deferendo et pro salaro solvendo anteposito sit in hoc privilegiata et quod antecedere debeat omnem aliam solutionem que fieri deberet de pecunia dicte camere cuicumque et ex quacumque causa, quod si dictus camerarius cessaverit predicta adimplere, vice qualibet qua fuerit requisitus pro parte dictorum emptorum, teneatur ad penam C librarum provisinorum aplicandam dicte camere tempore sui scyndicationis, nec
- f. 67r non ad interesse dictorum emptorum quod ipsi pretendere poterunt occasione predicta. Item quod dohanerius camere Urbis, qui nunc est et per tempora erit, teneatur et debeat, sine alterius salarii perceptione, ad requisitionem dictorum emptorum vel ad requisitionem et postulationem deputandorum per dictos emptores in predictis et circa predicta, expedire omnes apodissas grossas et minutas sibi assignandas per dictum deputatum ad rationem et pro pretio III<sup>or</sup> florenorum auri rublo quolibet salis et pecunie omnes dictarum apodissarum recipere et partem ipsis emptoribus contingentibus assignare dictis emptoribus et eorum anteposito et quod dicti domini officiales, tam presentes quam futuri, teneantur et debeant mandare ac facere et curare cum effectu quod dictus dohanerius predicta expediat et ubi dictus dohanerius predicta facere recusaret teneatur ipse dohanerius ad penam XXV librarum provisinorum Urbis camere aplicandam<sup>(k)</sup> vice et qualibet qua
- f. 67v recusaret et ad interesse dictorum emptorum de cuius interesse probatione et taxatione dictorum emptorum simplici sacramento credatur et de predictis scyndicari possit dohanerius supradictus per scyndicum officialium, qui per tempora scyndicabit eosdem de gestis in officio memorato. Item quod dicti emptores possint et valeant deputare unum ex eis vel quecumque voluerint ad expediendum et exequendum predicta et infrascripta donec dictum salem venditum et expeditum fuerit in dicta camera per terram et per aquam cum salario trium florenorum auri percipiendo et sic deputando et tunc deputato, mense quolibet de pecunia camere memorate, pro salario solvendo per camerarium camere Urbis, Conservatores, qui erunt per tempora, teneantur per eorum apodissam per dictam cameram solvi facere predicto deputato per dictos emptores singulis mensibus, qui camerarius de pecunia dicte camere primo et ante
- f. 68r omnia dicto anteposito solvere teneantur et debeat, vigore dicte apodisse, salarium predictum statim assignare sibi apodissam solutionis predictam<sup>(l)</sup> sit privilegiata in hoc, videlicet quod primo sibi quam alteri cuicumque teneatur et debeat salarium predictum ad penam XXV librarum provisinorum vice qualibet tempore sui scyndicationis auferende et quod occasione receptionis fiende per dictum antepositum cuiuscumque alterius salarii a camera Urbis seu a quacumque camera dicta solutio dicti salarii impediti non posset et domini Conservatores, qui per tempora erunt ad scyndicationem, non teneantur occasione dicte solutionis fiende eidem sic deputato. Item quod dicta camera Urbis et eius officiales teneantur et debeant, unicuique volenti hemere de sale, vendere et tradere sibi de sale predicto pro pretio III<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo dicti salis pro apodissa et expeditione per apodissam dicte camere, ut consuetum est, donec totum
- f. 68v dictum salem per dictos emptores emptum extiterit expeditum et venditum per terram et aquam et quod dicta camera et eius officiales, qui nunc sunt et per tempora erunt, nec non ei quicumque alii officiales Romani populi donec et quamdiu dictum salem totum erit expeditum non possint nec valeant aliquam quantitatem rublorum salis per terram nec per aquam alicui vendere nec non ius alicui tradere nec etiam per aquam alicui deferre, concedere nec deferri facere nisi usque ad quantitatem XX<sup>m</sup>III<sup>m</sup><sup>(m)</sup> florenorum auri dumtaxat<sup>(n)</sup> pro utilitate et comodo dictorum emptorum nec possent aliquo modo et sub aliquo colore statuere nec ordinare<sup>(o)</sup> quod apodisse salis camere Urbis nec de sale predicto per terram nec per aquam pro magiori vel minori pretio vendatur quam III<sup>or</sup> florenorum auri per rublum donec dicta quantitatem dicti salis vendita fuerit, ita quod dicti emptores nullo modo nec aliquo tempore turbari possint in venditione dicti salis nec in possessione iuris percipiendi et quantitate redigendi de dicto sali
- f. 69r immo ipsis debeant in quantiate possidere in dicta percetione dicte pecunie ex sale predicto manutenere et conservare et conservari facere per ipsos officiales et Romanum populum donec totum dictum salem venditum extiterit et pretium ex eo perceptum et ipsos emptores in percetione dicte pecunie exigende de sale predicto et in emptione dicti salis et in dicto sale defendere et manutenere ab omni persona de iure et de facto et ipsos emptores facere potiores in venditione et receptione predictis dictis salis et iuribus predictis per

terram et per aquam et ubi dicti emptores in rebus predictis venditis quomodo de iure vel de facto aliquo tempore turbarentur quominus dictum salem vendere et ex eo pecuniam recolligere non possint vel etiam evicti essent voluerunt dicti officiales Romani populi et camera Urbis teneri dictis emptoribus de evictione et ad omnem dampnorum emendam, ut iura volunt, de bonis Romani populi et camera Urbis.

f. 69v Item quod sigillum dohane salis predicti sigilletur et sigillari debeat semper sigillo dicatorum emptorum seu deputandi pro eos et dictum sigillum dohane predictae disolvi seu disigillari non possit sine presentia dicatorum emptorum sive deputandi per eos ad predicta et quod dicta venditio facta per dictos venditores dictis emptoribus de sali predicto sigillum dicte dohane sigilletur dicatorum emptorum seu deputandi per eos. Item quod occasione cuiuscumque fideiussionis et obligationis facte vel fiende per dictos emptores vel aliquem eorum et cuiuslibet ipsorum facte et fiende et occasione quorumcumque exceptionum et delictorum per eos vel aliquem ipsorum commossorum seu commictendorum in futurum, durante tempore venditionis et expeditionis dicti salis empti in dicta pecunia et pretio dicti salis et pecunie redigende ex eo, ipsi emptores vel aliquis ipsorum quomodolibet gravari vel inquietari non possint nec quomodolibet

f. 70r stagni, immo ipsi emptores et quilibet ipsorum liberi remaneant et liberi sint in pecunia et pretio predicto et sali predicto et contra eos<sup>(p)</sup> quacumque occasione executionis aliqua fieri non possint in dicto sali et eius pecunia et si per officiales Urbis, qui fuerunt per tempora, contra factum fuerit quod teneantur ipsi officiales contra facientes et quilibet eorum ad penam C florenorum auri vice qualibet qua contra factum fuerit Urbis camere applicandam et ad interesse dicatorum emptorum vel alicuius eorum quo passi fuerint occasione predicta et de predictis scyndicetur et scyndicari possint officiales predicti. Item quod non liceat dominis Conservatoribus camere Urbis presentibus et futuris, qui per tempora erunt, mictere seu conduci facere salem per aquam ad partem Campaniam sive Maretime seu alibi in quacumque parte et si micteretur, quod pecunia dicti salis sic missi veniant ad manus dicatorum emptorum assignanda eisdem ad rationem

f. 70v III<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo dicti salis et quod non possint nec valeant vendere aliquam quantitatem salis per aquam nec per terram, nisi dumtaxat usque ad quantitatem XXIII<sup>m</sup> florenorum auri, computata presente quantitate V<sup>m</sup>III<sup>c</sup>XL florenorum auri in presente venditione contenta, donec presens quantitas et alias recipiat usque in quantitatem XXIII<sup>m</sup> florenorum auri extimata fuerit totaliter. Item quod camerarius camere Urbis, qui nunc est et per tempora erit, non possit nec valeat concedere licentiam carriandi<sup>(q)</sup> salis per aquam et expeditionis salis sine expresso consensu et voluntate dicatorum emptorum seu deputandi per eos ad penam C florenorum auri applicandam camere Urbis vice qualibet qua dictus camerarius contra fecerit teneatur tamen dictus camerarius, ad requisitionem dicatorum emptorum seu deputandi per eos, dictam apodissam concedere et sigillare ad dictam penam.

f. 71r Item quod illi qui positi et deputati fuerint per dictos emptores ad exequenda predicta non teneantur ire ad aliquem exercitum vel cavalcatam fiendas pro parte populi Romani vel officialium ipsius Romani populi vel societatis predictae, nec predicta de causa gravari possint nec ad penam aliquam teneantur occasione predicta et omnia arma que voluerunt de die et de nocte possint inpune portare durante deputatione predicta. Item quod dicti emptores occasione dicti salis per eos vendendi ad solutionem alicuius gabelle non teneantur et eodem modo illi quibus dicti emptores vendent salem expediendum per aquam ad solutionem alicuius gabelle minime teneantur, ut consuetum est. Item quod dominus Senator Urbis, presentes domini super guerras, Conservatores camere Urbis et Romani populi, qui nunc sunt et per tempora erunt et quocumque nomine nuncupentur,

f. 71v teneantur et debeant predicta capitula et omnia et singula in eis contentis attendere et observare et observari facere et in nullo contra facere vel venire quovis modo et maxime quod teneantur nec debeant aliquid in consiliis Urbis proponere nec deliberari facere contra suprascriptos vel aliquod predictorum contentorum in capitulis supradictis et si contra facerent teneantur et obligati sint dictis emptoribus ad interesse quod ipsi emptores vel aliquis ipsorum pretendere possent occasione predicta nec non teneantur ad penam V<sup>c</sup> florenorum auri vice qualibet qua contra factum fuerit Urbis camere applicandam et ab eis et quolibet ipsorum contra facientem retinendum per eorum scyndicum tempore eorum scyndicationis. Item quod pro predictis omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis predicti venditores et officiales Urbis, nominibus quibus supra, obligaverunt et pignori posuerunt dictis emptoribus et cuiuslibet ipsorum, presentibus et

f. 72r recipientibus, ut supra dictum est, omnia et singula bona dicte camere Urbis et populi Romani mobilia et immobilia presentia et futura.

Actum Rome in domo residentie dominorum Conservatorum camere Urbis, presentibus hiis testibus, scilicet domino Laurentio domini Petri de regione Montium, Butio Angeli de regione Columpne, Paulo de Rubeis de regione Pinee, Iohanne Cole capomagestro, Petro Lelli Butii de Rubeis et Lello Eunufri de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis<sup>(r)</sup>.

<sup>(a)</sup> Così P <sup>(b)</sup> Ripetuto “et eorum” <sup>(c)</sup> Così P <sup>(d)</sup> La scelta si riferisce al trasporto del sale, ved. in proposito il formulario del successivo doc. 35 f. 75r. ved. A. ANZILOTTI, in «Archivio della Società romana di storia patria», 42 (1919), p. 375. <sup>(e)</sup> P “Sabbe” <sup>(f)</sup> P “Sabbe” <sup>(g)</sup> Così P <sup>(h)</sup> Così P <sup>(i)</sup> P “conthaentes” <sup>(j)</sup> Così P <sup>(k)</sup> P “aplicanda” <sup>(l)</sup> Omesso “que” cfr. doc. 35 f. 82r <sup>(m)</sup> Così P <sup>(n)</sup> L’espressione che segue fino a “colore2 è stata annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(o)</sup> Ripetuto “nec ordinare” <sup>(p)</sup> Ripetuto “eos” <sup>(q)</sup> Corretto sul precedente “corrigi” <sup>(r)</sup> P “rogatorum”.

La camera di Roma e gli antepositi per le guerre, avendo bisogno di denaro per le necessità militari del popolo romano e, in particolare, per riscattare Vetralla dal nobile Guglielmo *Philibat*, milite alemanno e capitano di una compagnia di militi armati che avevano occupato il *castrum* di Vetralla e la rocca, decidono di ricorrere alla vendita del sale ai cittadini romani.

A tal fine i nobili Giovanni *de Cinthiis*, cancelliere, e Speranza, antepositi per le guerre, con l'autorità loro concessa dal pontefice Urbano VI e dal popolo romano e con il consenso dei nobili Bartolomeo *de Toscis*, Pietro di Giovanni *Gallonis* e Cola di Paolo *Talgialonto* conservatori della camera di Roma, di Giacomo *Carote* esecutore di giustizia, di Nuzio *Venatii* e di Nello *Formani* due dei quattro antepositi della Felice Società dei Balestrieri e dei Pavesati di Roma, di Giovanni di Ottaviano vicario dell'esecutore di giustizia, di Santo *Alte* e di Andreozio *Troppe*, consiglieri della Società dei Balestrieri presenti per procura, e con decreto e l'autorità del nobile Bartolomeo di Narni, giudice palatino e camerario di Roma, in presenza di Santolo di Francesco *Busse* notaio dei conservatori, di Petruzio di Giovanni *Contis* notaio della Società dei Balestrieri e dei Pavesatori di Roma, di Buzio di Angelo del rione Colonna, di Saba de Milgariis del rione Campitelli e di Paolo *de Seromanis* notaio degli Antepositi sulle guerre, vendono ai nobili Cola di Nardo del rione Monti, a Paolo di Schiavo di Giovanni di Egidio del rione Parione, a Paolo di Stefano di Meo del rione Monti, a Giovanni di Lello di Buzio *de Rubeis* del rione Pigna, a Ceccodeo del rione Colonna, a Petricone *de Capudzuchis* del rione Trevi, a Coluzia di Stefanello del rione Colonna, a Nicola *de Porcariis* del rione Pigna, Cecco di Lomolo *Capudzuchi* del rione Trevi, a Cerrone del rione Monti, a Buzio di Cola di Raniero del rione Colonna, a Lorenzo *Pieczocarne* del rione Colonna, a Romano *Pirronis* del rione Colonna, a Paolo di Crescenzo del rione Colonna, a Cola di Paolo di Maestro Romano, a Pietro *Nuelis* del rione Colonna a Tommaso di Bartolomeo *Obitionis* del rione Campomarzio, a Bubalo *de Cancellariis*, a Pietro di Nicola di Giacomo, a Giovanni *Strapecte de Thedallinis*, a Giacomo di Giaquintello, a Cola di Giovanni *Sciarre*, a Saba del maestro Paolo del rione Colonna, a Luca *de Advocatis*, a Giuliano di Schiavo, a Paolo di Varo, a Cecco di Cola di Matteo, a Giordano di Cecco del rione Campomarzio, a Cecco *Spizica*, a Riccardo *de Sanguineis*, a Nicola *de Calvis* del rione Ponte, a Cecco *Coccirole*, ad Antonio di Buonopera, a Lello di Petruzio, al maestro Antonio medico del rione Parione, a Marco *de Amatescis*, a Vecchiarello del rione Parione, a Giacomo *Palonis*, a Giovanni di Paluzio di Giovanni di Paolo, a Lello di Alessio del rione Arenula, a Giacomello *Piperis*, a Lorenzo *Stalgia*, a Giuliano di Cecco Theuli, a Cola Quatracie, a Giovanni, a Pietro e Silvestro *de Mutis* del rione di S. Eustachio, a Giovanni di Giacomo, a Colasso di Pietroluzio di Filippo, a Giovanni di Cola, al capomaestro Lorenzo di Giordanello, a Giannolo e Giacomello di Matteolo *Infantis*, a Cecco di Biagio *Biancapectorina*, a Paolo di Omodeo del rione Pigna, a Santo di Pietro *Berte* del rione Colonna, a Matteolo di Giovanni di Giacomo del rione Monti, ad Antonio di Belluomo di Cola, a Santo de Buccabellis, ad Antonio *Buccabelle*, a Cecco di Gregorio, a Nuzio di Paolello del rione Campitelli, al maestro Lorenzo dello Mastro del rione Ripa e a Giacomo *Calisci* del rione Trastevere il sale di una salina e la relativa dogana per un quantitativo di 4920 rubbia di sale, con diritto al trasporto ed alla vendita al minuto, da trasferire presso la camera di Roma per terra o per acqua, a scelta degli acquirenti, al prezzo di 3 fiorini per un totale di 14760 fiorini da rivendersi a 4 fiorini d'oro per ciascun rubbio.

La salina è la medesima nella quale è stato già fatto un contratto di vendita di sale dagli Antepositi sulle guerre, già scaduti dal mandato, rogato dai notai Santolo di Francesco *Busse*, Pietro di Giovanni *Contis* e Paolo *de Seromanis* (v. doc. 34): gli acquirenti della prima vendita e quelli della presente vendita d'ora in poi potranno esigere insieme la quantità di sale assegnata a ciascuno di loro per la vendita all'ingrosso o al minuto.

I contraenti convengono che gli acquirenti avranno diritto al quantitativo di sale pagato da ciascuno di loro.

Lello Maddaleno, camerario degli antepositi per le guerre, dichiara di aver ricevuto dagli acquirenti le seguenti somme: Cola di Nardo 200 fiorini; Paolo di Schiavo di Giovanni di Egidio a nome di Giovanni *de Cerronibus* del rione Monti 100 fiorini d'oro; Paolo di Schiavo a nome del padre Schiavo 100 fiorini d'oro; Paolo di Schiavo a nome di Giacomello di Cinzio *de Frangiapanensibus* 150 fiorini d'oro; Lorenzo di Pietro del rione Monti 120 fiorini d'oro; Paolo di Stefano per sé e per il padre Stefano 100 fiorini d'oro; Pietro di Renzucolo versa 50 fiorini d'oro; Paolo di Stefano di Meo a nome di Andrea mercante versa 50 fiorini d'oro; lo stesso Paolo di Stefano di Meo versa per Pietrobono 50 fiorini d'oro; ancora Paolo di Stefano di Meo versa per Saba di Francia 50 fiorini d'oro; Giovanni di Lello di Buzio *de Rubeis* per sé e per i suoi fratelli versa 80 fiorini d'oro; lo stesso Giovanni di Lello di Buzio *de Rubeis* versa per Giovanni e Marco figli di Maddaleno speciale del rione Monti 120 fiorini d'oro; ancora Giovanni di Lello di Buzio *de Rubeis* versa per Paolo di Nuzio *de Astallis* 100 fiorini d'oro; Giovanni di Paolo di Nicolella per sé e per Giovanni *Carboni* del rione Monti 350 fiorini d'oro; Ceccodeo per sé versa 250 fiorini d'oro, per Cecco di Palocco 50 fiorini d'oro, per Palocco *de Pappazuris* 100 fiorini d'oro, per Petruzio mandatario 200 fiorini d'oro, per gli eredi di *Scocciapile* 75 fiorini d'oro, per gli eredi di Cecco *Rosani* 50 fiorini d'oro, per Giacomo di Giovanni *Cimini* 50 fiorini d'oro, per Giacomo di Salvatello 75 fiorini d'oro, per Cola Santo del rione Colonna 150 fiorini d'oro, per Ruggero *de Tosectis* 50 fiorini d'oro, per Paolo di Cinzio del rione Ponte 120 fiorini d'oro, per Tuzio del rione Ponte 100 fiorini d'oro, per Paolo *Vayani* 150 fiorini d'oro, per Paolo *Malgiotii* 100 fiorini d'oro, per Paolo di Tommaso *Iaci* ed il fratello 50

fiorini d'oro, per Giovanni di Nino 100 fiorini, per Renzo *Paluccepti* del rione Arenula 100 fiorini d'oro e infine per Matteo mercante già di Rieti 100 fiorini, somme che i venditori dichiarano di utilizzare per il riscatto di Vetralla secondo l'accordo stipulato con Guglielmo *Philibat*.

I contraenti convengono che gli acquirenti dovranno realizzare interamente i proventi del sale che sarà trasportato, a spese della camera di Roma, nel palazzo del Campidoglio insieme al sale nuovo per integrare l'attuale giacenza. Nel caso che il quantitativo di sale non fosse sufficiente i venditori si impegnano a recuperarlo dalla terzeria già venduta a \*\*\*\*\* ed ai suoi soci, se poi essi non dovessero finire di pagare il residuo della somma fino a 2400 fiorini gli acquirenti del presente contratto potranno prelevare il sale mancante. Il contratto è integrato da un capitolato di prova distinto nei seguenti capitoli.

Gli Antepositi per le guerre ed i Conservatori dovranno tenere il sale, a spese della camera di Roma, nei salari del palazzo del Campidoglio affinché coloro che dovranno acquistare il sale possano ottenerlo con l'autorizzazione della camera e il camerario dovrà mettere a disposizione del delegato degli acquirenti cera, carta ed inchiostro per la stesura delle bollette d'acquisto sotto pena di 100 libbre di provisini del senato al tempo del sindacamento.

I conservatori e gli altri ufficiali della camera di Roma e del popolo romano dovranno con sollecitudine soddisfare le richieste degli acquirenti di sale attraverso il camerario.

Il camerario dovrà versare le spese di coloro che hanno trasportato il sale nei salari ed i Conservatori negligenti saranno tenuti a pagare gli interessi ed incorreranno nella pena di 100 libbre di provisini al tempo del loro sindacamento.

Il camerario, ricevuta l'autorizzazione di pagamento dagli ufficiali, dovrà versare immediatamente la somma di denaro utilizzando qualunque provento per soddisfare un credito privilegiato, in caso contrario, su richiesta degli acquirenti, incorrerà nella pena di 100 libbre di provisini e al pagamento degli interessi al tempo del suo sindacamento.

Il doganiere della camera dovrà prestare il suo servizio, senza chiedere altro salario, per soddisfare per soddisfare le richieste di sale, dovrà preparare le bollette all'ingrosso e quelle al minuto con il prezzo di 4 fiorini d'oro per ciascun rubbio di sale e i denari ricavati saranno destinati al delegato degli acquirenti del sale: in caso contrario incorrerà nella pena di 25 libbre di provisini ed al pagamento degli interessi al tempo del suo sindacamento eseguito dai suoi ufficiali.

Gli acquirenti possono delegare uno di loro o un sostituto per sorvegliare l'applicazione dei singoli capitoli del capitolato di prova con un salario mensile di 3 fiorini che dovrà essere pagato dal camerario come debito privilegiato.

La camera di Roma ed i suoi ufficiali dovranno vendere il sale a chiunque ne faccia richiesta al prezzo di 4 fiorini d'oro per ciascun rubbio finché non sia esaurito, né potranno cedere il diritto di vendita, se non fino alla quantità di 2400 fiorini d'oro per la precedente cessione fatta a Ceccodeo (v. doc 34) affinché gli acquirenti del presente contratto siano facilitati nella vendita: in caso contrario incorreranno nei danni da pagare con i beni del popolo romano e della camera.

Il sigillo utilizzato dalla dogana deve essere quello degli acquirenti o di un loro delegato e non sarà possibile dissigillarlo senza la loro presenza.

Nel caso di un'obbligazione contratta dagli acquirenti o da un solo acquirente dopo una contestazione o un delitto non sarà consentito di intervenire sulla somma di denaro ricavata dalla vendita del sale e sul prezzo concordato finché non sarà stata completata la vendita stessa e se gli ufficiali di Roma faranno diversamente incorreranno nella pena di 100 fiorini d'oro e al pagamento degli interessi al tempo del loro sindacamento.

I Conservatori della camera di Roma non potranno inviare il sale in Campagna o Marittima o altrove e, se dovesse essere inviato, il denaro ricavato, in ragione di 4 fiorini d'oro a rubbio, dovrà essere rimesso agli acquirenti, si ricorda ancora che i Conservatori non potranno vendere ad alcuno il sale fino alla quantità di 2400 fiorini d'oro in considerazione della presente vendita e dell'atto di vendita in precedenza già deliberato (v. doc. 34)

Il camerario della camera di Roma non potrà concedere l'autorizzazione al trasporto del sale senza un esplicito consenso degli acquirenti o del loro delegato e dovrà inoltre apporre il sigillo sul quantitativo di sale altrimenti incorrerà nella pena di 100 fiorini d'oro.

Il delegato degli acquirenti non dovrà seguire gli eserciti o le cavalcate ordinate dal popolo romano o dai suoi ufficiali o dalle società cittadine e potranno portare impunemente qualsiasi arma di giorno o di notte nel periodo dell'incarico.

Gli acquirenti del sale non saranno tenuti, in occasione della vendita, al pagamento di alcuna gabella e coloro che acquistano il sale dovranno pagare una gabella ridotta, secondo la consuetudine.

Una volta assolto l'obbligo relativo all'altra terzeria di sale venduta dagli ufficiali a Ceccodeo ed ai suoi soci con un'assegnazione di sale corrispondente al prezzo di 2400 fiorini e, inoltre, valutata la presente vendita di 5240 fiorini d'oro, pagata il giorno prima (?) come risulta dall'atto rogato dai notai Santolo di Francesco *Busse*, Petruzio di Giovanni *Contis* e Paolo *de Seromanis*, i contraenti convengono che tutti e due gli



acquirenti dovranno ricavare il loro usufrutto e confermano che il prezzo del sale è stato valutato in 3 fiorini e dovrà essere rivenduto a 4 fiorini d'oro per ciascun rubbio.

Il Senatore di Roma, gli Antepositi per le guerre ed i Conservatori si impegnano a rispettare i capitoli del capitolato di prova e, in caso contrario, incorreranno nella pena di 500 fiorini d'oro ed al pagamento degli interessi al tempo del loro sindacamento.

Le due parti contraggono reciprocamente un'obbligazione per il rispetto dei patti e, in particolare, gli ufficiali impegnano i beni mobili ed immobili della camera di Roma e del popolo romano.

f. 72v In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXVIII pontificatus domini Urbani pape VI, indictione III<sup>a</sup>, mense decembris die XVII

In presentia Santoli Francisci Busse notarii dominorum Conservatorum, Petrutii Iohannis Contis notarii Societatis Balistrariorum et Pavesatorum Urbis, Butii Angeli de regione Columpne, Sabbe de Milgiaris de regione Campitelli et mei Pauli Seromanis notariorum dominorum Antepositorum super guerras Romani populi et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, cum camera Urbis et Domini super guerras Romani populi intigeant a presens pecuniam pro factis guerre Romani populi et maxime pro emendo castrum Vetralle a magnifico viro domino Guilielmo Philibat, milite alamando capitaneo gentis armorum detinentium dictum castrum et eius arcem, pro statu et magnificentia populi Romani, nec videatur a presens unde dicta pecunia comodius haberi possit, quod sit minus dampnosum camere Urbis et civibus romanis quam de sale vendendo romanis civibus

f. 73r infrascriptis secundum modum infrascriptum, idcircho nobiles viri Iohannes de Cinthiis cancellarius Urbis et Speransa de regione Transtiberim Antepositi super guerras Romani populi, ex potestate baliva et auctoritate eis concessa per summum pontificem Urbani papam VI, nec non per Romanum populum, cum consensu et voluntate nobilium virorum Bartholomei de Toscis, Petri Iohannis Gallonis et Cole Pauli Talgialonto Conservatorum camere Urbis, Iacobelli Carote, executoris iustitie, Nutii Venatii et Nelli Formani, duorum ex quatuor Antepositorum Felicis Societatis Balistrariorum et Pavesatorum Urbis et gerentium, Iohannis Otabiani, executoris iustitie, Santi Alte et Andreotii Troppe consiliariorum Societatis predicte, absentium, ut de predictis patet manu dicti Petri notarii, presentis et fidem facientis, presentium<sup>(a)</sup>, et ad hec omnia et singula consentientium<sup>(b)</sup> et eorum et ipsorum officiorum consensum prestantes et volentes omnia et singula infrascripta fieri et concipi debere, ut infra describitur, quem consensum dicti officiales predicti prestiterunt

f. 73v ex potestate statim eis concessa in consilio Societatis predicte, ut patet manu dicti Petri notarii ipsorum et dicte Societatis, presentis, et sic verum esse asserentis, nec non cum decreto et auctoritate nobilis et sapientis viri domini Bartholomei de Narnia, iudicis palatini et camerarii Urbis, ad hec omnia et singula suum et dicti sui officii decretum et auctoritatem interponentis, omnimodo via iure et forma quibus melius fieri possunt eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt infrascriptis nobilibus discretis et sapientibus viris Cole Nardi de regione Montium, Paulo Sclavi Iohannis Egidii de regione Parionis, Paulo domini Sabbe de regione Pinee, Paulo Stephani Mei de regione Montium, Iohanni Lelli Butii de Rubeis de regione Pinee, Cecchodeo de regione Columpne, Petricono de Capudguchis de regione Trivii, Colutie Stephanelli de regione Columpne, Nicolao de Porcariis de regione Pinee, Ceccho Lomoli Capudg[uchi] de regione Trivii, Cerroni de regione

f. 74r Montium, Butio Cole Raynerii de regione Columpne Laurentio Pieczocarne de regione Columpne, Romano Pirronis de regione Columpne, Paulo Crescentii de regione Columpne, Cole Pauli magistri Romani, Petro Nuelis de regione Columpne, Thome Bartholomei Obitionis de regione Campimartis, Bubalo de Cancellariis, domino Petro Nicolai Iacobi, Iohanni Angeli Strapecte de Thedallinis, Iacobo Iaquintelli, Cole Iohannis Sciarre, Sabbe magistri Pauli de regione Columpne, Luce<sup>(c)</sup> de Advocatis, Iuliano Sclavi, Paulo Vari, Ceccho Cole Mathei, Iordano Cecchi de regione Campimartis, Ceccho Spizica, Ricardo de Sanguineis, domino Nicolao de Calvis de regione Pontis, Ceccho Cocciole, Anthonio Bonopere, Lello Petrutii, magistro Anthonio medico de regione Parionis, domino Marcho de Amatescis, Vecchiarello de dicta regione Parionis, Iacobo Palonis, Iohanni Palutii Iohannis Pauli, Lello Alexii<sup>(d)</sup> de regione Arenule, Iacobello Piperis, Laurentio Stalgia, Iuliano Ceci Theuli, Cole Quatracie, Iohanni Petro, Silvestro

f. 74v de Mutis de regione Sancti Eustachii, Iohanni domini Iacobi, Colasso Petrolutii Philippi, Iohanni Cole capomagestro, Laurentio Iordanelli, Iannolo, Iacobello Matheuli Infantis, Ceccho Blaxii Biancapectorina, Paulo Homodei de regione Pinee, Santo Petri Berte de regione Columpne, Matheulo Iohannis domini Iacobi de regione Montium, Anthonio Bellihominis Cole, Santo de Buccabellis, Anthonio Buccabelle, Ceccho Gregorii, Nutio Palelli de

regione Campitelli, magistro Laurentio dello Mastro de regione Ripe, Iacobo Calisci de regione Transtiberim

f. 75r presentibus et recipientibus iure proprio et in perpetuum pro se ipsis et<sup>(f)</sup> vice et nomine infrascriptorum heredum et sucessorum ipsorum et cui seu quibus dare et concedere voluerunt coniuntim vel divisim, donec infrascripta pecunie quantitas tota recepta fuerit per dictos emptores ex sale infrascripto et eius dohana, videlicet quatuor milia novecentum viginti rubla salis, nec non et ius expediendi et vendendi totam et



integram quantitatem salis predicti de tota et integra parte saline Urbis, spectante et pertinente ad cameram Urbis per apodissam expeditionis in camera Urbis, ad rationem III<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo salis deferendum per terram sive per aquam ad libitum dictorum emptorum, nec non ius percipiendi et habendi omnes et singulas quantitates pecunie deveniente et percipiende in dicta camera occasione dicti salis, nec non et occasione totius medietatis salis<sup>(g)</sup> vendendi et expediendi in dicta camera ad minutum quod dicitur ascurosi<sup>(h)</sup> ad rationem et pretium predictum, videlicet ad rationem III<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo salis

f. 75v et non pro minori pretio, donec tota dicta quantitas totius dicti salis estiterit vendita et expedita in dicta camera, sumptibus et expensis dicte camere, videlicet cere carte et tinte, que tertia pars dicte saline est illa de cuius medietate celebratum fuit contractum venditionis de certa quantitate salis per dictos dominos Antepositos super guerras, iam sunt dies elapsi, quibus de civibus Romanis, de qua venditione patet manu dictorum Santoli, Petri et mei notariorum, que medietas scorsorum et dicti salis vendendi et expediendi ad scorsum, ut supra dictum est, et tota dicta tertia pars saline predicte communicetur et communicatus sit inter omnes predictos emptores, ita quod illi emptores predicti qui continentur in dicta prima venditione et predicti, supra nominati, in presente venditione contenti, ex nunc in antea, communiter exigantur et percipere et habere possunt debeant et totam quantitatem per eos percipiendam de dicta tertia parte et de dicta medietate dictorum scorsorum dicti salis, iuxta et secundum quantitatem et numerum per unumquemque emptorum predictorum recipiendam

f. 76r et debendam eisdem prout unusquisque ipsorum solverit occasione supradicta et infrascripta, prout et sic conventum fuit et est per dictos dominos cum dictis primis emptoribus in dicto contractu prius celebrato per eos, quam venditionem de sale predicto et ius percipiendi pretia et quantitates obveniente in dicta camera, occasione dicti salis vendendi etiam ad grossum per apodissam dicte camere quam ad minutum, ut supra dictum est, predicti domini, nominibus quibus supra, cum consensu et voluntate predictorum officialium et cum decreto et auctoritate iudicis predicti, fecerunt dictis emptoribus, recipientibus ementibus vice et nomine ut supra, ad rationem et pro pretio trium florenorum auri pro quolibet rublo salis, actum tamen et conventum inter predictos venditores et emptores quod unicuique dictorum emptorum, ex presente venditione in predictis rebus et iuribus venditis, ius aquiratur pro illa quantitate per unumquemque ipsorum soluta, et solvenda, ut tangit, secundum portionem quantitatis predicte, ut superius

f. 76v est espressum, quas omnes quantitates predictas et pretia predicta, occasionibus supra et infrascriptis; Lellus Madalenus, camerarius dictorum Dominorum Antepositorum super guerras predictorum, confessus fuit et est a dictis emptoribus et quolibet ipsorum recepisse et habuisse, dantibus et solventibus dicta de causa, videlicet a dicto Cola Nardi florenos auri CC, Paulo Sclavi Iohannis Egidii solvente pro Iohanne de Cerronibus de regione Montium florenos auri C, a dicto Paulo Sclavi solvente pro dicto Sclavo patre suo florenos auri C, a dicto Paulo pro Iacobello Cinthii de Frangiapanensibus florenos CL, a domino Laurentio domini Petri de regione Montium florenos auri CXX. Item a Paulo Stephani pro se et Stephano patre suo florenos C. Item pro Petro Rensuccoli exhonerando florenos L.

f. 77r Item a dicto Paulo Stephani Mei pro Andrea mercatante exhonerando florenos auri L. Item ab eodem pro<sup>(i)</sup> exhonerando Petrum Bonum florenos L. Item pro exhonerando Sabbam Francie florenos L. Item a Iohanne Lelli Butii de Rubeis pro se et fratibus suis florenos LXXX. Item pro exhonerando Iohannem et Marchum filios Madaleni spetiarii de regione Montium florenos auri CXX. Item pro exhonerando Paulum Nutii de Astallis florenos auri C. Item pro Iohanne Pauli Nicolelle pro se, volens exhonerare Iohannem Carbonis de regione Montium florenos auri CCCL. Item Cecchodeo, volens exhonerare infrascriptos et pro se et primo, nomine suo, florenos CCL. Item pro Ceccho Palocchi florenos L. Item pro Paloccho de Pappazuris florenos C.

f. 77v Item pro Petrutio mandatario florenos CC. Item pro heredibus Scocciapile florenos LXXV. Item pro heredibus Cecchi Rosani florenos L. Item pro Iacobo Iohannis Cimini florenos L. Item pro Iacobo Salvatelli florenos LXXV. Item pro Cola Santo de regione Columpne florenos CL. Item pro Rogerio de Tosectis florenos L. Item pro Paulo Cinthii de regione Pontis florenos CXX. Item pro Tucço de regione Pontis florenos C. Item pro domino Paulo Vayani florenos CL. Item pro Paulo Malgiotii florenos C. Item pro Paulo Thome Iaci et frate florenos L. Item pro Iohanne Nini florenos C. Item pro Rentio Paluccepti de regione Arenule florenos C. Item pro Matheo mercatante de Reate dudum florenos C,

f. 78r quam pecuniam predicti domini venditores, prefatis emptoribus dixerunt et promiserunt solvere pro abendo<sup>(i)</sup> et aquirendo dicto populo Romano dictum castrum Vetralle, secundum et iuxta conventiones per eos habitas conventas et firmatas cum domino Guilielmo Philibat predicto; nec non actum et conventum fuit inter dictos emptores et venditores, quod domini Conservatores camere Urbis, qui nunc sunt et per tempora erunt in dicto officio, qui domini Conservatores, pro sese ipsis et aliis futuris in dicto officio vice et nomine dicte camere, solempni stipulatione promiserunt dictis emptoribus recipientibus, ut supra, donec totum dictum salem expeditum fuerit per apodissam dicte camere ac totam dictam quantitatem ad rationem III<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo salis predictos emptores erit extractum et perceptum ex sale predicto, que quantitas ad numerum et quantitatem XIII<sup>m</sup>VII<sup>c</sup>LX florenorum auri ascendere teneantur et debeant sal camere Urbis ubique existens deferri et portati facere, omnibus expensis camere Urbis, ad palatium Campitolii, ut in capitulis

- f. 78v continetur, promiserunt insuper dicti domini Conservatores et domini super guerras dictis emptoribus fieri facere, expensis camere Urbis, sal novum et ipsum deferri et portari facere ad palatium Campitoli super sal quod nunc reperitur penes dictam cameram, ubi dictum sal quod nunc reperitur non sufficeret ad satisfactionem et perceptionem totius dicte quantitates, voluerunt et promiserunt etiam dicti domini venditores quod extracta quantitas pecunie ex alia terzaria sive tertia partis saline iam vendite \*\*\*\*\*<sup>(k)</sup> et sociis suis per officiales Urbis per ipsos emptores, qui nunc sunt in quasi possessione dicte saline et ius percipiendi, ex ipsa, tertiam partem saline per eos emptam a camera Urbis, quod dicta alia terzaria sive tertia pars statim attribuatur et attributa sit ipso iure et ipso facto per presentem contractum dictis emptoribus huius contractus et aliis qui pridie emerunt, de quibus supra sit mentio, ita quod ex illa parte saline et ex supradicta terzaria saline et dicta medietas dictorum
- f. 79r scorsorum dicta quantitas exigatur et colligi et percipi possit per dictos emptores huius contractus secundum quod supradictum est et infra dicentur, conventum tamen et declaratum inter dictos venditores et emptores quod dicti alii, qui dictum residuum usque ad quantitatem XXIII<sup>m</sup> florenorum persolvent, sint illo tunc in quasi possessione percipiendi ius predictum et quantitatem redigendam ex sali predicto una cum dictis emptoribus, cum celebrabitur contractus solutionis totius residui supradicti, et si contingat dictum residuum dicti pretii non persolvi per futuros emptores, quod dicti emptores, supra nominati et declarati, debeant et possint percipere illam quantitatem pecunie ex dictis salinis, secundum quod tangit quantitatem et pretium supra solutum, secundum conventionem et pacta predicta et infrascripta, actum tamen et conventum inter predictos venditores, quibus supra nominibus, ex una parte, et dictos emptores, ex alia, quod ipsi officiales et qui per tempora erunt non possint nec eis liceat quoque modo dictas terzarias salis et medietatem
- f. 79v ex sale predicto dictam pecuniam XX<sup>m</sup>III<sup>c</sup> florenorum si solvi contingerit, secundum conventiones predictas et infrascriptas, totaliter extenuatas in totum nec in parte vendere pignorarare nec alienare per aquam nec per terram et simili modo non liceat dictis officialibus, tam presentibus quam futuris in dicto officio successores, pignorarare vel alienare in totum vel in parte salinas predictas et ius percipiendi dictas quantitates ex dicto sale etiam si dictum residuum dicti pretii XX<sup>m</sup>III<sup>c</sup> florenorum auri solutum non extiterit, quorum quod capitulorum firmatorum inter dictos venditores et emptores, tenor talis est. In primis predicti domini super guerras, presentes et quicumque futuri in dicto officio, nec non et quod domini Conservatores camere Urbis, presentes et futuri, donec totum dictum sal fuerit venditus et expeditus per apodissam camere Urbis teneantur et debeant salem camere Urbis ubicumque existens deferri facere, expensis camere, ad palatium Campitoli et poni facere in salariis consuetis, existentibus in palatio predicto, ita quod omnes et singuli venientes per futura tempora pro emendo sal possint et valeant per apodissam camere Urbis dicti salis percipere
- f. 80r de salari supradicto, nec non et dicti officiales teneantur et debeant per camerarium camere Urbis, qui nunc est et per tempora erit, expensis dicte camere, dare et assignari facere viro, deputando per dictos emptores ceram, cartam et tyntam, que necessaria erit pro expeditione, dum totius salis vendatur per apodissam camere Urbis, ita quod dicti emptores dictam ceram, cartam et tintam habere debeant a dicta camera, expensis ipsius camere, ad penam C librarum provisinorum, vice qualibet qua contra factum fuerit tempore eorum scyndicationis auferende. Item quod presentes domini Conservatores et qui erunt per tempora, nec non et quicumque alii officiales dicte camere Urbis et populi Romani quocumque nomine nuncupentur, qui nunc sunt et per tempora erunt, positi ad gubernationem bonorum et iurium camere Urbis teneantur et debeant, cum expediens fuerit, ad simplicem requisitum dictorum emptorum mandare per eorum apodissas et omnimodo quo poterunt camerario camere Urbis. Item ipse camerarius det et solvat pro portatura dicti salis ad dictum salare omnes expensas et pecunie
- f. 80v quantitates, quam et quas expediens fuerit pro portatura salis predicti ad dictum salare illis, videlicet qui dictum salem portabunt ad salara predicta et Conservatores qui in predictis erunt negligentes teneantur ad interesse dictis emptoribus quod ipsi pretendere poterunt occasione predicta, nec non ad penam C librarum provisinorum dicte Urbis camere aplicandam et eis auferendam tempore eorum scyndicationis. Item quod camerarius camere Urbis, qui nunc est et per tempora erit, teneatur et debeat statim, presentata sibi dicta apodissa solutionis sibi transmittenda per dictos officiales, solvere de pecunia camere Urbis penes eum tunc existente, si pecunia tunc habuerit, alias de pecunia que ad eum perveniret in dicta camera, omne pecuniarum quantitate, secundum formam apodisse predictae eidem tunc transmissae et transmittende dicta occasione, ita quod dicta solutio<sup>(l)</sup> pro dicto sali deferendo et pro dicto salaro solvendo dicto Anteposito sit in hoc privilegiata et quod antecedere debeat omnem aliam solutionem que fieri
- f. 81r deberet de pecunia dicte camere cuicumque et ex quacumque causa, quod si dictus camerarius cessaverit predicta adimplere, vice qualibet qua fuerit requisitus pro parte dictorum emptorum, teneatur ad penam C librarum provisinorum aplicandam dicte camere tempore sui scyndicationis, nec non ad interesse dictorum emptorum quod ipsi pretendere poterunt occasione predicta. Item quod dohanerius camere Urbis, qui nunc est et per tempora erit, teneatur et debeat, sine alterius salarii perceptione, ad requisitionem dictorum emptorum vel ad requisitionem et postulationem deputandorum per dictos emptores in predictis et circa predicta, expedire omnes apodissas grossas et minutas sibi assignandas per dictos deputandos ad rationem et pro pretio IIII<sup>of</sup> florenorum auri pro quolibet rublo salis et pecunie omnes dictarum apodissarum recipere et

- partem ipsos emptores contingentes assignare ipsis emptoribus et eorum anteposito et quod dicti domini officiales camere, tam presentes quam futuri, teneantur et debeant mandare ac facere et curare cum effectu quod dictus dohanerius predicta expediat et ubi dictus
- f. 81v dohanerius predicta facere recusaret teneatur ipse dohanerius ad penam XXV librarum provisinorum camere Urbis aplicandam, vice qualibet qua recusaret ad interesse dictorum emptorum de cuius interesse probatione et taxatione<sup>(m)</sup> dictorum emptorum simplici sacramento credatur et de predictis scyndicari possit dohanerius supradictus per scyndicationem officialium, qui per tempora scyndicabit eosdem de gestis in officio memorato. Item quod dicti emptores possint et valeant deputare unum ex eis vel quecumque voluerint ad expediendum et exequendum predicta donec dictum sal venditus et expeditus fuerit in dicta camera per terram et per aquam cum salario trium florenorum auri percipiendo et sic deputando et tunc deputato, mense quolibet, de pecunia camere memorate, pro quo salario solvendo per camerarium camere Urbis, Conservatores camere Urbis, qui nunc sunt et per tempora erunt, teneantur per eorum apodissam per dictum camerarium dicto deputando per
- f. 82r dictos emptores, singulis mensibus, qui camerarius de pecunia dicte camere primo et ante omnia dicto anteposito solvere teneantur et debeat dicto anteposito salarium memoratum statim<sup>(n)</sup> assignare sibi apodissam solutionis predictam que sit privilegiata in hoc, videlicet quod primo sibi quam alteri solvere teneatur et debeat salarium predictum ad penam XXV librarum provisinorum<sup>(o)</sup> vice qualibet tempore sui scyndicationis auferende et quod occasione receptionis fiende per dictum antepositum cuiuscumque alterius salarii a camera Urbis seu a quacumque camera dicta solutio dicti salarii impediri non possit et domini Conservatores, qui per tempora erunt ad scyndicationem, non teneantur occasione dicte solutionis fiende eidem sic deputando. Item quod dicta camera Urbis et eius officiales teneantur et debeant, unicuique volenti hemere de sale predicto pro pretio IIII<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo dicti salis per apodissam expeditionis per apodissam dicte camere, ut consuetum est, donec totum dictum
- f. 82v salem per dictos emptores emptum extiterit expeditum et venditum per terram et aquam et quod dicta camera et eius officiales, qui nunc sunt et per tempora erunt, nec non quicumque alii officiales Romani populi donec et quamdiu dictus sal totum erit expeditum non possint nec valeant aliquam quantitatem rublorum salis per terram nec per aquam alicui vendere nec non ius alicui tradere nec etiam per aquam alicui deferre, concedere nec deferri facere nisi usque ad quantitatem XXIII<sup>m</sup> florenorum dumtaxat pro utilitate et comodo dictorum emptorum, nec possint aliquo modo et sub aliquo colore statuere nec ordinare quod apodisse salis camere Urbis nec de sale predicto per terram nec per aquam pro magiori vel minori pretio vendatur quam IIII<sup>or</sup> florenos per rublum donec tota dicta quantitas dicti salis vendita fuerit, ita quod dicti emptores nullo modo nec aliquo tempore turbari possint in venditione dicti salis nec in possessione iuris percipiendi et quantitate redigendi
- f. 83r de dicto sali, immo ipsis debeant in quantitate poss[id]ere<sup>(p)</sup> in perceptione dicte pecunie et sali predicto manu[te]nere et conservare et conservari facere per ipsos officiales et Romanum populum donec totum dictum salem venditum extiterit et pretium<sup>(q)</sup> ex eo perceptum et ipsos emptores in perceptione dicte pecunie exigende ex sali predicto et in emptione dicti salis et in dicto sali defendere ab omni persona de iure et de facto et ipsos emptores facere potiores in venditione et receptione predictis dicti salis et iuris predicti per terram [et] per aquam et ubi dicti emptores in rebus predictis vendit[is] quomodolibet de iure vel de facto aliquo tempore turbarentur quominus dictum salem vendere et<sup>(r)</sup> pecuniam recipere non possint vel etiam evicti essent voluerunt dicti officiales Romani populi et camere Urbis teneri dictis emptoribus de evictione et ad omnem dampnorum emendam, ut iura volunt, de bonis Romani populi et camere Urbis. Item quod sigillum dohane salis predicti sigilletur et sigillari debeat semper sigillo dictorum emptorum
- f. 83v seu deputandi pro eos et dictum sigillum dohane predictae disolvi seu disigillari non possit sine presentia dictorum emptorum seu deputandi per eos ad predicta et quod dicta venditio facta per dictos venditores dictis emptoribus de sali predicto sigillum dicte dohane sigilletur sigillo dictorum emptorum seu deputandi per eos. Item quod occasione cuiuscumque fideiussionis et obligationis facte vel fiende per dictos emptores vel aliquem eorum et cuiuslibet eorum facte et fiende occasione quorumcumque exceptionum commissorum seu per eos vel aliquem ipsorum commictendorum in futurum et delictorum quorumcumque, durante tempore venditionis et expeditionis dicti salis empti in pecunia et pretio dicti salis et pecunie redigende ex eo, dicti emptores vel aliquis ipsorum quomodolibet stagni, immo ipsi emptores et quilibet ipsorum liberi remaneant et liberi sint in pecunia et pretio predicto et sali predicto et contra eos
- f. 84r et quemlibet ipsorum quacumque occasione executionis aliqua fieri<sup>(s)</sup> non possint in dicto sali et eius pecunia [et] si per officiales Urbis, qui fuerint per tempora, contra factum [fu]erit quod teneantur ipsi officiales contra facientes ad penam C florenorum auri et quilibet ipsorum vice qualibet qua contra factum fuerit Urbis camere aplicandam et ad interesse dictorum emptorum vel alicuius ipsorum quo passi fuerint occasione predicta et de predictis scyndicetur et scyndicari possint officiales predicti. Item quod non liceat dominis Conservatoribus camere Urbis presentibus et futuris, qui per tempora erunt, mictere [se]u conduci facere salem per aquam ad partem Campa[n]ie sive Maretime seu alibi in quacumque [par]te et si micteretur, quod pecunia dicti salis sic missi veniat ad manus dictorum emptorum assignanda eisdem ad rationem quatuor

- f. 84v florenorum auri pro quolibet rublo dicti salis et quod non possit nec valeat vendere aliquam quantitatem salis per aquam nec per terram, nisi dumtaxat usque ad quantitatem XXIII<sup>m</sup> florenorum auri, computata presente quantitate in presente [con]tractu et in alia venditione iam facta contenta, donec presentes quantitates et alia quantitas in alia venditione iam facta contenta et que solveretur, si solvi contingerit, usque in quantitatem XXIII<sup>m</sup> florenorum auri dumtaxat totaliter extenuata fuerit. Item quod camerarius camere Urbis, qui nunc est et per tempora erit, non possit nec valeat concedere licentiam carriandi<sup>(t)</sup> salis per aquam et expeditionis salis sine expresso consensu et voluntate dictorum emptorum seu deputandi per eos ad penam C florenorum auri applicandam camere Urbis vice qualibet qua dictus camerarius contra fecerit teneatur tamen dictus camerarius, ad requisitionem dictorum emptorum seu deputandi per eos, dictam apodissam concedere et sigillare ad penam predictam. Item quod ille qui positus et deputatus fuerit per dictos emptores ad exequenda predicta non teneatur ire ad aliquem exsercitum vel cavalcatam fiendas pro parte Romani
- f. 85r populi vel officialium dicti Romani populi vel [societatis] predictae, nec predicta de causa gravari possint [n]ec ad penam aliquam teneatur occasione predicta et omnia arma que voluerit possit ipsum portare de die et de nocte durante deputatione predicta. Item quod dicti emptores dicti salis, occasione dicti salis per eos vendendi ad solutionem alicuius gabelle non teneantur et eodem modo illi quibus dicti emptores vendent salem expediendum per aquam [ad] solutionem alicuius gabelle minime tene[an]tur, ut consuetum est. Item quod liberata alia terzaria dicti salis que vendita fuit Cecchodeo et aliis sociis suis et facta dicta venditione de toto dicto pretio XXIII<sup>m</sup> florenorum a plus computata presente quantitate, que nunc solvitur, V<sup>m</sup>II<sup>c</sup>XL florenorum auri pridie in alia venditione soluta, ut patet manu predictorum Santoli, Petrutii [et] mei notariorum, quod pretium XXIII<sup>m</sup> florenorum non possit aliquo modo augeri in dicto sale nec ultra
- f. 85v ex eo vendito, quod sic actum et conventum fuit inter partes predictas, quod eo casu dicta terzaria salis liberata veniat statim et ipso facto in presente venditione at alia fienda, ut supra dictum est, et quod presentes emptores et alii in dicta venditione iam facta et fienda, ut supra dictum est, possint et debeatur fructificare et percipere cum effectu omnes et singulos fructus, redditus et proventus dicte terzarie de qua nunc venditur dicta quantitas salis et de medietate dictorum scorsorum pro pretio et ad rationem III florenorum auri pro quolibet rublo salis, ut supra dictum est, et in capitulis continetur expediendo dicto sali ad rationem III<sup>or</sup> florenorum auri pro quolibet rublo ad utilitatem et commodum dictorum emptorum. Item quod dominus Senator Urbis, presentes domini super guerras, Conservatores camere et alii officiales Urbis et Romani populi, qui nunc sunt et per tempora erunt et quocumque nomine nuncupentur, teneantur et debeant predicta capitula et omnia et singula<sup>(u)</sup>
- f. 86r in eis contenta attendere et observare et observari facere et in nullo contra facere vel venire quovis modo et maxime quod teneantur nec debeant aliquid in consiliis Urbis proponere nec deliberari facere contra suprascripta vel aliquod predictorum contentorum in capitulis supradictis et si contra facerent teneantur et obligati sint dictis emptoribus ad interesse, quod ipsi emptores vel aliquis ipsorum pretendere possint occasione predicta, nec non teneantur ad penam V<sup>c</sup> florenorum auri vice qua[li]bet qua contra factum fuerit, retinenda per eorum scyndicum tempore eorum scyndicationis. Item quod pro predictis omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti venditores et officiales Urbis, nominibus quibus supra, obligaverunt et pignori posuerunt dictis emptoribus et cuilibet ipsorum, presentibus et recipientibus, ut supra dictum est, omnia et singula bona dicte camere Urbis et populi Romani mobilia et immobilia presentia et futura.
- f. 86v Actum Rome in refectorio ecclesie Sancte Marie de Araceli, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Lelli Butii Iohannis Rubei<sup>(v)</sup> de regione Pinee, Iacobello Cole Santi de regione Campitelli, Alsatello de regione Columpne, Silvestro de Mutis de regione Sancti Eustachii et Butio filio olim Brancaleutii de Sanguineis de regione Pontis ad hec specialiter vocatis et rogatis.

(a) Così P (b) Depennato “pre” (c) P “Luce” (d) Depennato “Iacobello Piperis” (e) Segue mezzo foglio in bianco corrispondente a 12 righe (f) Ripetuta la congiunzione “ac” (g) Corretto sulla precedente espressione “saline” (h) Depennato “donec tota dicta quantitas totius dicti salis” (i) Depennato “he” (j) Così P (k) Presumibilmente omissa “Cechodeo” già indicato nel doc. precedente al f. 64v (l) Omissa “expensarum” v. doc. 34 f. 66v (m) P “taxatione” (n) P “satim” (o) Depennato “pro” (p) La cucitura a filo rete del presente foglio e di quelli successivi risulta asimmetrica rispetto allo specchio della scrittura, infatti l’inizio della riga è in parte coperto dal dorso del quaderno: l’inconveniente si manifesta soprattutto nei punti di cucitura sicché abbiamo integrato con parentesi quadra il presente vocabolo e alcuni altri vocaboli che seguono (q) Depennato “pro” (r) Depennato “quo” ma omissa “ex eo” v. rif. doc. 34 f. 69r (s) Depennato “p” (t) P “cariandi” omissa la correzione in “cariandi” eseguita nel formulario del doc. 34 f. 70v (u) Ripetuto “omnia et singula” (v) L’indicazione che segue fino a “Pinee” è stata annotata nell’interlinea superiore del foglio.

1.

Il notaio Paolo *de Seromanis* intitola il protocollo delle imbreviature dell'anno 1386-1387 e traccia il proprio segno monogrammatico.

f. 1r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI, indictione, mensibus et diebus infrascriptis.

Hic est liber sive quaternus contractuum sub brevitare compositorum mei Pauli de Sorromanis notarii infrascripti factus, editus et compositus anno supra descripto, mensibus, indictione et diebus infrascriptis.

Scriptum per me Paulum de Sorromanis Dei gratia sacre prefecture auctoritate et meum signum apposui consuetum.

(S)<sup>(a)</sup>

<sup>(a)</sup> Segue il f. 1v bianco.

2.

1386, dicembre 26

Santuccia moglie di Francesco di Martino ortolano del rione Pigna, madre di Francesco detto *Santogallo*, nomina suo procuratore Lello di Paolo *de Seromanis* del rione Pigna con l'incarico di stipulare un contratto di pace con Saba di Cecco del rione Trevi e con il figlio Cola, con Giovanni di Cecco fratello di Saba e con il figlio Antonio del rione Trevi e di condonare le ingiurie e le offese che le sono state arrecate e, in particolare, di rinunciare ad ogni diritto che ha nei confronti di Saba per l'omicidio di suo figlio Francesco, dopo la diffida seguita all'omicidio, e si impegna a rinunciare in perpetuo a non offenderli sotto pena di 500 libbre di provisini del senato.

La mandante incarica inoltre il procuratore di ottenere dalla parte avversa una analoga promessa con la stipulazione di un contratto di pace, con il condono delle ingiurie, con la promessa di non offendere in perpetuo e con l'assunzione della pena prevista; assicura infine che considererà il procuratore esente da ogni obbligo di garanzia e promette che osserverà tutte le condizioni previste nel mandato.

f. 2r

In<sup>(a)</sup> nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI, indictione<sup>(b)</sup> X<sup>a</sup> mense decembris die XXVI.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Santucia uxor Francisci Martini ortulani de regione Pinee, mater infrascripti Francisci dicti Santogallo filii sui, ac die presente sponte fecit, constituit, creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem, negotiorum gestorem et certum numptium speciale seu quovis alio nomine de iure melius dici potest, videlicet Lellum Pauli de Sorromanis de regione Pinee, licet absentem tamquam presentem, ad dandum redendum et prestandum pacem et securitatem perpetuam, hoscuro vere pacis interveniente, Sabbe Cecchi de regione Trivii et Cole, eius filio, nec non<sup>(c)</sup> Iohanni Cecchi, frati dicti Sabbe, et Anthonio filio ipsius Iohannis, de dicta regione Trivii et cuilibet ipsorum seu ipsorum vel alterius ipsorum procuratori pro eis vel altero ipsorum recipienti et ad remictendum omnem iniuriam et offensam factam et illatam ipsi Santucie per ipsos supra nominatos Sabbam, Colam, Iohannem et

Anthonium vel alterum ipsorum in persona vel bonis, dicto facto seu opere et specialiter ad remictendum dicto Sabbe, seu eius procuratori recipienti pro eo, iniuriam, percussionem illatam et factam per ipsum Sabbam in personam dicti olim Francisci dicti Santogallo, olim filii sui, et mortuum et homicidium inde secutum, nec non ad renumptiandum et refutandum dicto Sabbe, seu dicto eius procuratori pro eo, omnia iura et actiones sibi Santucie

f. 2v

nunc competentia vel in futurum competitura contra ipsum Sabbam et in bonis sui, pretestu et occasione diffide facte de ipso Sabba secute vigore dicti homicidii et publicationis bonorum ipsius Sabbe prout in dicta diffidatione continetur, nec non ad promictendum, ipsius constituentis nomine, de perpetuo non offendendum nec offendi faciendo per se vel per alium seu alios, eius nomine, in personis, rebus aut bonis ipsos Sabbam, Colam, Iohannem et Anthonium nec aliquem ipsorum sub pena legis et quingentarum librarum provisinarum senatus applicandarum pro medietate parti offense et pro alia medietate camere Urbis cum promissione quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur et ad volendum quod totiens dicta pena tollatur, tolli et exigi possit quotiens contra factum fuerit pace et securitate predictis nichilominus firmis manentibus et ad renumptiandum capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et ad obligandum pro predictis omnibus et singulis observandis omnia et singula bona ipsius constituentis mobilia et immobilia presentia et futura et ad volendum pro predictis omnibus et singulis observandis posse cogi et conveniri omni tempore et in omni curia etc. et ad renumptiandum ferriis etc. et similem pacem securitatem perpetuam, osculo vere pacis, cum remissione iniuriam, promissione de non offendendo cum

adiectio pene, renumpriaverunt bonorum obligationibus etc. receptis ab ipsis Saba, Cola, Iohanne et Anthonio et quolibet ipsorum vel ab ipsorum seu alterius ipsorum procuratore cum curis, cautelis, promissionibus, obligationibus et renumpriationibus oportunitis et generaliter etc. relevans dictum suum procuratorem ab omni honore satisfactionis et promisit dicta constituens se ratum et firmum habere quicquid per dictum suum procuratorem in premissis factum fuerit etc.

f. 3r

Actum Rome in regione Pinee ante domum ipsius Santucie constituentis, presentibus hiis testibus, scilicet presbitero Nicolao rectore ecclesie Sancti Stephani de Pinea, Laurentio de Sorromanis et Stephanello Petri Gani de regione Pinee testibus ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato "Procuratorium" <sup>(b)</sup> Depennato decima e sostituito a margine della riga da XI<sup>a</sup> ma intendasi X<sup>a</sup> poiché si tratta di un evidente errore iniziale. L'errore é stato probabilmente ripetuto in alcune datazioni che seguono a cominciare dal doc. 5 fino ad doc. 16: ad esso é stato ovviato con la rasatura della carta e la correzione dell'indizione X<sup>a</sup>. Cfr. in proposito la nota di pag. 9. <sup>(c)</sup> Depennato "Sabbe" con una riga sottostante.

3.

1386, dicembre 26

Lorenzo di Nicola *scrinarii* notaio del rione Colonna, procuratore di Saba di Cecco macellaio del rione Trevi, Cola figlio di Saba, Giovanni di Cecco fratello di Saba e il figlio Antonio, da una parte, e Lello di Paolo *de Seromanis* del rione Pigna, procuratore di Santuccia moglie di Francesco di Martino ortolano del rione Pigna e vedova di Giovanni \*\*\* già di Orvieto, e Renzo figlio del defunto Francesco detto *Santogallo*, figlio di primo letto di Santuccia, con l'autorità di Angela vedova di Simeone *Abbatis* del rione Colonna, nonna materna e tutrice di Renzo, e di Pietro di Nicola di Giacomo giurisperito, giudice palatino e collaterale di Lello di Matteuzio, di Cecco di Lomolo *de Capudgallis* e di Giacomello di Mascio Conservatori della camera di Roma, dall'altra parte, stipulano un atto di pace e di perpetua sicurezza con il bacio della vera pace. Le due parti rimettono le ingiurie e le offese arrecate reciprocamente e, in particolare, le percosse inferte da Saba in seguito alle quali era morto Francesco padre di Renzo e, per la conservazione della pace, si sottopongono, in caso di inadempienza, ad una sanzione pecuniaria di 500 libbre di provisini del senato.

Pietro di Nicola di Giacomo giudice palatino, seduto per deliberare in un podio nel portico della chiesa di S. Maria *supra Minerbam* davanti al luogo di riunione del capitolo, con l'autorità del suo ufficio, dichiara che quel giorno é festa solenne a lode di Dio del beato Stefano protomartire e poiché é vietato amministrare il diritto invita i contraenti a presentarsi nel primo giorno giuridico, nell'ora riservata alla discussione delle cause, nella curia del Campidoglio davanti al banco del giudice dei collaterali per ascoltare la convalida del contratto di pace.

Eodem<sup>(a)</sup> anno, indictione, mense et die et coram infrascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. Laurentius Nicolai *scrinarii* notarius de regione Columpne, procurator et persona legitima Sabbe Cecchi macellarii de regione Trivii, habens ad infrascripta speciale mandatum et plenissimam potestatem, ut patere asserit manu \*\*\*\*\* publici notarii, procuratorio nomine quo supra, Cola filius dicti Sabbe, qui iuravit etc. Iohannes Cecchi germanus frater dicti Cole<sup>(b)</sup> et Anthonius eius filius, qui simili modo iuravit etc. cum consensu, voluntate, auctoritate et mandato dicti Iohannis eius patris, presentis et auctorizantis, ex una parte, et Lellus Pauli de Sorromanis de regione Pinee, procurator et persona legitima Santucie uxoris Francisci Martini ortulani de regione Pinee et olim uxor Iohannis \*\*\* olim de Urbeveteri, matris et coniunte persone olim Francisci filii ipsius Santucie et dicti olim Iohannis olim viri sui, habens ad hec speciale mandatum et plenissimam potestatem, ut patet manu mei notarii procuratorio nomine quo supra, et Rentius filius olim Francisci dicti alias Santogallo filii dicti olim Iohannis, magior VIII annorum et minor XII annorum<sup>(c)</sup>, ut asserit, qui Rentius iuravit etc. et cum decreto et auctoritate domine Angele uxoris olim Symeonis *Abbatis* de regione Columpne, avis materne tutricis et persone legitime dicti Rentii, ut de dicta tutela patet manu mei notarii, presentis et auctorizantis, nec non cum decreto et auctoritate sapientis viri domini Petri Nicolai Iacobi iurisperiti, iudicis palatini et collateralis Lelli Macthutii,

f. 3v

Cecchi Lomoli de Capudgallis et Iacobelli Masci Conservatorum camere Urbis<sup>(1)</sup>, senatus officium exercentium secundum formam Statuti Urbis, ex parte altera, sponte, pro se et quibus supra nominibus, fecerunt rediderunt et prestiterunt inter sese ad invicem et vicissim una pars alteri et altera alteri veram et mundam pacem et perpetuam securitatem, osculo vere pacis interveniente inter eos, et remiserunt dicte partes ad alterutrum et vicissim, una pars alteri et altera alteri, omnem iniuriam et offensam factam, dictam et illatam inter dictas partes usque in presentem diem, dicto facto seu opere, et specialiter dictus Lellus procurator dicte Santucie, procuratorio nomine quo supra, et dictus Rentius filius et magis coniunta persona

<sup>1</sup> Cfr. A. SALIMEI, *Senatori e statuti di Roma nel medioevo. I Senatori cronologia e bibliografia dal 1144 al 1447*, Roma 1935 (Biblioteca storica di fonti e documenti, 2) p. 149: "1386. Tre conservatori del 4° trimestre: Lello Mattuzzi, Iacobello Massi e Cecco Lomoli". L'a. cita in proposito due documenti del 29 novembre e del 20 dicembre: l'indicazione conferma l'esattezza della datazione già da noi proposta circa l'anno 1386.



dicti olim Francisci olim patris sui interfecti, cum decreto et auctoritate ut supra remiserunt dicto Laurentio Nicolai *scrinarii*, procuratori et persone legitime dicti Sabbe, iniuriam percussione illate per ipsum Sabbam in personam dicti olim<sup>(d)</sup>Francisci patris ipsius Rentii et mortui et homicidii inde secuti, nec non renumpiaverunt et refutaverunt dictus<sup>(e)</sup> Lellus, procurator quo supra nomine, et dictus Rentius dicto Laurentio, procurator quo supra nomine recipienti, omnia iura et actiones eis competentia et in futurum competitura contra ipsum Sabbam et in bonis suis occasionibus supradictis, nec non et occasione diffidationis facte de dicto Sabba secute, vigore dicti homicidii et partem publicationis bonorum et generaliter etc. et promiserunt ad alterutrum dicte partes, una pars alteri et altera alteri, predictam pacem et securitatem perpetuo observare illesam et de cetero non<sup>(f)</sup> offendere nec offendi facere, una pars alteri et altera alteri, in personis rebus aut bonis per se vel alium aut alios sub pena legis et quingentarum librarum provisinorum senatus auferenda a contra faciente et

f. 4r

applicanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti lese et fidem servanti, renumpiaverunt dicti contraentes<sup>(g)</sup> et dicti procuratores, quo supra nomine, capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis, proviso quod securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur secundum formam statuti Urbis et voluerunt dicti contraentes et quibus supra nominibus, quod totiens dicta pena tollatur, tolli et exigi possit a contra faciente, quotiens contra factum fuerit, pace et securitate predictis nichilominus firmis manentibus, pro quibus omnibus et singulis observandis dicti contraentes et quibus supra nominibus, obligaverunt ad alterutrum omnia bona ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc. qui dominus Petrus iudex predictus pro tribunali sedens in podiis in ecclesia Sancte Marie supra Minerbam in porticali ante locum capituli, quem sibi pro tribunali elegit, in premissis omnibus et singulis et quolibet premissorum suam et dicti sui officii auctoritate interposuit et decretum et quod hodie est ferria solemnis inducta ad laudem Dei et beati Stephani prothomartiris, in quo die secundum iura decretum

interponi non potest, idcirco dictus dominus Petrus, pro tribunali sedens ut supra, monuit dictos contraentes quatenus primo die iuridico, hora causarum, comparerent coram ipso domino iudice in curia Campitollii ad banchum collateralium ad audiendam interpositionem sui et sui officii decreti, quam dictus dominus iudex facere intendit ad convalidationem premissorum etc.

Actum Rome in ecclesia Sancte Marie supra Minerbam in porticali ante locum capituli, presentibus hiis testibus, scilicet Loyscio de Sancto Eustachio de regione Trivii, Laurentio de Sorromanis, Paulo de Marronibus, Anthonio Iohanneti et Petro Gasasare de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato “Pax” <sup>(b)</sup> Così P, ma intendasi “Sabbe” e a conferma ved. il precedente doc. 2 al f. 2r <sup>(c)</sup> Così P, cfr. la diversa citazione al f. 4v <sup>(d)</sup> Depennato “Rentii” <sup>(e)</sup> P “dicti” <sup>(f)</sup> Depennato “ob” <sup>(g)</sup> P “conthaentes” e così nei casi che seguono.

#### 4.

1386, dicembre 29

Convalida del giudice palatino Pietro di Nicola di Giacomo [dell'atto di pace \*\*\*].

f. s. n. <sup>(a)</sup>Indictione X<sup>(b)</sup> mense decembris die XXVIII.

Testes: Anthonius Goyoli, Nicolaus de Buccamatiis, Santolus Francisci Busse.

Interposito decreti domini Petri Nicolai Iacobi \*\*\*<sup>(c)</sup>

<sup>(a)</sup> L'atto incompleto che segue é stato annotato su una striscia di carta di cm. 3,4 x 22, tagliata alla base di un foglio già scritto come si ricava da alcuni segni di penna del lato inferiore dell'ultima riga, dai quali non si ricava alcun segno compiuto, e come pure si ricava dall'annotazione scritta sul verso della striscia con le seguenti indicazioni “Testes: Tutius de Sora de regione Montium, Petrus Gasasare de regione Pinee” ed ancora sul lato destro del verso della stessa striscia in senso opposto all'annotazione dei testimoni “in nomine Domine amen”. La striscia di carta applicata come incarto dei ff. 5r e 12v è stata da noi inserita nel testo secondo l'ordine cronologico dei documenti del quaderno. Essa é probabilmente un esempio di un promemoria del notaio rogante scritta prima di compilare davanti al giudice l'abbreviatura ufficiale riportata nel successivo doc. 5. A conferma di questa tesi si può rilevare che nel promemoria sono indicati tre testimoni tutti notai, poi nell'abbreviatura del doc. 5 rimangono i primi due testimoni, mentre é stato sostituito il terzo che, probabilmente, non era stato presente all'atto <sup>(b)</sup> P VIII<sup>o</sup> ma abbiamo ritenuto, anche in questo caso di unificare il riferimento alla precedente indizione e di ovviare agli errori commessi dal notaio. Cfr. in proposito la n. 1 di p.1 e la nota <sup>(a)</sup> di pag. 5 <sup>(c)</sup> L'atto è interrotto: segue mezza riga bianca.

#### 5.

1386, dicembre 29

Il notaio Lorenzo di Nicola *scrinarii*, procuratore di Saba di Cecco del rione Trevi, presentatosi davanti a Pietro di Nicola di Giacomo giurisperito, giudice palatino e collaterale di Lello di Matteuzio, di Cecco di Lomolo *de Capudgallis* e di Giacomello di Mascio Conservatori della camera di Roma, seduto presso il banco dove é solito amministrare il diritto nell'ora riservata alla discussione delle cause, dichiara che mercoledì 26 dicembre, durante la festività del beato Stefano protomartire, era stato stipulato un accordo di pace e di perpetua sicurezza con un condono delle ingiurie, con la promessa di non offendere e con le obbligazioni assunte da lui, quale procuratore di Saba, da Cola figlio di Saba, da Giovanni fratello dello



stesso Saba e da Antonio suo figlio, da una parte, e da Lello di Paolo *de Seromanis*, procuratore di Santuccia madre di Francesco, detto *Santogallo*, e da Renzo figlio del defunto Francesco, con l'autorità di Angela vedova di Simone *Abbatis* del rione Colonna, nonna materna e tutrice di Renzo, e di Pietro di Nicola di Giacomo giudice palatino, come risulta dall'atto rogato dal notaio Paolo *de Seromanis*, e poiché la convalida dell'accordo, preso nel giorno della festività a lode di Dio e dei Santi, non ha valore e lo stesso giudice Pietro aveva invitato i contraenti a presentarsi davanti a lui nel primo giorno giuridico nell'ora riservata alla discussione delle cause per la conferma dell'atto, il procuratore Lorenzo chiede al giudice di dare validità al contratto.

Il giudice Pietro di Nicola di Giacomo dà la sua approvazione ai patti stipulati e li convalida con l'autorità della sua carica.

f. 4v

Indictione X<sup>a(a)</sup> mense decembris die XXVIII.

In presentia mei notarii et testium etc. Constitutus personaliter Laurentius Nicolai scrinarii notarius, procurator et persona legitima Sabbe Cecchi de regione Trivii, coram domino Petro Nicolai Iacobi iurisperito, iudice palatino et collateralibus nobilium virorum Lelli Mathutii, Cecchi Lomoli de Capudgallis et Iacobelli Mascii Conservatorum camere Urbis senatus officium exercentium secundum formam statuti Urbis; pro tribunali sedente ad suum solitum banchum iuris, die iuridico hora causarum ad iura redendum, ut moris est, dixit exposuit et narravit quod cum pridie die mercurii<sup>(b)</sup> XXVI istante, mense decembris in festo beati Stephani prothomartiris, fuerit facta celebrata et firmata pax et perpetua securitas cum remissionibus, promissionibus, obligationibus, renuntiationibus et aliis solemnitatibus in ipsa contentis inter ipsum Laurentium procuratorem, procuratorio nomine quo supra, Colam filium dicti Sabbe, Iohannem fratrem dicti Sabbe et Anthonium filium dicti Iohannis, ex una parte, et Lellum Pauli de Sorromanis procuratorem Santucie matris Francisci dicti Santogallo, et Rentium filium dicti Francisci, magiorem VIII annorum et minorem XIII, cum decreto et auctoritate domine Angele uxoris olim Symeonis Abbatis de regione Columpne, avie matris tutricis et persone legitime dicti Rentii, et ipsius domini Petri iudicis predicti, ut de premissis omnibus patet manu mei notarii infrascripti, et quia interpositio decreti, in die ferriato inducto ad laudem Dei et Sanctorum eius, dicitur non valere, et ipse dominus Petrus monuerit partes et procuratores prefatos, quod primo die iuridico hora causarum comparerent coram ipso ad audiendam interpositionem decreti etc. idcirco prefatus Laurentius procurator, quo supra nomine, petiit a dicto iudice quod in prefatis pace etc. suum et dicti officii interponat decretum etc. qui iudex sedens, in premissis pace et contentis in ea, sua et dicti sui officii auctoritate interposuit et decretum etc.

Actum in palatio Campitoli, presentibus hiis testibus, scilicet Anthonio Goyoli, Cola de Buccamatiis et Paulo Samanta notariis etc.

<sup>(a)</sup> L'amanuense ha rasato sulla carta uno spazio nel quale era stato presumibilmente scritta un'indizione errata ed ha poi annotato l'indizione X<sup>a</sup> inquadrata da due esili tratti verticali per dare maggiore risalto al numero romano. La stessa correzione è stata ripetuta nei ff. 5r, 10r, 10v, 11r, 13r e 13v fino al doc. 16. Nei documenti successivi è indicata esplicitamente, senza ripensamenti, l'indizione X<sup>a</sup> (v. docc. 17, 18, 19 e 20). Allo scadere dell'indizione con l'inizio del mese di settembre è indicata esplicitamente, senza ripensamenti, l'indizione XI<sup>a</sup> (v. docc. 23, 24, 25 e 26). <sup>(b)</sup> P "mercur".

## 6. 1387, gennaio 15

Paolo figlio del defunto Francesco *Mathezis* notario del rione Ponte vende a Caterina moglie di Saba *de Seromanis* del rione Pigna tre pezze di vigneto con la corrisposta del quarto e altre pezze di terra incolta con un canneto, vasca e tino, situate fuori porta Castello nella località detta *la Livaccia* al prezzo di 50 fiorini d'oro.

Il venditore nomina suo procuratore il prete Nicola, rettore della chiesa di S. Stefano della Pigna, per l'insediamento della acquirente nella sua proprietà.

Dietro preghiera e richiesta del venditore si offrono quali garanti Cecco di Stefano *Malgiotti*, emancipato dal padre come risulta da un atto del notaio Nicola *dello Mastro*, e Cola figlio del defunto Paolo *Malgiotti* del rione Ponte.

f. 5r

In<sup>(a)</sup> nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXXXVII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI, indictione X<sup>a</sup> mense ianuarii die XV.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Paulus filius olim Francisci Mathezis notarius de regione Pontis, qui Paulus primo iuravit ad sancta Dei evangelia sacris scripturis corporaliter manu tactis contra infrascripta omnia et singula non facere vel venire ratione sue minoris etatis XXV sive XX annorum, nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa, nec beneficium restitutionis in integrum adversus infrascripta aliquo tempore petere de effectu iuramenti etc. beneficium dicte restitutionis per me notarium primo certioratus, quid sit, quid dicat et quid imported, ac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit, cessit et concessit domine Catherine uxori Sabbe de Sorromanis de regione Pinee, presenti ementi recipienti et

legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa domina Catherina dare, vendere, cedere aut concedere voluerit, idest tres petias vinearum vineatarum, in quibus habet vites ipse Paulus ad quartam redendam, liberas et exemptas ab omni servitute, iure canonis sive census. Item et tres petias terrarum sodarum, in quibus olim fuerunt vites iam deserte, cum canneto existente in eis, ipso canneto ipsi Paulo liberaliter reservato, plus vel minus quante sunt, cum arboribus fructiferis et infructiferis in eis existentibus cum omnibus earum usibus, utilitatibus, pertinentiis et adiacentiis universis et cum introitibus et exitibus suis, que vinee et terre sode similiter iunte, posite sunt extra portam Castelli in loco qui dicitur la Livaccia, inter hos fines, ab uno latere tenet Franciscus Bartholatii, a duobus lateribus tenet idem venditor, ante est via publica, cum vasca vascali et tino in eis existentibus,

f. 5v  
liberas et exemptas ab omni nesso servitutis, ut supra, et per presbiterum Nicolaum, rectorem ecclesie Sancti Stephani de Pinea, quem dictus Paulus, venditor, suum procuratorem constituit ad investiendum ipsam dominam Catherinam, emptricem, de ipsis terris vineatis et sodis cum omnibus suis usibus, ut dictum est, investiendi voluit et mandavit et in liberam, vacuum et expeditam possessionem induci et micti, ad quam possessionem nichilominus adimplendam et aprehendam dictus<sup>(b)</sup> venditor eidem<sup>(c)</sup> emptrici<sup>(d)</sup> presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, plenam, liberam et absolutam potestatem et facultatem concessit ut dictas terras et quamlibet ipsarum cum iuribus et pertinentiis suis propria auctoritate possit intrare<sup>(e)</sup> et ipsarum liberam et vacuum possessionem aprehendere et ipsa aprehensa devinctas<sup>(f)</sup> dictas res venditas et quamlibet ipsarum et ipsarum tenutam et possessionem vacuum tenere et possidere, uti, frui<sup>(g)</sup>, vendere donare, obligare, alienare et de eis facere quicquid sibi suisque<sup>(h)</sup> heredibus et successoribus quibuscumque perpetuo placuerit, interim<sup>(i)</sup> tamen et donec dicta domina Catherina, emptrix, sive eius procurator, habens ad hec speciale mandatum pro ea, fuerit investitus et in corporalem et vacuum possessionem inductus et ipsam possessionem adeptus de dictis terris et quamlibet ipsarum, constituit se dictus venditor dictas terras venditas et quamlibet ipsarum, nomine ipsius domine Catherine emptricis, et pro ipso tenere et possidere, cessit insuper dictus Paulus, venditor, eidem domine Catherine, emptrici, venditionis titulo, omnia et singula iura omnesque actiones et petitiones reales et personales, utiles et directas tacitas et expressas, ypothecaria sive mistas, pignoratitias<sup>(i)</sup> aut in re scriptas ac etiam officium iudicis, quod, que et quam dictus<sup>(k)</sup> Paulus, venditor, nunc habet et in futurum habere posset seu sperat in dictis terris venditis et quamlibet ipsarum<sup>(l)</sup> iuribus et pertinentiis suis et ipsarum, pretestu et occasione quibuscumque contra quacumque

f. 6r  
personas, universitates sive loca et quibuscumque rebus et locis, quocumquemodo, iure, titulo sive causa, ita quod amodo in antea et devinctas<sup>(m)</sup> dicta emptrix suis heredibus et successoribus quicumque dictis iuribus et actionibus, proprio nomine, agant, petant, excipiant, recipient, defendant, utantur, fruuntur<sup>(n)</sup>, experiantur, utilibus et directis actionibus et in locum ius et privilegium ipsius<sup>(o)</sup> Pauli, venditoris, dicta emptrix et suis heredibus et successoribus succedant et succedere voluit et mandavit, nullo iure nullaque actione dictus Paulus, venditor, per directum nec per oblicum, nec aliquo quesito, colore directo vel indirecto, publice vel occulte sibi in dictis rebus venditis, nec aliqua ipsarum parte aliquo modo reservato ipsamque emptricem et eius heredes et successores dictus venditor in predictis iuribus et actionibus, ut in rem suam propriam dominam<sup>(p)</sup> et procuratricem constituit atque fecit. Hanc autem venditionem, dationem, cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur prefatus Paulus eidem domine Catherine, presenti recipienti ac legitime stipulanti ut supra, fecit pro pretio et nomine pretii quinqueginta florenorum boni et puri auri, iusti et recti ponderis, quos florenos auri et pretium predictum dictus Paulus, venditor ab eadem domine Catherine emptrice<sup>(q)</sup>, presentialiter et manualiter

recepit et habuit in pecunia numerata, de quibus post ipsam<sup>(r)</sup> receptionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renuntiavit exceptioni non solutorum, non numeratorum, non habitorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti et spei future numerationis, exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebiti ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis, exceptioni simulati contracti aliud actum quam scriptum vel aliud scriptum quam actum et si dicte terre vendite cum iuribus et pertinentiis eorumdem plus dicto pretio valerent, nunc vel in futurum valere possent, dictus<sup>(s)</sup> Paulus venditor dicte domine Catherine emptrici, presenti stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus,

f. 6v  
inter vivos et inrevocabiliter donavit cessit et concessit ob honestum amorem et dilectionem quem et quam in ipsam emptricem habuit et habet, promisit insuper dictus venditor ipsam donationem perpetuo rata, grata et firma habere et tenere et ipsam non revocare ratione ingratitude sive paupertatis nec aliquo quesito colore et promisit insuper dictus venditor eidem emptrici ipsam emptricem eiusque heredibus et successoribus dictas res venditas habere, licere dolumque malum ab eo abesse, nec non et per se suisque heredibus et successoribus dicte emptrici eiusque heredibus litem vel controversiam de dictis rebus venditis vel aliqua earum vel alterius earum parte nullo tempore inferre nec inferenti in iudicio vel extra consentire, scilicet ipsas terras ei suisque heredibus, tam in proprietate quam in possessione ab omni persona, universitate, collegio sive loco defendere, auctorizare et expedire ipsam emptricem suos heredes in possessione dictarum rerum venditarum facere potioem et nichilominus etiam promisit dictus venditor dicte emptrici, presenti et stipulanti ut supra, quod dicte terre vendite et quolibet ipsarum cum iuribus et pertinentiis suis, ut dictum est, fuerunt et sunt ipsius

venditoris et ad eum ante presentem venditionem spectabant et pertinebant et quod nulli alii persone, universitati, collegio sive loco nisi ipsi emptrici dumtaxat sunt vendite, date, donate, cesse concesse, pignorate, alienate, largissime asumendo vocabulum alienationis in totum nec in parte in preiudicium presentis instrumenti et si contrarium aliquo tempore appareret vel apparebit, videlicet quod dicte res vendite vel aliqua ipsarum vel alterius ipsarum pars quocumque tempore reperirentur vendite, date, donate, cesse, concesse seu quomodolibet alienate sive distracte alteri persone, universitati, collegio sive loco nisi ipsi emptrici

f. 7r tantum et ea propter vel quavis alia de causa, pretestu vel occasione quacumque, si quo tempore lis vel questio aut controversia per libelli oblationem vel alio quocumque modo in iudicio dicte emptrici aut eius heredibus et successoribus quibuscumque de dictis terris aut aliqua ipsarum aut ipsarum parte sive ipsarum occasione moveretur per quamvis personam, collegium sive locum aut universitatem, promisit dictus Paulus, venditor, dicte domine Catherine emptrici, stipulanti et recipienti, ipsam litem, controversiam et questionem vel libellum et omnem causam que in iudicio moveretur quodcumque et quotienscumque ei vel eius heredibus denumptiatus fuerit recipere et in eadem<sup>(i)</sup> causa legitime se offerre et in causa vel causis, tam principalibus quam appellationis, sistere usque in finem omnibus ipsius venditoris suorumque heredibus et successoribus sumptibus et expensis et si propterea aut pro ipsis rebus defendendis, dicta emptrix aut sui heredes et successores dampnum aliquod paterentur vel expensas aliquas fecerint in iudicio sive extra, promisit dictus venditor dicte emptrici, presenti et stipulanti, omnia dampna et expensas in integrum eis reficere sive ipse terre fuerint evicte sive non, quia sic actum inter eos estitit et conventum, de quibus dampnis omnibus expensis et interesse ac ipsarum quantitate vel numero et cui ipsas fecerit vel incurserit stare et credere voluit solo simplici sacramento ipsius emptricis aut ipsius heredum et successorum sine alterius honore probationis, iudicis taxatione, arbitrio sive arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluit et promisit pro plena et sufficiente probatione, ceteris aliis probationibus dictus venditor eidem emptrici remisit ex pacto et si contingerit, quod absit, dictas res venditas aut ipsarum aliqua a dicta emptrice aut suis heredibus et successoribus evinci duplum dicti pretii, si in totum fuerit evicta vel illius partis quam evinci contingerit, statim quod eidem

f. 7v denumptiatus fuerit super evictionis sententiam latam esse dicte emptrici<sup>(u)</sup> eius heredibus et successoribus dictus venditor in integrum restituere et solvere promisit, confitens et asserens expresse et ex certa scientia dictus venditor talem vigere consuetudinem in Urbe in promissionibus evictionum, quod duplum pretii rei evicte restituatur evicto, renumptiavit in predictis dictus venditor exceptioni non facte dicte venditionis, donationis, promissionis et renumptiavit predictarum exceptioni non facte denumptiationis rei non sic geste, ut supra est scriptum, exceptioni non numerate pecunie et dicti pretii non soluti, exceptioni infra dimidii iusti pretii et generaliter renumptiavit dictus venditor omnibus alii et singulis exceptionibus et defentionibus que sibi competere possent nunc et in futurum contra predicta vel aliquod predictorum ex dispositione cuiuscumque iurium civilis, canonici sive municipalis vel consuetudinum Urbis in contrarium loquentibus, quibus contra predicta vel aliquod predictorum quomodolibet se iuvare vel defendere posset, certiorata prius per me eundem notarium de omnibus dictis iuribus et legibus loquentibus in predictis et earum effectum, quid dicant et disponant, nec non perpetuo omnia et singula supradicta habere et tenere rata grata et firma et contra ea nec aliquod eorumdem non facere vel venire directo vel indirecto sub obligatione omnium et singulorum bonorum ipsius venditoris mobilium et immobilium presentium et futurorum et ea quantum ad hec, preclaro nomine dicte emptricis, tenere et possidere constituit et preclaro recognovit et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Pauli, venditoris, penes dictam dominam Catherinam emptricem, presentem et stipulantem ut supra, Cecchus filius Stephani Malgiotii, asserens se emancipatus<sup>(v)</sup> a dicto suo patre, ut patere asserit manu Nicolai dello Mastro publici notarii, et Cola filius olim Pauli Malgiotii de regione Pontis, qui Cola primo iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis contra infrascripta omnia et singula non facere vel venire ratione sue minoris

f. 8r etatis XX sive XXV annorum, nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa, nec restitutione in integrum adversus infrascriptis aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis per me notarium primo certioratus, quid sit, quid dicat et quid inportet quilibet ipsorum sponte fideiusserunt penes dictam emptricem, presentem et recipientem ac legitime stipulantem pro se et quo supra nomine, et promiserunt quod dicte terre vendite ante dictam venditionem factam per ipsum venditorem ipsi emptrici et tunc erant ipsius venditoris et ad eum spectabant et pertinebant pleno iure et quod nulli alii persone, universitati, collegio sive loco sunt vendite, date, donate, cesse concesse, pignorate, alienate largissime sumendo vocabulum alienationis et si contrarium aliquo tempore appareret voluerunt dicti fideiussores in solidum teneri et obligati esse in omnibus et per omnia in quibus et ad que dictus venditor tenetur et obligatus est teneri et obligari posset in casu evictionis predictae, nec non in premissis omnibus et quolibet premissorum generaliter voluerunt teneri et obligati esse dicte emptrici suisque heredibus et successoribus in omnibus et singulis ad que dictus venditor dicte emptrici tenetur et obligatus est in casu evictionis, pro quibus omnibus et singulis observadis et pleniter adimplendis dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt et pignori posuerunt dicte emptrici, presenti et recipienti ac legitime

stipulanti ut supra, omnia et singula ipsorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, iura, nomina et actiones et ea quantum ad hec, preclaro nomine, dicte emptricis tenere et possidere recognoverunt, renumpriaverunt in hiis dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum exceptioni non facte dicte fideiussionis, exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite ob causam et iuxta causa, beneficio et auxilio quod tribuit

f. 8v lex pluribus obligatis pro eodem beneficio et auxilio quod tribuit lex fideiussoribus, quod primo conveniatur et exigatur principalis quam fideiussor cedendarum et dividendarum actionum, beneficio et auxilio de duobus vel pluribus reis debendis, beneficio et auxilio cessionis bonorum, epistule divi Adriani, nove constitutionis et omni alio auxilio dicto venditori et dictis fideiussoribus seu alteri ipsorum competentia nunc et in futurum contra predicta vel aliquod predictorum renumpriaverunt in solidum et expresse certiorati prius per me notarium infrascriptum que sint beneficia dictarum legum quibus supra per eos renumpriatum est et quid dicte renumpriationes importent et quod effectum habeant et voluerunt pro predictis omnibus et singulis dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum posse cogi, compelli et conveniri omni tempore etiam ferriatis diebus et in omni curia, tam ecclesiastica quam seculari, coram quocumque iudice vel auditore renumpriaverunt in hiis ferriis et diebus ferriatis, beneficio fori, iudicis incompetencia et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus iuris et facti, statuto et consuetudinibus Urbis quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent vel quomodolibet se tuere dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum, ex certa scientia, renumpriaverunt expresse et ad magiorem cautelam omnium premissorum dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum, sacris scripturis corporaliter manu tactis, de observando omnia et singula in presente contractu contenta prestiterunt iuramentum, que quidem omnia et singula supradicta dictus venditor et dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum, pro sese ipsis et ipsorum heredibus et successoribus, perpetuo rata, grata et firma habere ac atendere et observare promiserunt et si contra nullo modo facere vel venire sub ypotheca et obligatione omnium bonorum ipsorum venditoris et fideiussorum et cuiuslibet ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena dicti pretii dupli, qua soluta vel non, hec omnia semper firma perdurent.

f. 9r Actum Rome in regione Pinee in porticali domorum habitationis ipsius domine Catherine emptricis, presentibus hiis testibus, scilicet Cola Martino de regione Pontis et Cola Martino de regione Parionis ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato "Pro domina Catherina Sabbe" <sup>(b)</sup> Depennato "Petrus" <sup>(c)</sup> Depennato "procuratori emp" <sup>(d)</sup> P "emptorici" <sup>(e)</sup> Depennato "tenere possidere" <sup>(f)</sup> Come sembra, P "devuptes" <sup>(g)</sup> P flui <sup>(h)</sup> Depennato "per" <sup>(i)</sup> P "interum" <sup>(j)</sup> Depennata con una macchia di inchiostro la ripetizione della sillaba "ti" in "pignoratitias" <sup>(k)</sup> Depennato "Petrus" e inserito nell'interlinea superiore del foglio "Paulus" <sup>(l)</sup> Omesso "cum" <sup>(m)</sup> Come sembra, P "devuptes" <sup>(n)</sup> P "fluantur" <sup>(o)</sup> Depennato "Petri" <sup>(p)</sup> Depennato "et execut" <sup>(q)</sup> Depennato "fecit pro pretio et nomine pretii confessus fuit et in veritate recognovit se recepisse et habuisse" sostituito poi dall'espressione che segue fino a numerata annotata sul margine destro del foglio <sup>(r)</sup> Depennato "confessionem" <sup>(s)</sup> Depennato "Petrus" <sup>(t)</sup> P "eamdem" <sup>(u)</sup> Omesso "et" <sup>(v)</sup> P "emancipatus".

7.

1387, gennaio 23

Caterina moglie di Saba *de Seromanis* del rione Pigna nomina suo procuratore il marito Saba per ricevere l'investitura di tre pezze di vigneto e di tre pezze di terra incolta, situate fuori porta Castello nella località detta *la Livaccia*, vendutele da Paolo figlio del defunto Francesco *Mathezis* del rione Ponte che, a sua volta, aveva nominato suo procuratore per l'insediamento nella sua proprietà il prete Nicola, rettore della chiesa di S. Stefano della Pigna, con l'incarico di procedere al trasferimento di proprietà con il consueto rituale previsto per le consegne.

Eodem<sup>(a)</sup> anno, pontificatu, indictione, mense die XXIII.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, domina Catherina uxor Sabbe de Sorromanis de regione Pinee hoc die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, fecit constituit creavit et ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem actorem factorem, negotiorum gestorem et numptium speciale seu quovis alio nomine de iure melius dici potest dictum Sabbam eius virum, presentem et recipientem et acceptantem, ad eundum<sup>(b)</sup>, et recipiendum investimentum tenimenti et possessionis trium petiarum terre vineatarum et III petiarum terrarum sodarum, in quibus alias vites et vinee fuerunt, venditarum istrumento domine Catherine per Paulum filium olim Francisci Mathezis de regione Pontis cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentis, positarum extra portam Castelli in loco qui dicitur la Livaccia, infra confines in ipso istrumento venditionis, scripto manu mei notarii, declaratos a presbitero Nicolao rectore ecclesie Sancti Stephani de Pinea, procuratore constituto per ipsum Paulum ad investiendum ipsam dominam Catherinam de ipsis terris et ad recipiendum, nomine ipsius domine Catherine, de terra ipsarum a dicto presbitero Nicolao, procuratore predicto nomine vere possessionis, nec non aperiendo et claudendo cancellum dictarum terrarum et generaliter ad omnia alia et singula facienda, que in

predicta et circa predicta et quolibet predictorum esse necessaria utilia et quomodolibet oportuna et que ipsamet constituens facere posset si personaliter interesset et que causarum merita in talibus exigunt et requirunt, promittens se ratum gratum et firmum habere et renumpsiavit omne et quicquid per dictum suum procuratorem in premissis actum factum gestum et procuratum fuerit sub obligatione omnium bonorum ipsius mobilium et immobilium presentium et futurorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

Actum Rome in regione Pinee<sup>(c)</sup> in porticali domorum domine Catherine, presentibus hiis testibus, scilicet Laurentio et Lello de Sorromanis ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato "Procuratorium" <sup>(b)</sup> P "eunum" poi inserita nell'interlinea superiore del foglio la consonante "d" <sup>(c)</sup> Depennato "ante".

## 8.

1387, gennaio 23

Il prete Nicola, rettore della chiesa di S. Stefano della Pigna, procuratore di Paolo figlio del defunto Francesco *Mathezis*, procede all'investitura di Saba *de Seromanis*, procuratore della moglie Caterina, per le tre pezze di vigneto e le tre pezze di terreno incolto vendute da Paolo a Caterina ed assolve il trasferimento di proprietà con il consueto rituale previsto per le consegne.

Eodem<sup>(a)</sup> anno, pontificatu, indictione, mense et die.

In presentia mei notarii et testim subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, presbiter Nicolaus, rector ecclesie Santi Stephani de Pinea, procurator et persona legitima Pauli filii olim Francisci Mathezis, habens ad hec speciale mandatum et plenissimam potestatem, ut patet manu mei notarii, ac die presente sponte investivit et in vacuum et corporalem possessionem posuit atque misit supradictum Sabbam de Seromanis procuratorem, procuratorio nomine quo supra, recipientem de supradictis<sup>(b)</sup> terris vineatis et sodis cum iuribus et pertinentiis suis, dando et assignando sibi cancellum et seramina dicti cancelli ac de terra ipsarum terrarum, nomine vere possessionis, qui Sabas, quo supra nomine, sponte, animo et intentione, ipsam possessionem habendi recipienti et adimplistendi, cancellum, seramina et terram predictam, nomine vere possessionis, habuit et recepit.

Actum in predictis vineis supra positis et confinatis, presentibus hiis testibus, Laurentio et Lello de Seromanis predictis de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato "Investimentum" <sup>(b)</sup> Depennato "teris".

## 9.

1387, gennaio 23

Saba figlio del defunto Giovanni *de Seromanis* del rione Pigna rilascia una quietanza a Paolo figlio del defunto Francesco *Mathezis* ed a Cecco di Stefano *Malgiotii* del rione Ponte, presenti per sé e a nome di Francesco *Carote*, dopo aver ricevuto in pagamento la somma di 52 fiorini d'oro, come risulta da un atto rogato dal notaio Paolo di Andrea *Bonianni*.

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense ianuarii dieXXIII<sup>o</sup>.

Testes: Cola Martini dictus alias Cola de Paschua de regione Pontis et Cola Martinus de regione Parionis.

Actum in domo Sabe de Seromanis.

In presentia mei notarii et testium etc. Sabbas quondam Iohannis de Sorromanis de regione Pinee ac die presente, sua bona voluntate, renumpsiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Paulo filio olim Francisci Mathezis de regione Pontis, presentibus et recipientibus pro sese ipsis et vice et nomine Francisci Carote, ipsorum et cuiuslibet ipsorum heredibus et successoribus, et mihi notario ut publice persone presenti et stipulanti pro ipso Francisco, idest omnia et singula iura omnesque actiones, iustitias et petitiones reales et personales etc. que et quas ipse Sabbas nunc habet et in futurum sibi competere possent contra ipsos Paulum, Cecchum et Franciscum et quemlibet ipsorum et in bonis ipsorum et cuiuslibet ipsorum, pretestu et occasione LII florenorum auri in quibus ipse Paulus, ut principalis debitor, et dicti Cecchus et Franciscus, ut eius fideiussore, et quilibet ipsorum eidem Sabbe obligati apparent, ut patet manu Pauli Andree Bonianni publici notarii etc. Hanc autem refutationem et que dicta sunt prefatus Sabbas prenominate Paulus et Ceccho, presentibus et stipulantibus ut supra, et mihi notario stipulanti ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recognovit se recepisse et habuisse ab ipso Paulo dictos LII florenos auri, de quibus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato "Pro Paulo Iohannis Mathezis"

10.

1387, gennaio 23

Benedetto figlio del defunto Giannotto detto *Matarazo* lanaiolo del rione di S. Eustachio concede in soccida a Locio *Amadoris* già delle Marche e ora del rione di S. Eustachio e ad Angelino di Giovanni del rione di S. Eustachio, che si impegna per il figlio Giovanni, 8 buoi mansueti per un periodo di due anni a cominciare da Natale. Alla scadenza del contratto i soccidari promettono di dividere per metà i buoi o il prezzo della loro valutazione secondo la consuetudine di Roma.

f. 10v

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense ianuarii die XXIII.

Testes: Laurentius Guarsellona et Anthonius Iohannecti.

Actum ante domum Anthonii Iohannecti in regione Pinee.

In presentia mei notarii et testium etc. Benedictus filius olim Iannocti dicti alias Matarazo lanarolus de regione Sancti Eustachii sponte dedit et concessit in soccitam Locio Amadoris olim de Marchia nunc de regione Sancti Eustachii et Angelino Iohannis de regione Sancti Eustachii, qui pro Iohanne filio suo promisit de rato etc. VIII boves domitos ipsius Benedicti quos confessi sunt se recepisse, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. pro duobus annis proxime futuris incipiendo in festo Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futuro et, ut sequitur, finiendo ad omne usum et consuetudinem bone soccite, qua finita ipsam soccitam, ut moris est Rome, dividere promiserunt etc. promictentes ad alterutrum predicta observare sub obligatione bonorum ipsorum etc. pro quibus etc. et renumpiaverunt etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato "Pro Locio Amadoris".

11.

1387, gennaio 25

Saba *de Seromanis* del rione Pigna rilascia una quietanza a Bartolomeo di Roberto speziario del rione di S. Eustachio in seguito alla restituzione di un deposito, rogato dal notaio Buzio *Sciarre*, di 53 fiorini d'oro.

f. 11r

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense ianuarii die XXV.

In presentia mei notarii et testium etc. Sabbas de Sorromanis de regione Pinee ac die presente sponte renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Bartholomeo Roberti spetiario de regione Sancti Eustachii, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones etc. que et quas nunc habet et in futurum sibi competere possent contra et adversus ipsum Bartholomeum et in bonis suis, pretestu et occasione LIII florenorum auri in quibus dictus Bartholomeus dicto Sabbe obligatus apparet vigore istrumenti depositi continentis dictam quantitatem, scripti manu Butii Sciarre notarii plus vel minus, prout in ipso istrumento scripto manu dicti notarii seu cuiuscumque alterius notarii latius continetur. Hanc autem refutationem et que dicta sunt dictus Sabbas dicto Bartholomeo, presenti et stipulanti ut supra, fecit pro eo quod confessus fuit et in veritate recognovit se recepisse et habuisse ab ipso Bartholomeo dictos LIII florenos auri in dicto istrumento contentos, de quibus LIII florenis auri se bene quietum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum etc. dictorum LIII florenorum auri, exceptioni doli mali metus etc. et promisit dictus Sabbas dicto Bartholomeo, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta iura sunt ipsius Sabbe et ad eum spectant et pertinent pleno iure et quod nulli alii persone sunt vendita etc. et si contrarium appareret etc. voluit dictus Sabbas a dicto Bartholomeo teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse etc. pro quibus observandis obligavit bona sua etc. et renumpiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiavit etc.

Actum in domo dicti Sabbe in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Lando Lapi de regione Parionis et Anthonio Amici Bellihominis de dicta regione.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato "Pro Bartholomeo Robetti spetiario".

12.

1387, gennaio 29

Il nobile Ludovico *de Sancto Eustachio* del rione Trevi rilascia una quietanza a Saba *de Seromanis* del rione Pigna, al quale aveva concesso da molto tempo un mutuo che era stato utilizzato in varie circostanze e, in particolare, per l'acquisto in comune di mercanzie, dopo che, eseguiti i conteggi, gli era stata liquidata una somma di 25 fiorini d'oro.

f. 11v

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense ianuarii die XXVIII.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Loyscius de Sancto Eustachio de regione Trivii ac die presente sponte renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Sabbe de Sorromanis de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum, idest omnia et singula iura omnesque actiones iustitias et petitiones que et quas nunc ipse

Loyscius habet et in futurum sibi competere possent contra ipsius Sabbam et in bonis suis, pretestu et occasione quarumcumque quantitatis pecunie per ipsum Loyscium ipsi Sabbe mutuatarum retroactis temporibus multis et diversis vicibus et inter plures et diversas vices, nec non et occasione quarumcumque mercantiarum habiturum ad invicem et generaliter de omni eo quod dictus Loyscius dicto Sabbe petere et exigere posset et in bonis suis usque in presentem diem, tam dictis occasionibus quam aliis quibuscumque, ita quod hec refutatio sit generalis et generalissima et omnia in ea veniant et venire intelligantur ac si specificata fuissent et de eis facta esset mentio specialis et nichil in ea intelligatur exceptioni. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Loyscius dicto Sabbe, presenti et stipulanti ut supra, pro eo quod, posito et sedato calculo inter eos, dictus Sabbas eidem Loyscio tenebatur in XXV florenis auri, quos XXV florenos auri dictus Loyscius a dicto Sabba in pecunia numerata habuit et recepit, de quibus XXV florenis auri et de omni eo quod sibi petere posset usque in presentem diem, tam dictis occasionibus quam aliis quibuscumque se a dicto Sabba bene quietum et contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum

f. 12r

non habitorum dictorum XXV florenorum auri et totum et quicquid a dicto Sabba petere et exigere posset, tum dictis occasionibus et aliis quibuscumque etc. exceptioni doli mali etc. et promisit dictus Loyscius dicto Sabbe, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta iura sunt ipsius Loyscii et quod nulli alii persone, universitati, collegio sive loco sunt vendita etc. et si contrarium appareret<sup>(b)</sup> voluit dictus Loyscius dicto Sabbe teneri de evictione cum dampnis expensis et interesse etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dictus Loyscius obligavit dicto Sabbe omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore et in omni curia etc. et renumpiavit etc.

Actum in regione Pinee in domo habitationis dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Stephano Luce de regione Campimartis, Petro Martino de regione Parionis et Iacobo Stephani olim de Aquila nunc de regione Columpne.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato “Pro Sabba de Soromanis” <sup>(b)</sup> P “aparerent”.

13.

1387, gennaio 29

Saba *de Seromanis* rilascia una quietanza a Pietro *Mathana* acconciatore di panni dopo aver ricevuta ogni cosa da lui concessa.

f. 12v

Eodem<sup>(a)</sup> anno, pontificatus, indictione, mense et die.

In presentia mei notarii et testium etc. Sabbas de Seromanis de regione Pinee sponte ac die presente renumpiavit et refutavit et, per pactum de ulterius non petendo, remisit Petro *Mathana* acconciatori pannorum, presenti et recipienti per se et suis heredibus et sucessoribus, idest omnia iura que habet contra ipsum et in bonis suis, pretestu et occasione quacumque usque in presente die, ita quod hec refutatio sit generalis etc. Hanc autem refutationem fecit dictus Sabbas dicto Petro, presenti et stipulanti ut supra, pro eo quod confessus fuit se integraliter recepisse et habuisse ab ipso Petro totum et quicquid sibi petere posset occasione quocumque, de quibus etc. et renumpiavit etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione cum dampnis et expensis etc.

Actum in domo dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Cola Valentini de regione Montium et Lello de Sorromanis de regione Pinee.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato “Pro Petro Macthane”.

14.

1387, gennaio 29

Pietro *Mathana* si impegna a pagare a Saba *de Seromanis*, dietro sua richiesta, la somma di 16 fiorini e mezzo d'oro per Paoluccio di Pietro *Guictonis*, la somma di 18 fiorini e mezzo d'oro per Marino di Cola già di Rieti ed ora del rione di S. Eustachio e la somma di 1 fiorino d'oro per se stesso.

Eodem<sup>(a)</sup> die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. prefatus Petrus *Mathana* sponte promisit dicto Sabbe se solutorum eidem Sabbe ad omnem petitionem et voluntatem ipsius Sabbe pro Palutio Petri *Guictonis* florenos auri XVI cum dimidio et pro Marino Cole olim de Reate et nunc de regione Sancti Eustachii florenos auri XVIII cum dimidio et pro se ipso unum florenum auri etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato “Pro Sabba de Soromanis”.



I nobili Ludovico *de Sancto Eustachio* del rione Trevi e Riccardo *de Sanguineis* eletti arbitri da Saba *de Seromanis* del rione Pigna e da Consolo figlio del defunto Lello *de Malpileis* del rione Ponte per risolvere la lite sorta a proposito di un panno lavorato dal defunto Odduzio \*\*\*\*\* lanaiolo, rivendicato da entrambi i ricorrenti, ascoltate le ragioni delle due parti deliberano che Saba dovrà versare, entro il mese corrente, la somma di 6 fiorini e mezzo d'oro a Consolo per i diritti che egli vanta sul panno lavorato.

f. 13r

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense february die XVI.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis viri Loyscius de Sancto Eustachio de regione Trivii et Ricardus de Sanguineis arbitri et arbitratores<sup>(b)</sup> electi a Sabba de Sorromanis de regione Pinee, ex una parte, et Consolo<sup>(c)</sup> filius olim Lelli de Malpileis de regione Pontis, ex alia, super omni lite que est inter eos, occasione unius panni laborati per olim Odducium \*\*\*\*\* lanarolum quod dictus Sabbas ad se pertinere dicebat et dictus Consolus ad se spectare pretendebat etc. unde auditis ipsis partibus pro ea quam viderunt et cognoverunt, Christi nomine invocato, propositis coram eis sacris scripturis, Christi nomine invocato, viam arbitratoriam eligentem, arbitrando mandaverunt. Item dictus Sabbas, per totum presentem mensem, det et solvat dicto Consolo, pro omni iure quod petere posset in dicto panno, VI florenos auri cum dimidio ad penam in compromisso contentam etc.

Actum ante<sup>(d)</sup> domum habitationis dicti Loyscii, presentibus hiis testibus, scilicet Iohanne de Anibaldis de regione Pinee et Alexio Pauli Hericcii de regione Trivii.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato "Arbitratum" <sup>(b)</sup> P "albitratores" <sup>(c)</sup> Corretta la desinenza del precedente "Consolum" <sup>(d)</sup> P "annte".

Giovanni di Giacomo *de Rufinis* del rione Pigna fa testamento davanti al notaio Paolo *de Seromanis* ed a sette testimoni e designa eredi le figlie Maria moglie di Paolo di Andrea *Bonianni*, Perna moglie di Tuzio *Ricciutoli* e Paradisa monaca del monastero del *castrum Senensis* e il figlio Pietro.

Lascia a Maria ed a Perna, figlie sposate, la dote e gli ornamenti destinati al momento del contratto matrimoniale ed a Paradisa l'elemosina fattale durante il suo ingresso nel monastero e 100 soldi di provisini. Destina alla chiesa dei SS. Cosma e Damiano 100 soldi di provisini a suffragio della sua anima; alla chiesa di S. Maria *supra Minerbam* 100 soldi di provisini, a suffragio della sua anima, ed in questa chiesa dispone di essere sepolto con il padre.

Lascia alla moglie Francesca i nastri da lui acquistati, al tempo del contratto matrimoniale o poco dopo, con un contributo di 18 fiorini della sposa; 40 ducati d'oro e 14 fiorini d'oro che aveva ricevuto in deposito dalla moglie in seguito alla vendita, eseguita con il suo consenso, degli ornamenti nuziali per i quali egli aveva rilasciato una ricevuta scritta di suo pugno ed impressa con il suo sigillo; un materasso a scelta tra quelli che si trovano nella camera inferiore, un paio di lenzuola più piccole, una coperta di lino più piccola e due *telones*; inoltre dispone che, se dopo la sua morte, la moglie vorrà vivere in stato di vedovanza potrà abitare nella sua casa, che già fu di Buzio di Cola *tubator*, con l'impegno di assegnarla, alla morte di lei, al figlio Pietro al quale lascia tutti gli altri suoi beni mobili ed immobili.

Dispone che se il figlio Pietro dovesse morire senza figli legittimi la sua quota patrimoniale sarà destinata per tre parti alle figlie Maria, Paradisa e Perna e per la quarta parte alla Società dei Raccomandati di Cristo *ad Sancta Sanctorum* della quale è membro; se poi qualcuna delle figlie non dovesse sopravvivere la loro quota sarà destinata alle figlie superstiti o ai loro figli maschi legittimi o naturali.

Conferma infine che nel caso, già ricordato, in cui Pietro dovesse morire senza eredi la loro quota sarà destinata alle figlie superstiti o ai loro figli maschi legittimi o naturali.

Conferma infine che nel caso, già ricordato, in cui Pietro dovesse morire senza eredi la Società dei Raccomandati subentrerà nella quarta parte del suo patrimonio.

Nomina esecutori testamentari e difensori dei diritti del figlio Pietro, Nicola *de Porcariis* del rione Pigna e Giacomo *Ficotia* del rione Campitelli.

f. 13v

In<sup>(a)</sup> nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVII<sup>o</sup> pontificatus domini pape Urbani pape VI, indictione X<sup>a</sup> mense february die XXVI.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Iohannes domini Iacobi de Rufinis de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen per Dei gratiam mente sanus et conscientia pura, timens casum future mortis cum nil sit certius morte et nil incertius hora mortis, nollens decedere intestatus, idcircho constitutus coram me Paulo de Sorromanis notario et VII infrascriptis testibus ad hec vocatos et rogatos, hunc nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scripto, facere curavit et voluit dicens sic. Ego Iohannes domini Iacobi de Rufinis de regione Pinee, licet infirmus corpore tamen sanus et conscientia pura, timens casum future mortis cum nil sit certius morte et nil incertius hora mortis

intestatus decedere nollens, idcircho constitutus coram Paulo de Sorromanis notario et VII testibus infrascriptis hunc meum nuncupativum testamentum facere cupio et volo in quo quidem meo testamento mihi heredes universales istituo Mariam, filiam meam, uxorem Pauli Andree Bonianni et Pernam, filiam meam, uxorem Tutii Ricciutoli et Paradisam, filiam meam, monialem monasterii castri Senensis et Petrum, filium meum, quibus Marie et Perne filiabus meis nuptis relinquo, iure institutionis Trebellianice debito iuris nature, supplementis dotis et pro omni eo quod in bonis meis petere possent quocumque modo iure titulo sive causa dotes earum et ornamenta quas eis et cuilibet ipsarum dedit tempore eorum contracti matrimonii cum dictis earum et cuiuslibet ipsarum viris, pactis in istrumentis dotalibus ipsorum et cuiuslibet ipsorum semper salvis ipsas et quemlibet ipsarum contentis facio, ita quod de bonis meis nec in ipsis bonis plus non petant

f. 14r

nec petere possent aliquo modo iure titulo sive causa. Item relinquo dicte Paradise, filie mee, moniali dicti monasterii castri Senensis iure institutionis Trebellianice debito iuris nature et pro omni eo quod in et super bonis meis petere posset elemosinam quam sibi dedi tempore quo ingressa fuit monasterio et ipsam contentam facio, ita quod de bonis meis plus non petat nec petere possit aliquo quesito colore. Item relinquo dicte Paradise, filie mee, pro anima mea, centum solidos provisinorum. Item relinquo ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani de Pinea C solidos provisinorum, pro anima mea. Item relinquo ecclesie Sancte Marie supra Minerbam C solidos provisinorum, pro anima mea, in qua ecclesia meum corpus iubeo<sup>(b)</sup> sepelli cum patre meo. Item relinquo Francisce, uxori mee, zaganas suas valvatas quas sibi feci tempore contractus matrimonii inter nos seu paulo post in quibus ipsa posuit de sua pecunia XVIII florenos auri et sic confiteor verum esse. Item relinquo eidem uxori mee XL ducatos auri in una manu et XIII florenos currentes quos ipsam mihi mutuavit de pecunia per eam recepta de pretio suorum guarnimentorum, que guarnimenta vendidit de mei conscientia et voluntate, de quibus XL ducatis et XIII florenis auri habet apodissam, mea propria manu scriptam et mea inpronta sigillatam, ita tamen quod dicti XL ducati et XIII floreni auri uno tantum semel veniant repetendi. Item relinquo dicte Cecchole uxori mee unum matariatium de illis que sunt in camera inferiori ad sui electionem, unum par lintheaminum de minoribus, unum cultrum panni lini de minoribus<sup>(c)</sup>, et duos telones. Item relinquo dicte Cecchole, uxori mee, sedium et habitationem in domo mea, que olim fuit Butii Cole tubatoris, si honeste stare voluerit et vitam servare vidualem et si in dicta domo stare noluerit cum dictis rebus vadat ubicumque

f. 14v

sibi melius placuerit et domus ipsa remaneat libere dicto Petrutio filio et heredi meo ad faciendum de ea pro suo libito voluntatis, omnia alia bona mea mobilia et immobilia, presentia et futura, iura et actiones ac nomina debitorum que, post mortem meam ubicumque reperirentur et penes quoscumque, relinquo dicto Petrutio filio et heredi meo universali et si dictus Petrutius, filius meus, quocumque tempore decederet sine legitimis filiis, quod in dicto casu succedant ei dicte Marie, Paradisa et Perna et quilibet ipsarum pro tertia parte partis et pro reliquo quarta parte succedat Societas Recommendatorum Domini nostri Ihesu Christi ad Sancta Santorum de qua ego licet indignus sum et si tunc filie mee non superessent succedat ille que superessent quelibet<sup>(d)</sup> que supra esset pro tertia parte partis, ut supra, et filii ipsarum masculi legitime et naturales et in omni casu dictum monasterium<sup>(e)</sup> succedat in casu predicto, quo dictus filius meus decederet sine filiis, in dicta quarta parte. Executores et fidei commissarios<sup>(f)</sup> huius mei testamenti et anime mee ac protectores<sup>(g)</sup>, defensores, directores<sup>(h)</sup> dicti Petri filii mei, facio constituico et ordino discretos viros Nicolaum de Porcariis de regione Pinee et Iacobum Ficotiam de regione Campitelli, quibus do et concedo plenam et liberam potestatem de bonis meis capiendi pro executione huius mei testamenti et mee ultime voluntatis et hoc est ultimum meum testamentum et mea ultima voluntas, cassans<sup>(i)</sup> irritans et annullans omne aliud testamentum sive codicillum et omnem aliam meam ultimam voluntatem per me atenus factam et per quemcumque notarium scriptum, quod si non valeret iure testamenti, volo quod valeat iure codicillorum vel donationis causa mortis et omni alio modo iure et forma quibus melius et efficacius valere potest et debet.

Actum in camera domorum habitationis dicti Iohannis, positarum in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Sabba de Sorromanis, Cola Anthonii, Tutio Petri de Ariano, Tutio Appolenarii, Rentio Iohannis Rogerii, Stephanello de Porcariis et Sabba de Magistris Luce, omnibus de regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato “Testamentum Iohannis domini Iacobi de Rufinis” <sup>(b)</sup> P “iubello” <sup>(c)</sup> Depennato “et” <sup>(d)</sup> Depennato s <sup>(e)</sup> Così P, ma intendasi quale ulteriore conferma del precedente lasciato già dichiarato “dictam Societatem Recommendatorum” <sup>(f)</sup> P “commissario” <sup>(g)</sup> P “proectores” <sup>(h)</sup> P “derectores” <sup>(i)</sup> Gli ultimi due vocaboli sono stati depennati per errore, come si può desumere da analoghi formulari.

## 17.

1387, giugno 10

Il nobile Ludovico *de Sancto Eustachio* del rione Trevi vende a Luzzarella vedova di Marco *Thomassoli* del rione Pigna una casa con pianoterra e solaro, con orto dietro e un pozzo davanti nella quale risiede, situata nel rione Pigna, al prezzo di 30 fiorini d'oro.

f. 15r

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mensis<sup>(b)</sup> iunii die X<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. nobilis vir Loyscius de Sancto Eustachio de regione<sup>(c)</sup> Trivii hac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit

Lucçarelle uxori olim Marci Thomassoli de regione Pinee, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipsa Lucçarella dare et concedere voluerit, idest unam domum ipsius Loyscii terrineam et solaratam cum orto post se et puteo ante se, cum omnibus suis usibus etc. que posita est in regione Pinee inter hos fines, ab uno latere tenet Stephanellus Petri Gani, ab alio Petrutius calsectarius, ante est via publica vel si qui etc. ad habendum, tenendum etc. quam quidem domum nunc ipsa Lucçarella tenet et possidet, dedit etiam et concessit dictus venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, omnia iura sibi competentia in dicta domo contra quascumque personas et loca etc. nulla sibi facta reservatione. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus venditor eidem emptrici fecit pro pretio et nomine pretii triginta florenorum auri quos confessus fuit se recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et si plus dicto pretio dicte domus valeret nunc vel in futurum valere posset dictus venditor eidem emptrici, honesti amoris causa inter vivos, donavit, cessit et concessit, quam donationem dictus venditor perpetuo ratam habere promisit etc. et promisit dictus venditor dicte emptrici quod dicta domus est sua et nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione de facto suo dumtaxat, pro quibus etc. et renumpsiavit etc.

Actum in orto domorum habitationis dicti venditoris, presentibus hiis testibus, scilicet Santus<sup>(d)</sup> Veri, Romanellus pellarius de regione Pinee, Paulus Canthe de regione Trivii.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato “Pro Lucçarella uxore Marci” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> P “ne” <sup>(d)</sup> Così P insieme ai successivi testimoni i cui nomi sono stati indicati in nominativo anziché in ablativo.

18.

1387, giugno 22

Stefanello figlio del defunto Cecco di Stefano *de Porcariis* del rione Pigna dà in locazione a Saba di Giovanni *de Seromanis* del rione Pigna per i prossimi sei anni una casa con pianoterra e, in parte, con solaro e con portico, situata nel rione Pigna, al canone annuo di 3 libbre di provisini per una somma complessiva, pagata in anticipo, di 18 libbre di provisini.

f. 15v

Indictione<sup>(a)</sup> X mensis<sup>(b)</sup> iunii die XXII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii et testium etc. Stephanellus filius olim Cecchi domini Stephani de Porcariis de regione Pinee sponte locavit<sup>(c)</sup> et titulo locationis<sup>(d)</sup> dedit, cessit et concessit Sabbe Iohannis de Serromanis de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus pro tempore infrascripto vel cui seu quibus pro infrascripto tempore dare et concedere voluerit, videlicet pro sex annis proxime futuris incipiendo a die presentis locationis et finiendo ut sequitur, quamdam<sup>(e)</sup> domum ipsius Stephanelli terrineam et pro parte solaratam, cum porticali ante se et cum omnibus suis usibus etc. positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Cecchus Pellimantelli, ab alio dominus Andreas Herami, ante via publica vel si qui etc. Hanc autem locationem et que dicta sunt dictus Stephanellus dicto Sabbe, presenti et recipienti ut supra, fecit pro dictis annis proxime futuris et pro censu, reddito et pentione dicte domus trium librarum provisinorum anno quolibet, quem capiunt in summa predictis VI annis, librarum provisinorum XVIII, quas dictus Stephanellus a dicto Sabba presentialiter et manualiter recepit et habuit, de quibus XVIII libris et pentione predicta dictorum VI annorum dictus Stephanellus se bene quietum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta domus, pro dicto tempore, ad ipsum Stephanellum spectat et pertinet et quod nulli alii persone, universitati seu loco est vendita etc. et si contrarium appareret voluit dictus Stephanellus teneri de evictione etc.

Actum in regione Pinee in domo mei notarii, presentibus hiis testibus, scilicet Petrus<sup>(f)</sup> Iuliani pellarius et Iohannes Petri Anthonii de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato “Pro Sabba Iohannis de Soromanis” <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> Depennato “Cecc” <sup>(d)</sup> Ripetuto e non depennato “titulo” <sup>(e)</sup> P “quadam” <sup>(f)</sup> Così P insieme al successivo testimone i cui nomi sono stati indicati in nominativo anziché in ablativo.

19.

1387, giugno 29

Andreozio *Pontiani*, uno tra i custodi dei Raccomandati di Cristo, con il consenso di Paolo di Pietro, uno fra i sindaci della Società, dà in locazione un orto della Società, che già fu di Tuzio *Cardelli*, situato dentro Roma nella contrada detta *Cannapara*, a Riccardo ortolano già di Benevento ed ora di Roma del rione Pigna per i prossimi 3 anni, a cominciare dalla festa dell'Assunzione, con un canone annuale di 4 fiorini d'oro da pagare a metà Natale e per l'altra metà nella festa dell'Assunzione.

f. 16r

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mense iunii die penultimo.

Testes: Anthonius Tutii Niscii et<sup>(b)</sup> Bonusanus mandatarii.

In presentia mei notarii et testium etc. Andreatius Pontiani, unus ex custodibus Recommendatorum Domini nostri Ihesu Christi, cum consensu et voluntate Pauli Petri unius scindicis dicte Societatis, sponte locavit

quodam ortum ipsius Societatis quod olim fuit Tutii Cardelli, positum intra Urbe in contrata que dicitur Cannapara, inter hos fines, ab omnibus lateribus sunt vie publice, Riccardo ortulano olim de Benevento nunc de Urbe de regione Pinee, presenti et recipienti, pro tribus annis proxime futuris, pro pretio et pentione III<sup>or</sup> florenorum auri in anno, incipiendo in festo Sancte Marie de mense augusti proximo futuro et finiendo ut sequitur, quamquidem pentionem dictus Ricciardus eidem Andreotio solvere promisit in hunc modum, videlicet medietatem in festo Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proximo futuro<sup>(c)</sup> et aliam medietatem in festo Sancte Marie de mense augusti exinde proximo futuro et sic successive dictis tribus annis durantibus etc.<sup>(d)</sup>

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato “Locatio” <sup>(b)</sup> P omessa la conguinzione <sup>(c)</sup> Depennato “et finiendo ut sequitur”

<sup>(d)</sup> Il formulario è interrotto: segue un terzo foglio bianco.

20.

1387, agosto 24

Pietro *Gazassare* del rione Pigna e Domenico figlio del defunto Marco *Tomassoli* dello stesso rione stipulano un patto di fidanzamento: Pietro promette di concedere in moglie la nipote Sofia figlia del defunto Cecco di Vannuzio del rione Pigna con la dote e gli ornamenti del valore di 200 libbre di provisini del senato e con gli altri oggetti preziosi stabiliti fra le due parti; Domenico promette, a sua volta, di sposare Sofia entro i prossimi due mesi. In caso di inadempienza le parti si sottopongono ad una pena di 500 libbre di provisini del senato.

f. 16v

Indictione<sup>(a)</sup> X<sup>a</sup> mensis augusti die XXIII<sup>or</sup>.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Hec fidantie sponsalia et pacta parentele habita in Dei nomine et firmata inter Petrus Gazassare de regione Pinee, ex una parte, et Dominicum filium olim Marchi Tomassoli de dicta regione Pinee, ex parte alia, videlicet quod dictus Petrus promisit et solempni stipulatione interveniente convenit dicto Dominico, presenti et stipulanti, dare tradere et assignare ipsi Dominico in suam legitimam uxorem Sophiam, nepotem suam, filiam olim Cecchi Vannutii de regione Pinee cum dote et guarnimentis ducentarum librarum provisinorum senatus et aliis rebus iocalibus, inter eos promissis et conventis, et se facturum et curaturum ita et taliter cum effectu, pro ipsa Sophia, recipiet ipsum Dominicum in suum legitimum maritum cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus supradictis et versa vice dictus Dominicus, qui iuravit ad sancta Dei evangelia contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XX sive XXV annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa nec beneficium restitutionis aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis per me notarium primo certioratus quid sit, quid dicat et quid inportet, sponte promisit et solempni stipulatione interveniente convenit dicto Petro, presenti et recipienti<sup>(b)</sup> ac legitime stipulanti vice et nomine dicte Sophie, nepotis sue, filie dicti olim Cecchi Vannutii et mihi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ea, ipsam Sophiam recipiet in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis predictis et aliis iocalibus inter eos promissis, quam quidem parentelam dicte partes complere promiserunt et eam ducere ad effectum hinc ad duos menses proximo futuros plus vel minus ad voluntatem ipsarum partium sub obligatione bonorum ipsarum partium mobilium et immobilium, presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus applicanda dicta pena pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti predictae servanti, renumpsiaverunt in predictis predictae partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus

f. 17r

non exigendis et ad maiorem cautelam omnium premissorum dicte partes dederunt se invicem et ad alterutrum osculum vere pacis, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes, nominibus quibus supra, obligaverunt ad alterutrum omnia ipsorum mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum Rome in ecclesia Sancti Stephani de regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Butio Capucie, Sabba Iohannis de Sorromanis, Laurentio Lelli de Sorromanis et Nicolao Truccholi de regione Pinee, testibus ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato “Fidantie” <sup>(b)</sup> Depennato “al”.

21.

1387, agosto 24

Domenico figlio del defunto Marco *Tomassoli* del rione Pigna contrae un'obbligazione dotale nei confronti di Giacoma vedova di Cecco Vannuzio dello stesso rione, presente a nome della figlia Sofia futura sposa di Domenico, su tutti i suoi beni mobili ed immobili ed assegna quale diritto dotale di Sofia 133 libbre, 6 soldi e 8 denari di provisini del senato.

Giacoma, a sua volta, concede a Domenico, in cambio dell'obbligazione dotale, una casa con pianoterra e solaro, con porticato, già posseduta dal defunto suo marito Cecco, situata nel rione Pigna, secondo i patti consueti a Roma: se Sofia dovesse morire, senza aver procreato figli legittimi, prima del marito la dote di

133 libbre, 6 soldi e 8 denari di provisini del senato in denaro contante o la casa se ancora posseduta sarà destinata, entro 6 mesi dal decesso, a Giacoma, se vivente, o ai suoi eredi, se invece Sofia dovesse morire dopo aver procreato figli legittimi Domenico usufruirà della dote vita natural durante e, dopo la sua morte, sarà destinata ai figli superstiti; al contrario se dovesse morire Domenico prima della moglie, sia con figli sia senza figli, la casa o il rimborso in denaro contante, sarà destinato, entro sei mesi dal decesso, a Sofia.

Si conviene che Giacoma potrà continuare ad abitare nella casa del defunto marito finché Domenico non avrà condotto a nozze Sofia.

In aggiuta all'obbligazione dotale Domenico concede a Giacoma, che riceve a nome di Sofia, una donazione nuziale di 66 libbre, 13 soldi e 4 denari di provisini del senato secondo i patti consueti a Roma: in caso di premorienza di Domenico, dopo aver procreato figli legittimi, la moglie Sofia avrà diritto all'usufrutto della donazione nuziale vita natural durante e, dopo la sua morte, il bene sarà destinato ai figli, se invece non saranno stati procreati figli Sofia potrà disporre liberamente della donazione.

Domenico promette infine di investire la dote di 133 libbre, 6 soldi e 8 denari di provisini del senato in beni immobili con il consenso di Sofia e di Giacoma.

Dietro preghiera e richiesta di Giacoma si offrono quali garanti in merito alla proprietà della casa Pietro Gazassare e \*\*\*\*\*

Eodem<sup>(a)</sup> anno, pontificatu, indictione, mense et die coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, Dominicus filius olim Marchi Tomassoli de regione Pinee, qui iuravit ad sancta Dei evangelia corporaliter manu tactis sacrosanctis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XX sive XXV annorum nec aliqua alia ratione modo iure titulo sive causa, nec beneficio restitutionis in integrum adversus infrascripta aliquo tempore de effectu iuramenti et beneficium dicte restitutionis, per me notarium primo certioratus quod sit, quod dicat et quid importet et pro effectu habeat, ac die presente sua bona propria et spontanea voluntate obligavit et in pignus et loco pignoris dotalis posuit domine Iacobe uxori olim Cecchi Vannutii de regione Pinee matri infrascripte Sophie, filie sue, et dicti olim Cecchi olim mariti sui, sponse et future uxoris, Domini concedente, dicti Dominici et mihi notario ut publice persone presenti et recipienti et legitime stipulanti vice et nomine dicte Sophie ipsiusque heredum et suorum et omnium quorum interest vel intererit in futurum, idest omnia et singula bona ipsius Dominici mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones que et quas nunc habet et in futurum acquisiturus est dum hoc pignus et obligatio dotalis durabunt ac matrimonium inter eos.

f. 17v

Hoc autem pignus et hanc autem obligationem et que dicta sunt et infra dicentur dictus Dominicus fecit dicte domine Iacobe, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone presenti et stipulanti ut supra pro dote et nomine dotis ipsius Sophie, centum triginta trium librarum provisinorum senatus<sup>(b)</sup>, pro quibus centum triginta tribus libris et solidis VI et denariis VIII provisinorum senatus et dote predicta dicta domina Iacoba dedit et concessit dicto Dominico, presenti et stipulanti ac volenti et acceptanti in pignus et loco pignoris dotalis, unam domum terrineam et solaratam ipsius domine Iacobe, que quondam fuit dicti olim Cecchi olim viri sui, cum porticali ante se cum omnibus suis usibus etc., positam in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet Nicolaus Truccholi, ab alio latere tenet \*\*\*\*\* a duobus lateribus sunt vie publice vel si qui etc. tenendum per ipsum Dominicum, loco pignoris dotalis, donec fuerit Dominico per ipsam dominam Iacobam sive per alium, eius nomine, de dicta dote, videlicet de dictis CXXXIII libris et solidis VI et denariis VIII integre satisfactum, sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet quod si contingat dictam dominam Sophiam premori dicto Dominico, futuro viro suo, sine legitimis filiis eorum communibus ex eorum matrimonia legitime procreatis, tunc et in eo casu ipsam dotem, videlicet dictis CXXXIII libris et solidis sex et denariis VIII dictus Dominicus dicte domine Iacobe, si tunc visserit, alias cui ipsa domina Iacoba commisit et si non commiserit cui lex dederit, statim elapso dimidio anno, a die obitus ipsius Sophie computando in pecunia numerata redere et restituere promisit, si tunc domus ipsa penes eum non reperiretur; si vero domus ipsa tunc temporis penes eum reperiretur ipsam domum redere et resignare promisit ipsi domine Iacobe, ut supra, et domus ipsa ad ipsam dominam Iacobam, ut supra, statim post mortem ipsius Sophie libere revocatur et in casu predicto liceat ipsi domine Iacobe et heredibus et successoribus suis, ut supra, statim post mortem dicte Sophie propria auctoritate intrare, tenere, possidere etc. et de ea facere

f. 18r

quicquid sibi suisque heredibus et successoribus, ut supra, perpetuo placuerit; si vero contingat ipsam dominam Sophiam premori dicto Dominico, futuro viro suo, cum filiis tunc et in dicto casu dictus Dominicus ipsam dotem lucretur ad usumfructum, toto tempore vite sue, post eius vero mortem dos ipsa et eius proprietates ad ipsos communes filios libere revertatur; si vero contingat ipsum Dominicum premori dicte Sophie, future uxori sue, tam cum filiis quam sine filiis<sup>(c)</sup> ex eis legitime natis, tunc et in dicto casu si domus ipsa in eius heredibus remaneret ad ipsam Sophiam, futuram uxorem suam, libere revertatur, alias per heredes et successores suos ipsam dotem, videlicet dictas CXXXIII libras provisinorum senatus et solidos VI et denarios VIII, statim elapso dimidio anno<sup>(d)</sup>, a die obitus computando, per heredes et successores suos restitui voluit et mandavit, reservato ipsi domine Iacobe sedium et habitationem in domo predicta donec ipse Dominicus ipsam Sophiam in suam

uxorem transduxerit, quia sic actum et conventum est inter eos; in superfluo autem dicti pignoris dictus Dominicus propter numptias donavit dicte domine Iacobe, presenti et stipulanti ut supra, et mihi notario ut publice persone stipulanti ut supra, libras provisinorum LXVI, solidos provisinorum XIII, denarios III<sup>or</sup> provisinorum senatus sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat ipsum Dominicum premori dicte Sophie, future uxori sue, cum filiis ex eorum matrimonia legitime natis, tunc et in dicto casu dicta Sophia ipsam donationem habeat ad usumfructum, toto tempore vite sue, post ipsius Sophie mortem donatio ipsa et eius proprietates dictos communes filios libere revertatur, si vero sine filiis tunc et<sup>(e)</sup> dicto casu dicta Sophia ipsam donationem habeat ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi suisque<sup>(f)</sup> heredibus et successoribus perpetuo placuerit, promisit insuper dicta domina Iacoba dicto Dominico, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta domus, superius obligata, est ipsius domine Iacobe obligantis et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium appareret voluit dicta domina Iacoba dicto Dominico teneri de evictione de aliis bonis suis cum dampnis expensis et interesse prout evictio sonat in iure, promisit etiam dictus Dominicus dicte domine Iacobe, presenti et stipulanti

f. 18v

ut supra, tempore solutionis dicte dotis, ipsam dotem, videlicet ipsas CXXXIII libras, solidos VI et denarios VIII provisinorum senatus expendere et investire in aliqua re stabili cum consensu et voluntate dicte Sophie, future uxoris sue, et dicte domine Iacobe, si tunc visserit<sup>(g)</sup>, in qua et super qua fiat et fieri debeat ac dictus Dominicus facere teneatur cura et cautela dotalis in re ipsa ipsius domine Sophie ad sensum sapientis ipsius Sophie et ad hec ad petitionem et instantiam dicte domine Iacobe penes dictum Dominicum, presentem et stipulantem ut supra, sponte,

- Petrus Gazassare

- \*\*\*\*\*

quilibet predictorum, in solidum fideiusserunt in casu evictionis domus predictae et in dicto casu voluerunt teneri in omnibus et per omnia in quibus ad que dicta domina Iacoba tenetur<sup>(h)</sup> et obligata est in casu evictionis predictae etc. et si, ut dictum est, hec omnia adimpleta fuerit tunc hec carta sit vacua, inefficax et inanis et nullius valoris, alias liceat ipsi domine Sophie et ipsi domine Iacobe suisque heredibus et successoribus omnia bona mobilia et immobilia presentia et futura, que nunc dictus Dominicus habet et in futurum adquisiverit, ipso matrimonio durante, libere capere intrare, tenere, possidere et penes eas retinere ac de eis facere quicquid eis perpetuo placuerit, donec de dictis dote et donatione fuerit eidem integre satisfactum, pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt dicte partes et dicti fideiussores, in casu in quo tenentur, omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi, compelli et conveniri omni tempore et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice renuntiaverunt in hiis dicti contraentes<sup>(h)</sup> et dicti fideiussores ferriis, diebus feriatis, beneficio fori, beneficio cessionis bonorum, epistule divi Adriani, beneficio nove constitutionis, exceptioni simulationis contractus, exceptioni non facte dicte obligationis donationis, promissionis fideiussionis etc. et generaliter etc.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato "Pro domina Iacoba uxore olim Cecchi Vannutii et pro Sophia eius filia"

<sup>(b)</sup> Depennato "sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis, videlicet in Urbe consuetis quod si contingat dictum Dominicum premori dicte Sophie future uxori sue tam cum filiis quam sine filiis ex eorum" <sup>(c)</sup> P "filii" <sup>(d)</sup> Depennato "per heredes" <sup>(e)</sup> Omesso "in"

<sup>(f)</sup> Omesso "que" <sup>(g)</sup> P "visseri" <sup>(h)</sup> Prima annotato "tenere" poi corretto e aggiunto un segno di abbreviazione per "tenetur" <sup>(a)</sup> P conthaentes inoltre l'espressione che segue fino a fideiussores é stata annotata sul margine sinistro del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo.

## 22.

1387, agosto 24

Domenico figlio del defunto Marco *Tomassoli* e Sofia figlia di Giacoma vedova di Cecco di Vannuzio presentatisi davanti al notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Il notaio pronunzia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico, mentre Domenico infila l'anello nuziale d'oro con gemma preziosa nel dito anulare della mano destra di Sofia.

f. 19r

Eodem anno, pontificatu, indictione, mense et coram suprascriptis testibus.

In presentia mei notarii et testium etc. contractum fuit matrimonium per verba de presenti inter dictos Dominicum et Sophiam, qui iuraverunt etc. qui Dominicus, interrogatus si volebat ipsam Sophiam pro sua legitima uxore, qui sponte respondit "Volo" et versavice, interrogata dicta<sup>(a)</sup> Sophia per me notarium infrascriptum, si volebat ipsum Dominicum ibidem presentem pro suo legitimo marito, que sponte respondit "Volo" et illo tunc dictus Dominicus cum quodam anulo aureo cum lapide pretioso, que portabat in manibus, arravit pro sua legitima uxore ipsam Sophiam, presentem volentem<sup>(b)</sup> et acceptantem ipsum Dominicum pro suo legitimo marito, mictendo dictus Dominicus dictum anulum propriis suis manibus in digito anulari manus dextre ipsius Sophie, intervenientibus verbis per me dictis "Quod Deus commisit homo non separet".

Actum in domo habitationis ipsius Sophie, posita in regione Pinee inter suos confines, presentibus prenominatis, Butio Capucie, Sabba et Laurentio de Sorromanis et Nicolao Truccholi ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(b)</sup> Depennato "Dominicus" <sup>(c)</sup> P "volectem".



Il nobile Rainone figlio del defunto Cristofano *Raynonis* del rione di S. Eustachio vende a Paluzio figlio del defunto Nicola di Giovanni di Paolo detto *Cemphia* speziario del rione Parione 40 caballate di mosto delle sue vigne, possedute nel tenimento di Cesano o *Alieis*, da consegnare sul posto, a proprie spese, nelle sue botti concesse in prestito per un anno al prezzo di 2 fiorini d'oro per ciascuna cavallata da corrispondere alla consegna del mosto.

f. volante<sup>(a)</sup> In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVII pontificatus domini Urbani pape VI, indictione XI<sup>a</sup> mensis<sup>(b)</sup> septembris die XXVIII.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, nobilis vir Raynonus filius olim nobilis viri Christofani Raynonis de regione Sancti Eustachii hac die presente, sua bona propria et spontanea voluntate, vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Palutio filio olim Nicolai Iohannis Pauli dicto alias *Cemphia* spetiario de regione Parionis, presenti ementi et legitime stipulanti pro se et cui seu quibus ipse Palutius dare et concedere voluerit, videlicet XL

caballatas musti ad mensuram romanam de musto recolligendo, isto presente anno, de vineis ipsius Raynonis quas habere se asserit in tenimento Cesani sive *Alieis*, quod mustum dictus Raynonus eidem Paulo, presenti et stipulanti, dare, tradere et assignare promisit omnibus ipsius Raynonis sumptibus et expensis in dicto castro Cesani in vegetibus dicti Raynonis, quas vegetes reparatas dictus Raynonus dicto Paulo pro dicto musto remictendo compestare promisit. Hanc autem venditionem et que dicta sunt dictus Raynonus eidem Paulo, presenti et stipulanti fecit pro pretio et nomine pretii duorum florenorum auri pro qualibet caballata<sup>(c)</sup> ad rationem XLVII solidorum provisorum pro quolibet floreno presentis usualis monete, quas florenos et pretium predictu, ad rationem predictam, dictus Paulus dicto Raynono, presenti et stipulanti, dare tradere<sup>(d)</sup> solvere et pacare promisit statim et incontinenti, factam assignationem dicti musti sine aliquo temporis intervallo, nec non promisit dictus Paulus dicto Raynono, presenti et stipulanti, ipsas vegetes vacuatas<sup>(e)</sup> infra anno ab hodie in antea numerando, cum dampnis expensis et interesse a dicto termino in antea faciendis, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dictus Raynonus et<sup>(f)</sup> Paulus quilibet ipsorum ad alterutrum obligaverunt omnia ipsarum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt quilibet ipsorum, pro predictis omnibus et singulis observandis, posse cogi compelli et conveniri omni tempore etiam diebus feriatis, quibus feriis quilibet ipsorum ex certa scientia renumpsiaverunt expresse et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore renumpsiaverunt in hiis, quilibet ipsorum beneficio fori, iudicis incompetentie rei non sic geste, aliud actum quam scriptum quam actum et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defensionibus iuris et facti, iuri canonico et civili, statuto et consuetudinibus Urbis quibus contra predicta vel aliquod predictorum venire possent, quilibet ipsorum ex certa scientia renumpsiaverunt expresse, que quidem omnia et singula suprascripta dicti Raynonus et Paulus quilibet ipsorum ad alterutrum atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena unius libre auri, qua pena soluta vel non hec omnia semer firma perdurent.

Actum Rome in domibus residentie Dominorum super guerris, presentibus hiis testibus, scilicet Andreotio Pontiani et<sup>(g)</sup> Sabba de Graptulis Dominis super guerris Romani populi, Paulo Alexii de regione Arenule cancellario Urbis et Butio de Catellinis de regione Arenule, testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> L'atto che segue é stato annotato sul retto di un "folium" (cm. 22,5x30) e per garantirne la conservazione é stato piegato in due, secondo le dimensioni del quaderno del protocollo, e allegato alla fine del protocollo stesso con un numero convenzionale del "folium" tracciato a matita (25). Abbiamo però ritenuto di inserirlo seguendo la successione della datazione dei documenti del protocollo <sup>(b)</sup> Così P <sup>(c)</sup> L'espressione che segue fino a monete é stata annotata in continuazione su lato destro del "folium" <sup>(d)</sup> Depennato "et" <sup>(e)</sup> Depennato hinc ad unum annum proxime futurum poi é stato annotato in continuazione sul lato destro del "folium" l'espressione che segue fino a numerando <sup>(f)</sup> Depennato "q" <sup>(g)</sup> P omessa la congiunzione.

Antonio figlio del defunto Rosso di Crescenzo del rione Colonna e Vanna figlia di Saba *de Graptulis* dello stesso rione presentatisi davanti al notaio Paolo *de Seromanis* dichiarano reciprocamente di volersi unire in matrimonio.

Il notaio pronunzia solennemente la consueta formula tratta dal precetto evangelico, mentre Antonio infila l'anello nuziale d'oro con gemma preziosa nel dito anulare della mano destra di Vanna.

f. 19v Indictione XI<sup>a</sup> mense novembris die VIII.

In presentia mei notarii et testium etc. Contractum fuit matrimonium inter Anthonium filium olim Rubei Crescentii de regione Columpne, ex una parte, et Vannam filiam Sabbe de Graptulis de dicta regione, ex alia, qui Anthonius, qui iuravit etc. interrogatus per me notarium infrascriptum si volebat dictam Vannam pro sua legitima uxore, qui sponte respondit "Volo" et versavice dicta Vanna, interrogata per me notarium si volebat



dictum Anthonium pro suo legitimo marito, que sponte respondit “Volo” et sic supervenientibus verbis “Quod Deus commisit homo non separet” dictus Anthonius arravit dictam Vannam, mictendo propriis manibus suis quodam anulum aureum cum quodam lapide pretioso in digito anulari manus destre ipsius Vanne etc.

Actum Rome in domo habitationis ipsius Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Iacobo Iohannis Andree, Bernardo Locii, Andreotio de Graptulis, Iacobo Iohannis omnibus<sup>(a)</sup> de regione Columpne.

<sup>(a)</sup> P “omnium”.

25.

1387, dicembre 22

Pietro di Paolo di Pietro *Theodischi* detto Pietro *Retrosus* del rione Trevi vende a Saba *de Seromanis* del rione Pigna 12 rubbia di lana di colore scuro delle sue pecore al prezzo di 5 libbre e mezzo di provisini per ciascun rubbio di lana pulita e 300 velli di lana bianca pulita, secondo la consuetudine dell'arte della lana, al prezzo di 15 fiorini d'oro per ciascun centinaio.

L'acquirente versa un anticipo di 32 fiorini d'oro a Pietro che si impegna a consegnare la lana nella sua casa, al tempo della prossima tosatura, mentre Saba si impegna a pagare la somma restante alla consegna.

Indictione XI<sup>a</sup> mense decembris die XXII<sup>o</sup>.

In<sup>(a)</sup> presentia mei notarii et testium etc. Petrus Pauli Petri Theodischi dictus alias Petrus Retrosus de regione Trivii sponte vendidit Sabbe de Sorromanis de regione Pinee, presenti ementi recipienti et legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus vel cui seu quibus dare et concedere voluerit, idest XII rubla lane carfangine de pecutibus ipsius Petri ad rationem V librarum provisinorum et dimidium pro quolibet rublo lane purgate, ut est moris. Item et tria centinaria vellorum lane albe viterbiensium magensium cum allevo ad rationem XV florenorum auri pro quolibet centinario bene purgate ad omnem bonum usum et consuetudinem artis lane, pro quo toto pretio dictus Petrus presentialiter et manualiter recepit et habuit in florenis de auro et pecunia numerata a dicto Sabba, dante et solvente dicta occasione, triginta duos florenos auri, de quibus triginta duos florenos auri parte dicti pretii ac de ipso pretio dictus Petrus se bene quietum, contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. quam lanam, ut supra dicitur, dictus Petrus dicto Sabbe dare, tradere et assignare promisit, tempore tosi proxime futuro, in domo ipsius Petri venditoris et dictus Sabbas promisit dicto Petro, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, statim et incontinente factam assignationem dicte lane, ut supra dictum est, dare et solvere ac pacare dicto Petro totum et integrum residuum pretii totius dicte lane ad rationem predictam, pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes ad alterutrum obligaverunt bona ipsorum et cuiuslibet ipsorum etc. et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etc. et renumpiaverunt etc.

Actum anno Domini mense et die supradictis in regione Trivii in domo sive lovio de Surdis, presentibus hiis testibus, scilicet Butio filio Turrimache, Cola Nardi Pauli Nicolai et Grisogano Pauli Symeonis de regione Trivii ad hec vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato “Pro Sabba de Soromanis”.

26.

1387, dicembre 22

Roberto di Roberto inglese del rione Pigna, ora defunto, nel suo testamento aveva lasciato ad Alisa, già sua serva, la possibilità di abitare e di usare le masserizie della metà della sua casa con pianoterra e solario, con un porticato colonnato davanti e con un orto e un pozzo dietro, situato nel rione Pigna nella parrocchia di S. Stefano della Pigna, e di beneficiare dell'usufrutto della metà di uno sterpaio nel rione Colonna e di un terreno con la clausola che, alla morte di lei, gli esecutori testamentari avrebbero venduto i beni del lascito ed avrebbero destinato il ricavato a suffragio della sua anima.

Il testatore aveva nominato suoi esecutori testamentari Enrico di Giovanni inglese del rione Trastevere e Giovanni *Palmerutii*, già custode dell'ospedale degli Inglesi di Roma con facoltà, in caso di morte di uno di loro, di sceglierne un altro o altri in loro sostituzione. Successivamente era morto Giovanni *Palmerutii* ed erano stati nominati in sua vece, come risulta dal suo testamento rogato dal notaio Antonio di Goiolo, due nuovi esecutori testamentari nelle persone di Guglielmo di Roberto e di Tommaso Ianni destinati ad affiancare Enrico di Giovanni inglese del rione Trastevere.

I tre esecutori testamentari volendo dare attuazione alle disposizioni del defunto Roberto di Roberto, nel rispetto dei diritti di Alisa, vendono a Simone di Giovanni Paternostrarius del rione Parione la metà della casa, dove abita ancora Aloisa, unita con l'altra metà appartenente agli eredi del defunto Tommaso *Paternostrarius* del rione Colonna, insieme alla metà dello sterpaio e del terreno, uniti con l'altra metà dello stesso defunto Tommaso, con l'impegno di trasferire i beni degli acquirenti dopo la morte di Alisa, al prezzo di 55 fiorini d'oro.

Gli esecutori testamentari dichiarano infine che non si è trovato alcuno che offrisse un prezzo uguale a quello da loro richiesto, ma di aver avuto solo offerte inferiori.

f. 20v

In<sup>(a)</sup> nomine Domine amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVII pontificatus domini Urbani pape VI, indictione XI<sup>a</sup> mensis<sup>(b)</sup> decembris die XXII.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, cum Robertus Roberti anglicus de regione Pinee, in ultimis constitutionibus, suum condiderit testamentum, in quo quidem suo testamento inter alia, in ipso suo testamento descripte, reliquerit Alise, tunc servitrici sue, sedium et habitationem medietatis domorum ipsius Roberti, testatoris, terrineaum et solaratarum cum porticali columpnato ante eas et orto cum puteo post eas, positarum in regione Pinee, in parrochia<sup>(c)</sup> Sancti Stephani de Pinea, inter hos fines, ab uno latere tenet dicta ecclesia, ab alio latere tenet domus Sancte Marie de Anumptiatione ante et retro sunt vie publice cum omnibus suis usibus, utilitatibus, pertinentiis et adiacentiis universis ad habendum, tenendum et possidendum, toto tempore vite sue, et simili modo omnes massaritas suas existentes in dicta domo<sup>(d)</sup>, toto tempore vite sue, ad usufruendum<sup>(e)</sup>, nec non et simili modo medietas stirpis, ipsius Roberti, regionis Columpne et terini<sup>(f)</sup> cum iuribus et pertinentiis suis similiter, toto tempore vite sue, ad usumfructum et, post mortem ipsius Alise, vendendas per infrascriptos suos executores et ipsarum pretio distribuendo pro anima ipsius Roberti, prout in ipso testamento ipsis Roberti latius continetur et in dicto suo testamento suos executores et fidei commissarios dicti sui testamenti et sue ultime voluntatis et anime sue fecerit, constituerit et ordinauerit Erricum Iohannis de regione Transtiberim anglicum et Iohannem Palmerutii dudum custodem ospitalis anglicorum de Urbe, tunc presentem et acceptantem, et disposuerit et ordinauerit quod in casu quo aliquis dictorum suorum executorum decederet ante completam dictam executionem, quod dictus sic decedens possit et valeat alium sive alios executores sive executores, loco ipsius decentis,

f. 21r

facere, constituere et ordinare qui sic constituentes et ordinati a dicto decedente sive sit unus sive sint plures habeant illam eandem<sup>(g)</sup> potestatem, balivam et auctoritatem quam dictus talis decedens habebat, ut de predictis latius patet publico testamento scripto manu mei notarii infrascripti, postque<sup>(h)</sup> dictus Iohannes Palmerutii, executor predictus, decessit, sicut Dominus ordinauit, per eum condito testamento in quo quidem suo testamento inter alia, in ipso suo testamento descripte, fecit constituit creavit et ordinauit, loco ipsis, executores et fidei commissarios testamenti et ultima voluntatis dicti Roberti et anime sue Guilielmum Roberti et<sup>(i)</sup> Thomaxium<sup>(i)</sup> Iannis de regione Parionis, quibus dedit et concessit illam omnimodam potestatem sibi Iohanni concessa per dictum olim Robertum in dicto suo ultimo testamento, ut de predictis latius patet publico testamento dicti Iohannis, scripto manu Anthonii Goioli publici notarii, idcircho prefati Erricus Iohannis anglicus de regione Transtiberim, Guilielmus Roberti et Thomaxius Iannis de regione Parionis, executores dicti testamenti dicti olim Roberti, volentes circa executionem testamenti dicti olim Roberti vacare et suam ultimam voluntatem mictere ad effectum ad hoc, ut si anima ipsius olim Roberti detineretur in purgatorio Deus propter sui misericordiam anima ipsius deducat ad paradysum, idcircho ac die presente, quo supra nomine, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, reservato semper iure ipsius Alise, toto tempore vite sue, prout in testamento dicti olim Roberti continetur, vendiderunt et venditionis titulo dederunt, cesserunt et concesserunt Symoni Iohannis Paternostrario de regione Parionis, presenti et recipienti ac legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus in perpetuum vel cui seu quibus ipse Symon dare, vendere, cedere aut concedere voluerit perpetuo vel ad tempus, idest medietatem cuiusdam<sup>(k)</sup> domus terrinee et solarate cum columpnato ante se, orto post se et cum puteo in qua nunc habitat dicta Alisa, iuntam pro diviso cum alia medietate heredum quondam Thomaxii Paternostrarii de regione Columpne, que tota domum posita est in regione Pinee in parrochia<sup>(l)</sup> Sancti Stephani de Pinea, inter hos fines, ab

f. 21v

latere tenet dicta ecclesia, ab alio latere est domus ecclesie Sancte Marie Anumptiate, ante et retro sunt vie publice vel si qui alii sunt ad totam dictam domum plures aut veriores confines antiqui vel moderni cum omnibus usibus utilitatibus, pertinentiis et adiacentiis ad ipsam medietatem dicte domus spectantibus et pertinentibus et cum introitibus et exitibus suis ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem liberam et exemptam ab omni servitute, iure canonici sive censu, investientes<sup>(m)</sup> corporaliter venditores ipsum emptorem per assignationem istrumentorum emptionis dicte domus et dicti testamenti et donec dictus emptor corporalem possessionem habuerit constiuens dicti venditores, nomine dicti emptoris, tenere et possidere ad quam possessionem adimplendam dicti venditores eidem emptori, presenti et stipulanti, plenam licentiam et liberam facultatem concesserunt<sup>(n)</sup> statim, post mortem dicte Alise, ipsam medietatem dicte domus, propria auctoritate, possit intrare tenere possidere uti frui<sup>(o)</sup> vendere donare alienare, dominium per possessionem in alium transferre et sibi retinere et de ipsa medietate dicte domus facere pro suo libito voluntatis, vendiderunt etiam dicti venditores, quo supra nomine, dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, omnia iura omnesque actiones eis competentia et competitura nunc et in futurum in ipsa medietate dicte domus quomodocumque et qualitercumque contra quascumque personas

et loca, ita quod, post mortem dicte Alisie, proprio nomine, agat petat excipiat<sup>(b)</sup> recipiat defendat, utatur fruatur<sup>(a)</sup> experiatur utilibus et directis actionibus et in locum ius etprivilegium dicti olim Roberti et ipsorum executorum succedat et succedere voluerit

f. 22r

et mandaverunt nullo iure nullaque actiones ipsis<sup>(r)</sup> venditoribus nec alteri ipsorum in dicta medietate dicte domus aliquid reservata. Item simili modo et forma prefati executores, nominibus quibus supra, vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt dicto Symoni Paternostrario emptori predicto, presenti et stipulanti ut supra, medietatem stirpis, que olim fuit dicti Roberti, regionis Columpne et Pinee<sup>(s)</sup>, iunte pro indiviso cum alia medietate dicti Thomaxii, reservato usum<sup>(t)</sup> et usufructum dicte Alise, toto tempore vite sue, iuxta et secundum voluntatem dicti Roberti cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis. Hanc autem venditionem dationem cessionem et concessionem et que dicta sunt et infra dicentur fecerunt prenominati executores quo supra nomine, dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, pro pretio et nomine pretii quinquaginta florenorum auri<sup>(u)</sup> ad rationem XLVII solidorum pro quolibet floreno, quos<sup>(v)</sup> florenos a dicto emptore presentialiter manualiter et numeraliter habuerunt et receperunt in florenis de auro et pecunia numerata, de quibus post ipsam receptionem sese bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum non habitorum non receptorum non ponderatorum dictorum florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti, exceptioni doli mali metus et in factum conditioni indebite ob causam et sine causa et spei future numerationis et receptionis, asserentes et confitentes dicti venditores ipsam medietatem dicte domus et stirpis<sup>(w)</sup>, supra expressorum, exposuisse venalem nec invenisse aliquem cum effectu qui eam hemere vellet et ut domi<sup>(x)</sup> tantum pretium solvere set satis minorem et promiserunt dicti executores venditores<sup>(y)</sup>, quo supra nomine, dicto emptori, presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra, quod dicta medietas dicte domus et stirpis fuit et erat dicti Roberti et nunc spectat et pertinet ad ipsos executores ex iure predicto et que per ipsos executores nec alium seu alios eorum, nec alterius ipsorum nomine<sup>(z)</sup> sunt vendita, data donata, cessa, concessa pignorata, alienata largissime sumendo vocabulum alienationis, nec contractus vel quasi contractus sive distractus cum aliqua alia

f. 22v

persona, universitate, collegio sive loco factus est nec factus apparet in preiudicium presentis contractus et si contrarium aliquo tempore appareret et ea propter seu quavis alia occasione dictus emptor aut sui heredes et successores in dampnum venerint, expensas fecerint, interesse aliquod paterentur aut evicti fuerint promiserunt dicti venditores, quo supra nomine, omnia dampna omnesque expensas et interesse ac ipsam evictionem de aliis bonis ipsius Roberti reficere et resarcire promiserunt in pecunia numerata et non in alia specie sive re et de ipsarum quantitate vel numero stare et credere voluerunt et promiserunt solo simplici sacramento ipsius emptoris aut ipsius heredum et successorum sine alterius honore probationis, iudicis taxatione, arbitrio sive arbitrato alterius boni viri, scilicet solum dictum sacramentum habere voluerunt et promiserunt pro plena et plenissima probatione ceteris aliis probationibus dicti venditores, quo supra nomine, renumpiaverunt et refutaverunt expresse, pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis dicti venditores, quo supra nomine, obligaverunt omnia et singula bona ipsius olim Roberti mobilia et immobilia presentia et futura, iura et actiones et nomina creditorum et voluerunt pro predictis omnibus et singulis observandis pleniter adimplendis posse cogi, compeli et conveniri omni tempore etiam diebus feriatis et in omni curia et coram quocumque iudice renumpiaverunt in hiis feriatis, diebus feriatis, beneficio fori, iudicis incompetencia rei non sic geste aliud actum quam scriptum vel aliud scriptum quam actum, exceptioni non facte dicte venditionis promissionis, exceptioni non numerate pecunie, exceptioni infra dimidiam iusti pretii, exceptioni non facte proclamationis et omnibus aliis et singulis exceptionibus et defentionibus iuris et facti, legum auxiliis, iuri canonico et civili, statuto et consuetudinibus Urbis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum quomodolibet venire possent dicti venditores ex certa scientia et non per errorem renumpiaverunt expresse. Que quidem omnia et singula supradicta dicti venditores, quo supra nomine<sup>(aa)</sup>, atendere et observare promiserunt et contra non facere vel venire

f. 23r

sub obligatione dictorum bonorum dicti olim Roberti mobiliium et immobiliium presentium et futurorum et pena unius libre auri, qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

Actum Rome in regione Pinee in domo habitationis mei notarii, presentibus hiis testibus, scilicet Laurentio de Sorromanis de regione Pinee, Guilielmi Ricciardi Paternostrario de regione Parionis et Guilielmi Rogerii de regione Transtiberim testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis.

<sup>(a)</sup> Sul margine sinistro del foglio é stato annotato "Codicilli Roberti anglici" <sup>(b)</sup> Così P, poi depennato "ian" <sup>(c)</sup> P "parlochia" <sup>(d)</sup> Così P <sup>(e)</sup> P "usufluendum" <sup>(f)</sup> Come sembra <sup>(g)</sup> P "eadem" <sup>(h)</sup> Così P, intendasi "postquam" <sup>(i)</sup> Depennato "d" <sup>(j)</sup> P "Thamaxium" <sup>(k)</sup> Ripetuto "cuiusdam" <sup>(l)</sup> P "parlochia" <sup>(m)</sup> Depennato "pro dictis" <sup>(n)</sup> Depennato "ut amodo in antea" <sup>(o)</sup> P "flui" <sup>(p)</sup> Depennata la consonante "n" dei precedenti verbi coniugati <sup>(q)</sup> P "fluatur" <sup>(r)</sup> P "epsis" <sup>(s)</sup> Così P, ma l'espressione contrasta con quella precedente riportata al f. 20v nota c <sup>(t)</sup> P "usu" <sup>(u)</sup> L'espressione che segue fino a "floreno" é stata annotata sul margine destro del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(v)</sup> Depennato "L" <sup>(w)</sup> L'espressione che segue fino a "expressorum" é stata annotata nell'interlinea superiore del foglio con un segno di richiamo <sup>(x)</sup> Così P <sup>(y)</sup> L'espressione che segue fino a "nomine" é stata annotata sul margine sinistro del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>(z)</sup> Depennato "est" ma non il successivo "sive sunt" ed é stato sostituito con la ripetizione di "sunt" <sup>(aa)</sup> Depennato "ex ce".

27.

Il notaio *Paulo de Seromanis* sottoscrive gli atti da lui rogati nel protocollo e traccia il proprio segno monogrammatico.

Et ego Paulus de Seromanis, Dei gratia sacre prefecture auctoritate notarius publicus, quia predictis omnibus et singulis in hoc cartulario descriptis interfui, rogatus scripsi<sup>(a)</sup> prout in ipso continetur et meum signum apposui consuetum.

(S)<sup>(b)</sup>

<sup>(a)</sup> P “scripssi” <sup>(b)</sup> Seguono i fogli 23v, 24r e 24v bianchi.

